Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Omnium operum ... Aurelii Augustini ... primus[-decimus] tomus, ad fidem vetustorum exemplarium, post omnium in hunc usque diem editionis denuo summa vigilantia repurgatorum a mendis innumeris, ut optimo jure tantus Ecclesiae doctor renatus videri possit ...

https://hdl.handle.net/1874/406837

IN PRIMVM MOSIS LIbrū, qui Geneſis vulgo dicitur, Commentarius Iohannis Caluini.

Oliua Roberti Stephani.
M. D. LIIII.



Illustrissimis principibus Iohanni Friderico, Iohanni VVillelmo, Iohanni Friderico, præstantiss. & æterna memoria digni Principis Iohannis Friderici Saxoniæ Ducis & nati electoris filiis, Ducibus Saxoniæ, &c. Iohannes Caluinus.

SI meritò prauam hominum socordiam damnat Paulus, quià illustre gloriæ Dei speculum, quod illis in mundi opificio assiduè offertur, clausis oculis prætereũt, atque ita iniustè supprimunt veritatis lucem: non minus turpis ac pudenda fuit, quæ seculis ferè omnibus grassata est, originis & creationis humani generis ignorantia. Et certè paulo post conditam Babylonem credibile est earum rerum memoriã obsoleuisse, quas assiduo sermone agitari celebraríque decuerat. Nam quum profanis hominibus sua dispersio quædam à puro Dei cultu emancipatio esset: curæ illis non fuit, ad quascunque appellerent terræ plagas, quod de creato & instaurato mundo à patribus audierãt, secum deferre. Ita factũ est vt nulla gens, exceptis tãtum Abrahæ posteris, vel ex quo fonte orta esset ipsa, vel quando cœpisset esse vniuersum hominum genus, duobus continuis annorum millibus sciuerit. Nam quòd libros Mosis Ptolemæus tandem in Græcã linguã vertendos curauit, laudabile magis quàm fructuosum (tunc quidem temporis) fuit eius studiũ: quando lumen, quod è tenebris eruere conatus erat, nihilominus hominum incuria suffocatum delituit. Vnde colligere promptum est, qui ad cognoscendum mundi opificem totos ingenii neruos intendere debuerant, maligna potius impietate hoc captasse, vt sponte cæcutirent. Floruerunt interea liberales doctrinæ, viguerunt præclara ingenia, lucubrationes omnegenus fuerunt editæ: atqui de mundi conditi historia altum silentium. Quin summus Philosophus, qui & acumine & eruditione reliquos omnes antecelluit, mundum æternum esse disputans, quicquid habebat solertiæ huc applicuit, vt Deum sua gloria fraudaret. Quanquam paulo religiosior fuit eius magister Plato, seque aliquo verioris notitiæ gustu imbutum ostẽdit: exigua tamen quæ delibat veritatis principia tot figmentis corrumpit ac miscet, vt magis noceat quàm prosit fictitium illud docẽdi genus. Qui verò ad scribẽdas historias studium suum contulerunt, homines ingenioſi & literis expoliti, quũ pleno ore iactent se vltimæ vetustatis fore testes, antequam ad Dauidis ætatem appellant, multa & turbida fæce perfundunt suas lucubrationes: suprà verò dum conscendunt, immensam trahũt mendaciorum colluuiem: tantum abest vt ad prima mundi exordia syncero liquidóque narrationis cõtextu perueniãt. Volentes autem nescisse quod non procul quærendum erat, si modò adhibere animos adiicere placuisset, claro documẽto sunt Ægyptii: quorum præ foribus quum accensa esset verbi Dei lampas, rerum à se gestarum (quindecim scilicet ante conditum mundum annorum millibus) putidas fabulas nullo pudore iactarunt. Nec minus puerile insulsúmque Athenienſium commentum, qui se αὐτόχθονας gloriati, quum sibi disiunctam à re-

liquo genere humano originẽ assererent, barbaris quoque ipsis se fecerunt ridiculos. Quanquam autem omnes plus minus eodem ingratitudinis crimine fuerunt impliciti, eos deligere operæpretium putaui quorum eo minus excusabilis est error, quo sibi inter alios omnes magis sapere visi sunt. Siue autem vniuersæ quæ olim fuerunt gentes velum sibi data opera obduxerint, siue illis sua tantum ignauia obstiterit: incõparabilis thesauri loco haberi meretur Mosis liber, qui saltem creationis mundi indubiam nobis fidem facit: qua sublata, indigni sumus quos terra sustineat. Historiam diluuii, quæ non minus formidabile in humano genere deleto Diuinæ vltionis, quàm suaue gratiæ in eodem instaurato speculum continet, in præsentia omittam. Vna hæc vtilitas inæstimabile libro pretiũ statuit, quòd res apprimè cognitu necessarias solus ostendit: quomodo post exitialem hominis lapsum Ecclesiam sibi Deus adoptauerit: quisnam fuerit verus eius cultus, & quibus pietatis officiis se exercuerint sancti patres: quomodo pura religio hominum ignauia ad tempus collapsa, quasi postliminio in statum integrum redierit: quando apud certum populum deposuerit Deus gratuitũ æternæ salutis fœdus: quomodo ex vno homine & sterili & caduco, propéque semimortuo, & (quemadmodũ Iesaias vocat) solitario paulatim fluxerit exigua soboles, quæ repente in multitudinem ingentem excreuit: quàm inopinatis modis & extulerit, & tutatus sit electam à se domũ, licet inopem, omnibus præsidiis nudatam, & ad quosuis æstus expositam multiplices hostium copiæ vndique cingerent. Porrò quàm necessaria sit harum rerum cognitio, ex suo quisque vsu & experientia iudicium faciat. Videmus quàm tumultosè Papistæ fallaci Ecclesiæ titulo simplices territẽt. A Mose depingitur genuina Ecclesiæ facies, quæ discussis illis præstigiis, inanem metum eximat: fucati etiam splendoris pomparúmque ostentatione in stultam sui admirationem rapiunt minus perspicaces, imò hebetant ac dementant. At si ad eas notas, quibus Ecclesiam designat Moses, oculos conuertimus, nihil amplius inanes laruæ ad fallendum habebunt momenti. Sæpe nos conturbat, feréque exanimat eorum paucitas qui puram Dei doctrinã sequuntur: ac præsertim dum cernimus quàm longè latéque regnum obtineant superstitiones. At quemadmodũ olim Dei Spiritus per os Iesaiæ Prophetæ Iudæos ad rupẽ, vnde erant excisi, respicere iubebat: ita eôdem nunc quoque per Mosen nos reuocãs, quàm peruersum sit multitudine Ecclesiã metiri, acsi in turba consisteret eius dignitas, admonet. Siquando minus floreat passim religio, quàm optandum sit, dissipetur piorum corpus, statúsque Ecclesiæ bene compositus pessum eat, non modò lascunt nobis, sed penitus diffluunt animi. Atqui dum in hac Mosis historia Ecclesiæ structura ex ruinis, collectio ex laceris frustis ac vastitate ostenditur, meritò tale gratiæ Dei specimen in bonã fiduciã erigere nos debet. Quando autem tanta est humani ingenii ad fingendos alienos cultus propensio, ne dicam lasciuia: nihil nobis vtilius quàm regulã purè ritéq; colendi Dei à sanctis Patriarchis petere, quorũ pietatẽ hac præcipuè nota designat Moses, quòd ex solo Dei verbo pependerint. Quamlibet enim lõgum in externis ceremoniis sit discrimen: quod tamen inflexibile semper vigere debet, vtrisque est commune, vt religio ad solum Dei arbitriũ nutúmque formetur. Nec me latet,

quanto vberior hîc materia ſuppetat : & quantũ infra eorũ quæ breuiter attigi dignitatẽ ſubſidat mea oratio, ſed quia opportunis locis alibi ſingula à me quãquam nõ quo par erat ſplendore & ornatu, plenius tamen & copioſius tractata ſunt: nunc mihi ſatis fuit, breuiter cõmonefacere pios lectores, quantũ operæpretium facturi ſint, ſi veteris Eccleſiæ exẽplar, quale à Moſe expreſſum eſt, ad ſuos vſus prudenter aptare diſcãt. Et certè ideo nos ſanctis Patriarchis in ſpem ciuſdẽ hæreditatis Deus adiunxit, vt ſuperata quæ nos ſeparat temporũ diſtantia, mutuo fidei & patientiæ conſenſu eadem certamina obeamus. Quo maiore odio digni ſunt turbulẽti quidã homines, qui neſcio quo furioſi zeli œſtro perciti, Eccleſiam noſtræ ætatis plus ſatis diſſipatam, aſſiduè diſcerpere conantur. Nõ loquor de profeſſis hoſtibus, qui aperta vi ad perdendũ quicquid eſt piorũ, funditúſque delendã eorum memoriam incumbũt: ſed de moroſis quibuſdam Euangelii profeſſoribus, qui non modò fouendis diſſidiis nouã ſubinde materiam ſuppeditant: ſed pacem quam pii doctíque homines libenter colerent, ſua inquietudine perturbant. Certè hæc ratio me inter alias ad hunc meũ laborem veſtræ Celſitudini dicandũ impulit, vt inter Eccleſias longis regionum ſpatiis diſſitas magis magíſque coaleſcat ſancta & fraterna conſenſio. Nam vt ad mutuæ cõmunicationis officia tardi ſimus ac ſegnes, deformis tamen Chriſtiani orbis vaſtitas vel inuitos cogit ad piæ vnitatis ſtudium. Videmus vt inter Papiſtas, quanuis capitalia inter ſe aliis in rebus certamina exerceãt, maneat tamen ſcelerata cõtra Euangeliũ conſpiratio. Quàm exiguus ſit eorum numerus qui ſynceram Chriſti doctrinã tenent, ſi cum ingentibus cõferatur illorum copiis, dicere nihil attinet. Interea emergũt quaſi è ſinu noſtro audaculi ſcriptores, qui non ſolùm errorũ nebulis ſanæ doctrinæ lucẽ obſcurãt, vel prauis deliriis ſimplices demẽtant ac minus exercitatos, ſed profana dubitandi licentia totã religionẽ ſibi conuellere permittunt. Nã quaſi putidis ſuis ironiis & cauillis genui noſ Socratis diſcipulos ſe probẽt, nullũ illis magis plauſibile eſt axioma, quàm fidem eſſe liberam, vt liceat quauis de re ambigendo Scripturam inſtar naſi cerei (vt loquuntur) flexibilem reddere. Itaque hoc proficient tandem, qui illecebris nouæ huius academiæ capti nunc dubiis ſpeculationibus indulgent, vt ſemper diſcendo, nunquam ad ſcientiam perueniant veritatis. Quotquot autem machinis nos oppugnat Satan, totidẽ acerrimos ad quærendã coniunctionẽ ſtimulos nobis eſſe conuenit. Atque hæc (vt ſpero) neceſſitas probando huic meo officio abundè vobis ſufficeret, niſi quòd potius pro ſumma veſtra humanitate, ſuapte ſponte gratum fore ac iucundum cõfido. Certè quum hunc commentarium ſcribere aggreſſus ſum, norunt multi idonei teſtes mihi fuiſſe in animo, eum patris veſtri excellentiſſimi Principis nomini inſcribere, ſi eo ſuperſtite diutius frui nobis datũ foret. Nunc verò dum poſt eius mortem ad eius filios & hæredes me cõuerto, eiuſdem memoriæ dicare videor: ſicuti & nunc receſſ, quia ſic meretur ipſa, ſed etiam ad commune exemplum non parum vtile. Magnum eſt, in nobilis ſummíque ordinis Principe cognitas fuiſſe virtutes, quæ integra eius florentéque fortuna non ſolùm dignæ eſſent eo loco, ſed etiam illam ampliſſimam dignitatem & tam excelſum honoris gradum ornarent. Sed quæ poſt acceptam belli cladem in eius pectore verè heroico in-

credibilis enituit constantia tantam in admirationem erexit omnium mentes, vt plus accreuerit veris eius laudibus, quàm fuerit ex opibus diminutum. Itaque non dubito quin ista vnius hominis infracta magnitudo, in tristi, quæde inde sequuta est, hodiéque durat, Ecclesiæ concussione, multa piorum millia sustinuerit. Quòd si omnibus ad imitationẽ propositus fuit: eo vos acrius magísque strenuè generosi Principes, vt vos ad domesticũ exẽplar formetis, eniti conuenit. Nec verò dubito certatim vobis tribus cõmune hoc sine inuidia esse studium. Quo magis etiam cõsentaneum putaui, mea epistola copulare, quos boni omnes sanctiore quàm fraterni iuris vinculo, hoc est paternæ virtutis similitudine, cõiunctissimos non minus certò fore sperãt, quàm auidè cupiunt. Quòd si eius patris, quem laudare ipsi quoque hostes coguntur, imaginem nobis retulerint tres filii: erit cur domui Saxonicæ gratulẽtur sinceri pietatis cultores, quos illa deuinctos sibi & amicos habet. Porrò ad laboris mei cõmendationem apud Principes Christo verè addictos vnum hoc sufficiet, quòd vbique & germanã pietatis doctrinam asserere, & sacris Dei oraculis lucem afferre non minore fide quàm reuerentia studeo. Si fortè autem vestræ celsitudini ignotus sum, est in aula vestra clarissimus vir Franciscus Burchardus Cancellarius, qui pro sua, qua me ante annos quatuordecim complexus est, beneuolentia, mihi fauorem cõciliet. Atque vt à laudibus abstineat, quas minimè postulo, saltẽ de mea ad propagandũ Christi regnũ sedulitate testabitur. Iam verò quũ eandem, qua olim apud cordatissimum principem patrem vestrũ pollebat, gratiã & authoritatem hodie meritò apud vos obtineat, idoneus erit rei sibi compertæ testis. Valete illustriss. principes. Dominus vos suo præsidio tueatur, Spiritu prudentiæ, æquitatis, & fortitudinis gubernet, omníque benedictionum genere locupletet. Geneuæ, pridie Calendas Augusti. M. D. L I I I I.

INDEX EORVM QVAE IN HIS COMMENtariis præter cætera explicantur. Primus numerus, Caput: secundus versiculum denotat.

Abnegatio nostri præcipitur 12.4
Abram ferè quinquagenarius, quum mortuus est Noah 9.28
abræ vocatio, communis typus est vitæ omnium fidelium 12.1.4
abræ vocatio, Ecclesiæ renouatio censetur 11.10
abram vix creditur Thare primogenitus 11.27
abræ fides 12.7,& 15.12,& 17.17,& 22.3
abræ simulatio de vxore, vitio nõ caruit 12.11,& 20.12
abram Spiritus directione bellum suscepit 14.13
abram Ebræus dictus ab Eber. ibidẽ.
abram sacerdos 14.18
abram semel & ex propriis facultatibus decimas obtulit sacerdoti Melchi-sedec 14.20
abram minimè auarus 14.21,& 21.27
abram sola fide iustificatus 15.6
abram culpa non vacauit cum Hagar congrediens 16.1
abræ domus, Ecclesiæ effigies 15.5
abram quomodo multarum gẽtium pater 17.4
Abraham cur sic dictus ibidem
abrahæ risus minimè vitiosus 17.17
abrahæ misericordia erga Sodomitas 18.22
abrahæ infidelitas 20.2
abrahæ ingratitudo 20.2
abraham Propheta 20.7
abrahæ vitium 20.11
abrahæ filii duplices 21.10,& 22.17
abrahã spe tantum dominus terræ, re ipsa peregrinus 21.27.33,& 23.4
abrahæ obedientia 22.1.3
abrahæ constantia 22.8.9
אברך diuersa significat 41.40
abundantia ignauiæ mater 41.46
¶ Adam Dei ordinatione & nutu lapsus est 3.7
adam libero motu peccauit 3.1.7
adam ambitione lapsus est 3.6
adæ ingratitudo ibidem
adam non longè post creationem lapsus ibidem
adæ pœna inflicta ad posteros omnes extenditur 3.17
adæ conditio post peccatũ mors 3.19
adã cur pelliceis vestib⁹ indutus 3.21
adæ relicta spes veniæ 3.23
adam probè filios suos instituit 4.2
Adiurat seruum suum Abraham pro vxore filio quærenda 24.3
Administratio moderata inter homines Deo gratissima 10.8
Adoptio gratuita cum vitæ nouitate iungenda 17.3
adoptionis gradus 17.7
adoptio in solo Dei beneplacito fundatur 25.28
Adoratio pro Reuerentia 23.7
adoratio pro Obedientia 41.40
Aduenæ & hospites Christiani 47.8
Adulatio aulicorum 12.15
Adorat Iacob ad lectuli caput, vel ad summitatem virgæ 47.1

Adulterium Deo abominabile 20.3, & 28.24
adulteriũ grãde peccatũ 20.9,& 26.10
adulteria impunita manere non debent
adulteri Deo exosi 38.24
adulterorum pœna 39.7
adulteram cur Christus non puniuit Ibidem
¶AEdificatio in Ecclesia perquàm necessaria 18.19
AEgyptii superbi & crudeles 12.20, 43.32
ægyptii superstitiosi 46.31
AErumnæ vitæ præsentis ex peccato omnes 3.19
¶Affectus naturæ originali peccato vitiantur 8.21
Affligere pro In ordinẽ cogere 16.6
afflictiones à Deo mittuntur 32.24,& 42.28
afflictiones ex peccato oriuntur 3.19 & 38.11
afflictiones bonis & malis communes 14.12
afflictionum vtilitas 16.14,& 31.1,& 32.1,24,& 41.14,& 42.21,& 44.1
afflictionum tempore quomodo nos gerere oporteat 31.22
אלהים pro Deo & Angelis 20.13
Allegoriis non nimiũ indulgendum 6.14,& 8.6,& 17.7,& 21.10
Altare nullum legitimũ,nisi Dei vèrbo consecratum 25.5
¶Ambitio ædificantiũ turrim Babel 11.1
ambitio periculosa 30.1
ambitio fugienda 10.11,& 11.1,3,& 14.1
ambitionis fructus ignominia 11.9
Ambulare cum Deo quid 5.22
ambulare coram Domino 17.1,& 48.15
¶Anabaptistarum error de infantibus 9.9
Anarchiam quærere est cũ Deo pugnare 14.1
Angeli verè comedentes 18.6,& 19.3
angeli corporibus ad tempus vestiti 18.6.16
angeli,viri appellãtur à forma quam induunt 18.16,& 19.10
angeli tam iræ quàm gratiæ Dei ministri 19.13
angeli non inuocandi 24.33
angelorum caput Christus 28.12
angeli personam Dei suscipiunt 31.13
angeli singuli,custodes singulis hominibus non dati. 32.1
angeli nomine Christum significari, & quare 48.15
Animæ pro seruis & ancillis 12.5
animæ etiã post hãc vitã viuunt 25.8
Annus à Iudæis perperã in sex partes diuisus 8.22
anni initium à mense Martio 7.1.8
Anthropomorphitarũ delirium 1.26
¶Aquæ super expãsionẽ visibiles 1.6
¶Arbitrii liberi facultas qualis 4.4.7
Arbor vitæ ab effectu dicta 2.9
Arca Noah imago fuit Ecclesiæ 6.14
Armeniæ montes altissimi 8.1
Aromaticis vnguẽtis cadauera quare condiebant veteres 50.2
Artes liberales à profanis hominibus ad nos fluxerunt 4.10
artium inuentio, donum Dei 4.20
¶Astrologiæ vtilitas. 1.16
שׁשׁם peccatum & pœnam significat 42.21
Assur ex posteris Sem 10.11
Assyrii Chaldæam fundarunt ibid.
¶Auaritia cæca 31.1
auaritiæ comes inhumanitas 13.10
auaritia Laban, Vide Laban
Auditus verbi sufficere nobis debet ad fidem 50.24
Auferre caput in vtrãque partem sumitur 40.19
Aulici adulatores 12.15
aulicorum deprauata natura 40.23
עולם pro longo tempore 13.14,& 48.3

B

BAbylonis structura 10.10
babylonem quidam à Ioue Belo perperam deducunt 11.9
Baptismus in aquis diluuii figuratus 7.17
baptismus Circuncisioni successit 17.13
baptismus non contemnendus 17.14
baptismus quomodo ad salutem necessarius Ibidem
baptismi nota fideles à profanis discernuntur 17.13
baptismo priuati infãtes subita morte correpti,non propterea damnãtur 17.14
¶Benedicere quid 1.22,& 2.3, & 12.3, & 24.59
benedicendi mos vetus 27.1
benedicendi mos vnde 31.55
benedicit Pharaoni Ioseph quomodo 47.7
benedicere pro Facere crescere 48.3
in te benedicet Israel 48.20
benedicendi munus quibus iniunctũ 14.19,& 32.26
benedictio terrena Ismaeli promissa 21.20
benedictio Dei,vide Deus
Berosi locus 11.1
Beth-el quæ & Luz dicta 28.19
¶Bileam cõsilium pessimum 6.2
¶Boni sæpe cum reprobis in easdem pœnas inuoluuntur 18.23
boni malis permixti 9.22,& 11.10,&18. 22,& 19.9,& 21.10,& 25.23,& 46.31

C

כבד pro lingua 48.5
¶Cain & Abel gemelli creduntur 4.1
Canonistæ Hieronymi dictum temerè accipientes 23.16
Caput tollere quid 4.12
caput auferre in vtranque partem sumitur 40.19
caput male sectum 11.31
Caro non semper in malam partem capitur 6.11
carnis securitas metuenda 35.2
carnium esus quando cœperit 9.3
Castitas Iacobi 29.18
castitas coniugii,vide Coniugium.
Catulus leonis Iuda 49.9
Causæ mediæ & inferiores quid valeant 1.12
causæ forenses vnde 29.14
¶Chaldæa ab Assyriis fundata 10.11
chaldææ fertilitas. 12.10
Cham impius & sceleratus 9.22
chã à maledictione nõ eximitur 9.25
Chanaan cur maledicitur ibidem
chananæi à Deo maledicti ibidem
chananæi excidio deuoti ibidem
chananæi superbi 12.8
Charan in Mesopotamia 11.31
Charitas erga cognatos 19.13
charitas erga omnes 29.13
charitas,humanæ creatiõis finis 29.31
Cherubim Angeli 3.23
Christus Deus 1.3,& 18.13
christus semper omnibus oraculis præfuit 16.10
christus finis Legis 17.13
christus vnus & æternus sacerdos 14,18
christus rex noster æternus 14.18
christus mortis suæ sacrificio nobis Deum placauit 14.18
christus sæpe cum Angelis apparuit 18.2.9
christus sæpe patribus apparuit 18. 2.9.13,& 28.12
christus vnus semper fuit mediator 19.1,& 28.12
christus caput Angelorum 28.12
christus scala Iacob 28.12
christus sol iustitiæ 32.29
christus viua Dei imago 32.39
christus ex Iuda originem duxit 38.1
christus nihil gloriæ mutuatur à suis maioribus 38.1
christus adulterã non puniuit 38.24
Chus princeps AEthiopum 10.8
¶Ciborum delectus ex tyrãnide 9.3
Circũcisio,gratiæ Dei symbolũ 17.9
circuncisio vocatur fœdus ibidem
circuncisio, pœnitentiæ symbolum fuit 17.11
circuncisio pars pædagogiæ 17.12
circuncisio externa aduentu Christi cessare debuit 17.13
Ciriath-arba cur sic dicta 23.2
¶Cœlibatus an coniugio præferendus 2.18
cœlibatus Papistarũ impurus 28.20
כוהן principem ac sacerdotem significat 41.40
Cognoscere pro Coire 4.1
Conscientia mala sibi est carnificina 50.15
Cõcordia fouẽda 12.1,& 13.8,& 29.14
Concubina quæ dicebatur. 25.6
Confessio pietatis externa 33.20
confessio fidei necessaria 12.7
confessio peccati necessaria 38.26
confessio peccati ex animo fieri debet 18.15,& 27.41
confessionis Papisticæ quæ obtenditur vtilitas 27.41
Coniugium diuinitus institutum 2.22,& 9.1
cõiugium filios à parentibus non diuellit 2.24
coniugii finis proprius, sobolis procreatio & propagatio 24.59
coniugii sanctitas 2.22,& 5.2,&6.2, & 20.3,& 24.67,& 39.7
coniugii profanatio graue crimẽ 6.2
coniugium Isaac quare tam solicitè describat Moses. 14.1.2

coniugii incommoda,ex peccato 2.18,& 16.5
coniugiis Deus præsidet 20.3
cõiugalis thori maxima religio 29.22
Conscientia certa,omnia agẽda sunt 8.15
conscietiæ bonæ fons& principium, timor Domini 42.17
conscientiæ vis magna 4.7,& 12.15, & 20.6,& 25.29,& 26.29,& 31.30, & 31.44,& 39.11,& 42.21,& 43.16, & 44.7
Consuetudo publica sæpe periculosa 5.22
consuetudo publica, violenta tempestas 6.22
Contemptus Dei, contemptum hominum generat 6.4
Contentio vitanda 13.7
Contumacia fugienda 4.9,& 7.12,& 9.20,& 11.1,& 19.4,& 10.13,& 27.41
Conuiuia nõ improbãtur à Deo 21.8
Corda hominum in manu Dei 26.26, & 33.4,& 35.5,& 42.21,& 43.12
Coruus cur potius arca emissus 8.6
¶Creare quid 1.21
creationis hominis gradus tres 2.7
creationis humanæ finis,charitas mutua 29.31
creaturæ verbo Dei sanctificãtur 9.3
Crescere in multitudinem 48.16
Crudelitas Deo exosa 42.21
crudelitas filiorũ Iacob,vide Filii Ia.
¶Culpa remissa quomodo pœnã retineat Deus 49.5
Cultus nullus Deo gratus absque fide 8.17
cultus impii statim emergunt 11.10
Curiositas cauẽda 9.25,& 10.1,& 15.10, 23.1,& 24.12,& 25.29,& 32.29,& 34.1

D

DAmesec gentile nomen 15.2
Dan quare sic dictus 49.16
¶Debora pia matrona 35.8
Decem pro multis 31.5
Decimas dare,charitatis officiũ 28.22
decimas olim exigebant reges 47.23
Delictum & scelus differunt 20.4
Deus hominẽ flexibilem creauit 3.7
deus cur hominẽ tẽtari passus sit 3.1
dei permissu hominẽ esse lapsum 3.1
deus non est author peccati 8.21,& 22.1,& 45.8
deus nullius fraudis author 30.37
deus duob⁹ modis ordinariis olim se manifestabat 15.1.12,& 37.5
de⁹ nunquã qualis est apparuit 26.24
deus quomodo tentet 22.1,& 32.24
deus hominũ corda regit 33.4,& 35.5, & 42.21,& 43.12
deus op⁹ suũ mutilũ nõ reliquit 19.16
deus hominis salutem plurimi facit 3.14,& 18.18,& 19.16
deus suorum curã gerit 4.10,& 8.1, & 11.10, & 12.15.17,& 14.13, & 15.1.14, & 16.7,& 19.10.16.29,& 20.3.6,& 21.17, & 24.54,& 26.8,& 28.12,& 30.25,& 29 32,& 31.22,& 42.54,& 33.4,& 35.1, & 39.1.21,& 40.12
deus fideles vna manu aggrediẽs, altera defendit 32.24
deus non statim bonorũ quæ promittit,effectum exequitur. 18.14
deus cur suum auxiliũ differt 20.4
deus totius mũdi Index 15.16,& 18.25
deus impiorum iudex 15.14,& 31.49
deus iudicia sua nõ statim exequitur 9.25,& 18.21
deus nunquã sæuit cõtra insõtẽ 9.25
deus interdũ per indulgentiã concedit,quod illi non probatur 19.21
deus se patrib⁹ gradati patefecit 32.29
deus acceptor personarũ nõ est 17.12
deus nõ potest,nisi quod vult & pollicitus est 19.21
deus non tantum permittit quæ fiũt, sed vult ea fieri 45.6
de⁹ cur innoxia animalia diluuio perdidit 6.7
deus vult in suo verbo coli 3.6
deus iudicia sua Ecclesiæ manifestat 18.18
deus adest hominibus pluribus modis 21.20
deus parentes honore maximo dignatur 30.9
deus etiam indignos sua gratia prosequitur 30.5,& 39.1
deus per iniquos operatur 45.8
deus solus æstimandæ iustitiæ iudex idoneus 7.1
deus solus Ecclesiam restaurat 15.10
deus solus verè & propriè nos benedicit 32.26
deus fidelis & verax 21.1,& 24.26
deus fit noster quasi voluntarius debitor 32.9
deus priora dona in fidelibus, nouis recentibúsque cumulat 18.18
deus patrum nostrorum & in cuius conspectu ambulauerũt Patres nostri,quare repetatur à Iacob 48.15 & 49.15
dei Benedictio erga homines 9.18
dei benedictio multiplex 12.1
dei benedictio sẽper expetenda 32.26
dei benedictio pro promissione 35.9
dei benedictio bonæ fidei & æquitatis comes 30.33
dei benedictio terrena semper aliquibus molestiis permixta 26.14
dei benedictionis efficacia 9.1.28,& 14.1,& 28.3,& 30.27,& 46.8
dei benedictioni fœlices succes⁹ tribuendi 26.27,& 30.29,& 31.36,& 32. 13,& 33.10,& 39.3
dei benedictionem luxuries dilapidat 41.35
dei benedictione procreantur liberi 25.21, & 29.31,& 30.2,& 33.5
dei Contemptus cõtemptum hominum generat 6.4
dei cultus in eius verbo situs 3.6
dei Decretum 41.17
dei Dona distribui prout vult,nó ex meritis 48.17
dei Electio firma,vide Electio
dei Fœdus cõmune infantibus 9.9
dei Gratia præuenit nos 4.4,& 6.8,& 12.1,& 16.11
dei Hostes sunt fideliũ persequutores 12.3
dei Imago quid 1.26
dei indulgentia erga suos 9.11,& 15.7, & 17.12,& 18.15,& 19.30,& 20.3,& 22. 2,& 26.2.8,& 30.17,& 34.7,& 35.2,& 43.33
dei ira inflammatur peccãdi consuetudine 4.15
dei iudicia abyssus magna 9.25
dei Liberalitas 12.15
dei libertas in gratia sua dispensanda 21.10.
dei libertas in parcendo & puniendo 9.25,& 18.23
dei Misericordia nos præuenit 16.11
vide Dei gratia
dei Nomine non abutendum 34.15
dei Ordinatione & nutu lapsus est Adam 3.1
dei Persona interdum ab Angelis suscepta 31.13
dei pœnitentia qualis 20.7
dei Potentia cum eius verbo coniuncta 18.15
dei potẽtia cum gratia & promissionum fide connexa 19.21
dei potentia absoluta quid sophistis 25.29
dei præscientia non otiosa 41.17
dei præsciẽtiã nemo ferre potest 32.30
dei promissiones ex gratuita eius misericordia fluunt 15.6
dei prouidentia ab æterno eius consilio & continua actione perpetua diuellitur 41.17
dei prouidentia cum iustitia cõiuncta 42.28
dei prouidentia in quem vsum considerauda 45.8,& 50.12
dei prouidentia tegendis delictis ab impiis obtenditur ibidem
dei prouidẽtiæ tractatio vtilis ibid.
dei prouidentiæ,Ioseph dexter interpres ibidem
dei prouidentiæ mentio 1.6,& 4.13, & 8.1,& 11.6,& 12.1.17, & 16.1.13, & 18 5,& 19.8.19,& 20.2,& 21.10, & 22.4.7. 14,& 24.15.26, & 25.1, & 19.26.36.46, & 29.1,& 30.2,& 32.2, & 33.4,& 35.1, & 36.6,& 37.5,& 40.1.6,& 41.1.17.33, & 42.1.21,& 43.12,& 45.4,& 47.3
dei Terrore domatur impiorũ audacia 35.5
dei timor, conscientiæ bonæ fons & principium 42.17
dei timor qualis in reprobis 31.42
dei timore execusso,nullus peccãdi finis.vide Peccatum
dei tolerantia 6.11,& 11.5,& 13.13, 15.16,& 18,20,& 35.16
dei Virtus exteris signis non astringitur 17.14
deivolũtas curnobis manifestat 18.19
deo soli laus & gloria 30.29
deo obediendum,vide Obedientia
deo adscribitur opus venditionis Ioseph 45.8
deo quomodo adscribatur quicquid in mundo agitur 41.17
deum pœnitere quid 6.6
deũ videre facie ad faciẽ quid 32.30
deo irato nihil fœliciter succedit 4.12
¶Diabolus,vide Satan 1.14
Dies naturalis & artificialis 1.5
diei initium à vespere 1.5
dies septimus quomodo à Deo sanctificatus 2.3
dies natalis veteribus celebris habitus 40.19
dies extremus in igne fiet 9.7
dies mali vitæ Iacob 47.9
Diluuiũ circa vernũ tẽpus cœpit 7.8
diluuiũ quo mundus periit, fortunæ non tribuendum 7.17,& 8.3

diluuii memoria à posteris Noah sepulta 10.1
Dinam vnicam fuisse Iacobi filiam, probabile est 30.21
dinæ curiositas 34.1
dinæ inuitæ & repugnanti vis allata 34.3.5
dina polluta fuit 34.5
Dionysii iocus in Deum 4.24
Discrimen piorum & impiorum 15.8,& 42.28
discrimẽ veræ Ecclesiæ & falsæ 21.10
discrimẽ verorum Prophetarum & falsorum 41.33
discrimen sceleris & delicti 20.4
Diuinum pro eximio & singulari 23.6,& 30.8,& 33.8
diurtiarum incõmoda 13.5,&24.63, & 26.14,& 32.14
diuites à regno cælorum non arcentur 13.1
diuitibus nulla excusatio, si Dei vocationem non sequuntur ibidem
Diuortiũ polygamia tolerabil.29.27
diuortia nõ temerè admittẽda 2.24
¶Doloris patris principium primogenitus 49.3
Dona Dei prout vult & liberè, nõ ex hominum meritis distribui 48.17
Dormire cum patribus 47.30
¶Dulia & latria fucatæ Papistarũ voces 23.7

E

EBer gentile nomen 10.21,& 14.13
ebræi ab Eber sic dicti 14.13,& 43.32
Ebrietas fœdum vitium 9.20
ebrietas Noah ibidem
ebrietas Lot 19.33
ebrietatis pœna ibidem
ebriosi in pecudes degenerant 9.22
¶Ecclesia diuitus seruatur 10.1
ecclesia vera qua nota à laruata discernitur 1.102
ecclesia non sine difficultate restauratur 15.10
ecclesiæ conditio in speciem misera 15.10.14.17,& 25.19,& 33.6,& 37.28, & 43.32, & 46.31 vide Fidelium conditio
ecclesiæ filii duplices 17.7
ecclesiæ gloria sordidovelamine obtecta 33.6
ecclesiæ hostes 12.3,&15.11
ecclesiæ imago fuit arca Noah 6.14
ecclesiæ, iudicia Dei manifestantur 18.18
ecclesiæ preces à Deo exaudiuntur 18.27
ecclesiæ pueritia vetus seculum 32.31
ecclesiæ restauratio difficilis 15.10
¶Electio arcana non omnibus Israelitis communis 25.23
electio gratuita 9.25,& 35.22
electio firma 25.28,& 27.5,& 35.22
electio, prima sanctitatis origo 25.23
electio veros filios ab adulterinis discernit 17.7
electionis Dei fons, liberum Dei beneplacitum 48.19
electionis Dei effectus non statim constat 25.24.27
electi soli seruantur 25.29
electi etiam aliis prosunt 39.3
¶Esau binominis 36.9
esau profanus cur dictus 25.30
esau impiosus & ferox 32.2
esau à sancta familia abdicatur 35.11, &36.1
esau pœnitẽtia furiosa, iracundiæ testis 27.41
¶Eunuchi pro satrapis & aularũ principibus 37.38,& 39.19,& 42.1
¶Excellẽtia dignitatis & roboris 49.3
Exempla mala fugienda 5.22,& 6.9
exempla quæ sequenda 24.22
exempla sanctorum patrum sine Dei verbo non imitanda 15.8,& 24.22, & 26.25,& 28.19,& 29.30,& 42.7,& 46.3, vide Patres

F

FAbulæ Iudæorum, vide Iudæi fabulæ Poetarum, vide Poetæ
Facere misericordiã pro Humanitatem præstare 24.33,& 40.14
facere iudicium & iustitiã quid 18.19
Facie ad faciem deum videre 32.30
Famæ tuendæ ratio 31.31
in Fame solus Deus alit. 47.13
Familiæ habenda cura 30.30
Famulorum habenda ratio 17.12
famulitii magni incõmoditates multæ 13.7
¶Fenestra vna dũtaxat in arca Noah 6.14
Festinatio nimia vitiosa & periculosa 16.1,& 17.15,& 30.9,& 31.31
¶Fides ex electione oritur 17.7
fides in solo Dei verbo & promissionibus fundatur 12.1,& 17.4
fides virtutum omnium mater 6.22
fides à pura conscientia disiungi non potest 17.3
fides confirmatione indiget 32.1
fides nouis promissis instauratur 7.1
fides externis symbolis fulcitur 9.11, & 15.9,& 17.9,& 33.20,& 46.1
fides verbi metas nõ egreditur 26.10
fides inuocationem parit 12.7
fides vincit 32.24
fides sola iustificat 4.4,& 15.6
fides sola Deo nos reconciliat 4.4
fides sola obedientiam generat 12.1
fides omni timore vacua non est 6.13,& 18.19,& 28.17,& 32.6
fides sanctorum imperfecta 33.1
fides Abrahæ, vide Abraham
fides Noah, vide Noah
fides Lot, vide Lot
fidei doctrina à recto agendi studio non abducit 6.18
fidei confessio necessaria 12.7
fide constantia retinenda 9.24
Fideles, sola fide vt Abram iustificantur 15.6
fideles, veri sunt Israelitæ 35.11
fideles cum Deo luctantur in mediis tentationibus 32.24
fideles nõ sine vulnere victores euadunt 32.25.31
fideles à timore & cura non eximuntur 15.1
fideles instabiles 12.8.10,& 13.14,& 20.1,& 21.22,& 27.42
fideles etiam aliis prosunt 39.3
fidelium conditio in hoc mundo cõtemptibilis & misera 12.8.10,& 13.14,& 15.10.14,& 33.5,& 43.32
fideliũ preces arma fortissima 39.20
fidelium preces à Deo exaudiuntur 18.27,& 24.15
fidelium preces etiam aliis vtiles 19.29,& 20.7
fidelium vita infamiæ obnoxia 31.30
fidelium stabilis fœlicitas 36.31
fidelibus omnia sunt adiumento 31.14,& 36.6
fidelibus hostes nunquã defuturi 12.3,& 17.7,& 31.22,& 32.24,& 27.40
Filii Dei multiplices 6.1
filii Ecclesiæ duplices 17.7
filii Abrahæ duplices 21.10,& 22.17,& 25.23
filii Iacob perfidi, crudeles,& contumaces 34.13,& 37.2.10.35
filiæ Lot inexcusabiles 19.31
filiæ pro ramis arboris 49.22
filios suos quare Ioseph adducat ad patrem 48.1
¶Fœcũditas peculiare Dei donũ 25.21,& 29.31,& 30.2,& 33.5
fœcunditas olim maximi habita 30.9.22
Fœdus cum Noah initum ad posteros omnes spectat 9.7
fœdus Dei infantibus commune 9.9
fœdus quomodo perpetuum 17.7
fœdus Dei semper proponamus nobis ob oculos 48.3
fœminarum rara in genealogiis mẽtio 22.19,& 30.21
fortitudo patris primogenitus 49.3
fortuna à mundo fingitur 39.1
fortunæ, diluuium minimè tribuendum 7.17,& 8.3
¶Fratris iniuria, in Deum recidit 9.6,& 12.3
Fraus vitanda 31.49
fraus Laban erga Iacob 29.25
frugalitas commendatur 18.27,& 19.33,& 29.4
¶Furtum Rachelis inexcusabile 31.19.32

G

GAd quare sic dictus 49.19
¶Gentes in Christo collectæ 15.4,& 48.10
gentium vocatio prædicta 9.27,& 17.4,& 35.11
ex gentibus oriundi sumus 10.1
Gerundẽsis nugæ de Eunuchis Pharaonis 40.1
¶Gigantes certi quidã homines 6.4
¶Gloria impiorum fluxa 10.1
¶Gratiã inuenire pro Gratũ esse 6.8
gratia Dei, vide Dei gratia
gratiarum actio commendatur 9.3.26,& 12.7,& 21.33,& 22.14,& 24.26, & 26.18,& 28.18,& 29.32, & 32.1.30, & 35.14,& 41.50
gratitudo 14.17.20,& 32.1
גד nomen interdum honorificũ 12.1

H

HAEreditatem perpetuam quomodo promiserit Deus Israelitis 48.3
¶Hephron iusta venditio agri sui in sepulchrum 23.16
¶Historiæ quæ incutiendo terrori valent, in primis vtiles 18.19
¶Homo animal sociale 2.18,& 4.14, & 11.1
homo flexibilis à Deo creatus 3.7
homo ante lapsum etiam Deo subiectus 2.16

homo totus caro eſt ante regenerationem 6.3
homo per Chriſtum Satana ſuperior 3.15
hominis conditio poſt lapſum, mors 2.16,& 5.5,& 6.16
hominis imperiũ in beſtias ad quid vtile 9.2
hominis tarditas magna 19.16
hominem labi Deus voluit 3.1
homines, mali naſcuntur 8.21
homines liberè peccant ibidem
homines fortuitò non naſcuntur 25.21. vide Fœcunditas
homines inter duo ſepulchra conſtituti 7.11
homines prophani etiam religione tanguntur 39.3
hominum genus omnino corruptũ 6.5,& 8.21
hominum corda in manu Dei 26.26, & 33.4,& 35.5,& 42.21,& 43.12
hominum facta ex euentu non æſtimanda 45.8
Homicidium vetitum 9.5
homicidium graue crimen 27.45
homicidarum pœna 9.6
Honor parentibus debitus 9.22
honores iis mandandi, qui donis inſtructi ſunt 41.38
hoſpites & aduenæ Chriſtiani 47.8
hoſpitalitas commendatur 18.2
hoſpitalitas Lot 19.1
Hoſpitalitatis ius violatũ Iſraeli ab Aſſyriis 47.5
חטא reatũ & culpã ſignificat 44.18
¶Humanitas colenda 9.5,& 12.1,& 14.17,& 16.6,& 29.13,& 42.21
humanitas Ruben 37.21
¶Hypocriſis ingeniis humanis ingenita 34.21
hypocriſis Dei iudiciũ cõtẽnit 37.20
hypocriſis peccata tegit 42.21
hypocriſis fugienda 17.1,& 30.5
hypocriſis filiorum Iacob 37.22
hypocritæ ſemper ſe excuſant 18.15
hypocritæ nunquam verè reſipiſcũt 28.6
hypocritæ peccatum peccato coacerũant 37.31
hypocritæ bonos falſis querimoniis onerant 31.23
hypocritæ ſuperbi omnes 4.5
hypocritæ quando maximè timendi 8.4
hypocritarum natura 29.9
hypocritarũ mos reb⁹ proſperis 30.5
hypocritarum religio præpoſtera 4.5

I

IAcob non ſine miraculo repente ditatus 30.43
iacob cur Iſrael dictus 32.28,& 35.10
iacob ab auaritia alienus 33.17
iacob tota vita peregrinus 43.3
iacob ſuſpectos habuit filios ſuos nefariæ conſpirationis 43.3
iacobi diffidentia 27.11
iacobi peccatum 27.14
iacobi mendacium 27.19
iacobi periurium ibidem
iacobi caſtitas 29.18
iacobi vita laborioſa 31.4
iacobi manſuetudo 31.54
iacobi ſimulatio erga fratrem Eſau 33.13
iacobi domus ſuperſtitione polluta vſque ad Dinæ raptũ 31.19,& 35.2
iacobi conſtantia magna 42.29
iacobi patientia 42.38
¶Idololatria humanis mentibus ferè ingenita 31.19
idololatriam homines facilè amplectuntur ibidem
¶Ignis extremæ diei 9.7
Ignorantia craſſa nõn appetẽda 45.8
ignorantia craſſa non excuſat 41.8
ignorantia craſſa, iuſta hominũ ignauiæ vltio 18.19
¶Imago & ſimilitudo idem 1.26
imago Dei quid ibidem
imago in homine 5.1,& 9.6
imago in homine non prorſus deleta 9.6
imago Dei viua Chriſtus 32.30
imagines Papiſticæ, idololatriæ ſunt inſtrumenta 31.30
Imitatio mundi diabolica 5.22
Immortalitas probatur ibidem
immortalitas in terris non quærenda 11.4
Impatientia cauenda 16.5
Impii deteriores ſemper fiunt 29.25
impii ad flagella Dei efferantur 4.23
impii alios vlna ſua metiuntur 30.35
impii inexcuſabiles 19.10
impii etiam aliqua religione tangũtur 39.3
impii gratiam Dei penitus contemnere nequeunt 28.6
impii etiam Dei virtutem experiri coguntur 31.29
impii non verè ſalutem amiſſam lugent 27.38
impii ad deſperationem adiguntur 27.46
impii exitio deuoti 19.24
impii exitium ſuum momẽto accelerant 19.5
impiorũ natura horrenda 9.22,& 19.6
impiorum durities 4.23
impiorum conſenſus diabolicus 19.4
impiorum ſocietas periculoſa 14.12
impiorum ſcelera vindictam poſcũt 18.20
impiorum ſecuritas maledicta 19.13, & 25.34,& 28.10
impiorum gloria fluxa 10.1
impiorum iudex Deus 15.14
impios quaten⁹ abominari licet 43.32
impios Deus tolerat 11.5,& 13.13,& 15.16,& 18.21,& 35.16
impios De⁹ tractat vt feroces equos 42.9
Impunitas malorum, peccandi illecebra 6.13
impunitas ſcelerum totam regionẽ polluit 20.9
¶Inaures ſuperſtitionũ inſignia 35.4
Increduli ferè ſecum ipſi diffident 26.27
incredulitatis comes ſuperbia 31.29
Indulgẽtia Dei, vide Dei indulgẽtia
indulgẽtia parentum in filios, vitioſa 34.18
Infantes ſubita morte abſque baptiſmo correpti, non propterea damnantur 17.14
infantibus commune Dei fœdus 9.9
Ingratitudo vitanda 16.13,& 19.31,& 20.2,& 21.17.23,& 24.50,& 25.33,& 26.27,& 32.29
Iniuriæ obliuiſcendæ exemplum in Ioſeph 50.21
Intelligere fecit manus ſuas, Hebraiſmus 48.14
Inuidia fugienda 26.16,& 30.1
Inuocare nomen Domini, bifariam ſumitur 12.7
inuocatio nominis Dei vtiliſſima 26.25
inuocatio ex fide naſcitur 12.7
inuocatio totum Dei cultũ ſæpe cõplectitur 4.25,& 12.7,& 13.3,& 21.33
¶Iob dolore preſſus, valde abſurda loquutus eſt 37.35
Ioſeph Chriſti imago 37.5
ioſeph venalis quibuſlibet expoſitus 37.28
ioſeph gener principis ciuitatis On 41.40
ioſeph fratribus ſe alienum duabus cauſis oſtendit 42.7
ioſeph longè à vindicta alienus 43.16,& 45.1
ioſeph, dexter Dei prouidẽtiæ interpres 45.8
ioſeph diuinitus electus ad iuuandos fratres ibidem
ioſeph pater Pharaonis ibidem
ioſeph regis beneficio bene vtitur 47.5
ioſephi integritas erga inſulariũ 29.21
ioſephi prudentia 41.46
ioſephi peccatum 41.50,& 44.7
¶Ira Dei lento gradu ad vindictam procedit 15.16
ira ſancta 30.1
iræ intemperies homines dementat 34.30
iracundia cauenda 16.5
iraſcendum quomodo alienis peccatis 34.7
Iris erat ante diluuium 9.13
Ironia 5.22,& 11.6
¶Iſaac toto vitæ ſuæ tempore peregrinus 26.12,& 37.1
iſaac in agris conductitiis ſeuit 26.21
iſaac cæco amore ſtatuit Eſau præferre fratri 27.4
iſaac ſimulatio culpanda 26.7
iſaac fides vacillauit 26.10
Iſmael cur gratia Dei priuatus circũcidi iubetur 17.19
iſmael à Dei familia abdicatus 21.14, & 43.33
iſmaelis riſus, maligna ſubſannatio 21.9
iſmaeli terrena benedictio promiſſa 21.20
Iſrael cur ſic dictus 32.28,& 35.10
iſraelitæ legitimi qui 25.23
¶Iudas primatum inter fratres obtinebat 44.7
iudas quare ſic vocatus 49.8
iudæi annũ perperã in ſex partes diuidunt 8.22
iudæi fruſtra in carne gloriãtur 25.28
iudæi fruſtra gentis ſuæ nobilitatem iactant 34.25
iudæorum & Gentium collectio 9.27
iudæorum commenta & fabulæ 1.26
iudæorum fabulæ de Abram 11.28

Iudæorum fabula de Angelis qui ipsi Lot apparuerunt 19.1
Iudæorũ fabula de Sara lactante 21.7
Iudæorum fabula de Ariete 22.13
Iudæorum fabula de longa Saræ æta te 23.1
Iudæorum friuola distinctio de quatuor homicidii speciebus 9.5
Iudæorum superbia in extollenda gẽ tis suæ origine 30.14
Iudæorũ superstitio in neruo facto 32.31
Iudæis non est amplius necessaria circuncisio 17.13
Iudicium quid 18.19
Iudicium de rebus incognitis suspẽdendum 31.31
Iudicii diuini vis 4.9
Iudicia Dei, vide Dei iudicia
Iumentũ à bestia qua re differat 1.24
Iuramentum non illicitum 14.21,& 21.24,& 31.53
Iuramenti vsus legitimus 31.49
Iurãdi forma Ecclesiastica 14.23,& 21.23
Iurandi forma AEgyptiis trita 42.15
Iurandi legitima ratio 26.31
Iurandum non temerè 14.23,& 24.3, & 26.31,& 42.15
Iusiurandum legitima de causa exigi posse 24.2
Iusiurandum exigit Iacob à Ioseph 47.29
Iustitia quid 18.19
Iustitia manuum quid 20.4
Iustitia tota vita colẽda 26.8,& 29.14
Iusti qui dicantur 6.9

L

Laban fraus erga Iacob 29.25
Laban improbitas 30.25
Laban auaritia 30.35,& 31.36
Labor manuarius nõ omnibus præcipitur 3.19
Laboris vtilitas ibidem
Lactantius hallucinatus 6.3
Lætitia subita & inopinata quidam exanimati 45.26
Latria & Dulia fucatæ Papistarũ voces 23.7
¶Lea sancta mulier 35.16
Leuitas damnatur 39.19
Leuitis vnde vrbes datæ in singulis tribubus 49.7
Lex perfecta regula 25.5
legis vita & mors 3.9
¶Liber pro catalogo 5.1
Librariorum errore numerus mutatus 46.8
Liberi non fortuitò nascuntur 30.2
Liberi dono Dei procreantur, vide Fœcunditas 29.31
Liberi pignora veteribus dicebantur
Liberi sociandis parẽtum animis vincula esse debent 30.17
Liberi sunt velut domus fultura 30.3
Liberi, dissidii occasionem sæpe præbent 25.28
Liberi arbitrii facultas 4.7
Libertas, hominum malitia periit 12.5
Libertas, patientiæ nõ repugnat 26.27
Libertas se defendẽdi permitti debet 20.10
Libertinorum insania 2.9
Libidines Deo exosæ 24.25,& 38.15
Linguarum diuisio iusta Dei vindicta accidit 11.1
linguarũ diuersitas prodigiosa ibidẽ
linguarum diuisionis maledictio per Christum ablata 11.7
¶Loqui pro Decernere 6.7
loqui ad cor pro Comiter affari 34.3, & 59.21
Lot hospitalitas 19.1
lot fides 19.13
lot fides imperfecta 19.18
lot infirmitas 19.15
lot ebrietas 19.33
¶Lucani locus 11.31
Luct⁹ qualis post mortẽ Iacob 50.1.3
Luna magnitudine alios planetas nõ superat 2.10
Luxuries, Dei benedictionem dilapidat 41.35

M

MAlorum causa peccatũ est 3.19
malorum impunitas, peccandi illecebra 6.13
Mandragoræ 30.14
Manichæorũ error de duobus principiis 3.1
manichæorum delirium de hominis anima 6.3
Manum leuare pro Iurare 14.21
manum ponere sub femore, iurandi mos 24.2,& 47.29
manuum impositione super filios Ioseph quid significauit Iacob 48.8.12
manus tua in ceruice inimicorum, phrasis Hebraica 49.8
manuum iustitia 20.4
Matrem cum filiis occidere pro Nihil reliquum facere 32.11
matres filios suos alere debent 21.7
¶Media non spernenda 43.12
Mediator vnus semper fuit Christus 19.1,& 28.12
Melchi-sedec præfertur Abræ 14.18
melchi-sedec rex & sacerdos ibi.
melchi-sedec figura Christi ibi.
Mendacium Deo abominabile 33.13
per Mercatores trãsiens pecunia 23.16
Merces pro hæreditate vel fœlicitate 15.1
merces operum 22.15
Merita hominũ nulla 7.1,& 18.18.19,& 22.15,& 25.29,& 27.30,& 32.10,& 39.21
¶Minæ electis & reprobis proponuntur 6.13
minarum vsus optimus 20.7
minis omnibus inclusa est pœnitentiæ doctrina ibidem
minas suas Deus non statim exequitur 9.25
Ministri verbi officium 40.16
ministri, semen verbi proiiciunt incerti de fructu 27.21
ministris interdum tribuitur quod solius Dei est 7.3,& 16.10,& 22.16, & 27.33.37
ministros sacrorũ negligi à Christianis, sacrilegum 47.22
Miracula non temerè fingenda 4.5
Miseriæ vitæ præsentis vtiles 3.19
Misericordia commendatur 18.2.22
misericordia non tangi, virtus Stoicis heroica 45.1
misericordiam facere pro Humanitatem præstare 21.23,& 40.12
¶מועדים pro eo quod Gallicè dicimus *Saisons* 1.14
Modestia commendatur 16.6,& 32.25
Montes Armeniæ altissimi 8.3
Morscorporalis ex peccato fluxit 3.19
mors non semper diuortiũ est animæ à corpore 5.22
mors electos à reprobis discernit 15.15
mors reproborũ turbulenta ibidem
mors omnibus communis 23.1
mors electis cedit in salutem 38.7
mortis causa alienatio à Deo 2.16
mortis meditatio vtilis 11.4
mortui quatenus lugendi 23.2
mortificatio nostra in immolato arie te figurata 22.13
Moses populariter loquutus 3.1,& 6. 14,& 14.1
moses in describenda sua historia nõ parcit etiã suæ trib⁹ hominib⁹ 49.5
¶Mulier est viri accessio 2.18
mulier subdita viro 3.16
mulieris semen pro toto hominũ genere 3.15
Multitudo non curanda 5.22,& 6.9,& 7.17,& 19.9
Mundus vno momento conditus nõ fuit 1.5,& 2.1
mũdus piorũ facilitate abutitur 30.25
mundus fortunam sibi fingit 39.1
mundi vnicus creator 3.1
mundi ordo vitiis nostris sæpe turbatur 8.22
mundi obstinatio inexcusabilis 41.8
mundi illecebræ cauendæ 41 50
mundi imitatio diabolica 5.22
mundi iudex Deus 15.16
Musices inuentio 4.20

N

NAturæ humanæ corruptio 19.19
naturæ affectus originali peccato vitiati 8.21
naturæ i⁹ à Papa violatũ 21.20,& 24.3
naturæ ordo à Deo sancitus etiam in reprobis viget 33.4
naturæ ordini non est alliganda Dei gratia 48.17
Nazareus Ioseph 49.26
¶Necessitas vtilis 41.14
necessitas optima magistra 41.38
Nemrod ambitiosus & truculentus 10.8.11
nemrod tyrannus Babylonicus 10.10
¶Noah fide arcam parauit 6.13
noah hæres iustitiæ quæ secundũ fidem est 6.22
noah multũ laborauit in extruenda arca ibidem
noah an vinitor fuerit, incertum 9.20
noah cur à filio illuditur 9.22
noah spiritu prophetico nepoti maledicit 9.24
noah spiritu adflatus filiis benedicit 9.26
noah fides 7.6
noah ebrietas 9.20
noah integra obedientia 6.22,& 7.5
Nobilitatis origo 6.4
nobilitatem generis sui frustra Iudæi iactant 34.25
Nouati error refellitur 35.22
Nomen Domini inuocare bifariam sumitur 12.7
nomine Dei nõ abutẽdũ 30.5,& 34.13

nomen meum inuocetur eis, phrasis Hebraica 48.16
נפל pro Habitare 25.18
¶Nubendi verbum vnde deductum 24.64
Nuditas antè probrosa non erat 2.25
nuditas post lapsum probrosa 9.23
Numerus septenarius multitudinem designat 4.24
numer⁹ denari⁹ pro multitudine 31.5
numerus, librariorū errore mutatus 46.8
Nutrices quæ dicebantur 24.59

O

OBedientia, virtutum omnium mater 4.2
obedientia verus Dei cultus 4.5
obedientia ex sola fide generatur 12.1
obedientia commendatur 3.11,& 4.2, & 6.22,& 12.4,& 15.9, & 17.3.23,& 20.8, & 21.3.4.14, & 22.1, & 24.50, & 26.5.10,& 35.2,& 46.3
obedientia nihil Deo gratius 3.11
obedientia parentibus debita 37.12
obedientia magistratibus debita 16.8
¶Oculos mortuis claudere, mos vetustus 46.4
¶Odium etiam leue, cauendum 29.31
¶On ciuitatis nomen 41.40
¶Opera ex ipso cordis fonte æstimãtur 4.4
opera ante fidem facta, peccata sunt. ibidem
opera non iustificant 15.6
operum merces 22.15
operum merita nulla 7.1
¶Oracula diuina etiam profanis hominibus communia 41.1
Orandi verus modus 24.12,& 32.9
oratio dubia esse non debet 32.9
orationis fructus 32.13
orationes vitiosæ, nisi in verbo fundatæ 19.18
orationes arma fidelium 39.20
orationes fidelium à Deo exaudiuntur 18.27,& 24.15,& 25.21
orationes fidelium aliis quoque vtiles 19.29,& 20.7
Ordo politicus Deo gratus 16.8
Orientales populi multis ceremoniis dediti 33.3
orientales populi tenui & arido victu contenti 43.1
Origenes audacius ludit allegoriis 6.14
Ornamenta mulierum vitiosa 24.22
vsque ad Os paruuli alere familiam aliquam 27.12
Osculi vsus vetustissimus 27.26
osculi abusus 29.4
Ossa sua in terram Chanaan transferri quare iubeat Ioseph 50.25
¶Otium ignauum damnatur 12.15
otium fugiendum 42.6

P

PAnis in cœna, corpus Christi vocatur 3.23
Papa seruus seruorũ, vt Chanaan 9.25
papa sacrum ius naturæ labefactare ausus est 21.20,& 24.3,& 34.4
papa frustra de successione gloriatur 21.10
papatus religio qualis 17.4
papistæ, patres sequendos esse clamitant 6.9,& 29.30
papistæ arcam nobis sine Dei verbo fabricant 7.17
papistæ inane verbum iactant 9.11
papistæ omnes suas spurcitias pallio Sem & Iapheth tegere volunt 9.23
papistæ frustra se Deum colere affirmant 12.7
papistæ in quo putant Melchi-sedec typum fuisse Christi 14.18
papistæ sacramenta aboleuerunt 17.9
papistæ sacramẽta septem confinxerunt 21.4
papistæ de multitudine gloriãtur 19.9
papistæ præparationes suas frustra iactant 25.27
papistæ veræ reformationi subiici nolunt 28.6
papistarum calumnia aduersus doctrinam fidei 6.18
papistarum inane verbum 9.11
papistarum nugæ de orationibus pro defunctis 20.7
papistarũ machina de operibus meritoriis 22.15
papistarum figmẽtum de cõsecrantis intentione 27.21
papistarũ cõfessio ad quidvtilis 27.41
papistarum reformatio putida 28.6
papistarum cõmentum de suis templis 28.17
papistarũ tẽpla, mera lupanaria. ibi.
papistarum vota abominabilia 28.20
papistarum cælibatus impurus ibi.
papistarum friuolũ effugium in suis picturis & statuis 31.30
papistarum bruta modestia 35.7
Paradisus quid 2.8
Parẽtes liberos probè instituere debent 18.19,& 28.18,& 34.1
parẽtũ potestas in liberos in cõtrahẽdo coniugio 21.20,& 24.3.57,& 34.4
parentum studia plerũque in liberorum amore scinduntur 25.28
parentum indulgẽtia in filios vitiosa 34.18
parentum contemptus Deo abominabilis 9.24
parentibus honor debitus 9.22,& 24.3,& 37.12
parentibus obediendum 9.24,& 37.12
parentes honore maximo Deus dignatur 30.9
Parere super genu, pro Fœtum alteri educare 30.3
Pasci se à Deo agnoscere, paterni amoris sensus est 48.15
Pastor lapis 49.22
pastores, vide Ministri
pastoribus vigilandum 35.2
¶Patientia cum libertate nõ pugnat 26.27
patientia fidelibus necessaria 4.10,& 16.8,& 20.1,& 25.21, & 26.18, & 27.42, & 30.9,& 31.1.13.23.42,& 32.26,& 33.5, & 37.8,& 40.1.23,& 42.29,& 43.1
patientia Iacob 42.38
Patres debent liberis nomina imponere 16.1
patres in externa benedictione non hæserunt 27.27
patres Dei promissionibus in cælum euecti 17.20
patres absque verbo sequi, periculosum 6.9,& 24.22,& 26.25,& 28.19,& 29.30,& 42.7,& 46.3
Paupertas suis commodis non caret 26.14
Pax cum omnibus habenda 16.12
pax quomodo cũ improbis fouenda 32.5
pax tantum ex ore Domini 26.24
pax nulla hominibus, nisi in Dei prodentia acquiescant 4.13
pax mutua colenda 13.9,& 45.24
¶Peccãdi illecebra ex malorum impunitate 6.13
peccandi nullus modus, excusso Dei timore 20.11,& 30.3,& 34.25,& 39.14
peccatum originale 3.6
peccatum originale in toto homine grassatur 3.6.10
peccatũ vni⁹ in multis punitur 34.25
peccati cognitio necessaria 42.11
peccati cognitio qualis nobis ingenita 3.7
peccati confessio fieri debet 38.26
peccati confessio pura esse debet 18.15,& 27.41
peccati author Deus non est 8.21
peccatis alienis quomodo irascendũ 34.7
in Pecunia regia tractanda fidelis Ioseph 47.14
Peregrini & inquilini Christiani 47.8
Pedum lotio olim trita 18.5
pedum lotio, vetustum humanitatis officium 43.25
pedem colligere quid dicantur morituri 49.33
Perfidia filiorum Iacob 34.13
Perplexis quid agendum 43.12
¶Philautia periculosa 30.1
philautia excæcat 29.14,& 31.43,& 34.21 16.14
Philisthinorum crudelitas 9.13
Philosophorum nugæ de Iride 9.13
¶Pietatis externa confessio requiritur 33.17
Pigritia cauenda 19.15,& 31.1
pigritiæ pœna 31.1, vide Tarditas
¶Platonis locus 1.16,& 15.15,& 25.8
Pluuia in manu Dei 1.6,& 2.5,& 19.24
¶Pœnã quomodo retineat Deus, remissa culpa 49.5
pœnas castigatorias optimè conueni re cum gratuita peccatorum remissione 49.5
Pœnitentia vera peccati veniam impetrat 27.34
pœnitentia sæpe ex metu pœnæ oritur 34.30
pœnitentia in Deum cadere minimè potest 6.6,& 20.7 42.22
pœnitentia sera 4.13
pœnitentia reproborum qualis & 27.34
pœnitentia Esau furiosæ iracundiæ testis 27.41 38.26
pœnitentia Iudæ sera 18.5
pœnitẽiæ initium dolor est ex peccato conceptus 27.36 20.14
pœnitentiæ veræ signum 35.2
pœnitentiæ externa professio 17.11
pœnitentiæ symbolum fuit circumcisio 2.14
Polygamia, legitimi coniugii corruptela

Polygamia originem cepit à Lamech 4.19
Polygamia diuortiũ tolerabili⁹ 29.27
Polygamia damnatur 2.24,& 4.19,& 16.1.2,& 22.19,& 25.1,& 26.34,& 29.27,& 30.1,& 31.50,& 36.1
Polygamiæ pœna 30.15
Portas hostium possidere, pro Potiri imperio 24.59
Possessionem æternã quomodo promiserit Deus 48.3
Potentia Dei cum eius verbo coniuncta 18.13
¶Prædicatio verbi sufficere debet ad fidem 50.24, vide Dei potentia
Præsumptio sancta 32.9
Primogenituræ excellentia 25.30,& 33.5,& 35.28
Promissiones Dei semper proponamus nobis ob oculos 48.3
Propheta Iacob de futuro Ecclesiæ statu prophetat 48.1
Prophetia Iacob mira de futuro filiorum statu 49.1
Prosperitas omnis à Deo est 26.27
prosperitate inebriatur homines 41.35,& 42.9
Prouidentiam Dei vsque ad coniugia extendi 24.1
¶Puellæ olim velabantur 24.64
Pulchritudo donum Dei 12.11,& 20.2
Putiphar præfectus militum 37.38
Putiphar nimis vxorius 39.19

Q

Quæstiones curiosæ vitãdæ, vide Curiositas, & Sobrietas animi
Quærendi Dei optima ratio 48.15

R

Rachel non excusatur furata patris idola 31.19
rachel multiplici reprehensione digna 31.32
rachelis sepulturam quare commoret Iacob filio suo Ioseph 48.7
רקיע pro eo omni quod supra nos patet 1.6
¶Rebecca peccauit, Iacob pro Esau substituens 27.5
rebeccæ peccatum multiplex 27.13
Reges pro Principibus 14.1
Religio non temerè mutanda 34.24
religio secum fert sepeliendi curam 23.3
religio Papatus qualis 17.4
religionis instauratio hoc tempore 4.25
religionis veræ notitia etiã reproborum mentibus insculpta 43.23
religionis reformationem Papistæ recipere nolunt 28.6
Reprobus sensus est, Diuini iudicii metum calcare 37.23
Remissio gratuita & castigatoriæ pœnæ conueniunt 48.5
Reprobi non prorsus carent diuinæ bonitatis notitia 43.23
reprobi habent humanitatis aliquid residuum 37.25
reprobi inexcusabiles 19.10
reprobi pertinaces 39.14
reprobi propria cõscientia damnati 25.29
reprobi nunquã verè resipiscunt 27.34,& 28.6
reprobi aut in suis malis stupent, aut in rabiem prosiliunt 31.3
reprobi insanabiles 37.25
reprobi quomodo Deũ timent 31.42
reprobi doloris sensu priuantur 19.37
reprobi subitò excellũt, vt statim cõcidant 36.1.31,& 37.28
reprobi interdũ electis prosunt 36.6
reprobi omnes iræ Dei subiecti 9.25
reprobi exitio deuoti 15.16
reprobi à filiis Dei morte discernuntur 15.15
reproborum contumacia 19.10.13,& 39.14
reproborum pœnitentia qualis 4.13,& 27.34,& 28.6
reproborum timor 28.17,& 31.42
reproborum mors turbulenta 15.15
reprobos etiam manet residuus deitatis sensus 41.38
Rex Pharao sacerdotes alit gratis 47.22
regis beneficio & permissu non abutitur Ioseph 47.6
in Regia pecunia tractanda quàm fidelis Ioseph 47.14
regis creatio in Lege quare partim hominum libidini, partim cælesti decreto tribuatur 49.8
¶Ridendi verbum in vtranque partem capitur 21.9
Risus Ismaelis maligna subsannatio ibidem
Rixis obuiam eundum 45.24
¶Ruben primogenitura quare deiectus 49.3

S

Sabbathum quomodo Christi aduentu abolitum 1.3
sabbathi veritas in Christo ibidem
שכר non semper in malã partem capitur 43.33
Sacerdotibus benedicẽdi munus iniunctum 14.19,& 32.26
sacerdotes aluit gratis Pharao Diuini cultus studiosus 47.22
sacerdotium Leuiticum Christi sacerdotio subiectum 14.20
Sacramenta sunt Diuinæ gratiæ testimonia 15.18
sacramenta à verbo auulsa nulla sunt 9.11,& 17.9,& 31.47
sacramẽta duo tantũ in Ecclesia 21.4
sacramenta fidem adiuuant 9.11
sacramenta à Papistis abolita 17.9,& 28.13,& 46.2
sacramentorum vsus 9.11,& 17.9
sacramentorum numerus 21.4
sacramentorum corruptio 17.9,& 28.13,& 46.2
Sacrificandi mos à Deo traditus 4.2
sacrificia ad quid instituta 4.2,& 8.17,& 33.20
Salem nomen proprium 33.17
salem duarum vrbium nomen ibi.
salem pro Ierosolyma 14.18
Salus hominum curatur à Deo 17.14
salutis nostræ initium à sola Dei gratia 18.19
שלום non modò pacem, sed & prosperum statum significat 43.23
Sanguinis esus ad tempus prohibitus 9.4
Sancti non semper à Spiritu sancto reguntur 27.5
sancti patres humanis affectibus non exuti 46.28
sanctorum fides imperfecta 33.1
sanctorum opera imperfecta 19.8
sanctorum exempla quatenus imitanda, vide Exempla sanctorum
Sapientiæ gradus primus, nil sibi arrogare 41.15
Sarai sterilis 11.28
sarai non excusatur à peccato 16.1
sarai Dei nomine abusa est 16.5
sara cur sic à Deo vocata 17.15
sara Abrahæ soror in secundo gradu 20.12
sara lactat filium suum 21.7
saræ risus in quo vitiosus 18.12
saræ peccatum 18.13
saræ incredulitas 18.12
saræ pudicitia diuinitus seruata 20.4
saræ fœtus vitalis promittitur 18.10
Satan serpente abusus ad fallendum hominem 3.1
satan non est peruersus à Deo conditus ibidem
satã rabie inductus homini exitium comparauit ibidem
satan quomodo tentet 32.10.24
satan neminem aperto marte aggreditur 3.4
satan Dei simia 26.24
satan Dei carnifex 19.13
satanæ defectio 3.1
satanæ cauendæ insidiæ 16.2
satanæ vafrities 3.1,& 15.2,& 16.2,& 19.35,& 22.11,& 32.10,& 35.22,& 39.6
satanæ spes veniæ nulla relicta 3.14
Satietas fastidium parit 41.46
satietas ferocitatem generat 26.16
satietas ignauiæ mater 41.46
Satisfactionibus non redimi pœnas meritas 48.5
¶Scala Iacob Christus 28.12
Scandala captant impii, vt peccandi licentiam obtendant 9.22
Sceleris & delicti discrimen 20.4
Sceptrum de Iuda non auferendum, donec &c. 48.10
Scientia in malam partem 2.9
Scortatio diuinitus damnata 34.25
scortatio Deo exosa 38.15
scortatio communi hominum sensu damnata 38.20
Scripturæ simplicitas 3.1. vide Verbũ Dei
¶Seculum pro vetustate 6.4
seculum pro longo tempore 13.14
seculũ vetus, Ecclesiæ pueritia 32.31
Securitas carnis metuenda 35.2
securitas impiorum, vide Impiorum securitas
sedulitas commendatur 24.33
Semen mulieris pro toto hominum genere 3.15
Senectutis bonitas in quo sita 25.8
Sensus reprobus est, Diuini iudicii metum calcare 37.23
Sepeliẽdi mos veterib⁹ diuersus 23.3
sepeliendi curã secũ fert religio. ibi.
sepeliri in terra Chanaan quare mandauit Ioseph filiis 49.29
sepulturæ cura, resurrectionis testis 35.17

ſepultura vænalis Papiſtis 23.16
ſepulchri cur tanta ſolicitudo ipſi Iacob 47.29 & filio eius Ioſeph 50.25
in Sepulturis plus ſumptus & pomparum apud AEgyptios, quàm apud Iudæos 50.2
Serpens os fuit diaboli 3.1
ſerpentis ſolertia ibidem
ſerpentis hoſtile diſſidium cum homine 3.15
ſerpente abuſus eſt Satan ad fallendũ hominem 3.1
Serueti blaſphemia 3.1
Seruitus Deo grata 16.8
ſeruitutis mentio prima 12.5
ſeruitutis initiũ vitio non caruit 14.1
ſeruitutis vſus illicitus non eſt 12.5
ſeruus ſeruorum eſt Papa, quemadmodum Chanaan 9.25
¶Sichar,quæ Sichima 48.22
Sichẽ non procul abeſt à monte Garizim 12.6
ſichimitæ mala conſcientia religionem mutant 34.24
Siclus valebat quatuor drachmas Atticas 23.11
Signa à verbo diuulſa,ſuperuacua ſũt 9.11,& 15.17,& 17.9,& 46.2
ſignorum analogia cum rebus quærenda 15.17,& 17.11
ſignis interdum tribuitur quod figuratis rebus propriè conuenit 28.22
Silo quid 49.10
Simeonis & Leui impietas 34.24
ſimeonis & Leui crudelitas 34.25
ſimeonis & Leui barbaries & contumacia 34.30
ſimeonitis ſorte non cõtigit propria regio 49.7
Simulatio magnopere fugienda 37.35,& 44.1.5
ſimulatio filiorum Iacob 37.35
ſimulatio Ioſeph 42.9
¶Sobrietas ſeruanda 9.20,& 21.8
ſobrietas animi commendatur 3.5,& 9.25,& 15.10.16,& 18.6,& 19.10,& 28.13,& 33.20
Societas non prodeſt,niſi Deus præſit 42.27 vide Multitudo
ſocietas impiorum periculoſa 14.12
Socordia excutienda 18.19,& 19.13.37, & 31.13.26,& 37.25,& 41.8,& 42.21
Sodoma nõ caſu periit, ſed diuinitus afflicta fuit 18.18
ſodoma miraculo deleta 19.24
ſodomitæ ſuperbi 13.13
ſodomitæ inexcuſabiles 14.13
ſodomitæ ingrati 14.21
ſodomitæ non vno tantum vitio laborabant 19.4.10
ſodomitarum peccatum 18.27
ſodomitarum immanitas 19.6
ſodomitarum ſuperbia 13.13,& 19.9
ſodomitarum ſemen maledictũ 19.24
Somniis olim Deus apparebat 15.12, & 37.5
ſomnia quædam vim habent vaticinii 40.5
¶Splendor in regibus & princip.non omnino damnandus 41.40
Spes fidelibus neceſſaria 15.14,vide Patientia.
¶Sterilitas olim probro habebatur 30.22
ſterilitas terræ,diuinæ iræ index 3.18
Stoicorum virtus Heroica,non tangi miſericordia 45.1
¶Subiectio non temerè excutienda 14.1
ſubiectorum & famulorum habenda ratio 17.12
Succoth duarum vrbium nomẽ 33.17
Superbia,malorũ omnium initiũ 3.6
ſuperbia difficulter corrigitur 11.4
ſuperbia humanis mẽtibus ingenita 30.8
ſuperbia incredulitatis comes 31.29
ſuperbia abiicienda 37.10
ſuperbia Sodomitarum 19.9
ſuperbia AEgyptiorum 43.32
ſuperbiæ pœna 21.14
ſuperbi cum Deo belligerantur 11.1.7
ſuperborum natura 10.8
Superſtitio hominibus ingenita 31.19
ſuperſtitio mentes hominum demẽtat 31.32
ſuperſtitio miſcet ſacra prophanis 31.53
ſuperſtitio pertinax & rebellis 35.4
ſuperſtitio ſuperbiæ plena 43.32
ſuperſtitio AEgyptiorum 46.31
Surgendi verbo deliberatio notatur 37.35
ſurgere pro Vigorem ſumere 46.5

T

תם pro Manſueto 25.27
תמים fucato opponitur 6.9
Tarditas nobis ingenita 19.15
tarditas dãnatur 19.26,& 31.1,& 32.14
¶Temeritas cauenda 19.18.30,& 31.31
Temperantia in cibo & potu colẽda 18.27,& 19.33,& 21.8
temperantia in ſancto coniugio 6.2
Templa Papiſtarnm lupanaria 28.17
Tenaces filii Laban 31.1
תרפים ferè in malã partẽ capitur 31.19
Terra cur ob Adæ peccatum maledicta 3.17
terræ ſterilitas,diuinæ iræ index 3.18
terra Chanaan cæleſtis hæreditatis typus 17.7,& 27.27,& 46.3
terram patrum ſuorum quare Iacob vocet terram Chanaan 48.21
¶Timiditas ſancta ex fide 8.15
timor fidem non euertit 18.19,& 28.17,& 32.6
timor Dei in nobis etiam ob naturæ corruptionem in vitium degenerat 18.15
timore Dei excuſſo nullus peccandi finis 20.11,& 30.3,& 34.25,& 39.14
timor reproborum 28.17,& 31.42
תולדות pro Generationibus & pro Rebus geſtis 6.9 37.2
Tolerãtia Dei 11.5,vide Dei tolerãtia
Tollere caput quid 40.12
¶Tranſſubſtantiatio inane figmentũ 14.18
Tribuum Iſrael duodecim qualis futura eſſet conditio & ſitus,longo antè tempore prædicit Iacob, etiã ante ſortes miſſas 49.1
Trinitas perſonarũ in Deo 1.26,& 11.7
Triſtitia nõ obruendi qui verè & ſeriò humiliantur 45.3

V

VEnti reguntur à Deo 8.1
Verbum Domini aliquando incredibile videtur 7.3
verbum Domini externis figuris pictis 9.15
verbum Domini cum ſymbolis coniunctum 15.18,& 17.9
verbum Domini cum eius potentia coniungi debet 18.15
verbum Domini perfectam ſapientiam complectitur 25.22
verbum Domini non adulterandum 40.16
verbum Domini vitæ noſtræ regula certiſſima 21.4,& 22.2,& 24.22,& 27.13,& 28.19,& 29.30,& 42.7
verbum Domini quid Papiſtis 9.11, & 17.9
verbi Dei illuſio deteſtabilis 21.9
verbo Dei omnia creata 1.5
verbo Dei creaturæ ſanctificãtur 9.3
verbi auditus ſufficere nobis debet ad ſalutem 50.24
Veri notitia in hominum animis inſculpta 31.43
Veſtitus cultus nimis,dãnatur 3.21
¶Via Domini quæ dicitur 18.19 19.35
Vigilandum aſſiduè 35.2
vigilandum paſtoribus 15.14,& 26.27
Vindicta nõ appetenda 15.14,& 26.27
vindictam miniſtri verbi denunciare debent 40.16 9.20
Vini vſus quando cœperit 9.20
Vir quando patrẽ relinquere debeat, vt adhæreat vxori 2.24
viri nomen Deo attributum 32.24
viri nomen Angelis interdum tribuitur,vide Angeli 15.1
Viſionibus olim ſe Deus manifeſtabat 26.24
viſiones patribus erant diuinæ præſentiæ ſymbola 17.18
viuere coram Domino quid 15.2
Vita præſens ſtadio ſimilis 38.7
vitæ longitudo,Dei donum 37.35
vitæ futuræ conſolatio optimum doloris temperamentum 49.11
Vitifera tribus Iuda
¶Vocatio Gentium,vide Gentes
vocationis metas tranſilire non licet 34.7,& 40.6
vocationis ſuæ iuſtæ neminem pudere debet 47.3
Voluntas Dei cur nobis manifeſtatur 18.19
Vouere,malum non eſt 28.20
vota Papiſtarum abominabilia ibi.
¶Vrbium origo prima à Cain 4.17
¶Vt,conſequentiã ſæpius notat quãdoque cauſam 18.19
¶Vxor Lot quomodo in ſalis ſtatuã verſa 19.26
vxoris Lot delictum non leue ibi.
vxorem filio ſuo eligit Abraham, & quare 24.1
vxoribus non ſemper credendũ 39.19
vxorius nimis Putiphar ibidem

Z

Zelus præpoſterus 27.13

ARGVMENTVM.

QVum immensa Dei sapientia in hoc admirabili cæli & terræ opificio reluceat, multum abest quin possit conditi mundi historia pro dignitate sua rite explicari. nam & exiguus nimis est ingenii nostri modulus, vt tantam capiat rerũ amplitudinem: tantum abest vt lingua ad plenam solidámque earum enarrationem suffi ciat. Verùm sicuti laudem meretur, qui modestè & reuerẽter in operũ Dei consideratione se exercet, etiam si minus assequitur, quàm esset optandũ: ita si in hoc exercitii genere alios pro facultate mihi datæ iuuare stu- deam, officium meũ non minus piis hominibus probatum iri, quàm Deo acceptum fore confido. Hoc non tantùm excusandi mei causa præfari libuit: sed vt moniti etiam sint lectores, si probè mecũ in meditandis Dei operibus pro- ficere velint, sobrium, docilem, mansuetum, & humilem spiritum afferendum esse. Oculis quidem mundũ cernimus, pedibus calcamus tentamus, manibus palpamus innumeras operum Dei species, odorẽ ex herbis & floribus suauẽ iucun- dúmque haurimus, fruimur ingentibus bonis: sed in his ipsis quorũ notitiã apprehẽdimus, ineſt ea diuinæ potentiæ, bonitatis, sapiẽtiæ infinitas, quæ sensus omnes nostros absorbeat. Itaque hominibus sufficiat, si mediocrẽ pro suo ca- ptu gustũ habeant. Atque ad hũc scopũ ita nos eniti tota vita conuenit, vt nos (etiam in vltima senectute) profectus minimè pœniteat, modò aliquantum simus à carceribus progressi. Hoc consilio Moses librum suum exorsus est à mundi creatione, vt in eius aspectu Deum quasi visibilem nobis proponat. Sed hìc insurgũt proterui homines, ac lu- dendo quærunt, vndenam hoc reuelatum fuerit Mosi. fabulari ergo de rebus ignotis putãt, quia nec spectator fuerit eorũ quæ narrat, neque ex lectione didicerit ita esse. Sic illi: facilè tamen refellitur eorum improbitas. Nam si fidem ideo eleuant huic historiæ, quoniam ex longa ætatum serie repetatur: vaticinia etiam refutẽt, quibus idem prædixit, quæ totidem postea seculis acciderunt. Clara sunt, inquam, & diserta, quæ de Gentiũ vocatione testatur Moses: com- plementum duobus ferè post eius mortem annorum millibus extitit. Qui rem longe pòst futuram, & tunc ab ho- minum sensu absconditam Spiritu præuidit, annon potuit vtrum mundus à Deo creatus esset, intelligere, præsertim cælesti magisterio edoctus? Neque enim suas diuinationes hìc profert: sed organum est Spiritus sancti ad ea publi- canda, quæ ab omnibus cognosci operæpretium fuit. Quòd illis absurdũ videtur, tunc demum ab eo descriptũ expo sitúmque fuisse creationis ordinem, qui antè incognitus fuisset: in eo nimium errant. Neque enim memoriæ prodi- dit res prius inauditas: sed quæ longa annorum successione filiis patres quasi per manus tradiderant, primus scriptis consignauit. Putamúsne sic positum in terra fuisse hominem, vt suam rerúmque omnium quibus fruebatur origi- nem nescire? Imò de omnibus probè edoctum fuisse Adam, nemo sanus dubitabit. An verò ille postea mutus? An sancti Patriarchæ tam ingrati, vt silentio tã necessariam doctrinã supprimerent? An Noe tã memorabili Dei iudicio admonitus, eandem ad posteros transmittere neglexit? Hoc elogio nominatim Abrahã ornatur, quòd familiæ suæ do- ctor sit ac magister. Et scimus, quũ abesset procul Moses, fœderis tamen à Deo cum patribus initi notitiam toti po- pulo tritã fuisse. Neque enim quasi nouum aliquid prodit, natos esse ex sancto genere Israelitas, quod Deus sibi coo- ptasset: sed tantum cõmemorat quod omnes tenebãt, quod senes ipsi à proauis acceperant, quod denique omni con- trouersia inter eos carebat. Itaque neque dubium nobis esse debet, quin mundi creatio, vt hic describitur, ex veteri ac perpetua patrum traditione iam nota esset. Verùm quia nihil magis procliue est, quàm corrũpi ab hominibus Dei veritatem, vt longo temporis successu quasi à seipsa degeneret: quo pura historia retineretur, eam Dominus scriptis commendari voluit. Ergo Moses eius doctrinæ quam scriptis complexus est, fidem (quæ hominum leuitate fluxa es- se poterat) stabiliuit. Nunc ad Mosis consilium redeo: vel Spiritus sancti potius, qui per os eius loquutus est. Deũ, qui inuisibilis est, nonnisi ex suis operibus cognoscimus. Ideo eleganter Apostolus secula vocat τὰ μὴ ἐκφαινόμενα βλεπόμενα: acsi dicas spectacula rerum non apparẽtium. Hæc ratio est cur Dominus, vt nos ad sui notitiã inuitet, pro- ponat nobis ante oculos cæli terræque fabricam, & in ea se quodammodo conspicuum reddat. Nam æterna quoque eius diuinitas & potentia (vt inquit Paulus) illic relucent. Et illud Dauidis est verissimum, cælos vtcunque lingua careãt, disertos tamen esse gloriæ Dei præcones: pulcherrimum hunc naturæ ordinem silendo clamare, quàm admi- rabilis sit eius sapientia. Hoc eo diligentius notandum est, quòd tam pauci rectã cognoscendi Dei viam tenent: plu- rimi autem in creaturis hærentes, opificem ipsum non curant. Nam duobus his extremis vitiis ferè laborant homi- nes, quòd alii præterito Deo, totam ingenii sui vim ad naturæ considerationem applicant: alii autem, neglectis Dei operibus, stulta adeóque insana curiositate ad inquirendam eius essentiam inuolãt. Perperam vtrique. Occupari in- uestigandis naturæ arcanis, vt nunquam ad authorem conuertas oculos, peruersum est studium: frui verò tota natu- ra, nec beneficii authorem agnoscere, nimis fœda ingratitudo. Ergo qui sine religione philosophantur, imò hoc agũt speculando, vt Deum & pietatis sensum procul à se remoueant, aliquando sentient quid valeat illud Pauli, quod re- fert Lucas, Deũ nunquã se reliquisse ἀμάρτυρον. Neque enim illis impune cedet, quòd ad testimonia tam illustria sur- di & hebetes fuerint. Et sanè Deũ nusquã videre, qui vbique dat præsentiæ suæ signa, malignæ ignorantiæ est. Quòd si nunc illusores cauillis effugiunt: aliquãdo testabitur horribile eorum exitiũ, non alia de causa ipsos Deum nescire, nisi quia sponte & malitiosè cæcutiant. Quantum ad eos qui superbè mundum transuolantes, Deum in nuda sua essentia quærunt, fieri non potest quin absurdis tandem multis commentis se intricent. Deus enim alioqui inuisibi- lis (vt iam dictum est) mundi imaginem quodammodo induit, in qua se nobis conspiciendum præbeat. Tam magni- ficè ornatum incomparabili cæli & terræ figura qui intueri non dignantur, postea suis deliriis iustas sui fastidii pœ- nas luunt. Proinde simul ac nomẽ Dei auribus nostris insonat, vel eius cogitatio subit, nos quoque pulcherrimo hoc ornatu ipsum vestiamus: denique mundus sit nobis schola, si probè Deũ cognoscere optamus. Hinc etiam refelli- tur eorum improbitas, qui Mosi oblatrant, quòd tam breue temporis spatiũ fluxisse narret à mundi creatione. Quæ- runt enim, quid Deo repente in mentem venerit vt mundum crearet: cur tandiu in cælo otiosus iacuerit: atque ita in- pernicièm suam ludendo, acumen suũ exercẽt. Refertur in Historia tripertita quoddã pii viri responsum, quod mihi semper placuit. Nam quum impurus quispiam canis Deum eiusmodi ludibrio exagitaret: excepit ille, Tunc minime fuisse otiosum, quia infernum fabricasset curiosis. Quibus enim rationibus eorum proteruiam compescas, quibus so- brietas ex professo contemptibilis est & odiosa? Et certè qui in vexando Dei otio ita licenter nũc exultant, vim eius in paranda gehẽna æternam fuisse magno suo malo sentient. Quantum ad nos spectat, non debet tantopere absurdũ videri, quòd Deus seipso contentus, mundum, quo non indigebat, non antè creauerit, quàm ita visum est. Porrò quũ eius voluntas regula sit omnis sapientiæ, ea vna nos contentos esse decet. Rectè enim Augustinus, iniuriã Deo à Ma- nichæis fieri dicit, quòd superiorem eius voluntate causam flagitent. Prudenter idem admonet, non magis de infini- tis temporum, quàm locorum spatiis esse inquirendum. Nos certè non ignoramus finitum esse cæli circuitum, & ter- ram instar globuli in medio locatam esse. Qui non citius creatum fuisse mundum indignè ferunt, expostulẽt etiam cum Deo, quòd non innumerabiles mundos fecerit. Imò quia hoc absurdum ducũt, multa secula præteriisse absque mundo, agnoscant hoc magnum esse naturæ suæ vitium, quòd præ immensa vastitate quæ vacua manet, exiguũ spa- tium cælum & terra occupant. Nobis verò quia & temporum æternitas, & gloriæ Dei infinitas, duplex esset labyrin-

Gene. 18. c. 19

Heb. 11. a. 3

Rom. 1. c. 20
Psal. 19. a. 1

Act. 14. c. 17

De Genesi contra Manich. Lib. 11. de Ciuit. Dei.

thus,hæc modestia placeat,ne longius progredi appetamus, quàm Dominus operum suorũ ductu ac directione nos inuitat. Quòd autem mundum quasi speculum constituo,in quo Deũ intueri oporteat, non ita volo accipi quasi vel nobis satis prospicaces sint oculi ad cernendum quod cæli ac terræ fabrica repræsentat: vèl cognitio, qualis inde haberi potest, sufficiat in salutem. Imò quia nullo profectu nos Dominus per creaturas ad se inuitat, nisi quòd inde inexcusabiles reddimur:nouum remedium(vt opus erat)addidit,vel saltem alio subsidio adiuuit ingenii nostri rudi-
tatem. nam Scriptura duce & magistra, quæ alioqui nos fugerent non modò demonstrat, sed propemodum aspice-
re cogit:non secus ac hebetes oculi spectillis adiuuantur. Atque in hoc,vt iam dictum est,Moses incũbit. Nam si mu-
tum cæli & terræ magisterium sufficeret,superuacua esset Mosis doctrina. Accedit igitur hîc præco,qui attentionem
nostram excitat,vt sciamus nos ad cõspiciendam Dei gloriam in hoc theatro esse collocatos: neque vt testes modò,
sed etiam vt duitiis omnibus quæ hîc sunt expositæ,fruamur:sicuti eas Dominus vsui nostro destinauit ac subiecit.
Nec tantum in genere Deum mundi esse architectum pronuntiat:sed toto historiæ contextu ostendit quàm admi-
rabilis sit eius tum potentia,tum sapientia,tũ bonitas,ac præsertim summa erga humanũ genus solicitudo. Præterea
cum æternus Dei sermo,viua & expressa sit illius effigies,huc nos reuocat. Ita efficitur quod docet Apostolus,non a-
liter quàm fide intelligi aptata fuisse verbo Dei secula. Propriè enim ex eo nascitur fides, quòd edocti Mosis mini-
sterio,non iam vagamur in speculationibus stultis & euanidis : sed verum & vnicum Deum in genuina sua imagine
contemplamur. Obiici tamen potest, his minimè videri consentaneum quod Paulus tradit, Postquã in sapientia
Dei non cognouit mundus per sapientiam Deum, visum Deo esse per stultitiam prædicationis saluos facere creden-
tes. Nam ita innuit,frustra Deum quæri rerum visibilium ductu:nec verò aliud restare,nisi vt rectà nos ad Christum
conferamus. Non igitur ab elementis mundi huius, sed ab Euangelio faciendum est exordium,quod vnũ Christum
nobis proponit cum sua cruce, & in eo nos detinet. Respondeo, frustra quidem in mundi opificio philosophari, ni-
si qui Euangelii prædicatione iam humiliati,totam mentis suæ perspicaciam crucis stultitiæ(vt Paulus nominat)su-
biicere didicerint. sursum,inquã, & deorsum nihil reperiemus,quod nos ad Deum vsque attollat,donec in sua scho-
la nos Christus erudierit. Id porrò fieri non potest, nisi ex profundis inferis emersi,crucis eius vehiculo supra cælos
omnes tollamur:vt illic fide comprehendamus,quæ oculus nunquam vidit,auris nunquam audiuit, & quæ lõge cor-
da mentésque nostras superant. Neque enim illic terra nobis obiicitur,quæ fruges velut in diurnum alimentum sup
peditet, sed Christus ipse in vitam æternam se nobis offert : nec cælum solis ac stellarum fulgore oculos corporales
illustrat, sed idem Christus lux mundi & sol iustitiæ in animis nostris refulget : nec aer inane spatium nobis ad spi-
randum porrigit,sed ipse Dei Spiritus nos vegetat,& viuificat. Denique illic inuisibile Christi regnum omnia occu-
pat,& spiritualis eius gratia per omnia diffusa est. Verùm hoc non obstat quominus sensus nostros ad cæli terræque
consideration em applicantes,inde etiam petamus quæ nos in vera Dei notitia confirment. Christus enim imago est,
in qua non modò pectus suum nobis Deus conspicuum reddit, sed manus quoque & pedes. Pectus appello arcanũ
illum amorem,quo nos in Christo complexus est. Per manus autem & pedes,quæ oculis nostris expositasunt opera,
intelligo. A Christo simul atque discessimus,nihil est tam crassum vel minutum, in quo non hallucinari necesse sit,

Et sanè Moses,quanuis in hoc libro initium faciat à mundi creatione,non tamen in ea nos sistit. Nam hæc simul
coniungi debent,conditum fuisse mundum à Deo,& hominem,postquam luce intelligentiæ donatus erat,& tot pri-
uilegiis ornatus, cecidisse sua culpa,atque ita bonis omnibus quæ obtinuerat, priuatum fuisse : deinde misericordia
Dei in vitam,quam perdiderat,restitutum, idque Christi beneficio:vt semper esset aliquis cœtus in terra, qui in spẽ
cælestis vitæ adoptatus,hac fiducia Deum coleret. Atque huc quoque spectat totius historiæ contextus, sic à Deo fer
uatum fuisse humanum genus,vt peculiarem Ecclesiæ suæ curam egerit. Hoc enim est libri argumentum: postquam
conditus fuit mundus,hominem veluti in theatro fuisse collocatum, qui sursum & deorsum mirifica Dei opera con
spiciens,authorem reuerẽter adoraret. Secũdò omnia in vsum hominis esse destinata, quo magis illi obstrictus,totũ
se in eius obsequium addiceret ac dicaret. Tertiò intelligentia & ratione fuisse prædituin,vt à brutis animalibus di-
scretus,potiorem vitam meditaretur:imò vt ad Deum rectâ tẽderet,cuius insculptam imaginem gerebat. Postea se-
quitur lapsus Adæ,quo se à Deo alienauit:vnde factum est vt omni rectitudine priuatus fuerit. Ita Moses hominem
omnis boni vacuum,mente cæcum,corde peruersum, omni parte vitiatum, sub mortis æternæ reatu constituit. Sed
mox addit instaurationis historiam:vbi Christus cum redemptionis beneficio affulget. Hinc continua serie cum sin
gularem Dei prouidentiam in regenda tuendáque Ecclesia prosequitur,tum verum Dei cultum nobis commendat:
vbi sita sit hominum salus, præscribit:& Patrum exemplis ad infractam crucis tolerantiam nos hortatur. Quisquis
ergo in hoc libro rite proficere cupit, mentem suam ad hæc capita referat. Præsertim verò obseruet, postquam
tiali suo casu se & omnes posteros Adam perdidit,hoc salutis nostræ fundamentum,hãc esse Ecclesiæ originẽ, quòd
ex profundis tenebris eruti , mera Dei gratia nouam vitam obtinuimus: Patres huius vitæ (sicuti per verbum illis à
Deo offerebatur)fide factos esse compotes : verbũ porrò hoc in Christo fuisse fundatum : iam verò eadẽ salutis pro-
missione,qua initio erectus fuit Adam,pios omnes,qui postea vixerunt, fuisse sustentatos. Itaque perpetuã Ecclesiæ
successionem ex hoc fonte fluxisse, quòd sancti Patres alii post alios fide amplexi oblatã sibi promissionem, in Dei
familiam fuerunt aggregati,vt cõmunem in Christo vitam haberent. Hoc diligẽter notandum, vt sciamus quænam
sit veræ Ecclesiæ societas,& quæ fidei communio inter Dei filios. Quum Moses Israelitis ordinatus esset doctor,non
dubium est quin propriè eos respexerit, vt agnoscerent se populum esse à Deo electum & cooptatum : atque huius
adoptionis certitudinem peterent à fœdere,quod Dominus cum Patribus illorum pepigerat:scirent non alium esse
Deum, non aliam esse rectam fidem. Sed hoc quoque idem voluit seculis omnibus testatum, quicunque rite colere
Deum volunt,& censeri Ecclesiæ membra,iis non aliam viam tenendã esse,quàm quæ hic monstratur. Porrò vt hoc
fidei principium est,scire hunc vnum esse verum Deum,quem colimus:ita non vulgaris eius est confirmatio,nos es-
se Patriarcharum socios:quia sicuti Christum,quũ exhibitus nondum foret,habuerũt salutis suæ pignus: ita Deum,
qui se iam olim ipsis patefecit, retinemus. Hinc etiam colligitur discrimen inter purum legitimúmque Dei cultum
& omnes adulterinos,qui postea Satanæ fraude & peruersa hominum audacia fabricati sunt. Adhæc cõsideranda est
Ecclesiæ gubernatio,vt statuat lector Deum illius perpetuum fuisse custodem ac præsidem:sic tamen vt crucis mili-
tia eam exercuerit. Hîc verò propria Ecclesiæ exercitia se proferunt : imò tanquam in speculo nobis stadium ob o-
culos statuitur, quo nos cum sanctis Patribus ad beatæ immortalitatis metam eniti decet. Nunc Mosen audiamus.

Heb.11.a.3

1.Cor.1.c.21.

1.Cor.1.c.23

1.Cor.2.b.9

A dico ad regnum, ſed nec ad aliquam quidem iudiciariam poteſtatem reipub. cum omnibus ſuis magicis artibus potuit peruenire, Honeſto patriæ ſuæ loco natus, & liberaliter educatus, magnáq; præditus eloquentia. An forte iſta ut philoſophus uoluntate contẽpſit, q; ſacerdos prouinciæ pro magno fuit, ut munera ederet, ueneratoresq; ueſtiret, & pro ſta tua ſibi apud Coenſes locãda, ex qua ciuitate habebat uxorẽ, aduerſus cõtradictionẽ quorundam ciuium litigaret? Quod poſteros ne lateret, eiuſdem litis orationem ſcriptam memoriæ cõmendauit. Quod ergo ad iſtam terrenam pertinet felicitatem, fuit magus ille quo ad potuit. Vnde apparet eũ nihil amplius fuiſſe, non quia noluit, ſed quia nõ potuit. Quãquam & aduerſus quoſdam, qui ei magicarum artiũ crimen intenderant, eloquentiſſime ſe defendit. Vnde miror laudatores eius, qui eũ neſcio quæ feciſſe miracula illis artibus prædicant, contra eius defenſionẽ teſtes eſſe conari. Sed uiderint utrũ uerũ ipſi perhibeãt teſtimonium, & ille falſam defenſionem. Illud ſi ſapiunt attendant, qui magicas artes, nõ utiq; niſi pro felicitate terrena uel damnabili curioſitate conquirunt, uel ab eis innocentes, periculoſa tamen eas admiratione collaudant, & uideant Dauid noſtrum ſine ullis talibus artibus ex paſtore ouium perueniſſe ad regiam dignitatem: Cuius & peccata & merita fidelis ſcriptura non tacuit, ut ſciremus & quibus modis non offenderetur deus, & quibus modis placaretur offenſus. Quantum autem attinet ad miracula quæ humanis ſenſibus ſtupenda monſtrantur, multum errant qui prophetis ſanctis miraculorum magnorum nobilitate præſtantibus magos comparant: quanto magis ſi eos comparẽt Chriſto, quem prophetæ illi quibus magi quilibet nullo modo ſunt comparandi, prænunciauerunt eſſe uenturũ, & ſecundum carnem quam ſuſcepit ex uirgine, & ſecundum diuinitatem qua nunquam ſeparatur à patre? Video me feciſſe prolixiſſimam epiſtolam, nec tamen de Chriſto dixiſſe omnia, quæ uel eis qui tardiore ingenio diuina nõ ualent aſſequi, uel eis qui licet acute mo

B ueantur, contentioſum tamen ſtudiũ & præoccupatio diuturni erroris, ab intelligẽdo impedit, ſufficere utcunq; poſſint. Veruntamen agnoſce, quid eos contra moueat, atq; reſcribe, ut uel epiſtolis uel libris, ſi adiuuerit deus, ad omnia reſpondere curemus. Sis in domino felix: gratia & miſericordia eius domine eximie & merito inſignis, chariſſime ac deſiderantiſſime fili.

Apuleius magus.

Auguſtinus Italicæ uiduæ conſolans illam ſuper obitu mariti, ac refellens eorum opinionem, qui dicebant deum uideri corporeis oculis. Epiſt. VI.

DOMINAE eximiæ & merito præſtantiſſimæ atq; in Chriſti charitate honorandæ filiæ Italicæ: Auguſtinus epiſcopus in domino ſalutem. Non ſolum literis tuis, uerumetiam ipſo referente qui pertulit, comperi multum te flagitare literas meas, credentem quod ex eis conſolationẽ habere plurimam poſſis. Tu itaq; uideris quid exinde capias, ego tamen eas negare uel differre non debui. Conſoletur autem te fides & ſpes tua, & ipſa charitas quæ diffunditur in cordibus piorum per ſpiritum ſanctum, cuius nunc aliquid pro pignore accepimus, ut ipſam plenitudinem deſiderare nouerimus. Nõ enim te deſolatam putare debes cum in interiore homine habeas præſentem Chriſtum per fidem in corde tuo: Aut ſic te contriſtari oportet quẽadmodum gentes quæ ſpem non habent, cũ ueraciſſima promiſſione ſperemus nos in hac uita, unde migraturi quoſdam noſtros migrantes non amiſimus, ſed præmiſimus, ad eam uitam eſſe uenturos, ubi nobis erunt quãto notiores, tanto utiq; chariores, & ſine timore ullius diſſenſionis amabiles. Hic autem & cõiunx tuus, cuius abſceſſu uidua diceris, tibi notiſſimus erit: qui quamuis & hic tibi notus eſſet, ſibi tamen notior erat quàm tibi. Et unde hoc, cum tu eius corporalem faciem uideres, quam ipſe utiq; nõ uidebat, niſi quia noticia noſtri certior intus eſt, ubi nemo ſcit quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis qui in ipſo eſt: ſed cum uenerit dñs & illuminauerit abſcondita tenebrarum, & manifeſtauerit cogitationes cordis, tũc nihil latebit proximum in proximo, nec erit quod ſuis quiſq; aperiat, abſcondat alienis, ubi nullus erit alienus. Lux uero ipſa quæ illuminabuntur, hæc omnia quæ mõ in cordibus reconduntur, qualis aut quanta

1. Theſſal. 4.

1. Cor. 2. & 4.

ſit,quæ lingua proferat,quis ſaltem infirma mẽte contingat? Profecto lux illa deus ipſe eſt C
quoniam deus lux eſt,& tenebræ in eo non ſunt ullæ,ſed lux mentium purgatarũ,non iſto
rum corporis oculorum. Erit ergo tunc mens idonea, quæ illam lucem uideat, quod nunc
uidendum non eſt. Hoc autem oculus uidere corporis neq; nunc poteſt, neq; tunc poterit.
Omne quippe quod oculis corporis conſpici poteſt, in loco aliquo ſit neceſſe eſt,nec ubiq;
ſit totum, ſed minore ſui parte minorem locum occupet, & maiore maiorem. Non ita eſt
1. Tim. 6. deus inuiſibilis, & incorruptibilis qui ſolus habet immortalitatem, & lucem habitat inac
ceſſibilem,quem nemo hominum uidit nec uidere poteſt. Per hoc enim uideri ab homine
al. corporeus corporea. nõ poteſt,per quod uidet homo * corpore corpora. Nam &ſi mentibus piorum eſſet inac
Pſal. 35. ceſſibilis,non diceretur: Accedite ad eum & illuminamini. Et ſi mentibus piorum eſſet inuiſ
1. Ioan. 3. ſibilis non diceretur: Videbimus eum ſicuti eſt. Nam perſpice totam ipſam in epiſtola Ioã
annis ſententiam: Dilectiſſimi inquit,filij dei ſumus,& nondum apparuit quid erimus. Scĩ
mus quoniam cum apparuerit ſimiles ei erimus,quoniam uidebimus eum ſicuti eſt. Intan
tum ergo uidebimus,inquantum ſimiles ei erimus,quia & nunc intantum non uidemus,in
quantum diſſimiles ſumus. Inde igitur uidebimus,unde ſimiles erimus. Quis autem demẽ
tiſſimus dixerit,corpore nos uel eſſe,uel futuros eſſe ſimiles deo? In interiore igitur homi
Colo. 3. ne iſta ſimilitudo eſt,qui renouatur in agnitionem dei,ſecundum imaginem eius qui crea
uit illum. Et tanto efficimur ſimiliores illi, quãto magis in eius cognitione & charitate pro
2. Cor. 4. ficimus,quia &ſi exterior homo noſter corrumpitur,ſed interior renouatur de die in diem:
Ita ſane ut in hac uita quantuſcunq; profectus ſit, longe abſit ab illa perfectione ſimilitu
dinis,quæ idonea erit ad uidendum deum,ſicut dicit Apoſtolus,facie ad faciem. In quibus
uerbis certe ſi corporalem faciem uoluerimus accipere, conſequens erit, ut etiã deus talem
habeat faciem:& ſit aliquod interuallum inter noſtram & ipſius cum eum uidebimus facie
ad faciem. Et ſi interuallum,utiq; finis & membrorum habitus terminatus & cætera abſur
da dictuq; & cogitatu impia: quibus animalis homo non percipiens ea quæ ſunt ſpiritus D
dei,fallaciſſimis uanitatibus luditur. Dicunt enim quidam eorum qui talia garriũt, quan
tum ad me potuit peruenire,nos deum uidere nunc mente,tunc corpore,ita ut etiam impi
os eum pari modo aſſeuerent eſſe uiſuros. Vide quantum in peius proficiunt, cum ſine li
mite timoris uel pudoris,hac atq; illac uagabunda fertur impunita loquacitas. Antea dice
bant carni ſuæ tãtum hoc præſtitiſſe Chriſtum, ut corporeis oculis uideret deum: Deinde
addiderunt etiam omnes ſanctos receptis in reſurrectione corporibus ,eodem modo deũ
eſſe uiſuros. Nunc iam iſtam poſſibilitatem etiam impijs donauerunt. Donent ſanè quan
tum uolunt & quibus uolunt. Nam quis audeat contradicere hominibus de ſuo donanti
Ioan. 8. bus? Qui enim loquitur mẽdacium,de ſuo loquitur. Tu autem cum his qui ſanam doctri
Math. 5. nam tenent,nihil iſtorum audeas uſurpare de tuo: Sed cum legis: Beati mundo corde quo
1. Cor. 13. niam ipſi deũ uidebunt,intellige impios nõ uiſuros, neq; enim beati & mũdo corde ſunt
impij. Item cum legis: Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faci
em: Intellige inde nos tunc uiſuros facie ad faciem,unde uidemus nunc per ſpeculum in æ
nigmate. Hoc autem utrumq; interioris hominis munus eſt, ſiue cum in iſta peregrinatio
ne adhuc per fidem ambulatur in qua utitur ſpeculo & ænigmate, ſiue in illa patria cũ per
ſpeciem contemplabitur. Pro qua uiſione poſitum eſt: Facie ad faciem. Audiat caro carna
Ioan. 4. libus ebria cogitationibus: Spiritus eſt deus,& ideo qui adorant deum,in ſpiritu & ueritate
oportet adorare. Si adorare,quantomagis uidere? Quis enim audeat affirmare dei ſubſtã
tiam corporaliter uideri, cum eam noluerit corporaliter adorari? Sed argute ſibi uidentur
dicere,& quaſi interrogando premere: potuit Chriſtus carni ſuæ præſtare, ut oculis corpo
reis uideret patrem,an non potuit? Vt ſi non potuiſſe reſponderimus, omnipotentiæ dei
nos derogaſſe prodament: Si autem potuiſſe conceſſerimus, argumentationem ſuam ex
noſtra reſponſione concludant. Quanto iam tolerabilius deſipiunt, qui carnem afferunt
conuerſum iri in ſubſtantiam dei, & hanc futuram eſſe quod deus eſt, ut ſic eam ſaltem ui
dendo

A dendo deo faciant idoneam,non tanta diuersitate dissimilem. Quã uanitatem credo istos abigere à fide sua fortasse & ab auribus. Et tamen si interrogatione de hoc similiter urgeantur,possit ne deus hoc,an non efficere possit,utrum eius potestati detrahent si non posse responderint, an hoc futurum fatebuntur, si posse concesserint? Quomodo ergo exierint de hoc laqueo alieno,sic exeant de suo. Deinde cur solis oculis corporeis Christi,hoc donũ attributum esse contendunt,num etiam cæteris sensibus? Sonus ergo erit deus,ut possit eius etiam auribus percipi? Et halitus erit ut sentiri possit eius olfactu? Et liquor aliquis erit ut possit & bibi? Et moles erit ut possit & tangi? Non inquiũt. Quid ergo? An illud potest deus,& hoc non potest? Si nõ posse dixerint,cur derogant omnipotentiæ dei? Si posse & nolle respõderint,cur solis oculis fauent,inuident autem cæteris sensibus corporis Christi? An quousq; uolunt desipiunt? Quanto nos melius, qui non eorum insipientiæ terminos figimus,sed ut desipiant prorsus nolumus? Multa proferri possunt, ad istam dementiam refutandam: Sed si aliquando irruerint auribus tuis hæc interim eis lege,& quid respondeãt nõ pigeat te rescribere ut potes. Ad hoc enim fide corda nostra mundantur, quia nobis fidei merces uisio dei promittitur. Quæ si per corporis oculos erit,frustra ad eã percipidẽam sanctorum animus exercetur: Imò uero tam peruerse sentiens animus non in se exercetur, sed totus in carne est. Vbi enim tenacius habitabit & fixius, nisi unde se deũ uisurum esse præsumit? Quod certe quantum malum sit,intelligentiæ potius dimitto tuæ, q̃ longo sermone moliar explicare. In protectione domini semper habitet cor tuũ domina eximia & merito præstantissima atq; Christi charitate honoranda filia. Honorabiles tecum nobisq; in domino dilectissimos filios tuos debito meritis nostris officio resaluta.

Augustinus Marcellino,respondens quæstiunculæ,mox ostendens quantum suis scriptis tribui uellet,explicãs locũ taxatum ex libris de lib.arbitrio. Deinde tractat uarias opiniones de origine animarũ. Postremo reiicit quorundam argumentum,qui ideo non credebãt Mariam uirginem peperisse, quod id nunquã aliàs factum sit. Epistola VII.

B DOMINO eximio, & merito insigni, multũq; charissimo filio Marcellino: Augustinus in domino salutem. Epistolam tuam quam per sanctum fratrem & coëpiscopum meum Bonifacium accepi, quæsiui ut rescriberem nec inueni. Recolui tamen te in ea quæsisse, quomodo inuenerint magi Pharaonis, conuersatio solet: Siue cum marina aqua potuerit offerri,siue(quod est credibilius)quia in ea regione in qua erant filij Israël,istæ plagæ non fiebant. Hoc enim quibusdam scripturæ illius locis apertissime expressum admonet,etiam ubi nõ dictum est quid intelligi debeat. Illæ aũt literæ tuæ quas presbyter Vrbanus attulit, habent quæstionem mihi propositam ex libris nõ diuinis sed meis,quos scripsi de libero arbitrio. In talibus autem quæstionibus nõ multum laboro, quia &si defendi sententia mea liquida ratione non potest,mea est, non eius autoris cuius sensum improbare fas non est,etiam cum in eo non intelligo hoc unde sentitur quod improbandum est. Ego proinde fateor me ex eorum numero esse conari,qui proficiendo scribunt,& scribendo proficiunt. Vnde si aliquid uel incautius uel indoctius à me positum est,quod non solum ab alijs qui uidere id possunt merito reprehendatur,uerumetiam à me ipso, quia & ego saltem postea uidere debeo si proficio, nec mirandum est nec dolendum,sed potius ignoscendum atq; gratulandum,non quia erratum est, sed quia improbatum. Nam nimis peruerse seipsum amat,qui & alios uult errare,ut error suus lateat. Quanto enim melius & utilius, ubi ipse errauit, alij non errent, quorum admonitu errore careat. Quod si noluerit,saltem comites erroris non habeat. Si enim mihi deus quod uolo præstiterit,ut omnium librorum meorum quæcunq; mihi rectissime displicent,opere aliquo ad hoc ipsum instituto colligam atque demonstrem: tunc uidebunt omnes homines quàm non sim acceptor personæ meæ. Vos autem qui me multum diligitis, si talẽ me asseritis aduersus eos,quorum malicia uel imperitia uel intelligentia reprehendor, ut me nuscq; scriptorum meorum errasse dicatis,frustra laboratis,non bonam causam suscepistis, facile

in ea me ipso iudice superamini: Quoniam non mihi placet, cum à charissimis meis talis es C
se existimor qualis non sum. Profecto enim non me, sed pro me alium sub meo nomine di
ligunt, si non quod sum, sed quod non sum diligunt. Nam in quantum me nouerũt, uel de
me uerũ credunt, ego ab eis diligor: Inquantũ autem mihi tribuunt quod in me nó cogno/
Lucani uersus scunt, alium talem qualẽ me putant pro me diligunt. Romani maximus autor Tullius elo
quij, nullum unq̃ uerbum inquit quod reuocare uellet emisit. Quæ quidem laus quamuis
præclarissima uideatur, tamen credibilior est de nimium fatuo, quàm de sapiẽte perfecto,
Nam & illi quos uulgo moriones uocant, quantomagis à sensu cõmuni dissonãt, magis c̃q
absurdi & insulsi sunt, tanto magis nullum uerbũ emittunt quod reuocare uelint, quia di/
cti mali uel stulti uel incõmodi pœnitere, utique cordatorum est. Sed si in bonam partem
accipiatur, ut quempiã talem fuisse credamus, qui cum sapienter omnia loqueretur, nullum
unq̃ uerbum quod reuocare uellet emisit: Hoc potius de hominibus dei, qui spiritu sancto
acti locuti sunt, c̃q de illo quem sic Cicero laudat, saluberrima pietate credendum est. Ab
hac ego excellentia tam longe absum, ut si nullum uerbum quod reuocare uellem protule/
ro, fatuo sim c̃q sapiẽti similior. Illius quippe scripta summa sunt autoritate digniss̃ima, qui
Secundæ par nullum uerbum non quod reuocare uellet, sed quod reuocare deberet emisit. Hoc quisquis
tes modestiæ. nondum est assecutus, secundas habeat partes modestiæ, quia primas non potuit habere
sapientiæ, quia non ualuit omnia non pœnitenda diligenter dixisse, pœniteat quæ cogno/
uerit dicenda non fuisse. Cum ergo non sicut quidam charissimi mei putant, nulla uel pau/
ca, sed potius plura fortasse c̃q etiam maledici opinantur uerba dixerim, quæ mallem reuo
care, si possem, non mihi Tulliana illa blanditur sententia, qua dictũ est, nullum unquã uer
bum quod reuocare uellet emisit: sed angit me planè Horatiana sententia, Nescit uox miss
sa reuerti. Hinc est quod periculosissimarum quæstionũ libros, de Genesi scilicet, & de trini
tate diutius teneo quàm uultis & fertis, ut si non potuerint nisi habere aliqua quæ merito
reprehendantur, saltem pauciora sint quàm esse possent, si præcipiti festinatione inconsul/ D
tius ederentur. Vos enim ut uestræ indicãt literæ (nam hoc mihi etiam sanctus frater & co/
episcopus meus scripsit Florẽtius) ideo ut edantur urgetis, quo possint à me dum in hac car
ne uiuo defendi, cum uel ab inimicis mordentibus, uel etiam ab amicis parum intelligenti
bus, fortasse in quibusdam cœperint accusari. Quod utiq; propterea dicitis, quia non puta/
tis esse in eis aliquid quod uera possit ratione culpari. Alioquin non me ad eorum æditio/
nem, sed ad diligentiorem emendationem potius hortaremini. Ego autem iudices ueros,
& ueritate seueros magis intueor, inter quos & meipsum primitus constituere uolo, ut ad il
los ea tantum reprehendenda perueniãt, quæ à me quamuis sedulò perscrutãte minime ui
deri potuerũt. Quæ cum ita sint, hoc tamen quod in tertio libro de libero arbitrio, cum de
substantia rationali agerem, sic à me positum est ut dicerem, In corporibus autem inferio/
ribus anima post peccatum ordinata regit corpus suum, non omnimodo pro arbitrio, sed
sicut leges uniuersitatis sinunt: diligenter aduertant qui putant me aliquid de anima huma
na uelut certũ statuisse atq; fixisse, quod uel ex parentibus per propaginem ueniat, uel in
actibus uitæ superioris atq; cœlestis peccauerit, ut corruptibili carne mereretur includi: &
uideant sic à me uerba fuisse perpensa, ut retento eo quod certum habeo, post peccatũ pri/
mi hominis, natos esse atq; nasci cæteros homines in carne peccati, cui fanandæ uenit in do
mino similitudo carnis peccati, ita omnia sonarẽt, ut nulli præiudicarent opinioni quatuor
illarum, quas postea digessi atq; distinxi, non confirmans aliquam, sed interim quod age/
bam sequestrata illarum discussione determinans, ut quæcunq; illarum uera esset, deus si/
ne dubio laudaretur. Siue enim ex illa una omnes animæ propagentur, siue singillatim in
singulis fiant, siue extra creatæ mittantur, siue in corpora sponte mergantur, proculdubio
creatura ista rationalis, id est humanæ animæ natura, in corporibus inferioribus, hoc est
terrenis, post peccatum ordinata regit corpus suum, non omnimodo pro arbitrio interim
quod constat peccatũ primi hominis. Non enim dictum est post peccatum suum, aut post

ca

A ea q̄ peccauit:ſed dictū eſt,poſt peccatū:ut quodlibet poſtea ſi fieri poſſet,diſcuſſa ratio de
clararet,ſiue peccatū eius ſiue peccatū parentis carnis eius,recte dictū intelligeret qđ dictū
eſt: Poſt peccatū in inferioribus corporibus ordinata regit corpus ſuū,nō omnimodo pro Galat.5.
ſuo arbitrio, quia et caro cōcupiſcit aduerſus ſpiritū, & ingemiſcimus grauati,et corpus qđ 2.Cor.5.
corrūpitur aggrauat animā.Et quis oīa enarret carnalis infirmitatis incōmoda? Quæ utiq; Sap.9.
nō erūt,cū corruptibile hoc induerit incorruptionē,ut abſorbeat mortale à uita. Tunc ita q;
ſpiritale corpus reget omnimō pro libero arbitrio,nunc uero nō omnimodo,ſed ſicut leges
uniuerſitatis ſinūt, per quas conſtitutū eſt ut corpora orta occidant,& aucta ſeneſcant. Nā
illius primi hominis anima,añ peccatū etiamſi nōdū ſpiritale corpus ſed animale,tamen ꝓ
arbitrio regebat,Poſt peccatū aūt,id eſt poſtea quàm peccatū in illa carne cōmiſſum eſt, ex
qua deinceps ꝓpagaretur caro peccati, anima rationalis ſic eſt in inferioribus corporibus
ordinata,ut nō omnimodo pro arbitrio regat corpus ſuum.Quod ſi nondū acquieſcunt in
paruulis,qui nulla adhuc peccata propria commiſerunt,iam tamen eſſe carnē peccati,quia
& huic ſanandæ cum baptizantur neceſſaria eſt medicina,ſimilitudo illa carnis peccati,nec
ſic* iſtis uerbis noſtris habēt quod ſuccenſeant. Conſtat quippe niſi fallor, eandem carnē al's iſti.
etiam ſi non uitio ſed natura infirma eſt,tamen poſt peccatum cœpiſſe naſci, quia neq; ita
creatus eſt Adam,neq; aliquē genuit ante peccatum. Quærant ergo alia quæ recte repre/
hendant,non ſolum in aliꝭ feſtinantius editis, uerumetiam in hiſipſis libris meis de lib.ar
bitrio.Neq; enim eos inuēturos nego unde mihi beneficium conferant,quoniā ſi illi (quod
iam in multorum manus exierunt)corrigi non poſſunt,ego certe quoniam uiuo adhuc poſ
ſum. Hæc aūt uerba tā caute à me poſita,ut nulli de animæ exortu,quattuor illarū opinio/
ni rationi ue præſcriberem, hi tantū reprehendant, qui reprehendendam putant eandem
ipſam de re tam obſcura cunctationem meā: cōtra quos me nō defendo quod recte faciā
in hac quæſtione cunctari, cū omnino nō dubitē & immortalem eſſe animā, non ita ut de/
B us qui ſolus habet immortalitatem,ſed modo quodam ſui generis,& eam eſſe creaturā nō
ſubſtātiam creatoris, & ſi quid aliud de natura eius certiſſimum teneo.Sed quia hoc me fa
cere cōpellit de animæ exortu caliginoſiſſimæ quæſtionis obſcuritas, manū potius porri/
gāt confitenti,& quicquid illud eſt noſſe cupienti, & doceant ſi poſſunt,uel oſtēdant ſi quid
de hac re uel certa ratione didicerunt,uel apertiſſimo diuino eloquio crediderunt. Si enim
ratio contra diuinarum ſcripturarum autoritatem redditur,quālibet acuta ſit,fallit ueriſimi
litudine,nam uera eſſe non poteſt. Rurſus ſi manifeſtiſſimæ certæq; rationi uelut ſcriptura
rum ſanctarum obijcitur autoritas, non intelligit qui hoc facit, & nō ſcripturarum illarum
ſenſum ad quem penetrare non potuit,ſed ſuū potius obijcit ueritati, Nec quod in eis ſed
quod in ſeipſo uelut pro eis inuenit opponit.Exempli gratia: Diligēter attende quid dicā.
Scriptum eſt prope finem libri qui uocatur Eccleſiaſtes,cū de ſolutione hominis,quæ fit per Eccēs.12.
mortē iſtā, qua dirimitur anima à corpore, ſcriptura loqueretur: Et conuertatur puluis in
terram ſicut fuit,& ſpiritus reuertatur ad deum qui dedit eum. Sententia huius autorita/ 1.Retract.1.
tis proculdubio certa eſt,nec quēq; decipit falſitate, ſed ſi quiſpiam uoluerit eam ſic inter/
pretari,ut inde animarum propaginem,quod ex illa una quam deus primo homini dedit
omnes cæteræ ueniant,conetur aſtruere, uidetur illi ſuffragari quod ibi de carne dictū eſt
puluerис nomine.Nam utiq; puluis & ſpiritus nihil aliud hoc loco q̄ anima & caro intelli
gitur:ut eo modo affirmet animā reuerti ad deum,quod ſit de traduce illius animæ quam
primo homini dedit deus,quēadmodum conuertitur caro in terrā,cum ſit etiā ipſa de tra/
duce illius carnis quæ in primo homine de terra facta eſt: ac ſi contendat,ex hoc quod de
carne notiſſimū eſt,debere nos credere illud quod de anima occultū eſt. De traduce quip/
pe carnis non ambigitur,ſed de animæ ambigitur. Vtrūq; autē ita poſitum eſt in hoc teſti
monio, uelut ſingula ſingulis parili ratione reddantur: caro ſcilicet cōuertatur in terrā ſicut
fuit.Inde eī ſumpta eſt quando factus eſt primus homo. Et ſpiritus reuertatur ad deum
qui dedit eū,quando inſufflauit in faciē hominis quem finxerat flatū uitæ,& factus eſt ho

mo in animã uiuam, ut deinceps ex utraq; re utriuſq; rei propago decurreret. Verũtamen C
ſi illud eſt uerũ quod animas nõ ex illa una propagatas, ſed alibi creatas ſingulis ſingulas
deus dat, etiam huic ſententiæ congruit quod dictum eſt: Spiritus reuertatur ad deũ qui
dedit eum. Solæ ergo reliquæ duæ opiniones uidentur excludi, quia ſi fierẽt in ſingulis ho
minibus animæ propriæ cum creantur, non putaretur dici debuiſſe: Spiritus reuertatur ad
deũ qui dedit eum, ſed ad deum qui fecit eum. Dedit enim ueluti ſic ſolent quaſi iam extra
fuerit quod dari poſſet. Deinde quod dictũ eſt, Reuertatur ad deum, urgent uerba & pre/
munt dicentes: Quomodo reuertetur ubi nunq; antea fuerit? Potius enim dici debuiſſe af
ſerunt, & ad deum uel pergat, uel uadat ad deum, quàm reuertatur ad deũ, ſi nunq; illic an
tea ſpiritus iſte fuiſſe credendus eſt. Item quomodo animæ ſponte labantur in corpus, cũ
ſcriptum ſit, Dedit eum, non tam in promptu eſt explicare, ac per hoc ut dixi duæ iſtæ opi
niones ſub uerbis huius teſtimonij laborant. Vna qua putantur ſingulæ quæq; animæ in
ſingulis ſuis corporibus fieri ſingulæ, alia qua putantur in corpora ſpõte demergi. Duabus
autem illis ſiue de traduce illius unius ueniant, ſiue antea iam creatæ & apud deum conſti/
tutæ, ſingulis corporibus dentur, ſine labore uerba iſta coaptantur. Et tamẽ ſi aſſertores ei/
us ſententiæ, qua creduntur animæ in ſuis ſingulis corporibus fieri, affirment, ita eſſe dictũ
de ſpiritu, qui pro anima poſitus eſt, deus dedit eum, quẽadmodum recte dicitur dediſſe
nobis oculos, uel aures, uel manus, uel quodlibet aliud, quæ membra utiq; non extra iam
fecerat & alicubi repoſita habebat, quæ cum opus eſſet daret, hoc eſt, adderet & adiunge/
ret, ſed illic ea fecit in corpore cui dediſſe illa dicitur: quid ei reſpondeatur nõ uideo, niſi for
te alia uel alia teſtimonia proferantur, uel certa ratio unde iſta opinio refellatur, Itemq; il
li qui putant animas in corpora ſponte defluere, ſic accipiunt dictum: Dedit deus cũ, quo
modo dictum eſt: tradidit illos deus in concupiſcentiam cordis eorũ. Proinde unum uer/
bum relinquitur quod dictum eſt: Reuertatur ad deum, pro peccato accipi poſſit reuerti,
ubi ante non fuit, ſi animæ in ſuis quæq; corporibus fiunt, quo ſolo uerbo una illarũ quat/ D
tuor anguſtatur opinio. Sed neq; propter hoc unum uerbũ temere exiſtimo illam ſenten
tiã eſſe refutandam, ne forte poſſit oſtendi aliquo genere locutionis, quo ſancta ſcriptura
uti ſolet, hoc quoq; recte dici potuiſſe, ut reuerti intelligatur ad deum ſpiritus creatus, tan/
quã ad autorem à quo creatus eſt, non tanq; ad eum apud quem primitus fuit. Hæc ideo
ſcripſi, ut quiſquis illarum quatuor de anima ſententiarum aliquam uoluerit aſtruere atq;
defendere, talia proferat uel de ſcripturis in autoritatem eccleſiaſticã receptis, quæ non poſ
ſint aliter accipi, ſicuti eſt, quod deus hominem fecit: uel ratione tã certa ut cõtradictio aut
nulla exiſtat, aut inſaniæ ſimilis merito iudicetur, uelut ſi quiſquã dicat, nec ueritatẽ cogno
ſcere, nec falli quenq; poſſe niſi uiuentẽ. Neq; emẽ ut uideamus quàm ſit hoc uerũ, ſcriptu/
rarũ autoritas neceſſaria eſt, ac non ſenſus ipſe cõmunis ita uerum eſſe perſpicua ratione
1. Retract. 1. ꝓclamat, ut quiſquis cõtradixerit, demẽtiſſimus habeatur. Hoc ſi in iſta obſcuriſſima quæ
2. Retra. 23. ſtione quæ de anima eſt præſtare aliquis poteſt, adiuuet imperitiam meam. Quod ſi non
poteſt, non culpet cunctationẽ meam. De uirginitate autẽ ſanctæ Mariæ, ſi hoc quod ſcri
pſi non perſuadet fieri potuiſſe, neganda ſunt omnia quæ mirabiliter in corporibus accide
runt. Quod ſi propterea nõ creditur, quia ſemel factũ eſt, quære ab amico quẽ hoc adhuc
mouet, utrũ nihil inueniatur in literis ſecularibus, quod & ſemel factũ ſit, & tamẽ creditum
nõ fabuloſa uanitate, ſed ſicut exiſtimãt hiſtorica fide, quære obſecro te. Si emẽ tale aliquid
in illis literis inueniri negauerit admonẽdus eſt: ſi aũt faſſus fuerit, ſoluta quæſtio eſt.

Auguſt. Hieronymo: De noua poſt lxx ueteris teſtamenti uerſiõe, deq; Petro reprehẽſo à Pau
lo Gala. 2. uentilans quæſtionem de mendacio officioſo. Hæc epiſtola non eſt reddita Hieron. q̃ is
cui tradita fuerat, mutato conſilio nõ eſt profectus, eam ſcripſerat adhuc preſbyter. Epiſt. VIII.

DOMINO dilectiſſimo & cultu ſinceriſſimo charitatis obſequendo, atq; ample/
ctendo fratri & cõpresbytero Hieronymo, Auguſtinus. Nunq; æque quiſquam
tam facie cuilibet innotuit, quàm mihi tuorum in domino ſtudiorum quieta læti
cia,

A cia,& uere exercitatio liberalis. Quanq̃ ego percupiam omnino te nosse,tamen exiguum quiddã tui munus habeo,præsentiam uidelicet corporis, quam ipsam etiam postea quàm te beatissimus nũc episcopus,tunc uero iam episcopatu dignus,frater Alypius uidit, remeansq̃ à me uisus est, negare non possum magna ex parte mihi esse relatu eius impressam, & ante reditũ,cum te ille ibi uidebat,ego uidebam sed oculis eius. Non em̃ animo me atq; illum,sed corpore tuos,qui nouerit,dixerit, concordia duntaxat & familiaritate fidissima, non meritis quibus ille antecellit. Quia ergo me primitus cõmunione spiritus, quo in unũ nitimur,deinde illius ex ore iam diligis,nequaquã impudenter quasi aliquis ignotus commẽdo germanitati tuæ fratrem Profuturũ, quẽ nostris conatibus adiutorio tuo uere profuturum speramus,nisi forte quod talis est ut ipse tibi per eum fiam cõmendatior,quàm ille per me. Hactenus fortasse scribere debuerim,si esse uellem epistolarum solennium more contentus: Sed scatet animus in loquelas cõmunicandas tecum de studijs nostris quæ habemus in Christo Iesu domino nostro,qui nobis multas utilitates & uiatica quædam demonstrati à se itineris etiam per tuam charitatem non mediocriter ministrare dignatur. Petimus ergo & nobiscum petit omnis Africanarũ ecclesiarum studiosa societas,ut interpretandis eorũ libris, qui Græce scripturas nostras quàm optime tractauerunt, curã atq; operam impendere non graueris. Potes enim efficere,ut nos quoq; habeamus tales illos uiros,& unum potissimũ quem tu libentius in tuis literis sonas. De uertendis autem in Latinam linguam sanctis literis canonicis,laborare te nollem, nisi eo modo quo Iob interpretatus es,ut signis adhibitis quid inter hanc tuam & septuaginta,quorũ est grauissima auctoritas,interpretationem distet,appareat. Satis autem nequeo mirari,si aliquid adhuc in Hebræis exẽplaribus inuenitur,quod tot interpretes illius linguæ peritissimos fugerit. Omitto enim septuaginta,de quorum uel consilij uel spiritus maiore concordia quàm si unus homo esset non audeo in aliquam partem certam ferre sententiam, nisi quod eis præminen- 18. De ciuita. dei. ca. 42. 25

B tem autoritatẽ in hoc munere sine controuersia tribuendam existimo. Illi me plus mouent, qui cum posteriores interpretarentur, & uerborum locutionũq; hebræarum uiam atq; regulas mordicus ut fertur,tenerent,non solum inter se non consenserunt, sed etiam reliquerunt multa,quæ tanto post eruenda & prodenda remanerent. Et aut obscura sunt aut manifesta. Si enim obscura sunt,te quoq; in eis falli potuisse,non immerito creditur. Si autem manifesta,superfluum est te uoluisse explanare, quod illos latere non potuit. Huius igitur rei pro tua charitate,expositis causis,certũ me facias obsecrauerim. Legi etiã quædã scripta quæ tua dicerentur,in epl̃as Apostoli Pauli,quarũ unã ad Galatas,cũ enodare uelles,uenit in manus locus ille quo Apostolus Petrus à ꝑniciosa simulatione reuocatur. Ibi patrociniũ mendacij susceptum esse uel abs te tali uiro,uel à quopiam si alius illa scripsit,fateor,nõ mediocriter doleo,donec refellantur,si forte refelli possunt ea quæ me mouent. Mihi enim uidetur exitiosissime credi aliquod in libris sanctis esse mendacium, id est eos homines per quos nobis illa scriptura ministrata est atq; conscripta,aliquid in libris suis fuisse mẽtitos. Alia quippe quæstio est,sit ne aliquando mentiri uiri boni. Et alia quæstio est, utrum scriptorẽ sanctarũ scripturarũ mẽtiri oportuerit: Immo uero nõ alia,sed nulla quæstio est, Admisso enĩ semel in tantũ autoritatis fastigiũ,officioso aliquo mẽdacio, nulla illorũ librorũ particula remanebit,quæ nõ utcũq; uidebit̃,uel ad mores difficilis, uel ad fidem incredibilis,eadem perniciosissima regula ad mentientis autoris consilium officiũq; referatur. Si em̃ mentiebatur Apl̃us Paulus,cũ apostolũ Petrũ obiurgans diceret: Si tu cũ sis Iudeus,genti liter & non Iudaice uiuis,quẽadmodum gentes cogis Iudaizare? & recte illi uidebatur Petrus fecisse,quem non recte fecisse, & dixit & scripsit,ut quasi animos tumultuantium deliniret: quid respondebimus,cum exurrexerint peruersi homines,prohibentes nuptias quos futuros ipse prænunciauit, & dixerint totum illud quod idem Apostolus de matrimoniorum iure firmando locutus est, propter homines qui dilectione coniugum tumultuari poterant fuisse mentitum,scilicet non quod hoc senserit,sed ut illorum placaretur aduersitas?

Prouer. ὀδάξ Dilemma.

Perniciosa simulatio.

Galat. 2.

Non opus est multa commemorare. Possunt enim uideri etiam de laudibus dei esse offi C
ciosa mendacia,ut apud homines pigriores dilectio eius ardescat, atq; ita nusq; certa erit
in libris sanctis castæ ueritatis autoritas. Nónne attendimus eundem Apostolum,cum in
1.Cor.15. genti cura cõmendandæ ueritatis dicere: Si autem Christus non resurrexit,inanis est præ/
dicatio nostra,inanis est & fides nostra. Inuenimur autem & falsi testes dei,quia testimo/
nium diximus aduersus deum,quod suscitauit Christum quem non suscitauit: Si quis hu
ic diceret,quid in hoc mendacio perhorrescis,cum id dixeris,quod etiã si falsum sit ad lau/
dem dei maxime pertinet? Nónne huius detestatus insaniam,quibus posset uerbis & sig/
nificationibus in lucem penetralia sui cordis aperiret, clamans non minore aut fortasse eti
am maiore scelere,in deo laudari falsitatem,quàm uituperari ueritatem? Agendum est igi
tur, ut ad cognitionem diuinarum scripturarum talis homo accedat, qui de sanctis libris,
tam sancte & ueraciter existimet, ut nolit aliqua eorum parte delectari per officiosa men
dacia,potiusq; id quod non intelligit transeat,quàm cor suum præferat illi ueritati. Profe/
cto enim cum hoc dicit,credi sibi expetit, & id agit ut diuinarum scripturarum autoritati/
bus non credamus. Et ego quidem qualibuscunq; uiribus quas dominus suggerit, omnia
illa testimonia quæ adhibita sunt astruendæ utilitati mẽdacij, aliter oportere intelligi ostẽ
derem,ut ubiq; eorum firma ueritas doceretur. Quàm enim testimonia mendacia esse nõ
debent,tam non debent fauere mẽdacio. Sed hoc intelligentiæ relinquo tuæ. Admota enim
lectioni diligentiori consideratione,multo id fortasse facilius uidebis quàm ego. Ad hanc
autem considerationem coget te pietas, qua cognoscis fluctuare autoritatem scripturarũ
diuinarũ,ut in eis quod uult quisq; credat, quod non uult nó credat,si semel fuerit persua/
sum aliqua illos uiros per quos nobis hæc ministrata sunt, in scripturis suis officiose po/
tuisse mentiri: Nisi forte regulas quasdam daturus es,quibus nouerimus ubi oporteat mẽ
tiri,ubi non oporteat. Quod si fieri potest, nullo modo mendacibus dubijsq; rationibus D
id explices quæso,nec me onerosum, aut impudentem iudices,per humanitatem ueracissi/
mam domini nostri. Nam ut nó dicam nulla, certe non magna culpa meus error ueritati
fauet,si recte in te potest ueritas fauere mendacio. Multa alia cum sinceriſſimo corde tuo
loqui cuperem, & de Christiano studio conferre, sed huic desiderio meo nulla epistola sa/
tis est. Vberius idipsum possum per fratrem,quem miscendum & alendum dulcibus atq;
utilibus sermocinationibus tuis,misisse me gaudeo: Et tamen quãtum uellem,nec ipse(qd
pace eius dixerim)forsitan capit,quanq; nihilo me illi prætulerim. Ego enim me fateor tui
capaciorem,sed ipsum uideo fieri pleniorem, quo me sine dubitatione antecellit: & postea
quàm redierit (quod domino adiuuante prosperatum iri spero) cum eius pectoris abs te
cumulati,particeps fuero,non est impleturus quod in me adhuc uacuum erit atq; auidum
sensorum tuorum. Ita fiet ut & ego etiam tunc egentior sim, ille copiosior. Sane idem fra/
ter, aliqua scripta nostra fert secum, quibus legendis si dignationẽ adhibueris,etiã sincerã
atq; fraternam seueritatem adhibeas quæso. Non enim aliter intelligo quod scriptum est:
Psal.140. Emendabit me iustus in misericordia & arguet me,oleum autẽ peccatoris non impinguet
caput meum: nisi quia magis amat obiurgator sanans,quàm adulator ungens caput. Ego
autem difficillime bonus iudex lego quod scripserim, sed aut timidior recto aut cupidior.
Video etiam interdũ uitia mea,sed hæc malo audire à melioribus, ne cũ me recte fortasse
reprehendero, rursus mihi blandiar, & meticulosam potius mihi uidear in me quàm iu/
stam tulisse sententiam.

Augusti. Hierony. De titulo libri De scriptoribus ecclesiasticis. Deinde de Petro reprehen/
so de quo supra,hortatur illũ,ut prodat Origenis & singulorũ hæreticorũ errata. Ep. IX.

DOMINO dilectissimo & cultu sinceriſſimo charitatis obseruando, atq; amplec/
tendo,fratri & compresbytero Hieronymo,Augustinus. Habeo gratiam quod
pro subscripta salutatione plenã mihi epistolam reddidisti, sed breuiorem mul/
to,quàm ex te uellem sumere tali uiro,à quo tẽpora quãtalibet occupet, nullus sermo pro/
lixus est.

A lixus est. Quanquam itaq; nos negociorum alienorum, eorumq; secularium curis circũsté/
mur ingentibus, tamen epistolæ tuæ breuitati facile non ignoscerem, nisi cogitarem quàm
paucioribus uerbis meis redderetur. Quare aggredere quæso istam nobiscũ literariam col/
locutionem, ne multum ad nos disiungendos liceat absentiæ corporali, quãquam simus in
domino spiritus unitate coniuncti, etiam si ab stilo quiescamus & taceamus. Et libri quidẽ
quos de horreo dominico elaborasti, penè totum te nobis exhibent. Si enim propterea te
non nouimus, quia faciem tui corporis non uidimus, hoc modo nec ipse te nosti. Nam tu
quoq; non uides eam. Si autem tibi non ob aliud notus es, nisi quia nosti animum tuum,
& nos eum non mediocriter nouimus in literis tuis, in quibus benedicimus domino, quod
tibi & nobis, omnibusq; fratribus qui tua legũt, te talem dedit. Liber quidem tuus inter cæ/
tera non diu est ut uenit in manus nostras, quæ sit eius inscriptio, nescimus adhuc. Non enĩ
hoc codex ipse, ut assolet, in liminari pagina prætendebat. Epitaphium tamen appellari di/
cebat frater, apud quem inuentus est. Quod ei nomen tibi placuisse ut inderetur, credere/
mus, si eorum tãtum hominum uel uitas uel scripta ibi legissemus, qui iam defuncti essent.
Cum uero multorum & eo tempore quo scribebatur, & nunc usq; uiuẽtium ibi commemo
rentur opuscula, miramur cur hunc ei titulum uel imposueris, uel imposuisse credaris. Sanè
utiliter à te conscriptum eundem librum satis approbamus. In expositione quoque episto/
læ Pauli Apostoli ad Galatas, inuenimus aliquid quod nos multum moueat. Si enim ad
scripturas sanctas admissa fuerint uelut officiosa mendacia, quid in eis remanebit autorita
tis? Quæ tandem de scripturis illis sententia proferetur, cuius pondere cõtentiosæ falsitatis
obteratur improbitas? Statim enim ut protuleris, si aliter sapit qui contra nititur, dicit illud
quod prolatum erit, honesto aliquo officio scriptorem fuisse mentitum. Vbi enim hoc non
poterit, si potuit in ea narratione, quam exorsus Apostolus ait: Quæ aũt scribo uobis, ecce Gal. 1
B coram deo quia non mentior, credi affirmari q; mentitus, eo loco ubi dixit de Petro & Bar/ Gal. 2
naba: Cum uiderem quia non recte ingrediuntur ad ueritatem Euangelij. Si enim recte illi
ingrediebantur, iste mentitus est: si autem ibi mentitus est, ubi uerum dixit? An ibi uerum
dixisse uidebitur, ubi hoc dixerit quod lector sapit? Cum uero contra sensum lectoris ali/
quid occurrerit, officioso mẽdacio deputabitur? Non enim deesse potuerunt causæ, cur exi
stimetur non solum potuisse, uerumetiam debuisse mentiri, si huic regulæ conceditur locus.
Non opus est hanc causam multis uerbis agere, præsertim apud te, cui sapienter prouidẽti
dictum sat est. Nequaquam uero mihi arrogauerim, ut ingenium tuum diuino dono au/
reum, meis obolis ditare contendam, nec quisquam te magis idoneus, qui opus illud emen
det. Neq; enim à me docendus es quomodo intelligatur, quod idem dicit: Factus sum Iu/ 1. Cor. 2.
dæis tanq; Iudæus, ut Iudæos lucrifacerẽ, & cætera, quæ ibi dicuntur compassiõe misericor/
diæ, non simulatione fallaciæ. Fit enim tanquam ægrotus qui ministrat ægroto: non cum
se febres habere mentitur, sed cum animo condolentis cogitat quemadmodum sibi mini/
strari uellet si ipse ægrotaret, & sic ipse alijs ægrotantibus ministrando compatitur. Nam
uti q; Iudæus erat, Christianus autem factus, non Iudæorum sacramẽta reliquerat, quæ cõ/
uenienter ille populus & legitimo tempore quo oportebat acceperat. Ideo q; susceperat ea
celebranda, cum iam Christi esset apostolus, ut doceret non esse pernicioſa his qui ea uel/
lent, sicut à parentibus per legem acceperant, custodire, etiam cum Christo credidissent, non
tamen in eis iam constituerent spem salutis, quoniam per dominum Iesum salus ipsa, quæ
illis sacramentis significabatur, aduenerat. Ideo q; gentibus quod insuetos à fidei reuocarẽt
onere graui & non necessario, nullo modo imponẽda esse censebat. Quapropter non ideo Gal. 2
Petrum emendauit, quod paternas traditiones obseruaret, quod si facere uellet, nec menda
citer nec incongrue faceret: quamuis enim iam superflua, tamen solita non nocerent. Sed Hoc nũquam
quoniam gentes cogebat Iudaizare, quod nullo modo posset, nisi ea sic ageret, tanquã ad/ fecit Petrus,
huc etiam post domini aduentum necessaria saluti forent, quod uehementer per apostola nec tamen mẽ
tum Pauli ueritas dissuasit. Nec apostolus Petrus hoc ignorabat, sed id faciebat, timẽs eos titus est Paul.

qui ex

qui ex circũcisione erant. Itaq; & ipse uere correctus est, Et Paulus uera narrauit, ne sancta C
scriptura quæ ad fidem posteris edita est, admissa autoritate mendacij, tota dubia nutet &
fluctuet. Non enim potest aut oportet literis explicari, quanta & quàm inexplicabilia ma-
la consequantur, si hoc concesserimus. Posset autem oportune minusq; periculose demon
strari, si coram inter nos colloqueremur. Hoc ergo Iudæorum Paulus dimiserat quod ma-
Rom.10. lum habebant, & in primis illud quod ignorantes dei iusticiam, & suam iusticiam uolentes
constituere, iusticiæ dei non sunt subiecti. Deinde quod post passionem & resurrectionem
Christi dato ac manifestato sacramento gratiæ, secundum ordinem Melchisedech, adhuc
putabant sacramenta uetera, non ex consuetudine solennitatis, sed ex necessitate salutis esse
celebranda. Quæ tamen si nunquam fuissent necessaria, infructuose atque inaniter pro eis
Machabæi martyres fierẽt. Postremo illud quod prædicatores gratiæ Christianos, Iudæi
tanquam hostes legis persequebãtur. Hos itaq; atq; huiusmodi errores & uitia dicit se da
mnare, & ut stercora arbitratũ, ut Christũ lucrifaceret, non obseruationes legis si more pa-
trio celebrarentur, sicut & ab ipso celebratæ sunt, sine ulla salutis necessitate sicut Iudæi cele
Fallax imu- brandas putabant, aut fallaci simulatione, quod in Petro reprehẽderat. Nam si propterea
latio. illa sacramenta celebrauit, quia simulauit se Iudæum ut illos lucrifaceret, cur non etiam sa-
crificauit cum gentibus, quia & his qui sine lege erãt tanq; sine lege factus est, ut eos quoq;
lucrifaceret, nisi quia & illud fecit, ut natura Iudæus, & hoc totum dixit, non ut fallaciter se
fingeret esse quod non erat, sed ut misericorditer eis ita subueniẽdum esse sentiret, ac si ipse
in eodem errore laboraret, non scilicet mentientis astu, sed cõpatientis affectu. Sicut eoipso
1. Corinth.9. loco generaliter intulit: Factus sum infirmis infirmus, ut infirmos lucrifacerem, ut sequens
conclusio: Omnibus omnia factus sum ut omnes lucrifacerem, ad hæc referenda intelliga-
tur, ut cuiusq; infirmitatem tanquam in seipso miseratus appareat. Non enim & cum dice
ret: Quis infirmatur & ego non infirmor, infirmitatem alterius simulasse potius quàm con
doluisse uolebat intelligi. Quare arripe obsecro te ingenuam & uere Christianã cum cha- D
ritate seueritatem, ad illud opus corrigẽdum atq; emendandum, & παλινῳδίαν, ut dicitur,
Helenæ causa cane. Incomparabiliter enim pulchrior est ueritas Christianorũ, quàm Helena Græcorũ,
belli. Pro ista enim fortius nostri martyres aduersus hanc Sodomam, quàm pro illa illi heroës
aduersus Troiam dimicauerũt. Neq; hoc ideo dico, ut oculos cordis recipias, quos absit ut
amiseris, sed ut aduertas: quos cum habeas sanos & uigiles, nescio qua dissimulatione auer
tisti, ut nõ intenderes, quæ cõsequantur aduersa, si semel creditum fuerit, posse honeste atq;
pie accipi, scriptorem diuinorũ librorũ in aliqua sui operis parte mentiri. Scripseram hinc
iam aliquando ad te epistolam, quæ non perlata est, quia nec perrexit cui perferendã tradi-
deram, Ex qua illud mihi suggestũ est, cũ istam dictarẽ, quod in hac quoq; prætermittere
nõ debui, ut si alia est sententia tua, eademq; est melior, timori meo libẽter ignoscas. Si enim
aliter sentis, uerumq; tu sentis (Nam nisi uerũ sit, melius esse non potest) ut non dicam nul
la, certe nõ magna culpa, meus error ueritati fauet, si recte in quoquam ueritas potest faue-
Origenes. re mendacio. De Origene autẽ quod rescribere dignatus es, iam sciebam, nõ tantum in Ec-
clesiasticis literis, sed in omnibus recta & uera quæ inuenerimus approbare atque laudare,
falsa uero & praua improbare atq; reprehendere. Sed illud de prudẽtia doctrinaq; tua de
siderabã, & adhuc desidero, ut nota nobis facias ea ipsa eius errata, quibus à fide ueritatis
ille uir tantus recessisse cõuincitur. In libro etiam quo cunctos quorũ meminisse potuisti scri-
ptores ecclesiasticos, & eorũ scripta cõmemorasti, cõmodius ut arbitror fieret, si nominatis
eis quos hæresiotas esse nosti (quando ne ipsos quidẽ prætermittere uolueris) subiungeres
etiam in quibus cauendi essent, quanq; nonnullos etiam præterieris, quod scire cuperẽ quo
consilio factũ sit, Aut si illud uolumen forte onerare noluisti, ut cõmemoratis hæreticis, nõ
adderes in quibus eos catholica damnarit autoritas. Peto ne graue sit literario labori tuo,
quo non mediocriter per domini dei nostri gratiam in Latina lingua sanctorum studia &
accendisti & adiuuisti, id quod tibi per humilitãtem meã fraterna charitas indicit, ut si occu
pationes

A pationes tuæ ſinunt,omnium hæreticorum peruerſa dogmata,qui rectitudinẽ fidei Chriſtianæ,uſq; ad hoc tẽpus,uel imprudentia,uel peruicacia deprauare conati ſunt,uno libello breuiter digeſta edas in noticiam eorum,quibus aut nõ uacat propter alia negocia, aut non ualent propter alienam linguam,tam multa legere atq; cognoſcere.Diu te rogarem, niſi hoc ſoleret eſſe indicium minus præſumentis de charitate. Hunc interea fratrẽ noſtrũ Paulum,in Chriſto multum commendo benignitati tuæ,cuius in noſtris regionibus exiſtimationi bonum coram deo teſtimonium perhibemus.

Auguſt.Hieron.dehortans à libris teſtamẽti ueteris ex Hebræo uertendis,& exhortans ut Septuaginta uerſionẽ mire deprauatam ac uariantẽ reddat ſuæ ueritati. Nouum teſtamentum ab eo caſtigatum probat Epiſt. X.

DOMINO uenerabili & deſiderabili ſancto fratri,& compresbytero Hieronymo, Auguſtinus in domino ſalutẽ. Ex quo cœpi ad te ſcribere aut tua ſcripta deſiderare,nunquam mihi melior occurrit occaſio,quàm ut per dei ſeruum ac miniſtrum fideliſſimum mihiq; chariſſimum mea tibi afferretur epiſtola,qua lis eſt filius noſter Cyprianus diaconus.Per hũc certe ita ſpero literas tuas,ut certius in hoc rerum genere quicquã ſperare non poſſim.Nam nec ſtudium in petendis reſcriptis memorato filio noſtro deerit,nec gratia in promerendis,nec diligentia in cuſtodiendis, nec alacritas in perferendis, nec fides in reddendis: tantũ ſi aliquo modo merear,adiuuet dominus, & aſſit cordi tuo, & deſiderio meo, ut fraternam uoluntatem nulla maior uoluntas impediat.Quia ergo duas iam epiſtolas miſi,nullam autẽ tuam poſtea recepi,eaſdem ipſas rurſus mittere uolui, credens eas non peruenisſe. Quæ &ſi peruenerunt,ac fortaſſe tuæ potius ad me peruenire minime potuerunt,eaipſa ſcripta quæ iam miſiſti iterum mitte ſi forte reſeruata ſunt.Sin minus,rurſus dicta quod legam, dum tamen his reſpondere ne graueris, quod iam diu eſt,ut expecto.Primas etiam quas ad te adhuc presbyter literas præparaue
B ram,mittendas per quendam fratrem noſtrum Profuturum, qui poſtea collega nobis factus iam ex hac uita migrauit,nec eas tunc ipſe perferre potuit,quia continuo dum profiſci diſponit,epiſcopatus ſarcina detentus,ac deinde in breui defunctus eſt, etiã nunc mittere uolui:ut ſcias in tua colloquia quàm olim inardeſcam,& quam uim patiar, quod à me tam longe abſunt ſenſus corporis tui,per quos adire poſſit ad animũ tuum animus meus, mi frater dulciſſime & in domini mẽbris honorãde. In hac autẽ epiſtola,hoc addo, quod poſtea didicimus,Iob ex Hebræo à te interpretatum, cum iam quandã haberemus interpretationem tuam eiuſdẽ prophetæ ex Græco eloquio uerſam in Latinũ,ubi tamen aſteriſcis notaſti quæ in Hebræo ſunt,& in Græco deſunt,obeliſcis autẽ quæ in Græco inueniuntur,& in Hebræo nõ ſunt,tam mirabili diligentia,ut quibuſdam in locis ad uerba ſingula, ſtellas ſignificantes uideamus eadem uerba eſſe in Hebræo,in Græco autem non eſſe. Porrò in hac poſteriore interpretatione quæ uerſa eſt ex Hebræo,non eadem uerborum fides occurrit,nec parum turbat cogitantem,uel cur in illa prima tanta diligentia figantur aſteriſci, ut minimas etiam particulas orationis indicent deeſſe codicibus Græcis quæ ſunt in Hebræis: uel cur in hac altera quæ ex Hebræis eſt,negligentius hoc curatum ſit, ut non eædem particulæ locis ſuis inuenirentur.Aliquid inde,exempli gratia,uolui ponere.Sed mihi ad horam codex defuit qui ex Hebræo eſt. Veruntamen quia præuolas ingenio,nõ ſolum quid dixerim,uerumetiam quid dicere uoluerim,ſatis ut opinor intelligis,ut cauſa reddita, quod mouet ediſſeras. Ego ſanè te mallẽ Græcas potius canonicas nobis interpretari ſcripturas,quæ lxx.interpretum autoritate perhibentur.Perdurũ erit enim ſi tua interpretatio, per multas eccleſias frequentius cœperit lectitari,quod à Græcis eccleſijs Latinæ eccleſiæ diſſonabũt:maxime quia facile cõtradictor cõuincitur,Græco prolato libro,id eſt,linguæ notiſſimæ.Quiſquis aũt in eo quod ex Hebræo tranſlatũ eſt,aliquo inſolito pmotus fuerit,& falſi crimẽ intẽderit,uix aut nunq; ad Hebræa teſtimonia peruenit,quibus defendat obiectum. Quod ſi etiã peruentũ fuerit,tot Latinas & Græcas autoritates damnari quis ferat?

Huc

Huc accedit,quia etiam conſulti Hebræi,poſſunt aliud reſpondere,ut tu ſolus neceſſarius C uidearis, qui etiam ipſos poſſis conuincere:ſed tamen qui iudicet,mirum ſi potueris inue/ nire.Nam quidam frater noſter epiſcopus,cum lectitare inſtituiſſet in eccleſia cui præeſt, interpretationem tuam,mouit quiddam longe aliter abs te poſitum apud Ionam prophe tam,q̄ erat omnium ſenſibus ibi memoriæq̄ inueteratum, & tot ætatum ſucceſſionibus decantatū.Factus eſt tantus tumultus in plebe,maxime Græcis arguētibus & inflamman tibus calumniam falſitatis,ut cogeretur epiſcopus (ea quippe ciuitas erat) Iudæorum teſti monium flagitare.Vtrum autem illi imperitia an malicia,hoc eſſe in hebræis codicibus re ſponderunt,quod & Græci & Latini habebant atq; dicebant. Quid plura? Coactus eſt homo uelut mendoſitatem corrigere,uolens poſt magnum periculum non remanere ſine plebe.Vnde etiam nobis uidetur,aliquando te quoq; in nonnullis falli potuiſſe. Et uide hoc quale ſit in eis literis,quæ non poſſunt collatis uſitatarum linguarū teſtimonijs emen dari.Proinde non paruas deo gratias agimus de opere tuo,quod Euangelium ex græco interpretatus es,quia penè in omnibus nulla offenſio eſt,cum ſcripturam græcam contule rimus.Vnde ſi quiſpiam ueteri falſitati contentioſus fauerit,prolatis collatiſq̄ codicibus, uel docetur facillime,uel refellitur.Etſi quædam rariſſima merito mouent, quis tam durus eſt,qui labori tam utili non facile ignoſcat,cui uicem laudis referre non ſufficit? Quid tibi autem uidetur,cur in multis aliter ſe habeat hebræorum codicum autoritas,aliter græco/ rum quæ dicitur.lxx.uellem dignareris aperire.Neq; enim paruum pōdus habet illa,quæ ſic meruit diffamari, & qua uſos Apoſtolos non ſolum res ipſa indicat, ſed etiam te atte/ ſtatum eſſe memini.Ac per hoc plurimum profueris,ſi eam græcam ſcripturā quam. lxx. operati ſunt,latinæ ueritati reddideris,quæ in diuerſis codicibus ita uaria eſt, ut tolerari uix poſſit:& ita ſuſpecta ne in græco aliud inueniatur,ut inde aliquid proferri aut probari dubitetur.Breuem putabam futuram hanc epiſtolam,ſed neſcio quomodo ita mihi dulce factum eſt in ea progredi,ac ſi tecum loquerer.Sed obſecro te per dominum, ne te pigeat D ad omnia reſpondere,& præſtare mihi quantum potueris præſentiam tuam.

Nunc non ignoſcunt.

Et hodie uariant.

Hieronymus Auguſtino reſpondens ad officioſi mendacij calumniam, deq̄ translatio/ ne ueteris teſtamenti,ac de hederæ uocabulo apud Ionam. Epiſtola. XI.

DOMINO uere ſancto & beatiſſimo papæ Auguſtino, Hieronymus in domi/ no ſalutem. Tres ſimul epiſtolas,immo libellos breues,per diaconum Cypria num tuæ dignationis accepi,diuerſas ut tu nominas quæſtiones,ut ego ſenio reprehenſiones opuſculorum meorum continentes. Ad quas ſi reſpondere uoluero, libri magnitudine opus erit. Tamen conabor quantum facere poſſum, modum non egredi longioris epiſtolæ, & feſtinanti fratri moram non facere, qui ante triduum quàm profecturus erat à me epiſtolas flagitauit, ut penè in procinctu, hæc qualiacunq; ſunt effutire compellar,& tumultuario reſpondere ſermone,non maturitate ſcribentis,ſed dictantis temeritate,quæ plerunq; non in doctrinam,ſed in caſum uertitur, ut fortiſſimos quoq; milites ſubita bella conturbant,& ante coguntur fugere, quàm poſſint arma corri/ pere.Cæterū noſtra armatura Chriſtus eſt,& apoſtoli Pauli inſtitutio qui ſcribit ad Ephe ſios: Aſſumite arma dei ut poſſitis reſiſtere in die malo.Et rurſum: State ſuccincti lumbos ueſtros in ueritate,& induti loricam iuſticiæ,& calciati pedes in præparationem euangelij pacis,ſuper omnia accipientes ſcutum fidei,in quo poſſitis uniuerſa tela maligni ignita ex/ tinguere,& galeam ſalutis accipite,& gladium ſpiritus,quod eſt uerbum dei.His quódam telis rex Dauid armatus procedebat ad prælium, & quinq; lapides de torrente accipiens leuigatos,nihil aſperitatis & ſordium inter huius ſeculi turbines in ſenſibus ſuis eſſe mon ſtrabat, bibens de torrente in uia, & idcirco exaltatus caput ſuperbiſſimum Goliam ſuo potiſſimum mucrone truncauit,percutiens in fronte blaſphemum, & in ea parte corporis uulnerans,in qua & præſumptor ſacerdotij Ozias lepra percutitur,& ſanctus gloriatur in dño dicēs:Signatum eſt ſuper nos lumē uultus tui dñe.Dicamus igitur & nos:Paratū cor meum

Alienius ex ordium

1.Reg.17.

pſal.109.

A meum deus,paratũ cor meum,cantabo & psallam in gloria mea. Exurge psalterium & cithara,exurgã diluculo:ut in nobis possit impleri, Aperi os tuum, & ego adimplebo illud. Et dominus dabit uerbum euangelizantibus uirtute multa. Te quoq; ipsum orare non dubito,ut inter nos contendentes ueritas superet. Nõ enim tuam quæris gloriam,sed Christi, Cũq; tu uiceris, & ego uincam, si meum errorem intellexero:& econtrario me uincente tu superas, quia non filij parentibus, sed parentes filijs thesaurizant. Et in Paralipomenon libro legimus,quod filij Israel ad pugnandum processerint mẽte pacifica,inter ipsos quoq; gladios & effusiones sanguinis & cadauera prostratorum,nõ suam sed pacis uictoriam cogitantes. Respõdeamus igitur ad omnia,ac multiplices quæstiones si Christus iusserit, breui sermone soluamus. Prætermitto salutationis officia, quibus meũ demulces caput,taceo de blanditijs,quibus reprehensionem mei niteris consolari, Ad ipsas causas ueniam. Dicis accepisse te librum meum à quodam fratre qui titulum nõ haberet, in quo scriptores ecclesiasticos tam græcos q̃ latinos enumerauerim. Cum q̃ ab eo quæreres, ut tuis uerbis utar, cur liminaris pagina non esset inscripta,uel quo censeretur nomine,respõdisse,appellari epitaphium. Et argumentaris quod recte sic uocaretur, si eorum tantũ uel uitas uel scripta ibi legisses qui iam defuncti essent. Cum uero multorũ & eo tempore quo scribebatur,& nunc usq; uiuentium cõmemorarentur opuscula, mirari te,cur ei hunc titulum imposuerim. Puto intelligere prudentiam tuam, quod ex opere ipso titulum potueris intelligere. Legisti enim & græcos & latinos,qui uitas uirorum illustrium descripserunt, quod nunquam epitaphium huic operi scripserint,sed de illustribus uiris: Verbi gratia, ducibus, philosophis, oratoribus, historicis, poetis, epicis,tragicis, comicis. Epitaphium autem proprie scribitur mortuorum. Quod quidem in dormitione (sanctæ memoriæ) Nepotiani presbyteri olim feciſſe me noui. Ergo hic liber uel de illustribus uiris, uel proprie de scriptoribus ecclesiasticis appellãdus est,licet à plærisq; emẽdatoribus imperitis, de autoribus dicatur inscriptus.

B Secundo loco quæris,cur dixerim in commentarijs epistolæ ad Galatas,Paulũ id in Petro non potuisse reprehendere quod ipse fecerat,nec in alio arguere simulationẽ cuius ipse tenebatur reus. Et asseris reprehensionem apostolicã non fuisse dispensatoriam sed uerã, & me non debere docere mendacium,sed uniuersa quæ scripta sunt ita sonare ut scripta sint. Ad quæ primũ respondeo, debuisse prudentiã tuã præfatiunculæ cõmentariorũ meorũ meminisse dicẽtis ex psona mea. Quid igitur? ego stultus aut temerarius,qui id polliceor,qd' ille nõ potuit? Minime. Quin potius in eo mihi uideor cautior atq; timidior,q; imbecillitatẽ uirium mearum sentiens, Origenis cõmentarios secutus sum. Scripsit enim ille uir in epistolã Pauli ad Galatas quinq; proprie uolumina,& decimũ stromatũ suorum librum,cõmatico super explanationẽ eius sermone cõpleuit. Tractatus quoq; uarios & excerpta,quæ uel solã possent sufficere cõposuit. Prætermitto Didymũ uidentem meum, & Apollinarem Laodicenũ,de ecclesia nuper egressum,& Alexandrum ueterem hæreticũ, Eusebiũ quoq; emisenũ,& Theodorũ heracleotẽ,qui & ipsi nonnullos super hac re cõmentarios reliquerunt. E quibus uel si pauca decerperẽ,fieret aliquid quod nõ penitus contẽneret. Itaq; ut simplici ter fatear, legi hæc oĩa,& in mente mea plurima coaceruans, accito notario,uel mea uel aliena dictaui,nec ordinis,nec uerborũ interdũ, nec sensuũ memor. Iam domini misericordiæ est,ne per imperitiam nostram ab alijs bene dicta dispereant, & non placeant inter extraneos,quæ placent inter suos. Si quid igitur reprehensione dignum putaueras in explanatione nostra,eruditionis tuæ fuerat quærere,utrũ ea quæ scripsimus haberentur in græcis, ut si illi non dixissent,tunc meam proprie sententiam condemnares: præsertim cum libere in præfatione confessus sim,Origenis commentarios me esse secutũ, & uel mea uel aliena dictasse, & in fine eiusdem capituli quod reprehendis, scripserim, Si cui iste non placet sensus,quo nec Petrus peccasse,nec Paulus procaciter ostẽditur arguisse maiorem,debet exponere,qua consequentia Paulus in altero reprehendat quod ipse cõmisit. Ex quo ostendi me nõ ex definito id defendere,quod in græcis legerã, sed ea expressisse quæ legerã, ut lectoris

De claris scriptoribus.

Gala. 2.

Origenes super ad Gal.

Didymus uidens.
Apollinaris.
Alexander.
Eusebius.
Theodorus.

c arbitrio

arbitrio derelinquerem,utrum probanda essent an improbanda. Tu igitur ne quod ego pe
tieram non faceres,nouũ argumentum reperisti,ut assereres gentiles qui in Christum credi
dissent,legis onere liberos,eos aũt qui ex Iudæis crederent legi esse subiectos,ut per utrorũ
Galat.2. q; personam,& Paulus recte reprehenderet eos qui legem seruarent, quasi doctor gentiũ,
& Petrus iure reprehenderetur,qui princeps circuncisionis id imperauerit gẽtibus, quod so
li qui ex Iudæis erant debuerunt obseruare.Hoc si placet,immo quia placet, ut quicũ q; cre
Gal.5. dunt ex Iudæis debitores sint legis faciendæ,tu ut episcopus in toto orbe notissimus,debes
hanc promulgare sentẽtiam,& in assensum tuum omnes coepiscopos trahere.Ego in par
uo tuguriolo,cum monachis, id est,cum cõpeccatoribus meis,de magnis statuere non au
deo,nisi hoc ingenue cõfiteri,me maiorum scripta legere, & in cõmentarijs secundũ omniũ
consuetudinem uarias ponere explanationes, ut è multis sequatur unusquisq; quod uelit.
Quod quidem te puto & in seculari litteratura, & in diuinis libris legisse & probasse.Hanc
Origenes. autem explanationem,quam primus Origenes in decimo stromatum libro, ubi epistolã
Pauli ad Galatas interpretatur, & cæteri deinceps interpretes sunt secuti, illa uel maxime
Porphyrius. causa subintroducunt,ut Porphyrio respondeant blasphemanti,qui Pauli arguit procaci
tatem,quod principem apostolorum Petrum ausus est reprehẽdere,& arguere in faciem,
Ioannes ac ratione constringere quod male fecerit,id est in eo errore fuerit, in quo fuit ipse qui aliũ
chrysostomus arguit delinquentem. Quid dicam de Ioanne, qui dudum in pontificali gradu constanti
nopolitanã rexit ecclesiam,& proprie super hoc capitulo latissimum exarauit librũ, in quo
Origenis & ueterũ sententiã est secutus? Si igitur me reprehẽdis errantẽ,patere me quæso
errare cum talibus,& cũ me erroris mei multos socios habere perspexeris, tu ueritatis tuæ
saltem unum astipulatorem proferre debebis.Hæc de explanatione unius capituli epistolæ ad Galatas.Sed ne uidear aduersus rationem tuam niti testiũ numero, & occasione uirorum illustrium subterfugere ueritatẽ ,nec manum audere cõserere, breuiter de scripturis
Acto. 10. exẽpla proponam.In actibus apostolorũ,uox facta est ad Petrũ dicens:Surge Petre,occide & manduca:id est omnia animalia quadrupedũ & serpentiũ terræ, & uolatilium cœli.
Quo dicto,ostenditur nullum hominẽ secũdum naturã esse pollutum,sed æqualiter omnes
ad Christi euangelium prouocari.Ad quod respondit Petrus: Absit,quia nunq; manducaui cõmune & immundũ.Et uox ad eum de cœlo secundo facta est dicẽs: Quæ deus mũ
dauit,tu ne cõmune dixeris,Iuit itaq; Cæsaream,& ingressus ad Cornelium aperiẽs os suũ
dixit:In ueritate cõperi, quia non est personarum acceptor deus, sed in omni gente qui timet eum & operatur iusticiam,acceptus est illi. Deniq; cecidit spiritussanctus super eos, & obstupuerunt ex circũcisione fideles qui uenerant cum Petro, quod & in nationes gratia spiritussancti fuisset effusa. Tunc respondit Petrus: Nunquid aquam quis prohibere potest,ut non baptizentur hi qui spiritumsanctum acceperunt sicut & nos?Et iussit eos in no
Acto. 11. mine Iesu Christi baptizari. Audierunt autem apostoli & fratres qui erant in Iudæa, quia
& gentes receperunt uerbum dei. Cum autem ascendisset Petrus Hierosolymam, discep
tabant aduersus illum qui erant ex circuncisione dicentes. Quare introisti ad uiros
præputium habentes,& manducasti cum illis? Quibus omni ratione exposita, nouissime
orationem suam hoc sermone conclusit: Si ergo eandem gratiam dedit illis deus sicut &
nobis qui credidimus in dominũ Iesum Christum, ego quis eram qui possem prohibere
deum?His auditis tacuerunt, & glorificauerunt deum, dicentes:Ergo & gẽtibus,deus pœ
Acto.14. nitentiam ad uitam dedit. Rursum cum multo post tempore: Paulus & Barnabas uenis
& 15. sent Antiochiam, & congregata ecclesia,retulissent quanta fecisset deus cum illis, & quia
aperuisset deus gentibus ostium fidei, quidam descendentes de Iudæa docebant fratres
atque dicebant: Nisi circuncidamini secundum morem Moysi, nõ potestis salui fieri.Cõ
mota igitur seditione non minima aduersus Paulum & Barnabam, statuerunt ascendere
& ipsi qui accusabantur, & hi qui accusabant, ad apostolos & presbyteros Hierosolymã
super hac quæstione. Cumque Hierosolymam perrexissent,exurrexerunt quidam de hæ
resi pha

A resi pharisæorum,qui crediderant in Christum dicentes: Oportet circuncidi eos & præcipere illis,ut seruent legem Mosi.Et cum magna super hoc uerbo oriretur quæstio,Petrus soli
ta libertate, Viri inquit fratres,uos scitis quoniam ab antiquis diebus in nobis elegit deus
per os meum audire gentes uerbum euangelij & credere:& qui nouit corda, deus,testimo/
nium perhibuit,dans illis spiritumsanctū sicut & nobis,& nihil discreuit inter nos & illos,fi
de purificans corda illorum. Nunc autem quid tentatis deum ,imponere iugum super cer/
uicem discipulorum,quod neq; patres nostri neq; nos portare potuimus? Sed per gratiā
domini nostri Iesu Christi credimus saluari quemadmodum & illi. Tacuit aūt omnis mul/
titudo,& in sententiam eius Iacobus apostolus & omnes simul presbyteri transierūt. Hæc
non debent molesta esse lectori,sed & illi & mihi utilia,ut probemus ante apostolum Pau
lum non ignorasse Petrum,immo principem huius esse decreti,legem post euangelium nō
esse seruandā.Deniq; tantæ Petrus autoritatis fuit,ut Paulus in epistola sua scripserit,De/ *Galat.1.*
inde post annos tres ueni Hierosolymam uidere Petrum,& mansi apud eum diebus XV.
Rursumq; in consequentibus:Post annos XIIII, ascēdi iterum Hierosolymam cū Barnaba *Galat.2.*
assumpto & Tito.Ascendi autem secundum reuelationem, & exposui eis euangeliū quod
prædico inter gentes:ostendens se non habuisse securitatem euangelij prædicādi, nisi Petri
& qui cum eo erant fuisset sententia roboratum. Statimq; sequitur: Seperatim autem his
qui uidebantur aliquid esse,ne forte in uacuum currerem aut cucurrissem. Quare seperatim
& non publice? Ne forte fidelibus ex numero Iudæorum, qui legem putabant esse seruan/
dam,& sic credendum in domino saluatore, fidei scandalum nasceretur. Ergo & eo tēpore
cum Petrus uenisset Antiochiā,licet hoc apostolorum acta non scribāt,sed affirmanti Pau
lo credendū sit,in faciem illi Paulus restitisse se scribit,quia reprehensibilis erat.Prius enim
q; uenirēt quidam à Iacobo,cum gentibus edebat,cum aūt uenissent, subtrahebat se & se/
B gregabat,timens eos qui ex circunciſione erant.Et consenserunt cum illo cæteri Iudæi,ita ut
& Barnabas adduceretur ab his in illam simulationem.Sed cum uidissem inquit q; non re
cte ingrediuntur ad ueritatem euangelij,dixi Petro coram omnibus:Si tu cum sis Iudæus,
gentiliter & non iudaice uiuis,quomodo cogis gentes iudaizare? Et cætera. Nulli ergo du/
biū est,q; Petrus apostolus sententiæ huius cuius nunc præuaricator arguit', primus autor
extiterit.Causa autem præuaricatiōis,timor est Iudæorū. Dicit enim scriptura, q; primum
edebat cum gentibus,cum autem uenissent quidā à Iacobo,subtrahebat se & segregabat,
timens eos qui ex circunciſione erant. Timebat autē Iudæos quorū erat apostolus,ne per
occasionem gentilium à fide Christi recederēt,& imitator pastoris boni,perderet gregē sibi
creditū.Sicut ergo ostēdimus Petrū bene quidem sensisse de abolitione legis mosaicæ , sed
ad simulationem obseruandæ eius timore compulsum, uideamus an ipse Paulus qui aliū
arguit,tale quid fecerit.Legimus in eodem libro:Perambulabat autē Paulus Syriā & Cili/
ciā,cōfirmans ecclesias, peruenitq; in Derbē, & Listram , & ecce discipulus quidam erat ibi
nomine Timotheus,filius mulieris uiduæ fidelis,patre autem gentili,Huic testimoniū red/ *Acto.15.*
debant qui Listris erant & Iconio fratres.Hunc uoluit Paulus secum proficisci,& assumens *& 16.*
circuncidit eum propter Iudæos , qui erant in illis locis. Sciebant enim omnes q; pater eius
gentilis esset.O beate apostole Paule,qui in Petro reprehēderas simulationē quare subtra
xisset se à gentibus propter metū Iudæorū qui à Iacobo uenerāt, cur Timotheum filiū ho
minis gentilis utiq; & ipsum gentilem(neq; enim Iudæus erat qui nō fuerat circunciſus)cō/
tra sententiam tuam circuncidi coegisti? Respondebis mihi:Propter Iudæos qui erant in il
lis locis . Qui igitur tibi ignoscis in circunciſione discipuli uenientis ex gentibus , ignosce &
Petro præcessori tuo,q; aliqua fecerit metu fidelium Iudæorum.Rursum scriptum est: Pau
lus uero cum adhuc sustinuisset dies multos, fratribus ualedicens nauigauit Syriā, & cū eo
Priscilla & Aquila , & totōdit sibi in Cēchreis caput, uotū enim habuerat.Esto ut ibi timo
re Iudæorum cōpulsus sit facere quod nolebat , quare comā nutriuit ex uoto , & postea eā
in Cēchreis totōdit ex lege, qđ Nazaræi qui se deo uouerit iuxta præceptū Mosi facere cō/

consueuerunt. Verum hæc ad comparationem eius rei quæ sequitur, parua sunt. Refert Lu. c
cas sacræ historiæ scriptor: Cum ueniſſemus Hieroſolymam, libenter ſuſceperunt nos fra-
Act. 21. tres: & ſequenti die Iacobus & omnes ſeniores qui cum eo erant, euãgelio illius comproba
to, dixerunt ei: Vides frater quot milia ſunt in Iudæa qui crediderunt in Chriſto, & hi om-
nes æmulatores ſunt legis. Audierunt autem de te quod diſceſſionem doceas à Moyſe, eo
rum qui per gentes ſunt Iudæorum, dicens non debere eos circuncidere filios ſuos, neq; ſe-
cundũ conſuetudinem ingredi. Quid ergo eſt? Vtiq; oportet cõuenire multitudinem, Au-
dierunt enim te ſuperueniſſe. Hoc ergo fac quod tibi dicimus. Sũt nobis uiri quatuor uotũ
habentes ſuper ſe, his aſſumptis, ſanctifica te cum ipſis, & impende in eos ut radant capita,
& ſcient oẽs quia quæ de te audierunt falſa ſunt, ſed ambulas & ipſe cuſtodiens legẽ. Tunc
Paulus aſſumptis uiris, poſtera die purificatus cum illis intrauit in templum, annũcians ex
pletionem dierum purificationis, donec offerretur pro unoquoq; eorum oblatio. O Paule
& in hoc te rurſus interrogo, Cur caput raſeris, cur nudipedalia exercueris de ceremoniis Iu
dæorum, cur obtuleris ſacrificia, & ſecũdum legem hoſtiæ pro te fuerint immolatæ? Vtiq;
reſpondebis: Ne ſcandalizarẽtur qui ex Iudæis crediderant. Simulaſti ergo Iudæum, ut Iu
dæos lucrifaceres, & hãc ipſam ſimulationẽ Iacobus & cæteri te docuere presbyteri, ſed tñ
euadere non potuiſti. Orta enim ſeditione cum occidendus eſſes, raptus es à tribuno, & ab
eo miſſus Cæſaream, ſub cuſtodia militum diligenti, ne te Iudæi quaſi ſimulatorem ac de-
ſtructorem legis occiderent, atq; inde Romã perueniens, in hoſpitio quod tibi cõduxeras,
Chriſtum & Iudæis & gentibus prædicaſti, & ſententia tua Neronis gladio cõfirmata eſt.
Didicimus quod propter metũ Iudæorum, & Petrus & Paulus æqualiter finxerint ſe legis
præcepta ſeruare. Qua igitur fronte, qua audacia Paulus in altero reprehendat quod ipſe
Mendacium officioſum cõmiſit? Ego immo alĩ ante me expoſuerũt cauſam quã putauerant, non officioſum men-
dacium defendẽtes ſicut tu ſcribis, ſed docentes honeſtã diſpenſationẽ, ut & apoſtolorum
prudentiam demonſtrarent, & blaſphemantis Porphyrĩ imprudentiã coërcerent, qui Pe- D
trum & Paulum puerili dicit inter ſe pugnaſſe certamine, immo exarſiſſe Paulum in in-
uidiam uirtutum Petri, & ea ſcripſiſſe iactanter, quæ uel non fecerit, uel ſi fecerit, procaci-
ter fecerit, id in alio reprehendens quod ipſe commiſerit. Interpretati ſunt illi ut potue-
runt, tu quomodo iſtum locum ediſſeres, utiq; meliora dicturus qui ueterum ſententiam
reprobaſti. Scribis ad me in epiſtola tua, Neq; enim à me docendus es, quomodo intelli-
gatur quod idem apoſtolus dicit: Factus ſum Iudæis tanquam Iudæus, ut Iudæos lucrifa-
cerem, & cætera quæ ibi dicuntur cõpaſſione miſericordiæ, non ſimulatione fallaciæ. Fit cũ
tanq; æger qui miniſtrat ægroto, non cum ſe febres habere mentitur, ſed cum aio cõdolen
tis, cogitat quemadmodũ ſibi ſeruiri uellet, ſi ipſe ægrotaret. Nam utiq; Iudæus erat, Chri
ſtianus aũt factus, non Iudæorum ſacramenta reliquerat, quæ cõuenienter ille populus &
legitimo tempore quo oportebat acceperat, Ideoq; ſuſcepit ea celebranda cum iam Chri-
ſti eſſet apoſtolus, ut doceret non eſſe pernitioſa his qui ea uellent ſicut à parentibus per le
gem acceperant cuſtodire, etiam cum in Chriſto credidiſſent, non tamen in eis iam conſti-
tuerent ſpem ſalutis, quoniã per dñm Ieſum ſalus ipſa quæ illis ſacramentis ſignificabatur
aduenerat. Totius ſermonis tui, quem diſputatione longiſſima protraxiſti hic ſenſus eſt, ut
Petrus non errauerit in eo quod his qui ex Iudæis crediderant, putauerit legem eſſe ſeruan
dam, ſed in eo à recta linea deuiarit, quod gentes coëgerit iudaizare. Coëgerit aũt non do
centis imperio, ſed cõuerſationis exemplo. Et Paulus nõ contraria ſit locutus his quæ ipſe
geſſerat, ſed quare Petrus eos qui ex gentibus erant iudaizare compelleret. Hæc ergo ſum-
ma eſt quæſtionis, immo ſententiæ tuæ, ut poſt euangelium Chriſti bene faciãt Iudæi cre
dentes ſi legis mandata cuſtodiant, hoc eſt ſi ſacrificia offerant, quæ obtulit Paulus, ſi filios
circuncidant, ſi ſabbatum ſeruent, ut Paulus in Timotheo, & omnes obſeruauere Iudæi.
Si hoc uerum eſt, in Cherinthi & Hebionis hæreſim dilabimur, qui credentes in Chriſto,
propter hoc ſolum à patribus anathematizati ſunt quod legis ceremonias Chriſti euan-
gelio

A gelio miſcuerunt,& ſi noua confeſſi ſunt,ut uetera non amitterẽt. Quid dicam de Hebio/
nitis qui Chriſtianos eſſe ſe ſimulant? Vſq; hodie p totas oriẽtis ſynagogas inter Iudæos
hæreſis eſt quæ dicitur Mineorũ,& à phariſæis nunc uſq; damnat̃,quos uulgo Nazaræos
nuncupant,qui credunt in Chriſtum filium dei natũ de uirgine Maria,& eũ dicunt eſſe q̃
ſub Pontio Pilato paſſus eſt & reſurrexit,in quẽ & nos credimus. Sed dum uolũt & Iudæi
eſſe & Chriſtiani,nec Iudæi ſunt nec Chriſtiani. Oro ergo te,ut qui noſtro uulnuſculo me/
dendum putas,quod acu foratũ,immo punctũ,ut dicitur,huius ſententiæ medearis uulne
ri,quod lãcea,& (ut ita dicã) phalaricæ mole percuſſum eſt. Neq; enim eiuſdẽ eſt criminis
in explanatione ſcripturarũ diuerſas maiorũ ſentẽtias ponere, & hæreſim ſceleratiſſimam
rurſum in eccleſiã introducere. Sin aũt hæc nobis incũbit neceſſitas,ut Iudæos cũ legitimis
ſuis ſuſcipiamus,& licebit eis obſeruare in eccleſijs Chriſti quod exercuerunt in ſynagogis
ſathanæ,dicã quod ſentio,non illi Chriſtiani fient,ſed nos Iudæos facient. Quis enim hoc
Chriſtianorum patienter audiat,quod in tua epl̃a continet̃: Iudæus erat Paulus, Chriſtia
nus aũt factus,non Iudæorũ ſacramẽta reliquerat,quæ conuenienter ille populus & legiti/
mo tpe quo oportebat acceperat, Ideoq; ſuſcepit celebrãda ea cũ iam Chriſti eſſet apoſto
lus,ut doceret non eſſe pernitioſa his qui ea uellent ſicut à parentibus per legem acceperãt
cuſtodire? Rurſum obſecro te,ut pace tua meum dolorem audias. Iudæorum Paulus ce/
remonias obſeruabat,cũ iam Chriſti eſſet apoſtolus,& dicis eas nõ eſſe pernicioſas his qui
eas uelint ſicut à parẽtibus acceperãt cuſtodire? Ego econtrario loquar,& reclamante mun
do,libera uoce pronunciem,ceremonias Iudæorum & pernicioſas eſſe & mortiferas Chri/
ſtianis. Et quicũq; eas obſeruauerit,ſiue ex Iudæis,ſiue ex gentibus,eũ in barathrũ diaboli
deuolutum. Finis enim legis Chriſtus ad iuſticiam omni credenti,Iudæo ſcilicet & gentili.
Neq; enim omni credẽti erit finis ad iuſticiã,ſi Iudæus excipitur. In euãgelio legimus: Lex *Luc.16.*
& prophetæ uſq; ad Iohannẽ baptiſtam. Et in alio loco: Propterea ergo magis quærebãt *Ioan.5.*
B eũ Iudæi interficere,quia non ſolũ ſoluebat ſabbatũ,ſed & patrẽ ſuũ dicebat eſſe deũ,æqua *Ioan.1.*
lem ſe faciens deo. Et iterũ: De plenitudine eius nos oẽs accepimus,& gratiã pro gratia,qa
lex per Moyſen data eſt, gratia autem & ueritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Pro legis
gratia quæ præterijt gratiam euangelij accepimus permanentem,& pro umbris & imagi/
nibus ueteris inſtrumenti,ueritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Hieremias quoq; ex per/ *Hiere.31.*
ſona dei uaticinatur: Ecce dies ueniunt dicit dominus,& cõſummabo domui Iſraël & do/
mui Iuda teſtamentum nouũ,nõ ſecundũ teſtamentũ quod diſpoſui patribus eorũ,in die
quando apprehendi manũ eorũ, ut educerẽ eos de terra Ægypti. Obſerua quid dicat, q̃
non populo gentilium,ei qui ante nõ receperat teſtamentũ, ſed populo Iudæorũ cui legẽ
dederat per Moyſen,teſtamentũ nouũ euangelij repromittat, ut nequaq̃ uiuãt in uetuſta
te literæ,ſed in nouitate ſpũs. Paulus aũt ſuper cuius nomine nũc quæſtio uentilat̃,crebras
huiuſcemodi ponit ſententias,è quibus breuitatis ſtudio pauca ſubnectam: Ecce ego Pau *Gal.5.*
lus dico uobis,qm̃ ſi circuncidamini,Chriſtus uobis nihil prodeſt. Et iterũ: Euacuati eſtis à
Chriſto,qui in lege iuſtificamini,à gratia excidiſtis. Et infra: Si ſpiritu ducimini, iam non
eſtis ſub lege. Ex quo apparet,qui ſub lege eſt,non diſpenſatiue ut noſtri uoluere maiores,
ſed uere ut tu intelligis,eum ſpm̃ ſanctũ non habere. Qualia ſint aũt præcepta legalia,deo
docente diſcamus. Ego inquit dedi eis præcepta nõ bona, & iuſtificationes in quibus non *Ezech.20.*
uiuant in eis. Hæc dicimus,nõ quo legem iuxta Manichæũ & Marcionẽ deſtruamus, quã
& ſanctam & ſpiritalẽ iuxta apoſtolũ nouimus: ſed quia poſtq̃ fides uenit,& temporũ ple
nitudo,miſit deus filiũ ſuũ natũ ex muliere factũ ſub lege,ut eos qui ſub lege erant redime
ret,ut adoptionẽ filiorũ reciperem⁹,& nequaq̃ ſub pædagogo,ſed ſub adulto & dño & hæ
rede uiuamus. Sequitur in epiſtola tua: Non ideo Petrũ emendauit q̃d paternas traditio
nes obſeruaret,q̃d ſi facere uellet,nec mendaciter nec incõgrue faceret. Iterũ dico: epiſcopus
es eccleſiarũ Chriſti magiſter: ut probes uerũ eſſe q̃d aſſeris,ſuſcipe aliquẽ Iudæorũ qui fa
ctus Chriſtianus,natum ſibi filiũ circuncidat,qui obſeruet ſabbatum, qui abſtineat à cibis

quos deus creauit ad utendum cum gratiarum actione,qui quartodecimo die mensis pri/ C
mi agnum mactet ad uesperam,& cum hoc feceris, imò non feceris (scio enim te Christia/
num,& rem sacrilegam non esse facturum)uelis nolis tuam sententiam reprobabis,& tunc
Prolixus Augustinus & subobscurus scies opere difficilius esse confirmare sua,q̄ aliena reprehendere. Ac ne forsitan tibi non
crederemus,immo non intelligeremus quid diceres (Frequenter enim in longū sermo pro/
tractus,caret intelligentia,& dum non sentitur, ab imperitis minus reprehenditur) incul/
cas & replicas,hoc ergo Iudæorū Paulus dimiserat quod malū habebāt. Qd̄ est malū Iu/
Rom.10. dæorū,qd̄ Paulus dimiserat? Vtiq; illud quod sequit̄, q̄ ignorātes inqt dei iusticiā, & suā
uolētes constituere,iusticiæ dei nō sunt subiecti. Deinde q̄ post passionē & resurrectionē
Christi,dato ac manifestato sacramēto gratiæ,secundū ordinē Melchisedech,adhuc puta/
bāt uetera sacramēta non ex cōsuetudine solēnitatis,sed ex necessitate salutis esse celebran
da. Quæ tñ si nunc̄ fuissent necessaria,infructuose atq; inaniter ꝓ eis Macchabæi marty/
res fierēt. Postremo illud,quod prædicatores gratiæ Christianos, Iudæi tanc̄ hostes legis
phil.3. ꝓsequerent̄. Hos atq; hmōi errores & uitia,dicit se dānare,& ut stercora arbitrat̄,ut Chri/
stū lucrifaceret. Didicimus ꝓ te,quæ apostolus Paulus mala reliquerit Iudæorū. Rursum
te docēte discamus,q̄ bona eorū tenuerit. Obseruationes inquies legis quas more patrio ce
lebrāt,sicut ab ipso Paulo celebratæ sunt,sine ulla salutis necessitate. Id qd uelis dicere, sine
ulla salutis necessitate,nō satis intelligo. Si.n. salutē non afferūt,cur obseruant̄? Si aūt ob/
seruāda sunt,utiq; salutē afferūt,maxime q̄ obseruata martyres faciūt. Non.n. obseruaren
tur,nisi salutē afferrēt. Neq; em̄ indifferētia sunt inter bonū & malum,sicut philosophi di/
sputant. Bonū est cōtinentia,malū est luxuria. Inter utrunq; indifferēs ambulare, digerere
alui stercora,capitis naribus purgamēta proijcere,sputis rheumata iacere. Hoc nec bonum
nec malū est. Siue.n. feceris siue nō feceris,nec iusticiā habebis nec iniusticiā. Obseruare aūt
legis ceremonias,non pōt esse indifferēs,sed aut malū est,aut bonū est. Tu dicis bonū,ego
affero malū,& malū nō solū his q ex gētibus,sed & his qui ex Iudaico populo crediderūt. D
In hoc nisi fallor loco,dū aliud uitas,in aliud deuolueris. Dū.n. metuis Porphyriū blasphe
mantē,in Hebionis incurris laqueos,his qui credūt ex Iudæis,obseruandam legem esse de
cernēs. Et quia periculosum intelligis esse quod dicis,rursum illud superfluis uerbis tempe/
Fallax simula tio. rare conaris:sine ulla salutis necessitate,sicut Iudæi celebranda putabant,aut fallaci simula
tione,quod in Petro reprehenderat Paulus. Petrus igitur simulauit legis custodiā, iste aūt
reprehensor Petri,audacter obseruauit legitima. Sequitur enim in epistola tua. Nā si pro/
pterea illa sacramenta celebrauit,quia simulauit se Iudæum,ut illos lucrifaceret, cur nō etiā
sacrificauit cū gentibus,quia & his q sine lege erant tanc̄ sine lege factus est, ut eos quoq;
lucrifaceret,nisi quia & illud fecit ut natura Iudæus,& hoc totum dixit, nō ut Paulus se fin
geret esse quod nō erat,sed ut misericorditer ita subueniendum esse sentiret, ac si ipse in eo
errore laboraret,non scilicet mentientis astu,sed compatientis affectu. Bene defendis Pau
lum,quod non simulauerit errorem Iudæorum,sed uere fuerit in errore. Neq; imitari uo/
luerit Petrum mentientem,ut quod erat metu Iudæorū dissimularet,sed tota libertate Iu/
dæum se esse diceret. Noua clementia apostoli,dū Iudæos Christianos uult facere, ipse Iu
dæus factus est. Non.n. poterat luxuriosos ad frugalitatē reducere,nisi se luxuriosum pro/
basset,& misericorditer ut ipse dicis subuenire miseris,nisi se miserū ipse sentiret. Vere em̄
miselli,& misericorditer deplorandi,qui contentione sua & amore legis abolitæ, apostolū
Christi fecere Iudæū. Nec multum interest inter meam & tuam sententiam, quia ego dico
& Petrum & Paulum timore fidelium Iudæorum,legis exercuisse, immo simulasse man/
data. Tu autem asseris hoc eos fecisse clementer,non mentientis astu,sed compatiētis affe/
ctu,dummodo illud constet uel metu uel misericordia,eos simulasse se esse quod non erāt.
Βίαιον. Illud autem argumentum quo aduersus nos uteris, quod & gentilibus debuerit gentilis
fieri,si Iudæis Iudæus factus est,magis pro nobis facit. Sicut enim non fuit uere Iudæus,sic
nec uere gentilis erat:& sicut nō fuit uere gentilis,sic nec uere Iudæus erat. In eo autem imi/
tator

A tator gentilium est,quia præputium recipit in fide Christi,& indifferẽter permittit uesci ci/
bis quos damnant Iudæi,non cultum ut tu putas idolorũ. In Christo enim Iesu nec circun Gal.5. & 6.
cisio est aliquid,nec præputiũ,sed obseruatio mandatorũ dei. Quæso igitur te & iterũ atq;
iterum deprecor,ut ignoscas disputatiunculæ meæ,& quod modũ meum egressus sum,tibi
imputes qui coëgisti ut rescriberem,& mihi cum Stesichoro oculos abstuliſti. Nec me pu/
tes magistrum esse mẽdacij,qui sequor Christũ dicentem:Ego sum uia,ueritas & uita.Nec Ioan.14.
potest fieri,ut ueritatis cultor mendacio colla summittam.Neq; mihi imperitorum plebe/
culam cõcites qui te uenerantur ut episcopum, & in ecclesia declamantẽ, sacerdotij honore Declamare
suscipiunt,me autẽ ætatis ultimæ,& penè decrepitũ, ac monasterij & ruris secreta sectãtem
paruipendunt,& quæras tibi quos doceas siue reprehendas.Ad nos enim tãtis maris atq;
terrarum à te diuisos spatijs,uix uocis tuæ sonus peruenit.Et si forsitan litteras scripseris,an
te eas Italia ac Roma suscipient,cũ ad me cui mittendæ sunt deferantur. Quod autem in
alijs quæris epistolis,cur mea prior in libris canonicis interpretatio asteriscos habeat,& uir
gulas prænotatas,& postea aliã translationẽ absq; his signis ediderim: Pace tua dixerim,
uideris mihi non intelligere quod quæsisti.Illa enim interpretatio lxx.interpretũ est,& ubi/
cunq; uirgulæ,id est,obeli sunt,significatur quod lxx.plus dixerint cũ habetur in Hebræo:
ubi autẽ asteriſci,id est,stellæ prælucentes,ex Theodotionis editione ab Origene additum
est.Et ibi Græca transtulimus,hic de ipso Hebraico quod intelligebamus expressimus,sen
suum potius ueritatẽ quàm uerborũ interdum ordinem conseruantes.Et miror quomodo
lxx.interpretum libros legas,nõ puros ut ab eis editi sunt,sed ab Origene emendatos, siue
corruptos per obelos & asteriscos,& Christiani hominis interpretatiunculam nõ sequaris,
præsertim cum ea quæ addita sunt ex hominis Iudæi atq; blasphemi post passionẽ Chri/
sti editione transtulerit. Vis amator esse uerus lxx.interpretum,nõ legas ea quæ sub asteri/
B scis sunt,imò rade de uoluminibus ut ueterũ te fautorẽ probes. Quod si feceris,omnes Ec/
clesiarum bibliothecas condemnare cogeris. Vix enim unus aut alter inuenietur liber,qui
ista non habeat. Porrò quod dicis non debuisse me interpretari post ueteres,& nouo ute/
ris syllogismo,Aut obscura fuerunt quæ interpretati sũt lxx.aut manifesta. Si obscura,te
quoq; in eis falli potuisse credendum est.Si manifesta,illos in eis falli non potuisse perspi/
cuum est. Tuo tibi sermone respõdeo. Omnes ueteres tractatores qui nos in domino præ
cesserunt,& qui scripturas sanctas interpretati sunt,aut obscura interpretati sunt,aut mani
festa.Si obscura,quomodo tu post eos ausus es differere,quod illi explanare nõ potuerũt?
Si manifesta, superfluum est te uoluisse differere, quod illos latere non potuit, maxime in
explanatione Psalmorum, quos apud Græcos interpretati sunt multis uoluminibus, Pri/
mus Origenes, Secundus Eusebius Cæsariensis, Tertius Theodorus Heracleotes, Quar/
tus Asterius Scythopolitanus,Quintus Apollinaris Laodicenus, Sextus Didymus Ale/
xandrinus,Feruntur & diuersorum in paucos psalmos opuscula,Sed nunc de integro psal/
morũ corpore dicimus.Apud Latinos autẽ Hilarius Pictauiensis,& Eusebius Vercellensis Ambrosius.
episcopi,Origenẽ & Eusebium transtulerũt,Quorũ priorẽ & noster Ambrosius in quibus/
dam secutus est. Respondeat mihi prudentia tua, quare tu post tantos & tales interpretes
in explanatione psalmorũ diuersa senseris? Si enim obscuri sunt psalmi,te quoq; in eis fal
li potuisse credẽdum est.Si manifesti,illos in eis falli potuisse non creditur: ac per hoc utro
que modo superflua erit interpretatio tua:& hac lege post priores nullus loqui audebit,&
quodcunque alius occupauerit, alius de eo scribendi non habebit licentiam: quin potius
humanitatis tuæ est,in quo ueniam tibi tribuis,indulgere & cæteris.Ego enim non tam ue
tera abolere conatus sum,quæ linguæ meæ hominibus emendate de Græco in Latinũ trãs
tuli,quàm ea testimonia quæ à Iudæis prætermissa sunt uel corrupta,proferre in medium,
ut scirent nostri quid Hebræa ueritas contineret.Si cui legere non placet,nemo cõpellit inui
tum.Bibat uinũ uetus cum suauitate,& nostra musta cõtemnat,quæ in explanatione prio
rum edita sunt,ut sicubi illa non intelliguntur,ex nostris manifestiora fiant. Quod autem

genus interpretationis in ſcripturis ſanctis ſequendum ſit,liber quem ſcripſi de optimo ge C
nere interpretandi,& omnes præfatiunculæ diuinorum uoluminum quas editioni noſtræ
præpoſuimus explicant,ad illasq; prudentem lectorem remittendum puto.Et ſi me ut di-
cis in noui teſtamenti emendatione ſuſcipis,exponisq; cauſam cur ſuſcipias, quia plurimi
linguæ græcæ habẽtes ſcientiã,de meo poſſent opere iudicare, eandẽ integritatẽ debueras
etiã in ueteri credere teſtamento,quod non noſtra cõfinximus, ſed ut apud Hebræos inue
nimus diuina tranſtulimus. Sicubi dubitas, Hebræos interroga. Sed forte dices: Quid ſi
Hebræi aut reſpõdere noluerint, aut mentiri uoluerint? Tota frequentia Iudæorũ in mea
interpretatione reticebit,nullusq; inueniri poterit,qui Hebrææ linguæ habeat notionẽ:aut
oẽs imitabũtur illos Iudæos, quos dicis in Africæ repertos oppidulo in meã conſpiraſſe ca
lumniã? Huiuſcemodi em̃ in epiſtola tua texis fabulã. Quidã frater noſter coëpiſcopus,cũ
lectitare inſtituiſſet in eccleſia cui præeſt interpretationem tuã, mouit quiddam longe ali-
ter à te poſitũ apud Ionam prophetam,q; erat omniũ ſenſibus memoriæq; inueteratũ, &
tot ætatũ ſucceſſionibus decantatũ.Factus eſt tantus tumultus in plebe,maxime græcis ar
guentibus & inflãmantibus calumniã falſitatis,ut cogeretur epiſcopus (ea quippe ciuitas
erat) Iudæorũ teſtimoniũ flagitare. Vtrũ aũt illi imperitia,an malicia,hoc eſſe in Hebræis
codicibus reſponderũt,qd' & Græci & Latini habebant atq; dicebant. Quid plura? Coa-
ctus eſt homo uelut mendoſitatẽ corrigere,uolens poſt magnũ periculũ nõ remanere ſine
plebe. Vnde etiã nobis uidetur aliqñ te quoq; in nonnullis falli potuiſſe. Dicis me in Ionæ
propheta male quiddã interpretatũ,& ſeditione populi conclamante,propter unius uerbi
diſſonantiã,epiſcopum penè ſacerdotiũ perdidiſſe.Et quid ſit illud quod male interpreta-
tus ſim ſubtrahis,auferens mihi occaſionẽ defenſionis meæ,ne quicquid dixeris me reſpon
Vide Hiero. i 4. cap. Ionæ. dente ſoluatur:niſi forte ut ante annos plurimos cucurbita uenit in mediũ, aſſerente illius
tẽporis Cornelio & Aſinio Pollione, me hederã pro cucurbita tranſtuliſſe. Sup qua re in
cõmentario Ionæ prophetæ plenius reſpondimus, Hoc tantũ nũc dixiſſe cõtenti, qd in eo D
loco ubi.lxx.interpretes cucurbitã,& Aquila cũ reliquis hederã tranſtulerũt, id eſt κιττόν,in
* in cõment. Ionæ habetur elkeroa. hebræo uolumine ciceion ſcriptũ habetur,quã uulgo Syri * ciceiam uocant. Eſt aũt genus
uirgulti,lata habens folia,in modũ pampini. Cumq; plantatũ fuerit, cito conſurgit in ar-
buſculam,abſq; ullis calamorũ & haſtilium adminiculis,quibus & cucurbitæ & hederæ in
digent,ſuo trunco ſe ſuſtinens.Hoc ergo uerbũ de uerbo ediſſerens, ſi ciceion tranſferre uo
luiſſem,nullus intelligeret,ſi cucurbitam,id dicerem quod in hebraico non habetur,hederã
poſui,ut cæteris interpretibus cõſentirem.Sin aũt Iudæi ueſtri,ut ipſe aſſeris,malicia uel im
peritia hoc dixerunt eſſe in uoluminibus Hebræorum,quod in græcis & latinis codicibus
continetur,manifeſtũ eſt eos aut hebræas ignorare literas, aut ad irridendos cucurbitarios
uoluiſſe mentiri.Peto in fine epiſtolæ,ut quieſcẽtem ſenem,olimq; ueteranum,militare nõ
cogas,& rurſum de uita periclitari: Tu qui iuuenis es,& in pontificali culmine conſtitutus,
doceto populos,& nouis Africæ frugibus,Romana tecta locupleta. Mihi ſufficit cum au-
ditore & lectore pauperculo in angulo monaſterij ſuſurrare.

Auguſtinus Hieronymo,negans ſe ſcripſiſſe librum in eum, in hoc errans,quod aliquis prolixam epiſtolam librum appellaſſet. Epiſtola. XII.

DOMINO chariſſimo & deſiderãtiſſimo & honorando in Chriſto fratri & cõ
presbytero Hieronymo,Auguſtinus in dño ſalutem. Audiui peruenisse in
manus tuas literas meas,ſed quod adhuc reſcripta nõ merui,nequaq; impu-
tauerim dilectioni tuæ. Aliquid proculdubio impedimenti fuit. Vnde ag-
noſco à me dominum potius deprecandum,ut tuæ uoluntati det facultatem mittendi qd'
reſcripſeris.Nam reſcribendi iam dedit, quia cum uolueris facillime poteris. Etiam hoc ad
utrũ pro an me ſanè perlatum, utrum quidem crederem dubitaui, ſed hinc quoq; tibi aliquid utrum
ſcriberem dubitare non debui.Hoc autem breue eſt,ſuggeſtum eſſe charitati tuæ,à neſcio
quibus fratribus mihi dictum eſt,quod librũ aduerſus te ſcripſerim, Romamq; miſerim.

Hoc

A Hoc falsum esse noueris,deum nostrum testor hoc me non feciſſe.Sed ſi forte aliqua in ali quibus ſcriptis meis reperiuntur,in quibus aliter aliquid quàm tu ſenſiſſe reperiar,non cō/ tra te dictū,ſed quod mihi uidebatur à me ſcriptū esse,puto te debere cognoſcere,aut ſi co/ gnoſci non poteſt,credere debere.Ita ſanè hoc dixerim,ut ego nō tantum paratiſſimus ſim ſi quid te in meis ſcriptis mouerit, fraterne accipere quid contra ſentias, aut de correctione mea,aut de ipſa tua beneuolētia gauiſurus,uerumetiam hoc à te poſtulem ac flagitem. O ſi licuiſſet, & ſi nō cohabitāte, ſaltem uicino te in domino perfrui ad crebrum & dulce collo quium. Sed quia id non eſt datum, peto ut hoc ipſum,quod in Chriſto qua poſſumus ſi/ mul ſumus,conſeruari ſtudeas & augeri ac perfici,& reſcripta quamuis rara non ſpernere. Saluta obſequio meo ſanctum fratrem Paulinianum,& omnes fratres qui tecū ac de te in domino gaudent.Memor noſtri exaudiaris à domino in omni ſancto deſiderio tuo, do/ mine chariſſime & deſiderantiſſime & honorande in Chriſto frater.

Hieronymus Auguſtino,iam accepta epiſtola quæ calūniatur de mēdacio officioſo, ſed dubitans etiamnum an ſit Auguſtini,negans ſe reſponſurum niſi certus de auto re.Meminit & Ruffini ficto nomine. Epiſtola XIII.

DOMINO uere ſancto,ac beatiſſimo papæ Auguſtino,Hieronymus in Chriſto ſalutē. In ipſo profectiōis articulo,ſancti filij noſtri Aſterij hypodiaconi ne/ ceſſarij mei,beatitudinis tuæ literæ ſuperuenerūt, quibus ſatisfacis,te cōtra parui tatē meam librū Romam nō miſiſſe. Hoc nec ego factū audieram,ſed epiſtolæ cuiuſdam quaſi ad me ſcriptæ,per fratrē noſtrū Syſinnium diaconū huc exemplaria peruenerūt. In quibus hortaris me ut παλινῳδίαν ſuper quodā apoſtoli capitulo canā,& imiter Steſichorū inter uituperationes & laudes Helenæ fluctuantē,ut qui detrahēdo oculos perdiderat,lau dando receperit.Ego ſimpliciter fateor dignationi tuæ, licet ſtilus & ἐπιχειρήματα tua mihi B uiderentur,tamen nō temere exemplaribus literarū credendū putaui, ne forte me reſpon/ dente læſus,iuſte expoſtulares,quod probare ante debuiſſem tuū eſſe ſermonē, & ſic reſcri bere.Acceſſit ad morā ſanctæ & uenerabilis Paulæ longa infirmitas. Dum enim languēti multo tēpore aſſedimus,penè epiſtolæ tuæ,uel eius qui ſub tuo nomine ſcripſerat,obliti ſu mus,memores illius uerſiculi:Muſica in luctu importuna narratio.Itaq; ſi tua eſt epiſtola, *Eccleſiaſt.22.* aperte ſcribe,uel mitte exemplaria ueriora,ut abſq; ullo rancore ſtomachi,in ſcripturarum diſputatione uerſemur,& uel noſtrum emendemus errorē, uel alium fruſtra reprehendiſſe doceamus.Abſit autē à me,ut quicquā de libris beatitudinis tuæ attingere audeam.Suffi/ cit enim mihi probare mea, & aliena non carpere. Cæterum optime nouit prudentia tua, *70.diſ. utinā* unumquenq; in ſuo ſenſu abundare,& puerilis eſſe iactantiæ(quod olim adoleſcentuli fa/ cere cōſueuerāt)accuſando illuſtres uiros,ſuo nomini famā quærere. Nec tam ſtultus ſum, ut diuerſitate explanationū tuarū me lædi putem,quia nec tu læderis ſi nos cōtraria ſenſeri mus.Sed illa eſt uera inter amicos reprehenſio,ſi noſtrā peram nō uidētes,aliorū iuxta Per *Perſius.* ſium manticā cōſideremus.Supereſt ut diligas diligentē,& in ſcripturarum cāpo,iuuenis ſe *Sed præceden* nem nō prouoces.Nos noſtra habuimus tēpora,& cucurrimus quantū potuimus. Nūc te *ti ſpectatur* currente,& longa ſpacia tranſmeante,nobis debetur ocium:ſimulq; ut cum uenia & hono *mantica ter/* te tuo dixerim, ne ſolus mihi de poētis aliquid propoſuiſſe uidearis, memento Daretis & *go.* Entelli,& uulgaris prouerbij,quod bos laſſus fortius figat pedem. Triſtes hæc dictauimus. *Virg.5. Aene.* Vtinam mereremur complexus tuos,& collatione mutua uel doceremus aliqua uel diſcere mus.Miſit mihi temeritate ſolita, maledicta ſua Calphurnius cognomento lanarius, quæ *Ruffinus.* ad Aphricā quoq; ſtudio eius didici peruenisse.Ad quæ breuiter ex parte reſpondi,& libel li eius uobis miſi exemplaria,latius opus cum oportunum fuerit primo miſſurus tempore, In quo illud cauebam ne in quoquam exiſtimationem læderem Chriſtianam, ſed tantum ut delirantis imperitiq; mendaciū ac uecordiā confutarē.Memēto mei ſancte ac uenerabi lis papa. Vide quantum te diligam,ut ne prouocatus quidem uoluerim reſpondere,nec cre dam tuū eſſe quod in altero forte reprehenderem.Frater Communis ſuppliciter te ſalutat.

Hieronymus

Hieronymus Augustino, expostulans de epistola seu libro illius per Italiam sparso, quo taxabatur locus non recte expositus in epistola ad Galatas, hortans Augustinum, ut si pruriat amore gloriæ, iuuenes iuuenis potius ad certamen prouocet, senē emeritum sinat quiescere.

Epistola. XIIII.

DOMINO uere sancto & beatissimo papæ Augustino, Hieronymus in domino salutem. Crebras ad me epistolas dirigis, & sæpe compellis ut respōdeam cuidā epistolæ tuæ, cuius ad me ut ante iam scripsi, per fratrē Sysinniū diaconū exemplaria peruenerunt, absq; subscriptione tua, & quæ primum per fratrem Profuturum, secundo per quendam alium te misisse significas, & interim Profuturum retractum de itinere, & episcopum constitutum, ueloci morte subtractum: illum cuius nomē retices, maris timuisse discrimina, & nauigationis mutasse consiliū. Quæ cum ita sint, satis mirari nequeo, quomō ipsa epistola, & Romæ & in Italia haberi à plerisq; dicatur, & ad me solum nō peruenerit, cui soli missa est: præsertim cum idem frater Sysinnius inter cæteros tractatus tuos dixerit eam se non in Africa, non apud te, sed in insula Adriæ ante hoc fermè quinquenniū reppe risse. De amicitia omnis tollenda suspicio est, & sic cum amico quasi cū altero se est loquendum. Nōnulli familiares mei & uasa Christi, quorum Hierosolymis & in sanctis locis per magna copia est, suggerebant nō simplici à te animo factum, sed laudē atq; rumusculos & gloriolam populi requirente, ut de nobis cresceres, ut multi cognoscerent, te prouocare, me timere, te scribere ut doctum, me tacere ut imperitum, & tandem repperisse qui garrulitati meæ modum imponeret. Ego aūt ut simpliciter fatear, dignationi tuæ, primum idcirco respondere nolui, quia tuā liquido epistolam nō credebam, nec ut uulgi de quibusdā prouerbium est, litum melle gladium. Deinde illud cauebam, ne episcopo cōmunionis meæ, uiderer procaciter respondere, & aliqua in reprehendentis epistola reprehendere, præsertim cū quædā in illa hæretica iudicarem. Ad extremum ne tu iure expostulares & diceres: Quid enim? Epistolam meam uideras, & notæ tibi manus in subscriptione signa deprehēderas, ut tam facile amicum læderes, & alterius malitiam in meā uerteres cōtumeliā? Igitur ut ante iam scripsi, aut mitte eandem epistolā tua subscriptā manu, aut senem latitantem in cellula lacessere desine. Sin aūt tuam uis uel exercere uel ostentare doctrinā, quære iuuenes & disertos & nobiles, quorum Romæ dicūtur esse q̄plurimi, qui possint & audeant tecum congredi, & in disputatione sanctarum scripturarum iugum cum episcopo ducere. Ego quondam miles, nunc ueteranus, & tuas & aliorum debeo laudare uictorias, nō ipse rursus effœto corpore dimicare, ne si me frequenter ad rescribendū impuleris, illius recorder historiæ, q̄ Hannibalem iuueniliter exultantē Q. Maximus patiētia sua fregerit. Omnia fert ætas, animum quoq;, sæpe ego longos Cantando puerum memini me condere soles. Nunc oblita mihi tot carmina, uox quoq; Mœrim Iam fugit ipsa. Et ut magis de scripturis sanctis loquar, Berzellai ille Galaadites, regis Dauid beneficia, omnesq; delitias iuueni delegans filio, ostendit senectutem hæc appetere non debere nec oblata suscipere. Quod autē iuras te aduersum me librum non scripsisse, neq; Romam misisse quem non scripseris, sed si forte aliqua in tuis scriptis reperiantur, quæ à meo sensu discrepent, non me à te læsum, sed à te scriptum quod tibi rectum uidebatur, Quæso, ut me patienter audias. Non scripsisti librū, & quomodo mihi reprehensionis à te meæ, per alios scripta delata sunt? Cur habet Italia, quod tu non scripsisti? Qua ratione poscis ut rescribā ad ea quæ scripsisse te denegas? Nec tam hebes sum, ut si diuersa senseris, me à te læsum putem. Sed si mea cominus dicta reprehendas, & rōnem scriptorū expetas, & quæ scripserim emendare cōpellas, & ad παλινῳδίαν prouoces, & oculos mihi reddas, in hoc læditur amicitia, in hoc necessitudinis iura uiolantur. Ne uideamur certare pueriliter, & fautoribus inuicem uel detractoribus nostris tribuere materiam contendendi, hæc scribo, quia te pure & Christiane diligere cupio, nec quicq̄ in mea mente retinere, qd' distet à labijs. Non em̄ conuenit, ut ab adolescentia, usq; ad hāc ætatem, in monasteriolo cum sanctis fratribus labore desudans, aliquid cōtra episcopum commu

Litus melle gladius.

2. Reg. 19.

Epistolam appellat librū.

communionis meæ scribere audeam, & eum episcopum,quem ante cœpi amare ꝙ nosse, qui me prior ad amicitiam prouocauit,quẽ post me orientem in scripturarum eruditione lætatus sum.Igit aut tuum negato librum,si forte non tuus est,& desine flagitare rescriptũ ad ea quæ non scripsisti: aut si tuus est,ingenue cõfitere,ut si in defensionẽ mei aliqua scripsero,in te culpa sit qui prouocasti,nõ in me qui respondere cõpulsus sum.Addis ꝑterea te paratũ esse,ut si quid me in tuis scriptis mouerit,aut corrigere uoluero,fraterne accipias,& nõ solũ mea in te beneuolẽtia gauisurũ,sed ut hoc ipsum faciã deprecaris.Rursum dico qd sentio.Prouocas senem,tacentẽ stimulas,uideris iactare doctrinã.Non est aũt ætatis meæ putari maleuolum erga eum,cui magis fauorẽ debeo . Etsi in euãgelijs ac prophetis puersi homines inueniũt,quod nitant reprehendere, miraris si in tuis libris & maxime in scriptu rarũ expositione , quæ uel obscurissimæ sunt,quædã à recta linea discrepare uideantur. Et hoc dico,non quod in operibus tuis quædam reprehendenda iam censeam.Neq enim lectioni eorum unq operam dedi,nec horum exemplariorum apud nos copia est, præter soliloquiorum tuorũ libros,& quosdam cõmentarios in psalmos,quos si uellem discutere, nõ dicam à me(qui nihil sum)sed à ueterum græcorum docerem interpretationibus discrepare.Vale mi amice charissime,ætate fili, dignitate parens,& hoc à me rogatus obserua,ut quicquid mihi scripseris,ad me primum facias peruenire.

Obscuritas scripturarum

Augustinus Hieronymo, Offensus aculeis quibusdam litterarum Hieronymi,de quibus multa argutatur,blanditijs leniens sententiarũ asperitatem,multis uerbis deplorãs inter Ruffinum & Hieronymum,tã amicos, doctos, celebres,senes,& monachos,tam amarulentam discordiam incidisse , non sine graui totius ecclesiæ scandalo.Epist.XV.

DOMINO uenerando & desiderantissimo fratri & cõpresbytero Hieronymo, Augustinus in domino salutẽ. Quamuis existimẽ anteq istas sumeres, B ueniisse in manus tuas litteras meas,quas per dei seruũ filiũ Cyprianũ diaconũ misi,quibus certissime agnoscerem meam esse epistolam , cuius exẽplaria illuc peruenisse commemorasti, Vnde iam me arbitror rescriptis tuis uelut entellinis grandibus atq acribus cestibus,tanq audacem Daretem cœpisse pulsari atq uersari, Nunc tamẽ eis ipsis respondeo litteris tuis,quas mihi per sanctũ filiũ nostrũ Asteriũ mittere dignatus es. In quibus multa in me cõperi tuæ beneuolentissimæ charitatis,& rursus quædã nõ nullius à me tuæ offensiõis indicia. Itaq ubi mulcebar legẽs,ibi cõtinuo feriebar,hoc sanè uel maxime admirans,ꝙ cum dicas te exẽplaribus litterarum mearũ ideo temere non putasse credendum,ne forte te respondente læsus iuste expostularem,ꝙ probare ante debuisses,meũ esse sermonẽ,& sic rescribere,postea iubeas si mea est epistola, aperte me scribere,aut mittere exemplaria ueriora,ut absq ullo rancore stomachi in scripturarum disputatione uersemur.Quo pacto enim possumus in hac disputatione sine rancore uersari,si me lædere patas? Aut si non paras,quomodo ego te non lædente, abs te læsus iuste expostularẽ , quod probare ante debuisses,meũ esse sermonẽ, & sic rescribere? Hoc est & sic lædere. Nisi enim rescribendo læsisses,ego iuste expostulare non possem.Proinde cũ ita rescribis ut lædas,qs locus nobis relinquitur in disputatione scripturarum, sine ullo rancore uersandi? Ego quidem absit ut lædar, si mihi certa ratione uolueris & potueris demõstrare illud ex epistola apostoli,uel quid aliud scripturarum sanctarum te uerius intellexisse quàm me. Immo uero absit,ut nõ cũ gratiarũactione lucris meis deputẽ,si fuero te docẽte instructus,aut emẽdante correctus. Veruntamẽ tu mihi frater charissime, nisi te putares læsum scriptis meis, ὡς φλυαρῆσαι. nõ me putares lædi posse rescriptis tuis. Nullo enim modo id de te opinatus fuero,ꝙ non te arbitraris læsum,si sic tamen rescribis ut lædas.Aut si te nõ sic rescribente, ego propter ni miã stulticiam meã lædi posse putatus sum,hoc ipso læsisti planè,ꝙ de me ita sensisti. Sed nullo modo tu me,quẽ nunq talem expertus es,temere talem crederes,qui litterarum mearum exemplaribus etiã cũ stilũ meũ nosses,temere credere noluisti. Si enim nõ immerito uidisti,me iuste expostulaturũ fuisse,si temere crederes esse litteras meas,q nõ essent meæ:

Vir. Aenei.5.

quanto

quanto iustius expostularē meipsum temere putatum talem,qualem me expertus nō esset qui putauisset? Nequaq; ergo ita prolabereris,ut te non rescribente quo læderer,me tamē existimares nimis insipiētem,etiam tali tuo rescripto lædi potuisse. Restat igitur ut lædere me rescribendo disponeres,si certo documēto meas esse illas literas nosceres. Atq; ita,quia non credo quod iniuste me lædendum putares,superest ut agnoscam peccatum meum,q; prior te illis literis læserim,quas meas esse negare non possum. Cur itaq; conor contra fluminis tractum,ac non potius ueniam peto? Obsecro te ergo per mansuetudinem Christi, ut si læsi te,dimittas mihi,nec me uicissim lædēdo malum pro malo reddas. Lædes autem me,si mihi tacueris errorē meum,quem forte inueneris in factis uel dictis meis. Nam si ea in me reprehenderis quæ reprehendenda non sunt,te lædis magis quàm me: quod absit à moribus & sancto proposito tuo,ut hoc facias uolūtate lædendi,culpās in me aliquid dentere cogito,si etiam de hac re tua rescripta meruero. Nam neq; in me tantū scientiæ scriptu-

Fatetur uerū

rarum diuinarum est,aut esse iam poterit,quantum inesse tibi uideo. Et si quid in hac re habeo facultatis,utcunq; impendo populo dei. Vacare autem studijs diligentius q; quæ populi audiunt instruendis,propter ecclesiasticas occupationes omnino non possum. Nescio quæ scripta maledica super tuo nomine ad Africā peruenisse audiuimus. Accepimus tamē quod dignatus es mittere,illis respondens maledictis. Quo perlecto,fateor multum doluisse

Ruffinus.

inter tam charas familiaresq; personas, cūctis penè ecclesijs notissimo amicitiæ uinculo copulatas,tantum malum extitisse discordiæ. Et tu quidem quantum tibi moderēris, quantumq; teneas aculeos indignatiōis tuæ,ne reddas maledictum pro maledicto, satis in tuis literis eminet. Veruntamen eas ipsas cum legissem,cōtabui dolore,& obrigui timore: quid de me

A de me illa facerent,quæ in te ille ſcripſit,ſi in manus meas forte ueniſſent? Væ mũdo ab ſcã
dalis.Ecce fit,ecce prorſus impletur quod ueritas ait:Quoniam abundabit iniquitas,refrige
ſcet charitas multorum.Quæ ſibi enim iam fida pectora tuto refundantur? In cuius ſenſu
tota ſe proficiat ſecura dilectio? Quis deniq; amicus non formidetur quaſi futurus inimi-
cus, ſi potuit inter Hieronymum & Ruffinum hoc quod plangimus exoriri? O miſera &
miſeranda cõditio. O infida in uoluntatibus amicorum ſcientia præſentium,ubi nulla eſt
præſcientia futurorum. Sed quid hoc alteri de altero gemendum putem, quando nec ipſe
quidem ſibi homo eſt notus in poſterum? Nouit em̃ utcunq; uix forte nunc qualis ſit,qua-
lis autem poſtea futurus ſit ignorat.Hæc porrò non tantum ſcientia qualis quiſq; ſit,uerũ
etiam præſcientia qualis futurus ſit, ſi eſt in ſanctis & beatis angelis, quomodo fuerit dia-
bolus beatus aliquando,cum adhuc angelus bonus eſſet,ſciens futuram iniquitatem ſuam
& ſempiternum ſupplicium, omnino non uideo. De qua re,ſi tamẽ eam noſſe opus eſt,uel
lem audire quid ſentias. Vide quid faciant terræ ac maria,quæ nos corporaliter dirimunt.
Si hæc epiſtola mea,quam legis ego eſſem,iam mihi diceres quod quæſiui. Nũc uero quã
do reſcribes? quando mittes? quãdo perueniet? quando accipiam? Et tamen utinã quan-
doq; fiat,quod tam cito fieri non poſſe quàm uolumus,quanta poſſumus tolerantia ſuſti
nemus. Vnde recurro ad illa uerba epiſtolæ tuæ dulciſſima, ſanctiq; deſiderij tui pleniſſi-
ma,& ea facio uiciſſim mea. Vtinã mereremur cõplexus tuos,& collatione mutua uel doce
remus aliqua uel diſceremus,ſi tamẽ eſſe ullo modo poſſet quod ego te docerem.In his au-
tem uerbis non iam tuis tantũ,ſed etiam meis ubi delector & reficior,& ipſo quamuis pen-
dente & non attingente, utriuſq; noſtrum deſiderio non parua ex parte conſolor. Ibi rur-
ſus acerrimis dolorum ſtimulis fodior,dum cogito inter uos, quibus deus hocipſum quod
uterq; noſtrum optauit,largum prolixumq; conceſſerat, ut cõiunctiſſimi & familiariſſimi
mella ſcripturarum ſanctarum pariter lamberetis,tantæ amaritudinis irrepſiſſe perniciem,
B quãdo non,ubi non,cui non homini formidãdam,cum eo tempore quo abiectis iam ſarci
nis ſæcularibus,iam expediti dñm ſequebamini,& in ea terra uiuebatis ſimul,in qua dñs hu
manis pedibus ambulãs: Pacẽ meam,inquit,do uobis, pacem meam relinquo uobis, uiris Ioan.14.
ætate maturis,& in eloquio domini habitãtibus uobis accidere potuit? Vere tẽtatio eſt ui- Iob.7
ta humana ſup terrã.Heu mihi,qui uos alicubi ſimul inuenire nõ poſſum,forte ut moueor,
ut doleo,ut timeo,prociderẽ ad pedes ueſtros,flerem quantũ ualerem,rogarẽ quãtum ama
rem: nunc unũquenq; ueſtrũ pro ſeipſo,nũc utrũq; pro alterutro,& pro alijs & maxime in-
firmis,pro quibus Chriſtus mortuus eſt,qui uos tanq; in theatro uitæ huius cũ magno ſui
periculo ſpectãt:ne de uobis ea cõſcribendo ſpargatis, quæ quãdoq; cõcordantes delere nõ
poteritis,qui nũc cõcordare nolitis,aut quæ cõcordes legere timeatis,ne iterũ litigetis. Verũ
dico charitati tuæ,nihil me magis q; hoc exemplũ tremuiſſe,cum quædã ad me in epiſtola
tua legerẽ tuæ indignatiõis indicia,nõ tam illa de Entello & boue laſſo,ubi mihi potius hi-
lariter iocari,q; iracũde minari uiſus es, q; illud quod ſerio te ſcripſiſſe ſatis apparet: Vnde
ſupra elocutus ſum, plus fortaſſe q; debui,ſed nõ plus q; timui,ubi aiſti,ne forte læſus iuſte
expoſtulares.Rogo te,ſi fieri poteſt ut inter nos quæramus & diſſeramus aliquid,quo ſine
amaritudine diſcordiæ corda noſtra paſcãtur,fiat.Si aũt nõ poſſum dicere quid mihi emẽ
dandum uideatur in ſcriptis tuis,nec tu in meis,niſi cum ſuſpitiõe inuidiæ, aut læſiõe ami-
ciciæ,quieſcamus ab his,& noſtræ uitæ ſalutiq; parcamus.Minus certe aſſequatur illa quæ
inflat,dum non offendatur illa quæ ædificat.Ego me lõge eſſe ſentio ab illa perfectiõe, de
qua ſcriptũ eſt:Si quis in uerbo nõ offendit,hic perfectus eſt uir.Sed planè in dei miſericor Iacob.3.
dia puto me poſſe facile abs te petere ueniam,ſi quid offendi: quod mihi aperire debes, ut
cum te audiero,lucreris fratrem tuum. Neq; enim quia hoc propter longinquitatẽ terrarũ
nõ potes facere inter me & te, propterea debes ſinere errare me. Prorſus quod ad ipſas res
quas noſſe uolumus, attinet,ſi quid ueri me tenere uel ſcio uel credo uel puto, in quo tu ali-
ter ſentis,quantũ dat dñs ſine tua iniuria conabor aſſerere. Quod aũt ptinet ad offenſionẽ

Legendum arbitror, In cuius ſinũ totã.

Quæſtio ocioſa.

tuam,cum te indignatũ ſenſero, nihil aliud q̃ꝫ ueniam deprecabor. Nec omnino arbitror C
te ſuccẽſere potuiſſe,niſi aut hoc dicerem quod nõ debui, aut nõ ſic dicerem ut debui, quia
nec miror minus nos ſcire inuicem,q̃ꝫ ſcimur à cõiunctiſſimis & familiariſſimis noſtris. In
quorũ ego charitatẽ fateor facile me totum proiicio,præſertim fatigatũ ſcandalis ſeculi, &
in ea ſine ulla ſolicitudine requieſco. Deũ quippe illic eſſe ſentio,in quem me ſecurus proiy
cio,& in quo ſecurus requieſco. Nec in hac mea ſecuritate craſtinũ illud humanæ fragilita
tis incertũ,de quo ſuperius gemui,omnino formido. Cum eñ hominẽ chriſtiana charita
te flagrantẽ,eaq̃ꝫ mihi fidelẽ amicum factũ eſſe ſentio, quicquid ei cõſiliorum meorum co
1. Ioan. 4 gitationumq̃ꝫ cõmitto,nõ homini cõmitto,ſed illi in quo manet ut talis ſit. Deus eñ chari
tas eſt,& qui manet in charitate in deo manet: quã ſi deſeruerit,tantũ faciat neceſſe eſt do
lorem,quantũ manẽs fecerat gaudium. Verũtamen ex amico intimo factus inimicus, quæ
rat ſibi potius quod fingat aſtutus,nõ inueniat quod ꝓdat iratus. Hoc aũt unuſquiſq̃ fa
cile aſſequitur,nõ occultãdo quod fecerit,ſed nõ faciendo quod occultare uelit. Quod miſe
ricordia dei bonis pijs q̃ꝫ concedit,ut inter inimicos quoſlibet futuros liberi ſecuriq̃ uerſen
tur,aliena peccata ſibi cõmiſſa nõ prodãt,quæ prodi timeãt ipſi nulla cõmittant. Cum eñ
falſum quid à maledico fingitur,aut omnino nõ creditur,aut certe integra ſalute ſola fama
uexatur. Cũ autẽ malũ perpetratur,hoſtis eſt intimus,etiã ſi nullius intimi loquacitate aut
lite uulgetur. Quapropter quis prudẽtium nõ uideat,etiã tu q̃ꝫ tolerabiliter feras amiciſſimi
quondã & familiariſſimi incredibiles nũc inimicitias,cõſolante cõſcientia,& quemadmodũ
uel quod iactitat,uel quod à quibuſdã forſitã creditur,in ſiniſtris armis deputes,qbus nõ mi
nus q̃ꝫ dextris cõtra diabolũ dimicatur? Verũtamen illũ maluerim aliquo mõ mitiorẽ, q̃ꝫ te
iſto mõ armatiorẽ. Hoc magnum & triſte miraculũ eſt,ex amicitijs talibus ad has inimici
tias pueniſſe: lætũ erit & multo maius,ex inimicitijs talibus ad priſtinã cõcordiã reuertiſſe.

Auguſtinus Præſidio, quem conſacerdotem appellat, quum Hieronymus appellet Dia D
conum,ſi tamen idem eſt. Epiſtola XVI.

DOMINO beatiſſimo & merito uenerando fratri & cõſacerdoti Præſidio, Au
guſtinus in dño ſalutẽ. Sicut præſens rogaui ſynceritatẽ tuam, nũc quoq̃
commoneo,ut literas meas ſancto fratri & cõpresbytero noſtro Hieronymo
mittere nõ graueris. Vt autem nouerit charitas tua,quemadmodum etiam tu
illi pro mea cauſa ſcribere debeas,miſi exemplaria literarũ & mearum ad ipſum, & ad me
ipſius,quibus lectis pro tua ſancta prudẽtia facile uideas, & modum meum quem ſeruan
dum putaui,& motum eius quem nõ fruſtra timui. Aut ſi ego quod nõ debui,uel quomo
do nõ debui,aliquid ſcripſi,non ad illum de me,ſed ad meipſum potius fraterna dilectiõe
mitte ſermonem, quo correctus petam ut ignoſcat, ſi meam culpam ipſe cognouero.

Hieronymus Auguſt. cõmendans illi Præſidium,& ſaluere iubens Alipium. Epiſt. XVII.

DOMINO uere ſancto & beatiſſimo Papæ Auguſtino Hieronymus in Chriſto ſalu
tem. Anno præterito per fratrem noſtrũ Aſterium hypodiaconũ dignationi tuæ
epiſtolam miſeram,promptum reddens ſalutationis officium,quam tibi arbitror redditã.
Nũc quoq̃ per ſanctum fratrem meum Præſidium diaconum obſecro primum ut memi
neris mei. Deinde ut baiulum literarum habeas cõmẽdatum,& mihi ſcias germaniſſimũ,
& in quibuſcunq̃ neceſſitas poſtulauerit,foueas atq̃ ſuſtentes,non quo aliqua re (Chriſto
tribuente) indigeat,ſed quod bonorũ amicitias auidiſſime expetat, & ſe in his coniungen
dis maximum putet beneficium conſecutum. Cur autem ad occidentem nauigauerit, ipſo
poteris narrante cognoſcere. Nos in monaſterio conſtituti,uarijs hincinde fluctibus qua
timur, & peregrinationis moleſtias ſuſtinemus. Sed credimus in eo qui dixit: Confidite,
ego uici mundum,quod ipſo tribuente & præſule, contra hoſtem diabolum uictoriã con
ſequamur. Sanctũ & uenerabilem fratrem noſtrũ papam Alipium ut meo obſequio ſalu
tes,obſecro. Sancti fratres,qui nobiſcum in monaſterio dño ſeruire feſtinant,oppido te ſa
lutant

A lutant. Incolumem te & memorem mei, Christus dominus noster tueatur omnipotẽs, domine uere sancte & suscipiende papa.

Hieronymus Augustino, hoc agens, quanquam illi respondit de mendacio & cucurbita, tamen amicitiam oportere manere incolumem, rogatq; ut posthac abstineant ab huiusmodi quæstionibus, quæ ferè in contentionem exeunt. Epist. XVIII.

DOMINO uere sancto & beatissimo papæ Augustino, Hieronymus in domino salutẽ. Cũ à sancto fratre nostro Firmo solicite quærerẽ quid ageres, sospitem te lætus audiui. Rursum cum tuas literas nõ dico sperarẽ, sed exigerem, nesciẽte te de Africa se profectũ esse dixit. Itaq; reddo tibi per eum salutatiõis officia, qui te unico amore cõplectitur, simulq; obsecro ut ignoscas pudori meo, q; diu præcipienti ut rescriberem, negare nõ potui. Nec ego tibi, sed causæ causa respondit. Et si culpæ est respondisse, quæso ut patienter audias, multo maior est prouocasse. Sed facessant istius modi querimoniæ. Sit inter nos pura germanitas, & deinceps non quæstionum, sed charitatis ad nos scripta mittamus. Sancti fratres, qui nobiscũ domino seruiunt, affatim te salutant. Sanctos, qui tecum Christi leue trahunt iugum, præcipue sanctũ & suscipiendũ papã Alipium ut meo obsequio salutes, precor. Incolumẽ te & memorem mei Christus deus noster tueatur omnipotẽs. Domine uere sancte & beatissime papa, si legisti librũ explanationum in Ionam, puto quod ridiculã cucurbitæ nõ recipias quæstionẽ. Si aũt amicus qui me primus gladio petijt, stilo repulsus est, sit humanitatis tuæ atq; iusticiæ accusantẽ reprehendere, nõ respõdẽtem. In scripturarum campo si placet, sine nostro inuicem dolore ludamus.

Augustinus Hieronymo, accuratius respondet de mendacio officioso, docens Petrum uere errasse, atq; à Paulo uere iureq; reprehensum: deprecaturq; ueniam quod dictis quibusdã incautioribus Hieronymi animũ offenderit, excusans quod nulla sua culpa epistola per multorum obambularit manus, priusq; ad eum, cui scripta erat, peruenerat. Epist. XIX.

B DOMINO dilectissimo, & in Christi uisceribus honorãdo, sancto fratri & cõpresbytero Hieronymo, Augustinus in dño salutẽ. Iam pridem tuæ charitati prolixã epistolam misi, respõdes illi tuæ, quam per sanctum filium tuum Asterium, nunc iam nõ solũ fratrem, uerumetiã collegam meum misisse te recolis. Quæ utrum in manus tuas peruenire meruerit, adhuc nescio, nisi q; per fratrem synceriſſimũ Firmum scribis, Si ille qui me primũ gladio petijt, stilo repulsus est, ut sit humanitatis meæ atq; iusticiæ accusantẽ reprehendere nõ respondẽtem. Hoc solo tenuissimo indicio utcũq; conijcio, legisse te illam epistolã meã. In ea quippe deploraui tãtam inter uos extitisse discordiã, de quorum tanta amicitia, quaquauersum eam fama diffuderat, charitas fraterna gaudebat. Quod nõ feci reprehẽdendo in aliquo germanitatẽ tuam, cuius in ea re aliquam culpam me cognouisse nõ ausus sum dicere, sed dolendo humanam miseriam, cuius in amicitijs mutua charitate retinẽdis, quanta/libet illa sit, incerta permãsio est. Verum illud maluerã tuis nosse rescriptis, utrum mihi uedam uultus literarum tuarum etiã hoc me impetrasse significare uideatur, si tamen post leniam quam poposcerã dederis. Quod apertius mihi intimari cupio, quamuis hilarior quictam illã missæ sunt, quod in eis minime apparet. Petis uel potius fiducia charitatis iubes, ut in scripturarũ campo, sine nostro inuicẽ dolore ludamus. Equidẽ quantũ ad me attinet, ferio nos ista q; ludo agere mallem. Quod si hoc uerbũ tibi propter facilitatem ponere placuit, ego fateor maius aliquid expeto à benignitate uirium tuarum, prudẽtiaq; tam docta & ociosa, annosa, studiosa, ingeniosa diligentia, hæc tibi nõ tantum donante, uerumetiã dictante spiritusancto, ut in magnis & laboriosis quæstionibus, non tanq; ludentem in campo scripturarum, sed in mõtibus anhelantẽ adiuues. Si aũt propter hilaritatem, quam esse inter charissimos differentes decet, putasti dicẽdum esse, ludamus: siue illud apertum & planum sit unde colloquimur, siue arduum atq; difficile: hoc ipsum edoce obsecro te, quo nam modo assequi ualeamus, ut cum forte aliquid nos mouet, quod nobis &si nõ cautius attendẽtibus, certe tardius intelligẽtibus nõ probatũ est, & quid nobis uideatur cõtra conamur

asserere, si hoc aliquãto securiore libertate dicamus, nõ incidamus in suspitionẽ puerilis ia/ C
ctãtiæ, quasi nostro nomini famam, uiros illustres accusando quæramus. Si autem aliquid
asperum quod refellendi necessitate depromptum fuerit, quo tolerabile fiat, leniore circun/
fundamus eloquio, ne litum melle gladium stringere iudicemur. Nisi forte ille modus est,
quo utrũq; hoc uitiũ uel uitij suspitionẽ caueamus, si cum doctiore amico sic disputemus,
ut quicquid dixerit, necesse sit approbare, nec quærẽdi saltem causa liceat aliquantulum relu
ctari. Tum uero sine ullo timore offensiõis tanq; in campo luditur, sed mirum si nobis nõ
Dist. 9. cap. Ego solis. illuditur. Ego eñ fateor charitati tuæ, solis eis scripturarũ libris qui iam canonici appellan/
tur, didici hunc timorem honorẽq; deferre, ut nullum eorum autorẽ scribẽdo aliquid errasse
firmissime credã. Ac si aliquid in eis offendero litteris, quod uideatur cõtrarium ueritati,
nihil aliud q; uel mendosum esse codicem, uel interpretem non assecutum esse quod dictũ
est, uel me minime intellexisse non ambigam. Alios autẽ ita lego, ut quantalibet sanctitate
doctrinaq; præpolleant, nõ ideo uerum putem quia ipsi ita senserunt: sed quia mihi uel per
illos autores canonicos, uel probabili ratione quod à uero nõ abhorreat, persuadere potue/
runt. Nec te mi frater sentire aliquid aliter existimo, prorsus inquam non te arbitror sic legi
tuos libros uelle, tanq; prophetarũ uel apostolorum, de quorum scriptis quod omni errore
careãt, dubitare nefarium est. Absit hoc à pia humilitate & ueraci de temetipso cogitatiõe,
quã nisi esses prædit9, nõ utiq; diceres: Vtinã mereremur cõplexus tuos, & collatiõe mutuæ
uel doceremus aliqua uel disceremus. Quod si teipsum, cõsideratiõe uitæ ac morum tuorũ,
nõ simulate, non fallaciter dixisse credo, quãtomagis æquum est me credere apostolũ Pau/
Gal. 2 lum nõ aliud sensisse q; scripserit, ubi ait de Petro & Barnaba: Cum uiderem quia nõ recte
ἀποτοδοῦσι ingrediuntur ad ueritatẽ Euãgelij, dixi Petro coram omnibus: Si tu cum sis Iudæus, genti/
liter & nõ Iudaice uiuis, quomõ gentes cogis Iudaizare? De quo eñ certus sim q; me scribẽ
Galat. 4. do uel loquẽdo non fallat, si fallebat Apostolus filios suos, quos iterum parturiebat, donec
Gal. 1. in eis Christus, id est ueritas formaretur. Quibus cum præmisisset dicẽs: Quæ aũt scribo uo D
bis, ecce coram deo quia nõ mẽtior, nõ tamẽ ueraciter scribebat, sed nescio qua dispẽsatoria
simulatione fallebat, uidisse se Petrum & Barnabã nõ recte ad Euãgelij ueritatẽ ingredien/
tes, ac Petro in faciem restitisse, nõ ob aliud, nisi q; gentes cogeret iudaizare. At enim satius
est credere apostolũ Paulum aliquid non uere scripsisse, q; apostolũ Petrum non recte ali/
quid egisse. Hoc si ita est, dicamus (quod absit) satius esse credere mentiri Euãgelium, q; ne/
gatum esse à Petro Christum: & mẽtiri regnorum librum, q; tãtum prophetam à domino
deo tam excellenter electum, & in concupiscẽda atq; abducẽda uxore aliena, cõmisisse adul
terium, & in marito eius necãdo tam horrendum homicidium: Imò uero sanctam scriptu/
ram in summo & cœlesti autoritatis culmine collocatam, de ueritate eius certus ac securus
legam, & in ea homines uel approbatos, uel emẽdatos, uel damnatos ueraciter discam, po/
tius quàm facta humana, dum in quibusdam laudabilis excellentiæ personis aliquãdo cre/
dere timeo reprehẽdenda, ipsa diuina eloquia mihi sint ubiq; suspecta. Manichæi plurima
diuinarum scripturarum, quibus eorum nefarius error clarissima sententiarum perspicuita/
te conuincitur, quia in alium sensum detorquere non possunt, falsa esse contendunt: ita ta/
men, ut eandem falsitatem non scribentibus apostolis tribuant, sed nescio quibus codicum
al. nec. corruptoribus. Quod tamen quia nec pluribus * siue antiquioribus exemplaribus, nec præ/
cedentis linguæ autoritate (unde latini libri interpretati sunt) probare aliquãdo potuerũt,
notissima omnibus ueritate superati confusiq; discedunt. Itáne non intelligit prudẽtia san/
cta tua, quanta maliciæ illorum patescat occasio, si non ab alijs apostolicas litteras esse falsa
tas, sed ipsos apostolos falsa scripsisse dicamus? Nõ est, inquis, credibile, hoc in Petro Pau/
lum, quod ipse Paulus fecerat, arguisse. Non nunc inquiro quid fecerit, sed quid scripserit
quæro: hoc ad quæstionem quam suscepi maxime pertinet, ut ueritas diuinarum scriptura/
rum, ad nostram fidem ædificandam memoriæ cõmendata, non à quibuslibet, sed ab ipsis
apostolis, ac per hoc in canonicũ autoritatis culmen recepta, ex omni parte uerax atq; indu
bitanda

A bitanda perſiſtat. Nam ſi hoc fecit Petrus quod facere debuit, mentitus eſt Paulus q̃, eum uiderit non recte ingredientẽ ad ueritatẽ Euãgelij. Quiſquis enim hoc facit quod facere debet, recte utiq̃ facit. Et ideo falſum de illo dicit, qui dicit eum non recte feciſſe, quod eum non uiderit facere debuiſſe. Si autem uerum ſcripſit Paulus, uerum eſt q̃ Petrus nõ recte tunc ingrediebatur ad ueritatẽ Euangelij. Id uero faciebat quod facere non debebat: & ſi tale aliquid Paulus ipſe iam fecerat, correctũ potius etiam ipſum credam coapoſtoli ſui correctionẽ nõ potuiſſe negligere, q̃ mẽdaciter aliquid in ſua epiſtola poſuiſſe, & epiſtola qualibet, quãtomagis in illa, in qua prælocutus ait: Quæ aũt ſcribo uobis, ecce coram deo quia non mentior. Ego quidem illud Petrum ſic egiſſe credo, ut gentes cogeret iudaizare. Hoc enim lego ſcripſiſſe Paulum, quem mentitum eſſe non credo, & ideo nõ recte agebat hoc Petrus. Erat enim contra Euãgelij ueritatem, ut putarent, qui credebant in Chriſtum, ſine illis ueteribus ſacramentis ſaluos ſe eſſe non poſſe. Hoc enim contendebant Antiochiæ, qui ex circunciſione crediderant: contra quos Paulus perſeueranter acriterq̃ confligit. Ipſum uero Paulum non ad hoc id egiſſe, quod uel Timotheum circuncidit, uel Cenchreis uotum perſoluit, uel Hieroſolymis à Iacobo admonitus, cum eis qui uouerant, legitima illa celebrãda ſuſcepit, ut putari uideretur per ea ſacramẽta etiã chriſtianã ſalutem dari, ſed ne illa quæ prioribus ut congruebat temporibus, in umbris rerum futurarum deus fieri iuſſerat, tanquam idololatriam gentilium damnare crederetur. Hoc eſt enim quod illi Iacobus ait, auditum de illo eſſe quod * diſciſſionem doceat à Moyſe. Quod utiq̃ nefas eſt ut credẽtes in Chriſtum diſcindantur à prophetis Chriſti, tanq̃ eius doctrinam deteſtantes atq̃ damnantes, de quo ipſe Chriſtus dicit: Si crederetis Moyſi, crederetis & mihi, de me enim ille ſcripſit. Attende enim obſecro ipſa uerba Iacobi: Vides, inquit, frater quot milia ſunt in Iudæa qui crediderunt in Chriſtum, & hi omnes æmulatores ſunt legis. Audierunt autem de te quia diſciſſionem doces à Moyſe, eorum qui per gentes ſunt Iudæorũ, dicẽs non debere circuncidere eos
B filios ſuos, neq̃ ſecundũ conſuetudinẽ ingredi. Quid ergo eſt? Vtiq̃ oportet cõuenire multitudinẽ, audierũt em̃ te ſuperueniſſe, hoc ergo fac quod tibi dicimus. Sunt nobis uiri quatuor uotum habentes ſuper ſe, his aſſumptis ſanctifica te cum ipſis, & impende in eos ut radant capita, & ſcient omnes quia quæ de te audierunt, falſa ſunt, ſed ſequeris & ipſe, cuſtodiens legem: de gentibus autem qui crediderunt, nos mandauimus, iudicãtes nihil eiuſmodi ſeruare illos, niſi ut ſe obſeruent ab idolis immolato, & à ſanguine, & à fornicatione. Nõ *omittit ſuffocatum.* Paulus ipſe iam fecerat, correctũ potius etiam ipſum credam coapoſtoli ſui correctionẽ nõ potuiſſe negligere, q̃ mẽdaciter aliquid in ſua epiſtola poſuiſſe, & epiſtola qualibet, quãtomagis in illa, in qua prælocutus ait: Quæ aũt ſcribo uobis, ecce coram deo quia non mentior. Ego quidem illud Petrum ſic egiſſe credo, ut gentes cogeret iudaizare. Hoc enim lego *Gal. 1 ψευδόμ.* ſcripſiſſe Paulum, quem mentitum eſſe non credo, & ideo nõ recte agebat hoc Petrus. Erat enim contra Euãgelij ueritatem, ut putarent, qui credebant in Chriſtum, ſine illis ueteribus ſacramentis ſaluos ſe eſſe non poſſe. Hoc enim contendebant Antiochiæ, qui ex circunciſione crediderant: contra quos Paulus perſeueranter acriterq̃ confligit. Ipſum uero Paulum non ad hoc id egiſſe, quod uel Timotheum circuncidit, uel Cenchreis uotum perſoluit, uel Hieroſolymis à Iacobo admonitus, cum eis qui uouerant, legitima illa celebrãda ſuſcepit, ut putari uideretur per ea ſacramẽta etiã chriſtianã ſalutem dari, ſed ne illa quæ prioribus ut congruebat temporibus, in umbris rerum futurarum deus fieri iuſſerat, tanquam idololatriam gentilium damnare crederetur. Hoc eſt enim quod illi Iacobus ait, auditum de illo eſſe quod * diſciſſionem doceat à Moyſe. Quod utiq̃ nefas eſt ut credẽtes in Chriſtum diſcindantur à prophetis Chriſti, tanq̃ eius doctrinam deteſtantes atq̃ damnantes, de quo ipſe Chriſtus dicit: Si crederetis Moyſi, crederetis & mihi, de me enim ille ſcripſit. Attende enim obſecro ipſa uerba Iacobi: Vides, inquit, frater quot milia ſunt in Iudæa qui crediderunt in Chriſtum, & hi omnes æmulatores ſunt legis. Audierunt autem de te quia diſciſſionem doces à Moyſe, eorum qui per gentes ſunt Iudæorũ, dicẽs non debere circuncidere eos *Non eſt diſciſſio ſed ἀποστασία hoc eſt diſceſſio ſiue defectio.*
B filios ſuos, neq̃ ſecundũ conſuetudinẽ ingredi. Quid ergo eſt? Vtiq̃ oportet cõuenire multitudinẽ, audierũt em̃ te ſuperueniſſe, hoc ergo fac quod tibi dicimus. Sunt nobis uiri quatuor uotum habentes ſuper ſe, his aſſumptis ſanctifica te cum ipſis, & impende in eos ut radant capita, & ſcient omnes quia quæ de te audierunt, falſa ſunt, ſed ſequeris & ipſe, cuſtodiens legem: de gentibus autem qui crediderunt, nos mandauimus, iudicãtes nihil eiuſmodi ſeruare illos, niſi ut ſe obſeruent ab idolis immolato, & à ſanguine, & à fornicatione. Nõ *omittit ſuffocatum.* Paulus ipſe iam fecerat, correctũ potius etiam ipſum credam coapoſtoli ſui correctionẽ nõ potuiſſe negligere, q̃ mẽdaciter aliquid in ſua epiſtola poſuiſſe, & epiſtola qualibet, quãtomagis in illa, in qua prælocutus ait: Quæ aũt ſcribo uobis, ecce coram deo quia non mentior. Ego quidem illud Petrum ſic egiſſe credo, ut gentes cogeret iudaizare. Hoc enim lego *Gal. 1 ψευδόμ.* ſcripſiſſe Paulum, quem mentitum eſſe non credo, & ideo nõ recte agebat hoc Petrus. Erat enim contra Euãgelij ueritatem, ut putarent, qui credebant in Chriſtum, ſine illis ueteribus ſacramentis ſaluos ſe eſſe non poſſe. Hoc enim contendebant Antiochiæ, qui ex circunciſione crediderant: contra quos Paulus perſeueranter acriterq̃ confligit. Ipſum uero Paulum non ad hoc id egiſſe, quod uel Timotheum circuncidit, uel Cenchreis uotum perſoluit, uel Hieroſolymis à Iacobo admonitus, cum eis qui uouerant, legitima illa celebrãda ſuſcepit, ut putari uideretur per ea ſacramẽta etiã chriſtianã ſalutem dari, ſed ne illa quæ prioribus ut congruebat temporibus, in umbris rerum futurarum deus fieri iuſſerat, tanquam idolol

decreuerant,ne quisquam gentes cogeret iudaizare: non aũt decreuerant ne quisq; tunc Iu c
dæos iudaizare prohiberet,quãuis etiã ipsos iam doctrina christiana nõ cogeret. Proinde
si post hoc apostolorũ decretum,Petrus habuit illam in Antiochia simulationẽ, qua gẽtes
cogeret iudaizare,quo iam nec ipse cogebatur,quãuis propter commendanda eloquia dei,
quæ Iudæis sunt credita,non prohibebatur,quid mirum si cõstringebat eum Paulus libere
asserere, qd' cum cæteris apostolis se Hierosolymis decreuisse meminerat? Si aũt hoc (qd'
magis arbitror) ante illud Hierosolymitanũ cõcilium Petrus fecit,nec sic mirum est q; eum
uolebat Paulus nõ timide obtegere,sed fidenter asserere quod eum pariter sentire iam no/
uerat: siue quod cum eo cõtulerat Euãgelium: siue quod in Cornelij Centurionis uocatiõe
etiã diuinitus eum de hac re admonitum acceperat: siue quod anteq; illi,quos timuerat,ue/
nissent Antiochiam,cum gentibus eum conuesci uiderat. Neq; ẽ negamus in hac senten/
tia fuisse iam Petrum,in qua & Paulus fuit. Nõ itaq; tũc eum quid in ea re uerum esset do
cebat,sed eius simulationẽ,qua gentes iudaizare cogebãtur,arguebat,nõ ob aliud,nisi quia
sic illa omnia simulatoria gerebãtur, tanq; uerum esset quod illi dicebãt,qui sine circũcisiõe
præputij atq; alijs obseruatiõibus umbræ futurorũ putabãt credẽtes saluos esse nõ posse.
35. q. 9. sentẽtiam. Ergo & Timotheum circuncidit propterea,ne Iudæis,& maxime cognationi eius maternæ
sic uiderẽtur qui ex gẽtibus in Christum crediderãt,detestari circunsionẽ, sicut idololatria
detestanda est,cum illam deus fieri præceperit,hanc Satanas persuaserit. Et Titum propte/
rea nõ circuncidit, ne occasionẽ daret eis qui sine ulla circunsione dicebãt credentes saluos
esse non posse,& ad deceptionẽ gentium hoc etiã Paulum sentire iactarẽt. Quod ipse satis
Gal. 2 significat,ubi ait: Sed neq; Titus,qui mecum erat,cum esset Græcus,cõpulsus est circuncidi:
propter subintroductos autem falsos fratres,qui subintroierãt perscrutari libertatẽ nostrã,
ut nos in seruitutem redigerẽt,quibus nec ad horam cessimus subiectioni,ut ueritas Euan/
gelij permaneat apud nos. Hic apparet quid eos captare intellexerit, ut nõ faceret quod in
Timotheo fecerat, & q; ea libertate facere poterat,qua ostenderat illã sacramẽta nec tanq; D
necessaria debere appeti,nec tanq; sacrilega debere damnari. Sed cauẽdum est uidelicet in
hac disputatione,ne sicut philosophi quædam facta hominum media dicamus inter recte
factum & peccatum, quæ neq; in recte factis neq; in peccatis numerentur, & urgeamur eo,
quod obseruare legis ceremonias nõ potest esse indifferens,sed aut bonum aut malum: Vt
si bonum dixerimus,eas nos quoq; obseruare cogamur: si autẽ malum,non uere sed simu/
late ab apostolis obseruatas esse credamus. Ego uero apostolis non tam exemplum philo/
sophorum timeo,quãdo & illi in sua disputatione ueri aliquid dicunt,q; forẽsium aduoca/
torum,quando in alienarum causarum actione mentiuntur. Quorum similitudo,si in ipsa
expositione epistolæ ad Galatas ad confirmandã simulationẽ Petri & Pauli putata est de/
center induci, quid ego apud te timeam nomẽ philosophorũ: qui nõ propterea uana sunt,
quia omnia falsa dicũt,sed quia & falsis plerisq; confidunt,& ubi uera inueniuntur dicere,à
Sacramẽta legis nõ sunt bona. Christi gratia,qui est ipsa ueritas,alieni sunt. Cur aũt non dicam præcepta illa ueterũ sacra/
mentorum nec bona esse,quia nõ eis homines iustificãtur: umbræ eñ sunt,prænunciantes
gratiã qua iustificamur: nec tamẽ mala,quia diuinitus præcepta sunt,tẽporibus personis q;
cõgruentia,cũ me adiuuet etiã prophetica sentẽtia, qua dicit deus se illi populo dedisse præ
cepta nõ bona. Forte eñ propterea nõ dixit mala,sed tantũ nõ bona,id est, nõ talia,ut illis
homines boni fiãt,aut sine illis boni nõ fiant. Vellẽ me doceret benigna synceritas tua,utrũ
simulate quisq; sanctus oriẽtalis,cum Romam uenerit,ieiunet sabbato,excepto illo die pa/
Dist. 12. Illa. schalis uigiliæ? Quod si malum esse dixerimus,non solũ Romanã Ecclesiam,sed etiã multa
ei uicina,& aliquãto remotiora damnabimus, ubi mos idem tenetur & manet. Si autẽ non
ieiunare sabbato malum putauerimus, tot ecclesias orientis,& multo maiorem orbis christi
ani partem,qua temeritate criminabimur? Placet ne tibi ut medium quiddã esse dicamus,
quod tamẽ acceptabile sit ei,qui hoc nõ simulate, sed cõgruenti societate atq; obseruãtia fe/
cerit? Et tamẽ nihil inde legimus in canonicis libris præceptũ esse Christianis: quãtomagis
illud

A illud malũ dicere non audeo, quod deũ præcepiſſe ipſa Chriſtiana fide negare nõ poſſum, qua didici, nõ eo me iuſtificari, ſed gratia dei per Ieſum Chriſtũ dominum noſtrũ? Dico ergo circunciſionẽ præputij, & cætera huiuſmodi, priori populo per teſtamentũ quod uetus dicit, diuinitus data, ad ſignificationẽ futurorũ, quæ per Chriſtũ oportebat impleri, quibus adueniẽtibus, remãſiſſe illa Chriſtianis legẽda tantũ ad intelligentiã præmiſſæ prophetiæ, nõ aũt neceſſario faciẽda quaſi adhuc expectandũ eſſet ut ueniret fidei reuelatio, quæ his ſignificabatur eſſe uẽtura. Sed quãuis gentibus imponẽda nõ eſſent, nõ tamẽ ſic debuiſſe auferri à cõſuetudine Iudæorũ, tanq; deteſtanda atq; dãnanda. Senſim proinde atq; paulatim feruẽte ſanè prædicatiõe gratiæ Chriſti, qua ſola noſſent credẽtes ſe iuſtificari ſaluosq; fieri, non illis umbris rerũ antea futurarũ, tunc iam uenientiũ atq; præſentiũ, ut in illorũ Iudæorũ uocatione, quos præſentia carnis domini, & apoſtolica tẽpora ſic inuenerãt, omnis illa actio cõſumeretur umbrarũ: hoc eis ſuffeciſſe ad cõmendationẽ, ut nõ tanq; deteſtãda, & ſimilis idololatriæ uitaret, ultra uero nõ haberet progreſſum, ne putaretur neceſſaria tanquã uel ab illa ſalus eſſet, uel ſine illa eſſe nõ poſſet. Quod putauerũt hæretici, qui dum uolunt & Iudæi eſſe & Chriſtiani, nec Iudæi nec Chriſtiani eſſe potuerũt. Quorũ ſententiam mihi cauendã, quãuis in ea nunq; fuerim, tamẽ beneuolẽtiſſime admonere dignatus es, In cuius ſentẽtiæ nõ conſenſionẽ ſed ſimulationẽ Petrus timore inciderat, ut de illo Paulus ueriſſime ſcriberet, quod eum uidiſſet nõ recte ingredientem ad ueritatẽ Euãgelij, eiq; ueriſſime diceret quod gentes Iudaizare cogebat: Quod Paulus utiq; nõ cogebat, ob hoc illa uetera ueraciter ubi opus eſſet obſeruans, ut damnanda nõ eſſe mõſtraret: prædicans tamen inſtanter nõ eis, ſed reuelata gratia fidei, fideles ſaluos fieri, ne ad ea quenq; uelut neceſſaria ſuſcipienda cõpelleret. Sic autẽ credo apoſtolum Paulũ ueraciter cuncta illa geſſiſſe, nec tamen nunc quenq; factũ ex Iudæo Chriſtianũ, uel cogo uel ſino talia ueraciter celebrare, ſicut nec tu cui uidetur Paulus ea ſimulaſſe, cogis iſtum uel ſinis talia ſimulare. An uis ut etiã
B ego dicam hanc eſſe ſummã quæſtionis, imò ſentẽtiæ tuæ, ut poſt Euangeliũ Chriſti, bene faciant credẽtes Iudæi, ſi ſacrificia offerant quæ obtulit Paulus, ſi filios circũcidant, ſi ſabbatum cõſeruẽt, ut Paulus in Timotheo, & omẽs obſeruauere Iudæi, dum hæc ſimulate ac falſo agant? Hoc ſi ita eſt, nõ iam in hæreſim Hebionis, uel eorũ quos uulgo Nazaræos nuncupant, uel quãlibet aliam ueterẽ, ſed neſcio in quam nouã delabimur, quæ ſit eo pernicioſior, quo non errore ſed propoſito eſt ac uoluntate fallaci. Quod ſi reſpondeas, ut te ab hac purges ſententia, tunc apoſtolos iſta laudabiliter ſimulaſſe, ne ſcandalizarentur infirmi qui ex Iudæis multi crediderant, & ea reſpuenda nondum intelligebant, Nunc uero confirmata per tot gentes doctrina gratiæ Chriſtianæ, cõfirmata etiã per omnes Chriſti eccleſias lectione legis & prophetarum, quõ hæc intelligenda non obſeruanda recitentur, quiſquis ea ſimulando agere uoluerit, uideatur inſanire: cur mihi nõ licet dicere apoſtolũ Paulum, & alios rectæ fidei Chriſtianos, tunc illa uetera ſacramenta paululum obſeruando ueraciter cõmendare debuiſſe, ne putarẽtur illæ propheticæ ſignificationis obſeruationes à pĩſſimis patribus cuſtoditæ, tanquã ſacrilegia diabolica à poſteris deteſtatæ? Iam enim cum ueniſſet fides quæ prius illis obſeruationibus prænunciata, poſt mortem & reſurrectionẽ domini reuelata eſt, amiſerant tanquã uitã officij ſui. Veruntamẽ ſicut defuncta corpora neceſſariorum officijs deducenda erãt quodãmodo ad ſepulturã, nec ſimulate ſed religioſe, nõ aũt deſerẽda cõtinuo, uel inimicorũ obtrectationibus tanq; canũ morſibus proijcienda. Proinde nunc quiſquis Chriſtianorũ, quãuis ſit ex Iudæis ſimiliter ea celebrare uoluerit, tãquam ſopitos cineres eruens, nõ erit pius deductor uel baiulus corporis, ſed impius ſepulturæ uiolator. Fateor ſanè in eo, quod epiſtola cõtinet mea, quod ideo ſacramenta Iudæorum Paulus celebranda ſuſceperat, cũ iam Chriſti eſſet apoſtolus, ut doceret non eſſe pernicioſa his qui ea uellent, ſicut à parẽtibus per legem acceperant, cuſtodire, minus me poſuiſſe, illo dumtaxat tẽpore, quo primũ fidei gratia reuelata eſt. Tũc emẽ hoc nõ erat pernicioſum, progreſſu uero tẽporis erat pernicioſum, niſi illæ obſeruationes ab omnibus Chriſtianis deſererent:

Ob ſcãdalum poſt erat neceſſe dãnare.

ne ſi tunc fierẽt,nõ diſcerneretur quod deus populo ſuo per Moyſen præcepit, ab eo quod
in templis dæmoniorũ ſpiritus imundus inſtituit. Proinde potius culpãda eſt negligentia
2.Retract.7. mea,quia hoc nõ addidi,quàm obiurgatio tua. Veruntamẽ longe anteq̃ litteras tuas ac/
cepiſſem,ſcribens contra Fauſtum Manichæum quomodo eundem locum,quamuis breui
ter explicauerim,& hoc illic nõ prætermiſerim,& legere poterit ſi non dedignetur benigni/
tas tua,& à chariſſimis noſtris,per quos nũc hæc ſcripta miſi, quomodo uolueris tibi fides
fiat,illud me ante dictaſſe:mihiq̃ de animo meo crede, quod coram deo loquens iure cha
cramenta illa uetera quolibet affectu celebrare, & quouis animo debere ab eis ullo modo
coli:cum illud de Paulo ſemper ita ſenſerim, ex quo illius mihi litteræ innotuerũt, ſicut nec
tibi uidetur hoc tempore,cuiq̃ eſſe ſimulanda iſta,cum hoc feciſſe apoſtolos credas. Pro/
inde ſicut tu è contrario loqueris,& licet reclamãte (ſicut ſcribis) mundo,libera uoce pronun
cias ceremonias Iudæorum,& pernicioſas eſſe & mortiferas Chriſtianis,& quicũq; eas ob/
ſeruauerit, ſiue ex Iudæis ſiue ex gentibus eum in barathrum diaboli deuolutum, Ita ego
hanc uocẽ tuam omnino confirmo, & addo: Quicũq; eas obſeruauerit,ſiue ex Iudæis ſiue
ex gentibus,non ſolum ueraciter,uerumetiam ſimulate,eum in barathrum diaboli deuolu
tum. Quid quæris amplius? Sed ſicut tu ſimulationẽ apoſtolorum ab huius temporis ra/
tione ſecernis,ita ego Pauli apoſtoli ueracem tunc in his omnibus conuerſationẽ ab huius
temporis,quamuis minime ſimulata ceremoniarum Iudaicarum obſeruatiõe ſecerno,quo
Luc.16 niam tunc fuit approbanda,nunc deteſtanda. Ita quãuis legerimus: Lex & prophetæ uſq;
Ioan.5. ad Ioannem baptiſtam,& quia propter ea quærebant Iudæi Chriſtum interficere,quia nõ
ſolum ſoluebat ſabbatum,ſed & patrem ſuum dicebat deum,æqualẽ ſe faciens deo:& quia
Ioan.1 gratiam pro gratia accepimus, & quoniam lex per Moyſen data eſt,gratia autẽ & ueritas
Hiere.31 per Ieſum Chriſtum facta eſt, Et per Hieremiam promiſſum eſt daturum deum teſtamẽ
tum nouum domui Iuda,nõ ſecundũ teſtamentũ quod diſpoſuit patribus eorũ:non tamẽ
arbitror ipſum dominũ fallaciter à parẽtibus circunciſum. Aut ſi hoc propter ætatem mini
me prohibebat,nec illud arbitror eum dixiſſe fallaciter leproſo,quẽ certe non illa per Moy
ſen præcepta obſeruatio,ſed ipſe mundauerat: Vade & offer pro te ſacrificium quod præce
pit Moyſes in teſtimonium illis. Nec fallaciter aſcendit ad diem feſtum,uſq; adeo non cau/
ſa oſtentationis coram hominibus,ut non euidenter aſcenderit,ſed latenter. At enim dixit
Gal.5 idem Apoſtolus: Ecce ego Paulus dico uobis quia ſi circuncidamini, Chriſtus uobis nihil
proderit. Decepit ergo Timotheũ,& fecit ei nihil prodeſſe Chriſtũ? An quia hoc fallaciter
factum eſt,ideo non obfuit? At ipſe hoc non poſuit,nec ait, Si circuncidamini ueraciter,ſi/
cut nec fallaciter,ſed ſine ulla exceptione dixit: Si circuncidamini, Chriſtus uobis nihil pro/
derit. Sicut ergo tu uis hic locum dare ſententiæ tuæ, ut uelis ſubintelligi niſi fallaciter,
ita non impudenter flagito,ut etiam nos illic intelligere ſinas eis dictum: Si circuncidami/
ni, qui propterea uolebant circuncidi,quod aliter ſe putabãt in Chriſto ſaluos eſſe nõ poſ/
ſe. Hoc ergo animo,hac uoluntate, iſta intentione quiſquis tunc circuncidebatur, Chriſtus
Gal.2 ei nihil omnino proderat. Sicut alibi aperte dicit: Nam ſi per legem iuſticia,ergo Chriſtus
gratis mortuus eſt? Hoc ergo declarat, & qd' ipſe cõmemoraſti: Euacuati eſtis à Chriſto,
qui in lege iuſtificamini,à gratia excidiſtis. Illos itaq; arguit qui ſe iuſtificari in lege crede/
bant,non qui legitima illa in eius honore,à quo mandata ſunt,obſeruabãt,intelligentes &
al. quia. *qua prænunciandæ ueritatis ratione mandata ſint,& quouſq; debeant perdurare. Vnde
eſt illud quod ait: Si ſpiritu ducimini,non adhuc eſtis ſub lege: unde uelut colligis appare/
re,qui ſub lege eſt,non diſpenſatiue,ut noſtros putas uoluiſſe maiores,ſed uere ut ego intel
ligo,cum ſpiritumſanctum non habere:magna mihi uidetur quæſtio,quid ſit eſſe ſub lege
ſic,quemadmodum Apoſtolus culpat. Neq; enim hoc eum propter circũciſionem arbitror
dicere,aut illa ſacrificia,quæ tũc facta à patribus,nũc à Chriſtianis nõ fiunt, & cætera huiuſ
modi,ſed hocipſum etiã qd' lex iubet: Non cõcupiſces,q; fatemur certe Chriſtianos debere
obſeruare

A obſeruare,atq; Euangelica maxime illuſtratione prædicari. Legem dicit eſſe ſanctã,& mandatum ſanctum, & iuſtum,& bonum. Deinde ſubiungit: Quod ergo bonum eſt,mihi ſactum eſt mors? Abſit,Sed peccatum ut appareat peccatum,per bonum mihi operatũ eſt mortem,ut fiat ſupra modum peccator aut peccatum,per mandatum. Quod autem hic dicit,peccatum per mandatum fieri ſupra modum,hoc alibi ait: Lex ſubintrauit ut abũdaret delictum. Vbi autem abundauit delictum, ſuperabũdauit & gratia. Et alibi,cum ſuperius de diſpẽſatione gratiæ loqueretur,quod ipſa iuſtificet,uelut interrogãs ait: Quid ergo lex? Atque huic interrogationi continuo reſpondit: Prænaricationis gratia poſita eſt,donec ueniret ſemen cui promiſſum eſt. Hos ergo damnabiliter dicit eſſe ſub lege, quos reos facit lex,non implentes legem, dum non intelligendo gratiæ beneficium ad facienda dei præcepta, quaſi de ſuis uiribus ſuperba elatione præſumunt. Plenitudo enim legis charitas. Charitas uero dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, non per noſipſos, ſed per ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis. Sed huic rei quantum ſatis eſt explicãdæ,prolixior fortaſſe & ſui proprij uoluminis ſermo debetur. Si ergo illud quod lex ait: Non concupiſces,ſi humana infirmitas gratia dei adiuta non fuerit,ſub ſe reum tenet,& præuaricatorem potius damnat, quàm liberat peccatorem, quanto magis illa quæ ſignificationis cauſa præcepta ſunt, circunciſio & cætera,quæ reuelatione gratiæ latius innoteſcente neceſſe fuerat aboleri, iuſtificare neminem poterant? Non tamen ideo fuerant tanquam diabolica gentium ſacrilegia fugienda,etiam cum ipſa gratia iam cœperat reuelari,quæ umbris talibus fuerat prænunciata: ſed permittenda paululum eis maxime qui ex illo populo cui data ſunt uenerant. Poſtea uero tanquam cum honore ſepulta ſunt, à Chriſtianis omnibus irreparabiliter deſerenda. Hoc autem quod dicis, non diſpenſatiue ut noſtri uoluere maiores, quid ſibi uult oro te? Aut enim hoc eſt quod ego appello officioſum mendacium, ut hæc diſpenſatio ſit officium uelut honeſte mentiendi: aut quid aliud ſit omnino non uideo,niſi forte addito nomine diſpenſationis fiat, ut mendacium non ſit mendacium. Quod ſi abſurdum eſt, cur ergo non aperte dicis officioſum mendacium defendẽdum, niſi forte nomen te mouet, quia non tam uſitatũ eſt in Eccleſiaſticis libris uocabulum officij, quod Ambroſius noſter non timuit, qui ſuos quoſdam libros utilium præceptionum plenos, de officijs uoluit appellare? An ſi officioſe mentiatur quiſque culpandus eſt, ſi diſpenſatiue approbandus? Rogo te mentiatur ubi legerit qui hoc putat, quia & in hoc magna quæſtio eſt, ſit ne aliquando mentiri uiri boni, immo uiri Chriſtiani, qualibus dictum eſt,Sit in ore ueſtro eſt eſt,non non, ut non ſub iudicio decidatis, Et qui cum fide audiunt: Perdes omnes qui loquuntur mendaciũ. Sed ut dixi & alia & magna quæſtio eſt: eligat quod uoluerit qui hoc exiſtimat ubi mentiatur, dum tamen à ſcribentibus autoribus ſanctarum ſcripturarum & maxime canonicarum, inconcuſſe credatur & defendatur omnino abeſſe mendacium: ne diſpenſatores Chriſti de quibus dictum eſt,Hic iam quæritur inter diſpenſatores, ut fidelis quis inueniatur,tanquam magnum aliquid ſibi fideliter didiciſſe uideantur,pro ueritatis diſpenſatione mentiri, cum ipſa fides, in Latino ſermone ab eo dicatur appellata, quia fit quod dicitur. Vbi autem fit quod dicitur,mentiendi utique non eſt locus. Fidelis igitur diſpenſator apoſtolus Paulus, proculdubio nobis exhibet in ſcribendo fidem, quia ueritatis diſpenſator erat,non falſitatis, Ac per hoc uerum ſcripſit uidiſſe ſe Petrum non recte ingrediẽtem ad ueritatem Euangelij, eiq; in faciem reſtitiſſe,quod gentes cogeret Iudaizare. Ipſe uero Petrus, quod à Paulo fiebat utiliter libertate charitatis, ſancta ac benigna pietate humilitatis accepit: atque ita rarius & ſanctius exemplũ poſteris præbuit,quo non dedignarentur, ſicubi forte recti tramitem reliquiſſent,etiam à poſterioribus corrigi, quàm Paulus,quo confidenter auderent etiam minores maioribus pro defendenda Euangelica ueritate ſalua fraterna charitate reſiſtere. Nam cum ſatius multo ſit à tenendo itinere in nullo quàm in aliquo declinare, multo eſt tamen mirabilius & laudabilius libenter accipere corrigentem, quàm audacter corrigere deuiantem. Eſt laus itaque iuſtæ libertatis

Rom.7.
Rom.5.
Galat.3.
Rom.13.
Rom.5.
Diſpenſatio.
Ambroſius.
Matth.5.
Pſal.5.
1.Cor.5.

bertatis in Paulo, & ſanctæ humilitatis in Petro: quæ quantum mihi pro modulo meo C
uidetur, magis fuerat aduerſus calumniantem Porphyrium defendenda, quàm ut ei da/
retur obtrectandi maior occaſio, qua multo mordacius criminaretur chriſtianos fallaciter
uel ſuas literas ſcribere, uel dei ſui ſacramẽta tractare. Flagitas à me ut aliquem ſaltẽ unum
oſtẽdam, cuius in hac re ſententiam ſim ſecutus, cum tu tam plures nominatim cõmemora
Immo non aſtruit. ueris, qui te in eo quod aſtruis, præceſſerunt, petens ut in eo, ſi te reprehendo errantem, pati
ar te errare cum talibus: quorum ego fateor, neminem legi, ſed cum ſint fermè ſex uel ſeptẽ,
horum quatuor autoritatem tu quoq; infringis, Nam Laodicenum, cuius nomen taces, de
eccleſia dicis nuper egreſſum, Alexandrum autem ueterem hæreticum: Origenem uero ac
Didymum, reprehenſos abs te lego in recentioribus opuſculis tuis, & non mediocriter, nec
de mediocribus quæſtionibus, quamuis Origenem mirabiliter ante laudaueris. Cum his
ergo errare puto quia nec teipſe patieris, quamuis hoc perinde dicatur, ac ſi in hac ſentẽtia
non errauerint. Nam quis eſt qui ſe uelit cum quolibet errare? Tres igitur reſtant, Euſebius
Emiſenus, Theodorus Heracleotes, & quem paulo poſt cõmemoras, Ioannes, qui dudum
in pontificali gradu Conſtantinopolitanã rexit Eccleſiam. Porrò ſi quæras uel recolas quid
hinc ſenſerit noſter Ambroſius, quid noſter itidem Cyprianus, inuenies fortaſſe nec nobis
defuiſſe, quos in eo quod aſſerimus ſequeremur: quanquam ſicut pauloante dixi, tantum/
modo ſcripturis canonicis hanc ingenuam debeam ſeruitutem, qua eas ſolas ita ſequar, ut
conſcriptores earum nihil in eis omnino erraſſe, nihil fallaciter poſuiſſe nõ dubitem. Proin/
de cum quæro tertium, ut tres etiam ego tribus opponam, poſſem quidem (ut arbitror) fa
cile reperire ſi multa legiſſem, uerũtamen ipſe mihi pro his omnibus, imò ſupra hos omnes
Apoſtolus Paulus occurrit. Ad ipſum confugio, ad ipſum omnes qui aliud ſentiunt littera/
libus ſuis tractatibus prouoco, ipſum interrogans interpello & requiro, in eo quod ſcriptũ
eſt ad Galatas, uidiſſe ſe Petrum nõ recte ingredientem ad ueritatem Euangelij, eiq; in fa/
Gal. 1 ciem propterea reſtitiſſe, quod illa ſimulatiõe gentes iudaizare cogebat. Vtrum uerum ſcri D
pſerit, an forte neſcio qua diſpenſatiua falſitate mentitus ſit: Et audio eum paulo ſuperius
in eiuſdem narrationis exordio, religioſa uoce mihi clamantem, Quæ autem ſcribo uobis,
ecce coram deo quia non mentior. Dent ueniam quilibet aliud opinantes, ego magis credo
tanto Apoſtolo in ſuis & pro ſuis litteris iuranti, quàm cuiquam doctiſſimo de alienis litte
ris diſputanti. Nec dici timeo ſic Paulum defendere, quod non ſimularit errorem Iudæo/
rum, ſed uere fuerit in errore: quoniam neq; ſimulabat errorem, qui libertate apoſtolica, ſi/
cut illi tempori congruebat, uetera illa ſacramenta, ubi opus erat agendo, commẽdabat ea,
non Satanæ uerſutia decipiendis hominibus, ſed dei prouidẽtia prænũciandis rebus futu/
ris prophetice conſtituta. Nec uere fuerat in errore Iudæorũ, qui nõ ſolum nouerat, ſed etiã
inſtanter & acriter prædicabat eos errare, qui putabant gentibus imponenda, uel iuſtifica/
tioni quorumcunque fidelium neceſſaria. Quod autem dixi eum factum Iudæis tanquam
Iudæum, & tanquam gentilem gentilibus, non mentientis aſtu, ſed compatientis affectu,
quemadmodum dixerim parum mihi uiſus es attendiſſe, immo ego fortaſſe non ſatis hoc
explanare potuerim. Neq; cm̃ hoc ideo dixi, quod miſericorditer illa ſimulauerit, ſed quia
ſic ea non ſimulauit, quæ faciebat ſimilia Iudæis, quemadmodum nec illa, quæ faciebat ſimi
lia gentibus, quæ tu quoq; commemoraſti, atq; in eo me quod nõ ingrate fateor adiuuiſti.
Cum enim abs te quæſiſſem in epiſtola mea, quomodo putetur, ideo factus Iudæis tanq;
Iudæus, quia fallaciter ſuſcepit ſacramẽta Iudæorum, cum & gentibus tanquam gentilis fa/
ctus ſit, nec tamen ſuſcepit fallaciter ſacrificia gentium: tu reſpõdiſti, in eo factum gentibus
tanq; gentilem, quod præputium receperit, quod indifferenter permiſerit ueſci cibis, quos
damnant Iudæi: Vbi ego quæro, utrum & hoc ſimulate fecerit? Quod ſi abſurdiſſimũ atq;
falſiſſimum eſt: Sic ergo & illa, in quibus Iudæorum conſuetudini congruebat libertate pru
denti, non neceſſitate ſeruili, aut quod eſt indignius diſpenſatione fallaci potius quàm fide/
li. Fidelibus enim & his qui cognouerunt ueritatem, ſicut ipſe teſtatur, niſi forte & hic fallit,
omnis

A omnis creatura dei bona est, & nihil abiiciendum, quod cum gratiarumactione accipitur. Ergo & ipsi Paulo non solum uiro,uerumetiã dispensatori maxime fideli,non solũ cognitori,uerumetiam doctori ueritatis,omnis utiq; in cibis creatura dei non simulate,sed uere bona erat.Cur igitur nihil simulate suscipiendo sacrorum ceremoniarumq; gentilium,sed de cibis & præputio uera sentiendo atq; docendo,tamen tanquam gentilis factus est gentibus,& non potuit fieri tanquã Iudæus Iudæis,nisi fallaciter suscipiendo sacramenta Iudæorum? Cur oleastro inserto seruauit dispensationis ueracẽ fidem,& naturalibus ramis, non extra sed in arbore cõstitutis,nescio quod dispensatoriæ simulationis uelamen obtendit? Cur factus tanquam gentilis gentibus,quod sentit docet,quod ait sentit: Factus autem tanq̃ Iudæus Iudæis,aliud in pectore claudit,aliud promit in uerbis,in factis,in scriptis? Sed absit hoc sapere. Vtrisq; enim debebat charitatem de corde puro & conscientia bona,& fide nõ ficta. Ac per hoc omnibus omnia factus est,ut omnes lucrifaceret, nõ mẽtientis astu,sed compatientis affectu,Id est,non omnia mala hominum fallaciter agendo, sed aliorũ omniũ malis omnibus,tanq̃ si sua essent,misericordis medicinæ diligentiã procurando. Cum itaq; illa testamenti ueteris sacramenta etiã sibi agẽda minime recusabat, non misericorditer fallebat,sed omnino nõ fallens,atq; hoc modo à domino deo illa usq; ad certi tẽporis dispensationẽ iussa esse cõmendans, à sacrilegis sacris gentiũ distinguebat. Tunc aũt nõ mẽtientis astu,sed cõpatientis affectu,Iudæis tanq̃ Iudæus fiebat,quãdo eos ab illo errore,quo uel in Christũ credere nolebant,uel per uetera sacerdotia sua ceremonias,umq; obseruatiões,se à peccatis posse mũdari fieriq; saluos existimabãt,sic liberare cupiebat,tanq̃ ipse illo errore teneretur,Diligẽs utiq; proximũ tanq̃ seipsum,& hæc aliis faciẽs, quæ sibi ab aliis fieri uellet,si hoc illi opus esset. Quod cum dns monuisset adiũxit:Hæc est etñ lex & prophetæ.Hunc cõpatientis affectũ,in eadẽ epistola ad Galatas præcipit dicens: Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto,uos qui spiritales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis,attẽdẽs teipsum ne & tu tẽteris.Vide si nõ dixit,fiere tanq̃ ille,ut illũ lucrifacias.Nõ utiq; ut ipsum delictũ fallaciter ageret,aut se id habere simularet,sed ut in alterius delicto,qd etiã sibi accidere posset,attẽderet,atq; ita alteri tãq̃ sibi ab altero uellet,misericorditer subueniret,hoc est,nõ mẽtientis astu,sed cõpatientis affectu:sic Iudæo,sic genti nõ erat, sed cõpatiendo quia esse potuisset,tanq̃ qui se hominẽ cogitaret,omnibus omnia factus est,ut omnes lucrifaceret. Teipsum si placet obsecro te paulisper intuere, teipsum inquam erga memetipsum & recole,uel si habes cõscripta relege uerba tua in illa epistola, quã mihi per fratrẽ nostrũ,iam collegã meũ Cyprianũ breuiorem misisti,q̃ ueraci, q̃ germano,q̃ pleno charitatis affectu,cum quædã me in te cõmisisse expostulasses grauiter subiunxisti,In hoc lædit amicitia,In hoc necessitudinis iura uiolãtur,ne uideamur certare pueriliter,& fautoribus inuicem, uel detractoribus nostris tribuere materiã cõtendendi. Hæc abs te uerba,nõ solũ ex animo dicta sentio,uerumetiã benigno animo ad cõsulendum mihi.Deniq; addis quod etiã si nõ adderes appareret,& dicis:Hæc scribo quia pure & Christiane diligere te cupio,nec quicquã in mea mente retinere qd̃ distet à labiis.O uir sancte, mihiq; (ut deus uidet animã meã) ueraci corde dilecte,hoc ipm qd̃ posuisti in literis tuis, qd̃ te mihi exhibuisse nõ dubito,hoc ipm omino apostolũ Paulũ credo exhibuisse in literis suis,nõ unicuilibet homini,sed Iudæis & Græcis,& omnibus gẽtibus filiis suis quos in Euangelio genuerat, & quos pariẽdos parturiebat, & deinde posterorũ tot milibus fideliũ Christianorũ, ppter quos illa memoriæ mãdabat epistola, ut nihil in sua mẽte retineret, quod distaret a labiis. Certe factus es etiã tu tanq̃ ego,nõ mẽtientis astu,sed cõpatientis affectu,cũ cogitares tam me nõ relinquẽdũ in ea culpa in quã me prolapsum existimasti, q̃ nec te uelles,si eo modo plapsus esses. Vnde agẽs gratias beneuolæ mẽti erga me tuæ, simul posco ut etiã mihi nõ succenseas,quod cum in opusculis tuis aliqua me mouerẽt,motum meũ intimaui tibi,Hoc erga me ab omnibus seruari uolẽs,quod erga te ipse seruaui,

Matth.22. Galat.6.

B

ut

ut quicquid improbandũ putant in ſcriptis meis,nec laudent ſubdolo pectore,nec ita re/ C
prehendant apud alios,ut taceant apud me,Hinc potius exiſtimans lædi amicitiam & ne
ceſſitudinis iura uiolari.Neſcio enim utrum Chriſtianæ amicitiæ putandæ ſint,in quibus
Terentius. magis ualet uulgare prouerbiũ:Obſequium amicos,ueritas odium parit,quàm eccleſiaſti
Prouerb. 27. cum:Fideliora ſunt uulnera amici,quàm uolũtaria oſcula inimici. Proinde chariſſimos no
ſtros qui noſtris laboribus ſynceriſſime fauent,hoc potius quanta poſſumus inſtantia do
ceamus,quo ſciant fieri poſſe,ut inter chariſſimos aliquid alterutro ſermone cõtradicatur,
nec tamen charitas ipſa minuatur, nec ueritas odium pariat,quæ debetur amicitiæ, ſiue il/
lud uerum ſit quod contradicitur,ſiue corde ueraci qualecunq; ſit dicitur,non retinendo in
mente quod diſtet à labijs.Credãt itaq; fratres noſtri familiares tui, quibus teſtimonium
perhibes quod ſint uaſa Chriſti,me inuito factum,nec mediocrem de hac re doloré ineſſe
cordi meo,quod literæ meæ prius in multorum manus uenerunt,quàm ad te ad quem ſcri
ptæ ſunt peruenire potuerunt.Quo autem modo id acciderit,& longum eſt enarrare,& ni
ſi fallor ſuperfluum, cum ſufficiat ſi quid mihi in hoc creditur, non eo factum animo quo
putatur,nec omnino meæ fuiſſe uoluntatis aut diſpoſitionis aut conſenſionis aut ſaltẽ co/
gnitionis ut fieret.Hoc ſi non credunt,quod teſte deo loquor, quid amplius faciam nõ ha/
beo.Ego tamen,abſit ut eos credam hæc tuæ ſanctitati,maleuola mente ſuggerere,ad ex/
citãdas inter nos inimicitias,quas miſericordia domini dei noſtri auertat à nobis, ſed ſine
ullo nocẽdi animo,facile de homine humana uitia ſuſpicari.Hoc enim me de illis æquum
eſt credere,ſi uaſa ſunt Chriſti,non in contumeliam,ſed in honorẽ facta & diſpoſita in do
mo magna à deo in opus bonum.Quod ſi poſt hanc atteſtationem meam,ſi in noticiam
corũ uenerit, facere uoluerint,q̃ non recte faciant,& tu uides.Quod ſanè ſcripſeram,nul/
lum me librum aduerſus te Romam miſiſſe,ideo ſcripſeram,quia & libri nomẽ,ab illa epi
ſtola diſcernebam. Vnde omnino neſcio quid aliud te audiſſe exiſtimaueram, nec Ro/ D
mam ipſam epiſtolam, ſed tibi miſerã,& aduerſus te nõ eſſe arbitrabar,quod ſynceritate
amicitiæ,ſiue ad admonendum,ſiue ad te,uel me abs te corrigendum feciſſe me noueram.
Exceptis autẽ familiaribus tuis,teipſum obſecro per gratiam qua redempti ſumus,ut quæ
cunq; tua bona quæ tibi pietate domini conceſſa ſunt, in literis meis poſui,non me exiſti/
mes inſidioſo blandiloquio poſuiſſe.Si quid autem in te peccaui,dimittas mihi. Nec illud
quod de te,neſcio cuius poëtæ factum, ineptius fortaſſe quàm literatius à me commemo/
ratũ eſt,amplius q̃ dixi,ad te trahas,cum continuo ſubiecerim non hoc ideo me dixiſſe,ut
oculos cordis reciperes,quos abſit unquam ut amiſeris,ſed ut aduerteres quos ſanos ac ui/
giles haberes.Propter ſolam ergo παλινῳδίαν,ſi aliquid ſcripſerimus,quod ſcripto poſterio
re deſtruere debeamus,imitandã, nõ propter Steſichori cæcitatẽ,quã cordi tuo nec tribui,
nec timui,attingendũ illud exiſtimaui,atq; identidẽ rogo,ut me fidẽter corrigas, ubi mihi
hoc opus eſſe perſpexeris,Quanquam enim ſecũdum honorum uocabula,quæ iam eccle/
ſiæ uſus obtinuit, epiſcopatus presbyterio maior ſit: tamen in multis rebus Auguſtinus
Hieronymo minor eſt,licet etiã à minore quolibet non ſit refugienda uel dedignanda cor
rectio. De interpretatiõe tua iam mihi perſuaſiſti,qua utilitate ſcripturas uolueris trãſfer
re de Hebræis, ut ſcilicet ea quæ à Iudæis prætermiſſa uel corrupta ſunt, proferres in me/
dium.Sed inſinuare digneris peto à quibus Iudæis,utrum ab eiſipſis qui ante aduentũ do
mini interpretati ſunt,& ſi ita eſt,quibus uel quo nam eorum:an ab iſtis poſterius, qui pro
pterea putari poſſunt,aliqua de codicibus Græcis uel ſubtraxiſſe uel in eis corrupiſſe,ne il/
lis teſtimonijs de Chriſtiana fide conuincerentur. Illi autẽ anteriores,cur hoc facere uolue/
rint,non inuenio. Deinde nobis mittas obſecro interpretationem tuam de Septuaginta,
quam te ædidiſſe neſciebam. Librum quoq; tuum cuius mentionẽ feciſti,de optimo gene/
re interpretandi,cupio legere,& adhuc noſſe quomodo coæquanda ſit in interprete peritia
linguarum,coniecturis eorum qui ſcripturas ediſſerẽdo pertractant,quos neceſſe eſt etiam
ſi rectæ atq; unius fidei fuerint,uarias parere in multorum locorum obſcuritate ſententias,
quamuis

A quamuis nequaquã ipſa uarietas ab eiuſdem fidei unitate diſcordet,Sicut etiam unus tra/ ctator ſecũdum eandem fidem,aliter atq; aliter eundem locum poteſt exponere, quia hoc eius obſcuritas patitur.Ideo autem deſidero interpretationem tuam de Septuaginta,ut & tanta Latinorum interpretum,qui qualeſcunq; hoc auſi ſunt,quãtum poſſumus imperitia careamus:& hi qui me inuidere putant utilibus laboribus tuis,tandẽ aliquando,ſi fieri po teſt,intelligant,propterea me nolle tuam ex Hebræo interpretationẽ in eccleſijs legi,ne con tra Septuaginta autoritatem,tãquam nouum aliquid proferẽtes,magno ſcandalo pertur/ bemus plebes Chriſti,quarum aures & corda illam interpretationem audire conſueuerũt, quæ etiam ab apoſtolis approbata eſt. Vnde illud apud Ionam uirgultum, ſi in Hebræo nec hedera eſt nec cucurbita,ſed neſcio quid aliud quod trunco ſuo nixum,nullis ſuſtentan dum adminiculis erigatur,mallem iam in omnibus Latinis cucurbitam legi.Non enim fru ſtra hoc puto Septuaginta poſuiſſe niſi quia & huic ſimile ſciebant. Satis me imò fortaſ/ ſe plus quàm ſatis,tribus epiſtolis tuis reſpondiſſe arbitror,quarum duas per Cyprianum accepi,unam per Firmũ.Reſcribe quod uiſum fuerit ad nos uel alios inſtruẽdos.Dabo au/ tem operam diligentiorem quantum me adiuuat dominus,ut litteræ quas ad te ſcribo pri us ad te perueniant,quàm ad quenquam à quo latius diſpergantur. Fateor enim, nec mihi hoc fieri uelle de tuis ad me,quod de meis ad te factum iuſtiſſime expoſtulas. Tamen pla/ ceat nobis inuicem nõ tantum charitas,uerum etiam libertas amicitiæ,ne apud me taceas, uel ego apud te quod in noſtris litteris uiciſſim nos mouet,eo ſcilicet animo,qui oculis dei in fraterna dilectione non diſplicet.Quod ſi inter nos fieri poſſe ſine ipſius dilectionis per/ nicioſa offenſione non putas,non fiat.Illa enim charitas quam tecum habere uellem profe cto maior eſt,ſed melior hæc minor quàm nulla eſt.

Auguſtinus Longiniano pagano philoſopho,prouocans illum ad ſcribẽdum quæ ſit optima ad felicitatem uia,indicans quæ ſit apud Chriſtianos. Epiſt. XX.

B LONGINIANO Auguſtinus. Solere aiunt quendam ueterũ dicere,qui bus ſatis perſuaſum eſſet,ut nihil mallẽt ſe eſſe quàm uiros bonos,his reliquã facilem eſſe doctrinã.Hæc ſentẽtia ſi rite recolo,Socratica eſt:longe antiquior prophetica præceſſerat,præcipiens hominibus breuiter & ſimul,non tantũ ut ſe nihil malint eſſe q̃ bonos,uerumetiã unde fiant boni.Diliges,inquit,dominũ deum tuũ *Matth.22.* ex toto corde tuo,& ex tota anima tua,& ex tota mente tua,& diliges proximũ tuũ tanq̃ teipſum.Hoc cui perſuaſum eſſet,nõ ei reliquam facilem,ſed eam totam eſſe doctrinã dun/ taxat utilem ac ſalubrem.Multæ enim doctrinæ ſunt,ſi tamen doctrinæ dicendæ ſunt,uel ſuperfluæ uel noxiæ. Veterum libris Chriſtus atteſtãs: In his,inquit,duobus præceptis to ta lex pendet & prophetæ.Proinde quia mihi uideor inſpexiſſe tãquam in ſpeculo ſermo/ cinationis tuæ,nihil te eſſe malle quàm uirum bonũ,deum quo nihil eſt melius, & unde hu manus animus haurit ut bonus ſit,quo nam modo colendũ credas, audeo percõtari, nam quod eum colẽdum credas,iam teneo.Quæro etiam quid de Chriſto ſentias.Quod enim eum non paruipendas aduerti:ſed utrum ea & ſola uia quæ ab illo demonſtrata eſt,ad ui/ tam beatam perueniri poſſe exiſtimes, & aliqua ex cauſa nõ eam negligas ire, ſed differas, an & aliam uel alias ad tam optimam & præ omnibus appetẽdam poſſeſſionem uias eſſe arbitreris,& aliquam earum iam te ingredi credas, noſſe cupio ut opinor non impudenter. Diligo enim te propter id quod ſupra dixi,meq̃ abs te diligi non temere exiſtimo,nec ul/ la de re alia inter eos qui ſe beneuole nouerunt,ſermo fructuoſior,uel impenditur, uel repo ſcitur,uel accipitur,uel recipitur,quàm unde boni beatiq̃ ſimus.

Longinianus Auguſtino ad id reſpondens iuxta Trimegiſtũ & Platonicos, per mi/ nores deos peruenirí ad ſummũ deũ,ſed non ſine ſacris purificatorijs Epiſt. XXI.

DOMINO uenerando & uere ac merito percolendo ſancto patri Auguſtino,Lon ginianus. Beatus ſum & relucẽtis puro uirtutis tuæ lumine admodũ illuſtra/ tus,qui dignũ me diuini tui affaminis honore cumulandũ eſſe duxiſti.Sed graue

mihi onus & difficillimam respondendi prouidentiam domine uenerande satis imponis, C
& præcipue tuis percunctationibus,& sub hoc tẽpore in talibus explicandis,per meæ opini
onis sententiã,id est à pagano homine:quæstionibus siquidem abundet,quod ex parte uel
iamdudũ inter nos conuenerit,uel nunc identidem litteris magis magisq; conueniat præce
ptis,non dicam tantum Socraticis,nec tuis Romanorum uir uere optime propheticis, aut
paucis Hierosolymiticis,sed etiam orpheicis atq; ageticis,& trimegisticis:longe ante illis an
tiquioribus & penè rudibus adhuc seculis,diis autoribus enatis,& toti orbi terræ certis limi
tibus partiti trifariam diuinitus ostensis: Priusq; nomen aut Europa caperet,aut Asia acci
peret,aut Libya possideret,uirum bonũ ut tu mediusfidius & eris & fuisti. Siquidẽ adhuc
post hominũ memoriã,nisi Xenophontis figmentis compositæ fabulæ schema concedas,
adhuc audierim,legerim,uiderim neminem,aut certe post unum nullũ,quod deo teste,bo
no periculo cerṫoque dixerim,nisi te,deum conniti semper agnoscere, & posse puritatẽ ani
mi corporisq; proiecta grauedine sectari facillime,& spe perfectæ conscientiæ non dubia cre
dulitate tenere. Verum qua uia effici possit magis est ut tu non nescias,& mihi non insinua
to extrinsecus aliquo disseras,q; ut à me domine percolẽde scias. Qua tunc fateor huius bo
ni in sedem profecturus sufficiens,ut mea expetunt sacerdotia,minime necdum,& si tamen
potuero,uiaticum colligo. Verum quid traditum sancte atq; antiquitus teneam atque cu
stodiam ut potuero paucis edicam. Via est in deum melior qua uir bonus,piis puris,iustis,
castis,ueris dictis factisq; suis,sine ulla tẽporũ mutatorũ captata iactatiõe probatus,& de
orũ comitatu uallatus,dei utiq; potestatib. emeritus,id est eius unius & uniuersi & incõpre
hensibilis & ineffabilis infatigabilisq; creatoris impletus uirtutibus:Quod (ut uerum est)an
gelos dicitis,uel quid alterum post deum uel cum deo,aut à deo, aut in deum intentiõe ani
mi mentisq; ire festinat. Via est inquam qua purgati antiquorum sacrorum piis præceptis
exp ationibusq; purissimis & obscœnis obseruationibus decocti,anima & corpore constã
tes deproperant. De Christo autẽ tuæ iam credulitatis carnali & spiritu dei,per quem in il D
lũ summũ beatum uirum & patrem omnium ire securus es domine pater percolende,non
audeo nec ualeo quid sentiã exprimere, quia quod nescio difficillimum credo definire. Ve
autem me cultorem tuarum uirtutum,dignatus es iam olim scienti insinuare,quod diligas,
satis ad bonæ uitæ testimonium habeo, q; cum ne tibi displiceam, qui deo per te animãq;
tuam quotidie insinuas custodio, intelligis proculdubio q; & ego te delectabiliter diligã,
cum tui iudicij de me habiti normam lineamq; accipiens teneam. Sed ante omnia quæso
te,ut exiguæ opinioni meæ ueniam concedas, & sermoni meo ad te,quia coegisti, remisso
forte incongruo facile indulgeas,& me quid de his existimes, uel tu quid sentias, sanctis,
scriptis tuis, ut ille ait, iam non melle sed nectare dulcioribus, si mereor informare di
gneris. Dei pietate perfruaris domine pater, ac perpetua sanctitate deo placeas quod ne
cesse est.

Augustinus Longiniano,cætera probans,hoc tantum explanari quærens,quur pu
tarit opus sacrificijs ei,qui iam diuinis uirtutibus sit circumuallatus. Epist. XXII.

LONGINIANO Augustinus. Cepi fructum scripti mei, rescriptum sci
licet beneuolentiæ tuæ. Vnde iam uideo exortũ & exorsum inter nos magnæ
hac de re magna disputationis quasi sementẽ,hoc est quod uolebã prius, de
inde quod adhuc uolo,deus adiuuabit. Id autem est ut hoc cœptum debito ac
salubri fine claudatur. Proinde quod de Christo nihil temere tibi uel negandum uel affir
mandum putasti,hoc in pagani animo temperamentum non inuitus acceperim. Quod ue
ro etiam scriptis meis doceri te cupis de hac re,nequaq; abnuam neq; desistam huic tã bo
næ mihiq; charissimæ seruire uoluntati tuæ. Sed prius opus est eliquare,quomodo recipiã
sententiam tuam de antiquis sacris. Cum enim dixisses eam uiam in deum esse meliorem,
qua uir bonus,pijs,iustis,puris,castis,ueris dictis factisq; sine ulla temporum mutatorum
captata iactatiõe probatus,& deorum comitatu uallatus,dei utiq; potestatibus emeritus,
id est

A id est,eius unius & uniuersi & incomprehensibilis & infatigabilis,ineffabilisq; creatoris ad impletus uirtutibus, quos ut uerum est angelos dicitis, uel quid alterum post deum uel à deo uel cum deo, in deum intentione animi mentisq; ire festinat. Quæ uerba ex epistola tua recognoscis,cum addidisti & aisti: Via est,inquam,qua purgati antiquorum sacrorũ piis præceptis, expiationibusq; purissimis,& obscœnis obseruationibus decocti,anima & corpore cõstantes deproperant. In his uerbis sentio,ni fallor,uideri tibi non sufficere ad uiã qua itur ad deum, uti uir bonus, pijs,iustis,puris,castis, ueris,dictis factisq; promereatur deos, quorum comitatu uallatus in illum summũ deum omnium creatorẽ ire festinet, nisi etiam sacrorũ antiquorum piis præceptis expiationibusq; purgetur. Quamobrem uelim scire quid arbitreris esse per sacra purgandum,in eo qui pie,iuste,pure,ueraciterq; uiuendo promeretur deos,& per eos unum illum deorũ deum. Si enim adhuc sacris purgandus est, utiq; mundus non est,& si mundus non est,pie,iuste,pure,casteq; nõ uiuit. Si enim iam ita uiuit,iam mundus est. Porrò iam mundum atq; purũ, quid opus est sacris expiando purgari? Itaq; hic nodus est disputatiõis nostræ,quo soluto cõsequentia uidebimus: Viuat ne homo bene ut sacris purgetur? An sacris purgetur ut bene uiuat? An ipse quantuscunq; bene uiuendi in homine modus nondum sit idoneus ad beatam uitam quæ ex deo capitur, nisi accedant adiumenta sacrorum? An bene uiuendi quædam uelut portio sit etiam sacra percipere,scilicet ut nõ aliud sit bene uiuere, aliud sacrate uiuere, sed bene uiuẽdi terminus etiam sacrata uita claudatur. Horum quatuor quæ proposui,quod potissimũ probes,quæso te litteris aperire non pigeat. Plurimũ quippe interest ad id quod suscepimus inter nos colloquendo peragere,ne cum multa non necessaria,tanquam ea sentias quæ forte nõ sentis,refellere molior,tempus necessarium in superfluis insumatur. Onerare te itaq; epistolæ nolui,ut te cito rescribente cætera contexamus.

B Augustinus Bonifacio episcopo,respondẽs qui fiat ut infantibus in baptismo prosit parẽtum fides,quum post baptismũ non noceat illis parentũ impietas, Deinde quomodo susceptores in baptismo respondeant illos credere, quum paruuli reuera non credant, & incertum sit,an sint credituri. Epistola XXIII.

BONIFACIO coepiscopo,Augustinus in domino salutẽ. Quæris à me utrũ parentes baptizatis paruulis suis noceant,cum eos dæmoniorum sacrificijs sanare conantur. Et si non nocent,quomodo eis prosit cum baptizantur parentum fides,quorum eis non potest obesse perfidia. Vbi respõdeo tantam illius sacramenti,hoc est baptismi salutaris,esse uirtutem in sancta compage corporis Christi,ut semel generatus per aliorum carnalẽ uoluptatem, cum semel regeneratus fuerit,per aliorũ spiritalem uolũtatem,deinceps nõ possit uinculo alienæ iniquitatis obstringi, cui nulla sua uoluntate cõsentit. Et anima enim patris mea est,inquit,& anima filij mea est: Anima quæ peccauerit ipsa morietur: nõ autem peccat ipsa,cum parentes ei omnino nescienti,uel quilibet alius adhibet sacrilegia dæmoniorũ. Sed ideo ex Adã traxit,quod sacraméti illius gratia solueretur, quia nondũ erat anima separatim uiuens,id est,altera anima de qua dicere tur: Et anima patris mea est,& anima filij mea est. Iam itaq; cum homo in seipso est,ab eo qui genuit alter effectus,peccato alterius sine sua cõsensione non tenetur obnoxius. Traxit ergo reatum,quia unus erat cum illo & in illo à quo traxit,quando quod traxit admissum est. Nõ autẽ trahit alter ab altero, quãdo sua unoquoq; propria uita uiuente iam est unde dicatur: Anima quæ peccauerit ipsa morietur. Vt autẽ possit regenerari per officiũ uoluntatis alienæ, cum offertur cõsecrandus, facit hoc unus spiritus ex quo regeneratur oblatus. Non enim scriptum est: Nisi quis renatus fuerit ex parentum uoluntate,aut ex offerẽtium uel ministrantium fide,sed nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu. Aqua igitur exhibens forinsecus sacramẽtum gratiæ,& spiritus operans intrinsecus beneficium gratiæ,soluẽs uinculum culpæ, reconcilians bonum naturæ, regenerat hominem in uno Christo, ex uno Adam generatum. Regenerans ergo spiritus in maioribus offerentibus,& paruulo oblato

De conse. dis. 4. quæris.

Ezech. 18.

1. q. 4. iam itaq;.

Ioan. 3.

renatoq; communis est, Ideo per hanc societatem unius eiusdemq; spiritus prodest offerē C.
tium uoluntas paruulo oblato. Quando autem in paruulum maiores peccant, offerentes
eum atq; obligare conantes dæmonum sacrilegis uinculis, non est anima utrorumq; cómu
nis, ut etiam culpam possint habere communem. Non enim sic cómunicatur culpa per alte
rius uoluntatem, quemadmodum communicatur gratia per sanctiſpiritus unitatē. Potest
enim & in hoc & in illo homine esse unus spiritussanctus, etiam si inuicem nesciant, per quē
fit utriusq; gratia communis. Non autem potest spiritus hominis esse & huius & illius,
per quē peccante altero, & altero non peccante, sit tamen culpa cómunis. Ac per hoc potest
paruulus semel ex parentum carne generatus, dei spiritu regenerari, ut & illius obligatio có
tracta soluatur. Non potest autem semel dei spiritu regeneratus ex parentum carne rege/
nerari, ut obligatio quæ soluta est iterum cótrahatur. Et ideo semel perceptā paruulus Chri
sti gratiam, non amittit nisi propria impietate, si ætatis accessu tam malus euaserit. Tunc e/
nim etiam propria incipiet habere peccata, quæ non regeneratione auferantur, sed alia cu/
ratione sanentur. Veruntamen recte dicunt parentes, uel quicunque maiores, filios seu quo
slibet paruulos baptizatos dæmoniorum sacrilegijs obligare conantes, spiritaliter homici/
dæ. Nam in illis quidem interfectionem non faciunt, sed quantum in ipsis est interfecto/
res fiunt. Rectéque illis dicitur, quando ab hoc scelere prohibentur, Nolite occidere par/
1. Thes. 4. 5. uulos uestros. Dicit enim & Apostolus: Spiritum nolite extinguere, non quia ille extin/
gui potest: sed quantum in ipsis est, extinctores eius merito dicuntur qui sic agunt ut extin
Cyprianus excusatur. ctum uelint. Isto sensu recte intelligi potest, quod scripsit beatus Cyprianus in epistola de
lapsis, cū eos qui tēpore persecutionis idolis immolauerant arguens, At ne quid deesset, in/
quit, ad criminis cumulum, infantes quoque parentum manibus impositi uel attracti, ami
serunt paruuli, quod in primo statim natiuitatis exordio fuerant consecuti. Amiserunt di/
xit, quantum attinuit ad illorum scelus à quibus amittere coacti sunt. Amiserunt in eo/
rum mente ac uoluntate, qui in illos tantum facinus commiserunt. Nam si in seipsis ami/ D
sissent, remansissent utique diuina sententia sine ulla defensione damnandi. Quod si san/
ctus Cyprianus arbitraretur, non eorum defensionem continuo subijceret dicens: Nónne il/
li cum iudicij dies uenerit dicent, Nos nihil fecimus, nec derelicto cibo & poculo domini,
Etiam infantibus dabatur Eucharistia. ad prophana contagia sponte properauimus: perdidit nos aliena perfidia, parentes sensi/
mus parricidas. Illi nobis ecclesiam matrem, illi patrem deum negauerunt, ut dum parui
& improuidi & tanti facinoris ignari per alios ad consortium criminis iungimur, aliena
fraude caperemur. Hanc defensionem non subnecteret, nisi iustissimam crederet, & in dei
iudicio paruulis profuturam. Si enim uere dicitur: Nos nihil fecimus, anima quæ non
peccauerit, ipsa cur morietur? nec illi peribunt sub dei iusto iudicio, quos parentes suo
scelere, quantum ad seipsos attinet, perdiderunt. Illud uero quod in eadem commemora/
tur epistola, quandam paruulam turbatis in fugam parentibus, nutrici derelictam, atq; ab
eadem nutrice dæmonum sacrilegijs impactam, postea in ecclesia illatam sibi eucharisti/
am miris motibus respuisse: Ideo mihi uidetur diuinitus factum, ne maiores putarent ni
hil se in paruulos in illa iniquitate peccare, sed potius intelligerent, per illum significan/
tem quodammodo gestum corporis eorum qui loqui non poterant, se mirabiliter admo/
neri quid ipsi facere deberent, qui post tantum illud nefas sacramentis salutaribus irrue/
bant, unde se utique pœnitendo abstinere deberent. Nec cum tale aliquid diuina proui/
dentia per infantulos agit, ipsos id agere scientia uel ratione credendum est. Neque enim
quia cuiusdam prophetæ dementiam deus uoluit, etiam asina loquente coercere, ideo
admiranda est asinorum sapientia. Porrò si per animal irrationale sonuit aliquid homi/
ni simillimum, quod miraculo diuino non cordi asinino tribuendum sit, Ita potuit omni
potens per infantis animam, non ubi ratio nulla erat, sed ubi adhuc sopita erat, gestu cor/
poris eius ostendere, quid illi qui & in se & in paruulos suos peccauerant, curare debe/
rent. Cæterum cum infans non redeat in parentem, ut cum illo & in illo unus homo sit,
sed

De con. dis. 4 ca. quæris.

A ſed omnino alter ſit,habens carnẽ ſuam & animam ſuã, Anima quæ peccauerit ipſa morietur.Nec illud te moueat quod quidam non ea fide ad baptiſmum percipiendũ paruulos ferunt,ut gratia ſpiritali ad uitam regenerentur æternã,ſed q̃ eos putant hoc remedio temporalem retinere uel recipere ſanitatẽ.Non enim propterea illi non regenerantur, quia nõ ab iſtis hac intentione offeruntur.Celebrant᷑ enim per eos neceſſaria miniſteria.Filios aũt ſeu quoſlibet paruulos,dæmoniorũ ſacrilegijs obligare conantes, ſpiritaliter ſunt homicidæ.Nam in illis quidẽ interfectionẽ non faciunt,ſed quantũ in ipſis eſt, interfectores fiũt. Et recte illis dicit᷑ quãdo ab hoc ſcelere prohibent᷑, Nolite occidere paruulos ueſtros. Nõ aũt recte his dicitur:Nolite uerba ſacramentorum,ſine quibus conſecrari paruulus nõ poteſt,recitare.Spiritus aũt ille ſanctus qui habitat in ſanctis,ex quibus una illa colũba dargentata charitatis igne conflatur,agit quod agit etiam per ſeruitutem, aliquando nõ ſolũ ſimpliciter ignorantium, uerũetiam dãnabiliter indignorum. Offeruntur quippe paruuli ad percipiendã ſpiritalem gratiam,non tam ab eis quorum geſtantur manibus, quamuis & ab ipſis ſi & ipſi boni fideles ſunt,q̃ ab uniuerſa ſocietate ſanctorum atq̃ fidelium. Ab omnibus nanq̃ offerri recte intelliguntur, quibus placet quod offeruntur, & quorũ ſancta atq̃ indiuidua charitate ad cõmunicationem ſanctiſpiritus adiuuãtur. Tota hoc ergo mater eccleſia quæ in ſanctis eſt facit,quia tota omnes,tota ſingulos parit. Nã ſi Chriſtiani baptiſmi ſacramentũ quod unum atq̃ idipſum eſt,etiam apud hæreticos ualet & ſuffi cit ad conſecrationem,q̃uis ad uitæ æternæ participationem non ſufficiat,quæ cõſecratio reum quidem facit hæreticum extra domini gregem habentem dominicum characterem, corrigendum tamen admonet ſana doctrina,non iterum ſimiliter conſecrandum:quanto potius in catholica eccleſia etiam per ſtipulæ miniſterium frumenta purganda portantur, ut ad maſſæ ſocietatem mediante area perducãtur.Illud autem nolo te fallat, ut exiſtimes

B reatus uinculum ex Adã tractum, aliter non poſſe dirumpi niſi paruuli ad percipiendam Chriſti gratiam à parentibus offerantur. Sic enim ſcribens dicis,ut ſicut parentes fuerunt autores ad eorum pœnam,per fidem parentum identidem iuſtificentur,cum uideas multos non offerri à parentibus,ſed etiam à quibuſlibet extraneis, ſicut à dominis ſeruuli aliquando offeruntur.Et nonnunq̃ mortuis parentibus ſuis,paruuli baptizantur ab eis oblati qui illis huiuſmodi miſericordiam præbere potuerunt. Aliquando etiam quos crudeliter parentes expoſuerunt,nutriendos à quibuslibet,nonnunq̃ à ſacris uirginibus colligun tur,& ab eis offeruntur ad baptiſmum. Quæ certe proprios filios non habuerũt ullos, nec habere diſponunt:ac per hoc nihil aliud hic fieri uides, niſi quod in euãgelio ſcriptum eſt, cum dominus interrogaſſet,quis illi à latronibus ſauciato,& ſemiuiuo in uia derelicto proximus fuiſſet.Reſpõſum eſt enim,Qui in illum fecit miſericordiam.Difficillimã ſanè quæſtionem tibi propoſuiſſe uiſus es,in extremo inquiſitionis tuæ,ea uidelicet intentione quæ ſoles uehementer cauere mendacium. Si conſtituam inquis ante te paruulum,& interrogem, utrum cum creuerit futurus ſit caſtus, uel fur non ſit futurus,ſine dubio reſpondebis,neſcio.Et utrum in eadem paruula ætate conſtitutus, cogitet aliquid boni uel mali,dices,neſcio.Si itaq̃ de moribus eius futuris nihil audes certi promittere, & de eius præſenti cogitatione,quid eſt illud quod quando ad baptiſmum offeruntur, pro eis parentes tanq̃ fidei doctores reſpondent,& dicunt illos facere,quod illa ætas cogitare non poteſt, aut ſi poteſt occultum eſt? Interrogamus enim eos à quibus offeruntur,& dicimus,credit in deum,de illa ætate quæ utrum ſit deus ignoret:reſpondẽt,credit,& ad cætera ſic reſpondetur ſingula quæ geruntur. Vnde miror parentes in iſtis rebus,tam fidenter pro paruulo reſpõdere,ut dicant eum tanta bona facere quæ ad horam qua baptizatur, baptizator interrogat,tñ eadem hora ſi ſubĳciã:erit caſtus qui baptizatur aut non erit fur, neſcio utrũ audet dicere aliquis,aliquid horum erit aut non erit,ſicut mihi ſine dubitatione reſpondet, q̃ credat in deum & q̃ ſe conuertat ad deũ.Deinde ſcripta tua concludens,adiungis & dicis.Ad iſtas ergo quæſtiones peto breuiter reſpondere digneris, ita ut non mihi de conſuetudine

De conſe. diſ. 4. queris.

Societas ſanctorum.

Character.

Lucæ 10.

Suſceptorum fideiuſſio.

præscribas,sed rationem reddas. His litteris tuis lectis & relectis,& quãtum temporis angu C
Nebridius. stiæ sinebãt consideratis,recordatus sum Nebridium amicum meum,qui cum esset rerũ ob-
scurarum ad doctrinam pietatis maxime pertinentium diligentissimus & acerrimus inquisi
tor,ualde oderat de quæstione magna responsionẽ breuem.Et quisquis hoc popposcisset, a-
gerrime ferebat, eumq; si eius persona pateretur, uultu indignabundus & uoce cohibebat,
indignum deputans qui talia quæreret, cum de re tanta,tam multa dici possent deberétq;,
nesciret.Sed ego tibi non similiter,ut solebat ille, succenseo. Es enim episcopus multis curis
occupatus ut ego. Vnde nec tibi facile uacat prolixum aliquid legere, nec mihi scribere:Nã
ille tunc adolescens qui talia breuiter uolebat audire,& multa in nostra sermocinatióe quæ
De cons. dis. rebat,ab ocioso quærebat ociosus. Tu uero cogitans nunc, quis & à quo ista flagites,breui
4. quæris. ter de re tanta respondere me iubes.Ecce facio quãtum possum,dominus adiuuet,ut quod
postulas possim.Nempe sæpe ita loquimur,ut pascha propinquante dicamus,crastinã uel
perendinam domini passionem,cum ille ante tam multos annos passus sit,nec omnino ni-
si semel illa passio facta sit.Nempe ipso die dominico dicimus: Hodie dominus resurrexit,
cum ex quo resurrexit tot anni transierunt.Cur nemo tam ineptus est, ut nos ita loquentes
arguat esse mentitos, nisi quia istos dies secundum illorum quibus hæc gesta sunt similitu-
dinem nuncupamus, ut dicatur ipse dies qui non est ipse, sed reuolutione temporis similis
eius:& dicatur illo die fieri, propter sacramenti celebrationem, quod non illo die, sed iam
Eucharistia. olim factum est? Nónne semel immolatus est Christus in seipso, & tamen in sacramento
non solum per omnes paschæ solennitates,sed omni die populis immolatur,nec utiq; men
titur qui interrogatus eum responderit immolari? Si enim sacramenta quandam similitu-
dinem earum rerum quarũ sacramenta sunt non haberent,omnino sacramenta non essent.
Ex hac autem similitudine plerunq; etiam ipsarum rerum nomina accipiunt. Sicut ergo
4. sen. dis. 6. secundum quendam modum sacramentum corporis Christi corpus Christi est,sacramen-
si uero. tum sanguinis Christi sanguis Christi est,ita sacramentũ fidei fides est. Nihil est aũt aliud D
4. sent. distin. credere,q; fidem habere. Ac per hoc cum respõdetur paruulus credere,qui fidei nondũ ha
4. ca. nec tan. bet affectum,respondetur fidem habere propter fidei sacramentum,& conuertere se ad de
um propter conuersionis sacramentum, quia & ipsa responsio ad celebrationem pertinet
Roma. 6. sacramenti.Sicut de ipso baptismo apostolus:Cõsepulti inquit sumus Christo per bapti-
mum in mortem.Non ait,sepulturam significamus, sed prorsus ait,consepulti sumus. Sa-
De conse. dis. cramentum ergo tantæ rei non nisi eiusdem rei uocabulo nuncupauit.Itaq; paruulum, &si
4. nihil est. nondum fides illa quæ in credentium uoluntate consistit,iam tamen ipsius fidei sacramen-
tum fidelem facit. Nam sicut credere respondetur, ita etiam fidelis uocatur, non rem ipsa
mente annuendo, sed ipsius rei sacramentum percipiendo. Cum autem homo sapere cœ-
De conse. dis. perit,non illud sacramentum repetit sed intelligit, eiusq; ueritati consona etiam uoluntate
4. quæris. coaptabitur.Hoc quamdiu non potest,ualebit sacramentum ad eius tutelam aduersus con
trarias potestates:& tantum ualebit ut si ante rationis usum ex hac uita emigrauerit, per i-
psum sacramentum commendante ecclesiæ charitate, ab illa condemnatione quæ per unũ
hominem intrauit in mundum,Christiano adiutorio liberetur. Hoc qui non credit & fieri
non posse arbitratur,profecto infidelis est,& si habeat fidei sacramentum: longeq; melior
Obex. est ille paruulus, qui etiam si fidem nondum habeat in cogitatione, non ei tamen obicem
contrariæ cogitationis opponit, unde sacramẽtum eius salubriter percipit. Respondi sicut
existimo quæstionibus tuis, quãtum attinet ad minus capaces & ad contentiosos nó satis,
quantum ad pacatos & intelligentes plus forte quàm sat est.Nec tibi ad excusationem me
am obieci firmissimam consuetudinem, sed saluberrimæ consuetudinis reddidi quam po-
tui rationem.

Hieronymus Augustino & Alipio, Aduersus Hieronymi libros quos scripsit con-
tra Pelagianos, rescripserat Anianus quidam Diaconus, hortatur itaq; Augustinũ,
ut ipse potius illi respondeat. Ep. XXIIII.

Dominis uere

A DOMINIS uere ſanctis atq; omni affectione aciure uenerandis, Alipio & Auguſtino epiſcopis, Hieronymus in Chriſto ſalutem. Sanctus Innocentius presbyter qui huius ſermonis eſt portitor, anno præterito quaſi nequaquam in Africam reuerſurus, mea ad dignationem ueſtram ſcripta non ſumpſit. Tamẽ deo gratias agimus, quod ita euenit ut noſtrum ſilentium ueſtris epiſtolis uinceretis. Mihi enim omnis occaſio gratiſſima eſt per quam ſcribo ueſtræ reuerentiæ, teſtẽ inuocans deũ, q; ſi poſſet fieri, aſſumptis alis columbæ, ueſtris amplexibus implicarer: ſemper quidem pro merito uirtutum ueſtrarum, ſed nũc maxime quia cooperatoribus & autoribus uobis hæreſis celeſtina iugũlata eſt: quæ ita infecit corda multorum, ut cum ſuperatos damnatosque eſſe ſe ſentiant, tamen uenena mentium non omittãt, & quod ſolum poſſunt nos oderint, per quos putant ſe libertatem docendæ hæreſeos perdidiſſe. Quod autem quæritis utrum reſcripſerim contra libros Anniani pſeudodiaconi Celedenſis, qui copioſiſſime paſcitur ut alienæ blaſphemiæ uerba friuola ſubminiſtret, ſciatis me ipſos libros in ſchedulis miſſos à ſancto fratre Euſebio presbytero ſuſcepiſſe, nõ ante multum temporis, & exinde uel ingruentibus morbis uel dormitione ſanctæ & uenerabilis filiæ ueſtræ Euſtochiũ ita doluiſſe, ut propemodũ contemnendos putarem. In eodẽ eñ luto hæſitat, & exceptis uerbis tinnulis atq; emendicatis nihil aliud loquitur. Tamen multum egimus, ut dum epiſtolæ meæ reſpõdere conaẽ, apertius ſe proderet, & blaſphemias ſuas omnibus patefaceret. Quicquid enim in illa miſerabili ſynodo dioſpolitana dixiſſe ſe denegat, in hoc opere profitetur, nec grande eſt ineptiſſimis nænijs reſpondere. Si autem dominus uitam tribuerit, & notariorũ habuerimus copiam, paucis lucubratiunculis reſpondebimus, non ut conuincamus hæreſim emortuam, ſed ut imperitiam atq; blaſphemiam eius noſtris ſermonibus confutemus. Meliuſq; hoc faceret ſanctitas ueſtra, ne compellamur contra hæreticum noſtra laudare. Sancti filij communes Albina Pinianus & Melania plurimum uos ſalutant. Has litterulas de
B ſancta Bethleem ſancto presbytero Innocentio dedi perferendas. Neptis ueſtra Paula miſerabiliter precatur, ut memores eius ſitis, & multum uos ſalutat. Incolumes uos & memores mei domini noſtri Ieſu Chriſti tueatur clementia, domini uere ſancti atque omni affectione uenerabiles patres.

Celeſtini ijdẽ qui pelagiani

Euſtochij mors.

Hieronymus Auguſti. gratulans illi quod hæreticorum omniũ meruerit odium, quod quidẽ gaudet ſibi cum illo eſſe cõmune. De donatiſtis potiſſimũ ſentit. Ep. XXV.

DOMINO ſancto ac beatiſſimo papæ Auguſtino, Hieronymus. Omni quidem tempore beatitudinem tuam eo quo decet honore ueneratus ſum, & habitantem in te dilexi dominum ſaluatorem, ſed nunc ſi fieri poteſt cumulo aliquid addimus & plena complemus, ut abſq; tui nominis mentione ne unam quidem horam præterire patiamur, qui contra flantes uentos ardore fidei perſtitiſti, maluiſtiq;, quantum in te fuit, ſolus liberari de Sodomis, q; cum pereuntibus commorari. Scit quid dicã prudẽtia tua. Macte uirtute in orbe celebraris, catholici te conditorẽ antiquæ rurſum fidei uenerantẽ, atq; ſuſpiciunt: & quod ſignũ maioris gloriæ eſt, oẽs hæretici deteſtãtur: & me pari perſequuntẽ odio, ut quos gladijs nequeũt, uoto interficiãt. Incolumẽ & mei memorẽ te Chriſti domini clementia tueatur domine uenerãde & beatiſſime papa.

Hieronymus Auguſt. per ænigma ſignificans illi Romam eſſe captam à Gotthis, nec tamen agnoſcere manum dei, ſed accerſitis auxilijs, moliri rebellionem. Ep. XXVI.

MVLTI utroq; claudicant pede, & ne fractis quidem ceruicibus inclinantur, habentes affectum erroris priſtini, cum prædicandi eandem non habeãt libertatem. Sancti fratres qui cum noſtra ſunt paruitate, præcipue ſanctæ ac uenerabiles filiæ tuæ ſuppliciter te ſalutant. Fratres tuos dominum meũ Alipium, & dominum meum Euodium, ut meo nomine ſalutes, precor coronam tuam. Capta Hierũſalem tenetur à Nabuchodonoſor, nec Hieremiæ uult audire cõſilia, quin potius Ægyptũ deſiderat ut moriatur in Taphnes, & ibi ſeruitute pereat ſempiterna.

Hieronymus Marcellino & Anapſychiæ,exponēs diuerſas & ueterum & recētium ſententias de origine animarum,hortans ut reliqua petant ab Auguſtino,indicansq; quibus ipſe ſit occupatus ſtudijs. Epiſtola XXVII.

DOMINIS uere ſanctis atq; omni officiorū charitate uenerandis filijs Marcellino & Anapſychiæ,Hieronymus in Chriſto ſalutem. Tandem ex Aphrica ueſtræ literas unanimitatis accepi,& nō me pœnitet impudentiæ,qua tacentibus uobis epiſtolas meas frequenter ingeſſi, ut reſcriptum uererer,& uos eſſe ſoſpites non alijs nunciātibus,ſed ueſtro potiſſimum ſermone cognoſcerem. Super animæ ſtatu memini ueſtræ quæſtiunculæ,imò maxime eccleſiaſticæ quæſtionis: Vtrum lapſa de cœlo ſit,ut Pythagoras philoſophus,omnesq; Platonici,& Origenes putant,anima,An à propria dei ſubſtantia,ut Stoici,Manichæus & Hiſpaniæ Priſcilliani hæreſes ſuſpicantur, An in theſauro habeantur dei olim conditæ,ut quidam eccleſiaſtici ſtulta perſuaſione confidunt. An quotidie à deo fiant,& mittātur in corpora,ſecundum illud quod in Euangelio ſcriptum eſt: Pater meus uſq; modo operatur,& ego operor. An certe ex traduce,ut Tertullianus, Apollinaris,& maxima pars occidentalium autumant, ut quomodo corpus ex corpore,ſic anima naſcatur ex anima,& ſimili cum brutis animantibus conditione ſubſiſtant. Super quo quid mihi uideatur, in opuſculis contra Ruffinum ſcripſiſſe me noui aduerſus eum libellū,quē ſanctæ memoriæ Anaſtaſio epiſcopo Romanæ eccleſiæ edidit, In quo lubrica & ſubdola,imò ſtulta confeſſione,dum auditorum ſimplicitati illudere nititur,ſuæ fidei,imò perfidiæ illuſit,quos libros reor ſanctū parentem ueſtrum habere Oceanū, Olim enim editi ſunt multis Ruffini libris aduerſus calumnias reſpondentes. Certe habes ibi uirum ſanctum & eruditum Auguſtinum epiſcopum, qui uiua,ut aiunt,uoce docere te potuolui,& ſponſionem creberrimā ſtudioſis lectoribus reddere,ſed in ipſo dictandi exordio, rit,& ſuam,imò per ſe noſtram explicare ſententiam. Et Ezechiēlis uolumen olim aggredi ita animus meus occidentalium prouinciarū,& maxime urbis Romanæ uaſtatione conſuſus eſt,ut iuxta uulgare prouerbium,proprium quoq; ignorarem uocabulum, diúq; tacui, ſciens tempus eſſe lachrymarum. Hoc autem anno cum tres explicaſſem libros,ſubitus impetus barbarorum,de quibus tuus dicit Vergilius: Latéq; uagantes Barcæi, & ſancta ſcriptura de Iſmahel: contra faciem omnium fratrum ſuorum habitabit, ſic Ægypti limitem, Palæſtinæ,Phœnices,Syriæ percurrit inſtar torrentis cuncta ſecum trahens, ut uix manus eorum miſericordia Chriſti potuerimus euadere. Quod ſi iuxta inclytum oratorē ſilentio, ter arma leges,quanto magis ſtudia ſcripturarum,quæ & librorum multitudine & ſilentio, ac librariorum ſedulitate, quodq; proprium eſt ſecuritate & ocio dictantium indigēt: Duos itaq; libros miſi ſanctæ filiæ meæ Fabiolæ,quorum exempla ſi uolueris, ab ipſa poteris mutuari. Pro anguſtia quippe temporis alios deſcribere nō potui,quos cum legeris & ueſtibula uideris,facilis coniectura erit, qualis ipſa ſit futura domus. Sed credo in dei miſericordia qui nos adiuuit in difficilimo principio ſupradicti operis,quod ipſe adiuuet & in penultimis prophetæ partibus,in quibus Gog & Magog bella narrant,& in extremis in quibus ſacratiſſimi & inexplicabilis templi ædificatio,uarietas menſuráq; deſcribitur. Sanctus frater noſter Oceanus cui uos cupitis commendari, tantus & talis eſt, & ſic eruditus in lege domini,ut abſq; noſtro rogatu inſtruere uos poſſit, & noſtrā ſuper cunctis quæſtionibus ſcripturarum pro modulo communis ingenij explicare ſententiam. Incolumes uos & prolixa ætate florentes, Chriſtus deus noſter tueatur omnipotens domini uere ſancti.

Animæ è cœlo lapſæ.

Ioan. 5.

Tertullianus.

Apollinaris.

Virgilius.

Cicero.

Auguſtinus Hieronymo,recenſens uarias de animarum origine ſententias,cupit doceri quæ potiſſimum tenenda ſit,aduerſus Pelagianos. Epiſt. XXVIII.

DEVM noſtrum qui nos uocauit in ſuum regnum & gloriam,& rogaui & rogo,ut hoc quod ad te ſcribo ſancte frater Hieronyme, cōſulens te de his quæ neſcio,fructuoſum eſſe nobis uelit. Quāquam enim te multo q̄ ego ſum ætate maiorem, tamen etiā ipſe iam ſenex conſulo: ſed ad diſcendum quod opus eſt, nulla mihi ætas ſera uideri

A uideri poteſt, quia & ſi ſenes magis decet docere q̄ diſcere, magis tamē diſcere quàm quid doceāt ignorare. Nihil equidem moleſtius fero in omnibus anguſtijs meis quas patior in difficillimis quæſtionibus, quàm in tam longinqua tuæ charitatis abſentia, ut uix poſſim meas dare, uel recipere litteras tuas, per interualla non dierum, non menſium, ſed aliquot annorum, cū ſi fieri poſſet, quotidie præſentem te habere uellem, cum quo loquerer quic/quid uellem. Nec ideo tamen non debui facere quod potui, ſi non potui totum quod uo/lui. Ecce uenit ad me religioſus iuuenis, catholica pace frater, ætate filius, honore cōpresby/ter noſter Oroſius, uigil ingenio, paratus eloquio, flagrans ſtudio, utile uas in domo domi/ni eſſe deſiderans, ad refellendas falſas pernicioſaſq; doctrinas, quæ animas Hiſpanorum multo infelicius quàm corpora barbaricus gladius trucidarunt. Nam inde ad nos uſq; ab oceani litore properauit, fama excitus, quod à me poſſet de his quæ ſcire uellet quicquid uellet audire. Neq; nullum cœpit aduentus ſui fructum. Primo ne de me multū famæ cre/deret. Deinde docui hominem quod potui, quod autem non potui, unde diſcere poſſet ad/monui, atq; ut ad te iret hortatus ſum. Qua in re conſilium uel præceptum meum cum libē/ter & obedienter acciperet, rogaui eum ut abs te ueniēs, per nos ad propria remearet. Quā/eius pollicitationem tenens, occaſionem mihi credidi à domino eſſe conceſſam, qua tibi ſcri/berem de his quæ per te ſcire cupio. Quærebam enim quem ad te mitterem, nec mihi facile occurrebat idoneus & fide agendi, & alacritate obediendi, & exercitatione peregrinandi. Vbi ergo iſtum iuuenem expertus ſum, eumipſum eſſe qualem à domino petebam, dubi/tare non potui. Accipe igitur quæ mihi peto aperiri, ac diſſerere non graueris. Quæſtio de anima multos mouet, in quibus & me eſſe confiteor. Nam quid de anima firmiſſime tene/am non tacebo. Deinde ſubiungam, quid mihi adhuc expediri uelim. Anima hominis im/mortalis eſt, ſecundum quendam modum ſuum. Non enim omnimodo ſicut deus, de quo B dictum eſt, quia ſolus habet immortalitatem. Nam de animæ mortibus ſancta ſcriptura multa commemorat. Vnde illud eſt: Sine mortuos ſepelire mortuos ſuos. Sed q̄ ita mori/tur alienata à uita dei, ut tamen in natura ſua uiuere non omnino deſiſtat: ita mortalis ex/aliqua cauſa inuenitur, ut etiam immortalis non ſine ratione dicatur. Non eſt pars dei ani/ma. Si enim hoc eſſet, omnino incommutabilis atq; incorruptibilis eſſet. Quod ſi eſſet, nec deficeret in deterius, nec proficeret in melius: nec aliquid in ſemetipſa uel inciperet habere quod non habebat, uel deſineret habere quod habebat, quātum ad eius ipſius affectiones pertinet. Quàm uero aliter ſe habeat, non opus eſt extrinſecus teſtimōio, quiſquis ſeipſum aduertit, agnoſcit. Fruſtra autem dicitur ab eis qui animam dei partem eſſe uolūt, hāc eius labem ac turpitudinem quam uidemus in nequiſſimis hominibus, hanc denique infirmi/tatem & ægritudinem quam ſentimus in omnibus hominibus, non ex ipſa illi eſſe ſed ex corpore. Quid intereſt unde ægrotet, quæ ſi eſſet incommutabilis aliquo modo, undelibet ægrotare non poſſet. Nam quod uere incommutabile & incorruptibile eſt, nullius rei ac/ceſſu commutari uel corrumpi poteſt. Alioquin non Achillea tantum, ſicut fabulæ ferunt, ſed omnis caro eſſet inuulnerabilis, ſi nullus ei caſus accidiſſet. Non eſt itaq; natura incom/mutabilis, quæ aliquo modo, aliqua cauſa, aliqua parte mutabilis eſt. Deum autem nefas eſt, niſi uere ſummeq; incommutabilem credere. Non eſt igitur anima pars dei. Incorpo/ream quoque eſſe animam, & ſi difficile tardioribus perſuaderi poteſt, mihi tamen fa/teor eſſe perſuaſum. Sed ne uerbi controuerſiam uel ſuperfluo faciam uel merito patiar, quoniam cum de re conſtat, non eſt opus certare de nomine, ſi corpus eſt, omnis ſubſtan/tia uel eſſentia, uel ſi quid aptius nuncupatur id quod aliquo modo eſt in ſeipſo, corpus eſt anima. Item ſi eam ſolam incoream placet appellare naturam, quæ ſumme incommu/tabilis & ubiq; tota eſt, corpus eſt anima, quoniam tale aliquid ipſa non eſt. Porrò ſi cor/pus non eſt, niſi quod per loci ſpacium aliqua longitudine, latitudine, altitudine ita ſiſti/tur uel mouet, ut maiore ſui parte maiorem locum occupet, & breuiore breuiorē, minusq; ſit in parte quàm in toto, non eſt corpus anima. Per totum quippe corpus quod animat,

Diuiſio epiſtolæ.

Solus deus uere immortalis

Anima nō eſt pars dei.

Achilles inuulnerabilis.

Anima incorporea.

non

non locali diffusione,sed quadam uitali intentione porrigitur. Nam per omnes eius par/ C
ticulas tota simul adest,nec minor in minoribus,& in maioribus maior,sed alicubi intenti/
us,alicubi remissius,& in omnibus tota,& in singulis tota est. Neq; enim aliter quod in cor
pore etiam non toto sentit, tamen tota sentit. Nam cum exiguo puncto in carne uiua ali/
quid tangitur,quamuis locus ille non solum totius corporis non sit, sed uix in corpore uide
atur,animam tamen totam non latet:neq; id quod sentitur per corporis cuncta discurrit,
sed ibi tantum sentitur ubi sit. Vnde ergo ad totam mox peruenit, quod non in toto sit,ni
si quia & ibi tota est ubi sit,nec ut tota ibi sit cætera deserit. Viuunt enim & illa ea præsen/
te,ubi nihil tale factum est. Quod si fieret & utrunq; simul fieret, simul utrunq; totam pari
ter non lateret. Proinde & in omnibus simul & in singulis particulis corporis sui,tota simul
esse non posset, si per illas ita diffunderetur, ut uidemus corpora diffusa per spacia loco/
rum,minoribus suis partibus minora occupare, & amplioribus ampliora. Quapropter si
anima corpus esse dicenda est,non est certe corpus quale terrenum est, nec quale humidũ,
aut aereum,aut æthereum. Omnia quippe talia maiora sunt in maioribus locis,& minora
in minoribus, & nihil eorum in aliqua sui parte totum adest, sed ut sunt partes locorum,
ita occupantur partibus corporum. Vnde intelligitur anima siue corpus siue incorporea di
cenda sit, propriam quandam habere naturam, omnibus his mundanæ molis elementis
excellentiore substantia creatam, quæ ueraciter non possit in aliqua phantasia corporali/
um imaginum quas per carnis sensus percipimus cogitari, sed mente intelligi,uitáque sen/
al' proinde. tiri. Nec hæc* perinde loquor, ut te quæ tibi nota sunt doceam,sed ut aperiam quid firmis
sime de anima teneam, ne me quisquam cum ad ea uenero quæ requiro, nihil de anima
Anima sua culpa lapsa sola dei miseri/ cordia libera tur. uel scientia uel fide tenere arbitretur. Certus etiam sum animam nulla dei culpa, nulla dei
necessitate uel sua, sed propria uoluntate in peccatum esse collapsam: nec liberari posse de
corpore mortis huius uel suæ uoluntatis uirtute tanquam sibi ad hoc sufficiente, uel ipsius D
corporis morte,sed gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum: nec omnino esse
animam ullam in genere humano, cui non sit necessarius ad liberationem mediator dei &
hominum homo Christus Iesus. Quæcunque autem sine gratia mediatoris & sacramen/
to eius in qualibet corporis ætate de corpore exierit, & in pœnam futuram & in ultimo iu/
Ad pœnam damni. dicio recepturam corpus* ad pœnam. Si autem post generationem humanam quæ facta
est ex Adam, regeneretur in Christo, ad eius pertinens societatem, & requiem post mor/
tem corporis habituram, & corpus ad gloriam recepturam. Hæc sunc quæ de anima fir/
missime teneo. Nunc accipe quæso quid requiram, & noli me spernere, ne te spernat qui
Animæ reatus unde. pro nobis dignatus est sperni. Quæro ubi contraxerit anima reatum, quo trahatur in con/
demnationem, etiam infantis morte præuenti, si ei per sacramentum quo etiam paruuli
baptizantur,Christi gratia non subuenerit. Non enim es ex illis qui modo noua quædam
Pelagiũ notat garrire cœperunt,dicentes nullum reatum esse ex Adam tractum,qui per baptismum in in
fante soluatur. Quod te sapere si scirem, immo nisi te id non sapere scirem, nequaquam
hoc abs te quærerem aut quærendum putarem. Sed quia tenemus de hac re sententiam tu
al' qua am concinentem catholicæ fundatissimæ fidei,* quia & Iouiniani uaniloquia redarguens,
adhibuisti testimonium ex libro Iob, Nemo mundus in conspectu tuo, nec infans cu/
Iob. 15. ius est diei unius uita super terram, Deinde subiunxisti, Tenemúrque rei in similitudinem
præuaricationis Adæ, Et liber tuus in Ionam prophetam satis hoc insigniter dilucidéq;
declarat, ubi ieiunare paruulos propter ipsum originale peccatum, merito coactos esse
dixisti: non inconuenienter abs te quæro, hunc reatum anima ubi contraxerit, unde o/
Lib. 3. de lib. arbi. porteat eam etiam in illa ætate per sacramentum Christianæ gratiæ liberari. Ego quidem
ante aliquot annos cum libros quosdam scriberem de libero arbitrio, qui in multorum
manus exierunt, & nunc habentur à plurimis, quatuor opiniones de animæ incar/
natione, Vtrum ex illa una quæ primo homini data est cæteræ propagentur: An
singulis quibusque nouæ etiam modo fiant: An alicubi iam existentes uel mittan/
tur diui

A tur diuinitus,uel ſponte labantur in corpora,ita putaui eſſe tractandas,ut quælibet earum uera eſſet,non impediret intentionem meam qua tunc aduerſus eos quātis poterā uiribus agebam,qui naturam mali ſuo principio præditā,aduerſus deum conantur inducere,id eſt contra Manichæos.Nam de priſcillianiſtis adhuc nihil audieram qui non multum ab iſtis diſſimiles blaſphemias fabulantur.Ideo quintam opinionem non addidi,quam in tua epiſtola inter cæteras commemoraſti,ne aliquam præterires,ubi de hac quæſtione interrogāti,reſcripſiſti religioſæ memoriæ uiro nobiſq; in Chriſti charitate gratiſſimo Marcellino,q; anima nō ſit pars dei.Primo,qa nō de incarnatiōe eius ſed de natura quæritur cū hoc quæriē.Deinde quia hic hoc ſentiunt illi contra quos agebam, & id maxime agebam, ut creatoris inculpabilem inuiolabilémq; naturā à creaturæ uitijs & labe ſecernerem, cū illi à ſubſtantia mali cui proprium principium principeſq; tribuunt,ipſam boni dei ſubſtantiam ex parte qua capta eſt corruptam & oppreſſam & ad peccandi neceſſitatem perductam eſſe contendunt.Hoc itaq; excepto hæreticæ opiniōis errore,ex quatuor reliquis opinionibus, quæ nam ſit eligenda ſcire deſidero. Quæcunq; enim eligenda eſt,abſit ut impugnet hanc fidem de qua certi ſumus,omni animæ etiam paruuli infantis neceſſariam eſſe liberationē ex obligatione peccati,eámq; nullam eſſe niſi per Ieſum Chriſtum & hūc crucifixum. Pro inde ne longum faciamus,hoc certe ſentis quod ſingulas animas ſingulis naſcentibus etiā modo deus faciat.Cui ſententiæ ne obijciatur quod omnes creaturas ſexto die conſummauerit deus,& ſeptimo die requieuerit,adhibes teſtimonium ex euangelio: Pater meus uſq; nunc operatur & ego operor.Sic enim ad Marcellinum ſcripſiſti: In qua epiſtola etiā meī cōmemorationem beniuolentiſſime facere dignatus es, quod hic me haberet in Africa,qui ei ipſam facilius poſſem explicare ſententiā. Quod ſi potuiſſem,nō ille hoc abs te tā longe poſito inquireret,ſi tamen id tibi ex Africa ſcripſit.Nam quando ſcripſerit neſcio,tantū ſcio q; de hoc bene cognouerit cunctationem meam. Vnde me inconſulto facere uoluit,quāq; B etiam ſi conſuleret magis hortarer,& gratias agerem q; nobis conferre omnibus poſſet,niſi tu breuiter reſcribere q; reſpondere maluiſſes.Credo ne ſuperfluo laborares ubi ego eſſem quem putabas id optime ſcire quod ille quæſiuerat.Ecce uolo ut illa ſentētia etiam mea ſit, ſed nondum eſſe confirmo.Miſiſti ad me diſcipulos,ut ea docerem quæ nondum ipſe didici,Doce ergo quod doceam.Nam ut doceam multi à me flagitant,eiſq; me ſicut alia multa ſe dicunt: Tu es magiſter in Iſrael & hæc ignoras? Quod quidem dominus ei dixit qui erat unus illorum quos delectabat uocari rabbi.Vnde etiam ad uerum magiſtrum nocte uenerat, quia fortaſſis erubeſcebat diſcere,qui docere conſueuerat: me autem potius magiſtrū audire,quàm uelut magiſtrum delectat audiri. Recolo enim quid dixerit eis quos præ cæteris elegit, Vos autē inquit nolite uocari ab hominibus rabbi, unus enim eſt magiſter uester Chriſtus.Nec alius docuit Moyſen per Ietro, nec alius Cornelium etiam per priorem Petrum,nec alius Petrum etiam per poſteriorem Paulum. A quocunq; enim uerum dicitur, illo donante dicitur qui eſt ipſa ueritas.Quid ſi ideo adhuc iſta neſcimus,& ea neq; orādo, neq; legendo, neq; cogitando & ratiocinando inuenire potuimus, ut probemur non ſolū indoctos quanta charitate doceamus,uerum à doctis etiam quanta humilitate diſcamus? Doce ergo quæſo quod doceam, doce quod teneam, & dic mihi ſi animæ ſingillatim in ſingulis naſcentibus fiunt, ubi in paruulis peccent,ut indigeāt in ſacramento Chriſti remiſſione peccati, peccantes in Adam, ex quo caro eſt propagata peccati, Aut ſi non peccant, qua iuſticia creatoris ita peccato obligantur alieno,cum exinde propagatis membris mortalibus inſeruntur,ut eas niſi per eccleſiam ſubuentum fuerit, damnatio conſequatur, cum in earum poteſtate non ſit,ut eis poſſit gratia baptiſmi ſubueniri. Tot igitur animarum milia quæ in mortibus paruulorum ſine indulgentia Chriſtiani ſacramenti de corporibus exeunt,qua æquitate damnantur,ſi nouæ creatæ nullo ſuo præcedente peccato,ſed uoluntate creatoris ſingulæ ſingulis naſcentibus adhæſerunt, quibus eas animādis ille creauit & dedit, qui

Quælibet pro quæcunq; ita frequenter loquitur.

Singulorū animæ ſingulæ. Ioan.5.

Ioan.3.

Matth.23.

Argumentū Pelagianorū.

dit,qui utiq; nouerat quod unaquæq; earum nulla sua culpa sine baptismo Christi de cor C
pore fuerat exitura? Quoniam igitur neq; de deo possumus dicere,quod uel cogat animas
fieri peccatrices,uel puniat innocentes,neq; negare fas nobis est, eas quæ sine Christi sacra/
mento de corporibus exierint,etiam paruulorum nõ nisi in damnationem trahi, Obsecro
te quomodo hæc opinio defenditur,qua creduntur animæ non ex illa una primi hominis
fieri omnes,sed sicut illa una uni,ita singulis singulæ? Ea uero quæ dicuntur alia contra hãc
Gen.2. opinionem,facile puto me posse refellere,sicuti est illud, quo eam sibi quidam uidentur ur/
gere,quomodo consummauerit deus omnia opera sua sexto die,& septimo requieuit, si no
Ioan.5. uas adhuc animas creat? Quibus si dixerimus quod ex euãgelio in supradicta epistola po/
suisti:Pater meus usq; nunc operatur,Respondẽt,operatur,dictũ est institutas adminístrã/
do, non nouas instituendo naturas, ne scripturæ geneseos contradicatur, ubi apertissi/
me legitur consummasse deum omnia opera sua.Nam & quod eum scriptum est requieuis
se,utiq; à creandis nouis creaturis intelligendum est, non à gubernandis,quia tunc ea quæ
non erant fecit,à quibus faciendis requieuit:quia consummauerat omnia quæ anteq; essent
uidit esse facienda,ut deinceps non ea quæ non erant,sed ex his quæ iam erant crearet & fa
ceret quicquid faceret.Ita utrunq; uerum esse monstratur, & quod dictum est,usq; nunc operatur,quoniam Genesi non potest euange
operibus suis,& quod dictum est,requieuit ab
lium esse contrarium. Verum his qui hæc ideo dicunt,ne credatur modo deus,sicut illam u/
nam nouas animas quæ non erant facere,sed ex illa una quæ iam erat eas creare,uel ex fon
te aliquo siue thesauro quodam quem tunc fecit, eas mitttere,facile respondetur, etiam illis
sex diebus multa deum creasse ex his naturis quas iam creauerat,sicut ex aquis alites & pi/
sces,ex terra autem arbores,fœnum,animalia:sed q; ea quæ non erant tunc fecerit,manife/
stum est.Nulla enim erat auis,nullus piscis,nulla arbor,nullum animal: & bene intelligitur
ab his creatis requieuisse quæ non erant,& creata sunt,id est cessasse,ne ultra quæ non erant D
Animarum fons. crearent. Sed nunc q; dicitur animas nõ in(nescio quo)fonte iam existentes mittere,nec de
seipso tanq; suas particulas irrorare, nec de illa una originaliter trahere, nec pro delictis
ante carnem commissis carneis uinculis compedire,sed nouas creare singulas singulis suam
cuiq; nascenti,non aliquid facere dicitur quod ante non fecerat. Iam enim sexto die fecerat
hominem ad imaginem suam,quod utiq; secundum animam rationalem feciſſe intelligit.
Hoc & nunc facit, non instituendo quod non erat sed multiplicando quod erat. Vnde &
illud uerum est quod à rebus quæ non erant instituendis requieuit,Et hoc uerum est q; non
solum gubernando quæ fecit,uerum etiam aliquid nõ quod nondum, sed quod iam crea/
uerat numerosius creando usq; nũc operatur. Vel sic ergo uel alio modo quolibet eximus
ab eo quod nobis obijcitur de requie dei ab operibus suis,ne propterea non credamus nũc
Anima quur datur mox morituris. usq; fieri animas nouas,nõ ex illa una,sed sicut illam unam.Nam q; dicitur,quare facit ani/
mas eis quos nouit cito morituros? Possumus respondere, parentum hinc peccata uel con/
uinci uel flagellari. Possumus etiam recte illius moderationi ista relinquere, quem scimus
Vniuersi con/ centus. omnibus temporaliter transeuntibus rebus,ubi sunt etiam animalium ortus & obitus,cur/
sum ornatissimum atq; ordinatissimum dare, sed nos ista sentire non posse, quæ si sentire/
Est apud Esa. cap. 40. mus delectatione ineffabili mulceremur.Non enim frustra per prophetam qui hæc diuini
Iuxta ædi. 70 ὁ ἐκφέρων κατὰριθμὸν ἡ κόσμον αὐτῶ. tus inspirata didicerat,dictum est de deo. Qui profert numerose seculum. Vnde musica id
est scientia sensusue bene modulandi, ad admonitionem magnæ rei, etiam mortalibus ra/
tionales habentibus animas dei largitate concessa est. Vnde si homo faciendi carminis
artifex,nouit quas quibus moras uocibus tribuat,ut illud quod canitur decedentibus ac suc
cedentibus sonis pulcherrime currat ac transeat: quantomagis deus cuius sapientia per
quam fecit omnia,longe omnibus artibus præferenda est, nulla in naturis nascentibus &
occidentibus temporum spacia, quæ tanquam syllabæ ac uerba ad particulas huius seculi
pertinent, in hoc labentium rerum tanquam mirabili cantico, uel breuius, uel producti/
us,quàm modulatio præcognita & præfinita deposcit,præterire permittit? Hoc cum e/
tiam de

A tiam de arboris folio dixerim,& de noſtrorum numero capillorum, quanto magis de hominis ortu & occaſu,cuius temporalis uita breuius productiúſue non tenditur quàm deus diſpoſitor temporum nouit uniuerſitatis moderamini conſonare? Id etiam quod aiunt: Omne quod in tempore cœpit eſſe,immortale eſſe non poſſe, quia omnia orta occidũt,& aucta ſeneſcunt,ut eo modo credi cogãt animum humanum ideo eſſe immortalem, quod ante omnia tempora ſit creatus,nõ mouet fidem noſtram. Vt enim alia taceam, cœpit eſſe in tempore immortalitas carnis Chriſti,quæ tamen iam non moritur, & mors ei ultra non dominabitur. Illud uero quod in libro aduerſus Ruffinum poſuiſti,quoſdam huic ſententiæ calumniari,quod deum dare animas adulterinis cõceptibus uideatur indignum, unde conãtur aſtruere meritis geſtæ ante carnem uitæ,animas quaſi ad ergaſtula huiuſmodi iuſte poſſe perduci,nõ me mouet multa cogitantem,quibus hæc poſſit calumnia refutari. Et quod ipſe reſpondiſti,non eſſe uitium ſementis in tritico quod furto dicitur eſſe ſublatum, ſed in eo qui frumenta furatus eſt,nec idcirco terram non debuiſſe gremio ſuo ſemina conſouere,quia ſator immunda ea proiecerit manu,elegantiſſima ſimilitudo eſt. Quam & antecẽp legerem nullas mihi obiectio iſta de adulterinis fœtibus in hac quæſtione faciebat angustias,generaliter intuenti multa bona deum facere etiam de noſtris malis, noſtriſcẽp peccatis. Animalis autem cuiuſcunq; creatio,ſi habeat pium prudentemcẽp conſideratorem,in effabilem laudem creatori excitat,quanto magis creatio non cuiuſlibet animalis, ſed hominis? Si autem cauſa creandi quæritur, nulla citius & melius reſpondetur, niſi quia omnis creatura dei bona eſt. Et quid dignius,quàm ut bona faciat bonus deus, quæ nemo poteſt facere niſi deus? Hæc & alia quæ poſſum,ſicut poſſum dico aduerſus eos qui hanc opinionem qua creduntur animæ ſicut illa una ſingulis fieri labefactare conãtur. Sed cum ad pœnas uentum eſt paruulorum,magnis mihi crede coartor anguſtijs, nec quid reſpondeam prorſus inuenio, non ſolum eas pœnas dico quas habet poſt hanc uitam illa damnatio, B quò neceſſe eſt trahantur ſi de corpore exierint ſine Chriſtianæ gratiæ ſacramento,ſed eas ipſas quæ in hac uita dolentibus nobis uerſantur ante oculos,quas enumerare ſi uelim,prius tempus quàm exempla deficient. Langueſcunt ægritudinibus,torquentur doloribus, fame & ſiti cruciantur,debilitantur membris,priuantur ſenſibus,uexantur ab immundis ſpiritibus. Demonſtrandum eſt utiq; quomodo iſta ſine ulla ſua mala cauſa iuſte patiantur. Non enim dici fas eſt,aut iſta ignorante deo fieri,aut eum non poſſe reſiſtere facientibus, aut iniuſte iſta uel facere uel permittere. Nunquid nam ſicut illa animalia irrationabilia recte dicimus in uſus dari naturis excellentioribus,& ſi uitioſis,ſicut apertiſſime in euangelio uidemus,porcos ad uſum deſideratum conceſſos eſſe dæmonibus,hoc & de homine recte poſſumus dicere? Animal eſt enim ſed rationale &ſi mortale: Anima eſt rationalis in illis membris,quæ tantis afflictionibus pœnas luit. Deus bonus eſt, deus iuſtus eſt, deus omnipotens eſt, hoc dubitare omnino dementis eſt. Tantorum ergo malorum quæ fiunt in paruulis,cauſa iuſta dicatur. Nempe cum maiores ita patiuntur, ſolemus dicere, aut ſicut in Iob merita examinari, aut ſicut in Herode peccata puniri. Et de quibuſdam exemplis quæ deus manifeſta eſſe uoluit, alia quæ obſcura ſunt hominum coniectare conceditur, ſed hoc in maioribus. De paruulis autem quid reſpondeamus ediſſere,ſi pœnis tantis nulla in eis ſunt punienda peccata. Nam utiq; nulla eſt in illis ætatibus examinanda iuſtitia. De ingeniorum uero diuerſitate quid dicam,quæ quidem in paruulis latet,ſed ab ipſis exordijs naturalibus ducta, apparet in grandibus, quorum nonnulli tam tardi & obliuioſi ſunt,ut ne prima quidem diſcere litterarum elementa potuerint,Quidam uero tantæ ſunt fatuitatis,ut non multum à pecoribus differant,quos Moriones uulgo uocant. Reſponde tur fortaſſe,corpora hoc faciunt. Sed nunquid ſecundum hanc ſententiam quam defendi uolumus,anima ſibi corpus elegit, & in eligendo cum falleretur errauit? Aut cum in corpus cogeretur intrare neceſſitate naſcendi, alia corpora præoccupantibus animarum turbis,ipſa aliud non inuenit? Et ſicut in ſpectaculo aliquo locum, ita carnem non quam uo-

Platonis ſententia.

Matth.8

luit,ſed quam ualuit occupauit? Nunquid hæc & talia uel dicere poſſumus uel ſentire de/ C
bemus? Doce igitur quid ſentire,quid dicere debeamus,ut conſtet nobis ratio nouarum
animarum ſingillatimq; factarum ſingulis corporibus. Ego quidem non de ingenijs, ſed
ſaltem de pœnis paruulorum quas in hac uita patiuntur, dixi aliquid in libris illis de libe/
Lib.3. de libero arbitrio. ro arbitrio. Quod quale ſit,& cur mihi in iſta quam habemus in manibus quæſtione non
ſufficiat,intimabo,& eum ipſum de tertio libro locum ſecerptum his literis inferam. Nam
ita ſe habet. De cruciatibus autem corporis quibus affliguntur paruuli, quorum per æta/
tem nulla peccata ſunt,ſi animæ quibus animantur,non priuſquam ipſi homines eſſe cœ/
perunt,maior querela & quaſi miſericors depromi ſolet,cum dicitur,quid mali fecerunt ut
al's quiſq; iſta paterentur? Quaſi poſſit eſſe meritum innocẽtiæ,antequam *quiſquã nocere aliquid
poſſit. Cum autem boni aliquid operatur deus in emendatione maiorum, cum paruulo/
rum ſuorum qui eis chari ſunt doloribus ac mortibus flagellantur,cur iſta non fiant,quan
do cum tranſierint, pro non factis erunt in quibus facta ſunt: Propter quos autem facta
ſunt, aut meliores erunt ſi temporalibus incommodis emendati, rectius elegerint uiuere,
aut excuſationem in futuri iudicij ſupplicio non habebunt, ſi uitæ huius angoribus, ad æ/
ternam uitam deſiderium conuertere noluerint? Quis autem nouit,quid paruulis de quo
rum cruciatibus duricia maiorum contunditur,aut exercetur fides, aut miſericordia proba
tur, Quis inquam ergo nouit quid ipſis paruulis in ſecreto iudiciorum ſuorum bonæ com
penſationis reſeruet deus? Quoniam quanquam nihil recte fecerint, tamen nec peccantes
aliquid iſta perpeſſi ſunt. Non enim fruſtra etiam infantes illos, qui cum dominus noſter
Ieſus Chriſtus necandus ab Herode quæreretur,occiſi ſunt,in honore martyrum receptos
commendat eccleſia. Hæc tunc dixi,cum hanc ipſam de qua nunc agitur uellem commu/
nire ſententiam. Sicut enim pauloante commemoraui,quæcunq; illarum de animæ incar/
natione quatuor opinionum uera eſſet, inculpatam ſubſtantiam creatoris & à noſtrorum
peccatorum ſocietate remotiſſimam nitebar oſtendere. Et ideo quæcunq; illarum ueritate D
poſſet conuinci & repudiari,ad curam intentionis meæ quam tunc habebam non pertine/
bat: quandoquidem cunctis diligentiore diſputatione diſcuſſis, quæcunq; illarum recte
uinceret cæteras,me ſecuriſſimo fieret, quando etiam ſecundum omnes id quod agebam
inuictum perſiſtere demonſtrabam. Nunc uero unam uolo ſi poſſum ratione recta eligere
re ex omnibus:& propterea huiuſipſius de qua nunc agimus defenſionem in his quæ com
memoraui de illo libro uerbis meis attentius intuens,ualidam firmamq; non uideo. Nam
uelut firmamentum eius illud eſt quod ibi dixi: Quis autem nouit quid paruulis de quo/
rum cruciatibus duricia maiorum contunditur, aut exercetur fides, aut miſericordia pro/
batur, Quis inquam ergo nouit quid ipſis paruulis in ſecreto iudiciorum ſuorum bonæ
compẽſationis reſeruet deus? Quoniam quanquam nihil recte fecerint,tamen nec peccan
tes aliquid iſta perpeſſi ſunt. Sed hoc non immerito dici uideo,de his qui uel pro Chriſti
nomine ac uera religione tale aliquid etiam neſcientes patiuntur, uel ſacramento Chriſti
iam imbuti ſunt,quia ſine ſocietate unius mediatoris liberari à damnatione non poſſunt,
ut poſſit eis etiam pro illis malis quæ hic in diuerſis afflictionibus pertulerunt, compenſa/
tio iſta præſtari. Nunc autem cum iſta quæſtio non poſſit abſolui,niſi etiam de his paruu/
lis reſpondeatur,qui poſt grauiſſimos cruciatus ſine ſacramento Chriſtianæ ſocietatis ex/
pirant,quæ circa eos compenſatio cogitanda eſt, quibus inſuper & damnatio præparata
eſt? Nam & de baptiſmo paruulorum in eodem libro,non quidem ſufficienter, ſed quan
tum illi operi ſatis eſſe uidebatur utcunq; reſpondi, quod etiam neſcientibus, & fidem ſu/
am nondum habentibus prodeſt:non tamen de damnatione eorum paruulorum,qui ſine
illo ex hac uita emigrant tunc aliquid dicendum putaui, quia non quod nunc agitur age/
batur. Sed ut omittamus & contemnamus ea quæ breui tempore patiuntur,nec tranſacta
reuocantur,nunquid ſimiliter contemnere poſſumus,quod per unum hominem mors, &
1.Cor.15. per unum hominem reſurrectio mortuorum? Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ſic
& in

A & in Christo omnes uiuificabuntur. Per hanc enim apostolicam diuinam claramq; sententiam, satis euidenter elucet, neminem ire in mortem nisi per Adam, neminem ire in uitam æternam, nisi per Christum. Hoc est quippe omnes & omnes, quia sicut omnes homines per primam, hoc est per carnalem generationem pertinent ad Adam: sic omnes homines ad secundam, id est spiritalem regenerationem ueniunt, quicunq; ad Christum peruenium. Ideo ergo dictum est, & hic omnes, & ibi omnes, quia sicut omnes qui moriuntur, non nisi in Adam moriũtur, ita omnes qui uiuificabuntur, non nisi in Christo uiuificabuntur. Ac per hoc, quisquis nobis dixerit, quenquam in resurrectione mortuorum uiuificari posse nisi in Christo, tanquam pestis communis fidei detestandus est. Item quisquis dixerit quod in Christo uiuificabuntur etiam paruuli, qui sine sacramenti eius participatione de uita exeunt, hic profecto & contra apostolicam prædicationem uenit, & totam contemnat ecclesiam, ubi propterea cum baptizandis paruulis festinatur & curritur, quia sine dubio creditur aliter eos in Christo uiuificari omnino non posse. Qui autem non uiuificatur in Christo, restat ut in eadem damnatione maneat, de qua dicit Apostolus: Per unius delictum in omnes homines ad condemnationem. Cui delicto obnoxios paruulos nasci, & omnis credit ecclesia, & ipse iam contra Iouinianum disputans, & exponens Ionam prophetam, sicut pauloante commemoraui, fide ueracissima definisti, credo & in alijs locis opusculorum tuorum, quæ uel non legi, uel in præsentia non recordor. Huius igitur damnationis in paruulos causam requiro, quia neq; animarum si nouæ fiunt singulis singulæ, uideo esse ullum in illa ætate peccatum, nec à deo damnari aliquam credo, quam uidet nullum habere peccatum. An forte dicendum est in paruulo carnem solam causam esse peccati, nouam uero illi animam fieri, qua secundum dei præcepta uiuente in adiutorio gratiæ Christi, & ipsi carni edomitæ ac subiectæ possit incorruptionis meritũ comparare. Sed quia in paruulo anima nondum id agere potest, nisi Christi acceperit sacramentum, per
B hanc gratiam carni eius acquiritur, quod illius moribus nondum potuit. Si autem sine ullo sacramento anima paruuli exierit, ipsa quidem in æterna uita erit, unde eam nullum peccatum potuit separare, caro uero eius non resurget in Christo, non percepto ante mortem illius sacramento? Hanc opinionem nunquam audiui, nunquam legi. Sed planè audiui & credidi, propter quod & locutus sum, quia ueniet hora quando omnes qui in monumentis sunt audient uocem eius, & procedent qui bene fecerunt in resurrectionem uitæ. *Ioan.5* *1.Cor.15*
Ipsa est de qua dicitur: Et per unum hominem resurrectio mortuorum. Ipsa est qua in Christo omnes uiuificabuntur. Qui autem male egerunt in resurrectionem iudicij. Quid hic ergo de illis infantibus intelligendum est, qui priusquam possent agere uel bene uel male, sine baptismo corpore exuti sunt? Nihil hic de talibus dictum est. Sed si caro eorum ideo non resurget quia nec boni aliquid fecerunt nec mali, nec illorum resurrectura est, qui percepta baptismi gratia, in illa ætate defuncti sunt, in qua nihil bene uel male agere potuerunt. Si autem illi inter sanctos resurgent, id est inter eos qui bene egerunt, inter quos & illi resurrecturi sunt, nisi inter eos qui male egerunt, ne aliquas humanas animas credamus corpora sua non recepturas, siue in resurrectionem uitæ, siue in resurrectionem iudicij? Quæ sententia priusquam refellatur, ipsa nouitate iam displicet. Deinde quis ferat si credant se illi qui ad baptismum cum suis paruulis currunt, propter carnes eorum, non propter animas currere? Beatus quidem Cyprianus non aliquod decretum condens *Cyprianus*
nouum, sed ecclesiæ fidem firmissimam seruans, ad corrigendum eos qui putabant ante octauum diem natiuitatis non esse paruulum baptizandum, non carnem, sed animam dixit esse perdendam, & mox natum rite baptizari posse, cum suis quibusdam coëpiscopis censuit. Sed contra Cypriani aliquam opinionem, ubi quod uidendum fuit fortasse non uidit, sentiat quisq; quod libet, tantum contra apostolicam manifestissimam fidem nemo *Rom.5*
sentiat, qui ex unius delicto omnes in condemnationem duci prædicat, ex qua condemnatione non liberat nisi gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum, in quo uno om-

nes uiuificantur quicunq; uiuificantur. Contra eccleſiæ fundatiſſimum morem nemo ſen/ C
tiat,ubi ad baptiſmum ſi propter ſola paruulorum corpora curreretur, baptizandi offer/
rentur & mortui. Quæ cum ita ſint,quærenda cauſa eſt atq; reddenda, quare damnentur
animæ quæ nouæ creantur ſingulis quibuſq; naſcentibus, ſi præter Chriſti ſacramentum
paruuli moriantur. Damnari enim eas ſi ſic de corpore exierint, & ſancta ſcriptura, & ſan/
cta eſt teſtis eccleſia. Vnde illa de animarum nouarum creatione ſententia, ſi hanc fidem
fundatiſſimam non oppugnat,ſit & mea: ſi oppugnat, non ſit & tua. Nolo mihi dicatur
pſal.32 pro hac ſententia debere accipi quod ſcriptum eſt: Qui finxit ſpiritum hominis in ipſo,&
qui finxit ſingillatim corda eorum. Aliquid fortiſſimum atq; inuictiſſimum requirendum
Coniunctio Non. uidetur ſupereſſe. Sermo pertinet ad argumentationem Pelagiani, Si animæ ſingulis nouæ creantur, nõ traxerunt peccatum ex anima Adæ.iniuſte igitur damnantur.
eſt, quod nos *non cogat deũ credere ullarum animarum ſine culpa aliqua damnatorem.
Nam uel tantundem ualet uel plus eſt forſitan creare quàm fingere, & tamen ſcriptum eſt:
Cor mundum crea in me deus. Nec ideo putari poteſt anima hoc loco optare ſe fieri pri/
uſquam aliquid eſſet. Sicut ergo iam exiſtens creatur innouatione iuſticiæ,ſic iam exiſtens
fingitur confirmatione doctrinæ. Nec illud quod in Eccleſiaſte ſcriptum eſt: Tunc conuer
tetur in terram puluis ſicut fuit,& ſpiritus reuertetur ad dominum qui dedit illum, Iſtam
confirmat ſententiam,quam uolumus eſſe noſtram. Plus enim hoc ſuffragatur eis, qui ex
una putant omnes eſſe animas. Nam ſicut conuertitur inquiunt puluis in terram ſicut fuit,
& tamen caro de qua hoc dictum eſt,ad hominem non reuertitur ex quo propagata eſt,
ſed ad terram unde primus homo factus eſt: ſic & ſpiritus ex illius unius ſpiritu propaga/
tus non tamen ad eum reuertitur,ſed ad dominum à quo illi datus eſt. Verum quia hoc
teſtimonium ita pro iſtis ſonat,ut non omnimodo huic opinioni quam defendi uolo, ui/
deatur eſſe contrarium,admonendam tantum credidi prudentiam tuam, ne talibus teſti/
moniis ex his anguſtijs me coneris eruere. Nam licet nemo faciat optando ut uerum ſit
quod uerum non eſt,tamen ſi fieri poſſet optarem ut hæc ſententia uera eſſet,ſicut opto ut D
ſi uera eſt, abs te liquidiſſime atque inuictiſſime defendatur. Hæc autem difficultas etiam
illos ſequitur,qui iam exiſtentes alibi animas & ab initio diuinorum operum præparatas,
à deo mitti opinantur in corpora. Nam & ab his hoc idem quæritur, ſi animæ inculpatæ
obedienter ueniunt quò mittuntur,cur in paruulis ſi non baptizati uitam iſtam finierint,
puniuntur? Eadem prorſus in utraq; ſententia difficultas eſt. Illi ſibi uidentur de hac faci/
lius exire quæſtione,qui animas aſſeuerant pro meritis uitæ prioris ſingulas ſingulis cor/
poribus implicari. Hoc enim putant eſſe in Adam mori, in carne ſcilicet quæ propagata
eſt ex Adam ſupplicia pendere. A quo reatu inquiunt gratia Chriſti liberat puſillos cum
magnis. Hoc quidem recte,ueraciter,optimeq;,quod gratia Chriſti liberat à reatu pecca/
11.de ciui.dei cap.23. torum puſillos cum magnis. Sed in alia ſuperiore uita peccare animas, & inde præcipitari
in carceres carneos,non credo,non acquieſco, non conſentio. Primo quoniam neſcio per
quos fieri circumitus id aiunt iſti, ut poſt neſcio quanta uolumina ſeculorum iterum ad
iſtam ſarcinam corruptibilem carnis & ſupplicia pendenda redeundum ſit, Qua opinione
quid horribilius cogitari poſſit ignoro: Deinde quis tandem iuſtus defunctus eſt, de quo
non ſi iſti uera dicunt,ſolliciti eſſe debeamus, ne in ſinu Abraæ peccans in flammas illius
diuitis deijciatur? Cur enim non & poſt hoc corpus peccari poſſit ſi & ante potuit? Po/
Rom.5 ſtremo,longe aliud eſt in Adam peccaſſe, Vnde dicit Apoſtolus: In quo omnes peccaue
runt: & aliud eſt extra Adam neſcio ubi peccaſſe, & ideo in Adam, id eſt in carnem quæ
ex Adam propagata eſt,tanquam in carcerem trudi. Illam uero opinionem quod ex una
fiant omnes animæ, nec diſcutere uolo niſi neceſſe ſit. Atq; utinam iſta de qua nunc agi/
mus,ſi uera eſt,ſic abs te defendatur, ut hic neceſſe iam non ſit. Quamuis autem deſide/
rem, rogem, uotis ardentibus exoptem & expectem, ut per te mihi dominus huius rei
auferat ignorantiam, tamen ſi, quod abſit, minime meruero, patientiam mihi petam à
domino deo noſtro: in quem ſic credimus, ut aliqua nobis non aperiri etiam pulſantibus
nullo modo aduerſus eum murmurare debeamus. Memini prius ipſis apoſtolis dictum:

Multa

A Multa habeo uobis dicere, sed non potestis illa portare modo. In his quantum ad me attinet etiam hoc deputem. Neq; qui hoc sciam me indigner indignum, nec hocipso etiam conuincar indignior. Multa enim alia similiter nescio, quæ commemorare uel enumerare non possum. Et hoc tolerabiliter ignorarem, nisi metuerem ne aliqua istarum opinionum contra illud quod firmissima retinemus fide, incautis obreperet mentibus. Sed antequam sciam quæ nam earum potius eligenda sit, hoc me non temere sentire profiteor, eam quæ uera est non aduersari robustissimæ ac fundatissimæ fidei, qua Christi ecclesia nec paruulos homines recentissime natos à damnatione credit, nisi per gratiam nominis Christi quã in suis sacramentis commendauit posse liberari.

Augustínus Hieronymo, de loco qui est Iacobi secundo: Qui offenderit in uno factus est omnium reus, multa obiter admiscens de Stoicis, qui docebant omnia peccata esse paria, & quisquis haberet unam uirtutum, habere omnes: qui careret una, nullam habere.

Epistola. XXIX.

QVOD ad te scripsi honorande mihi in Christo frater Hieronyme, quærens de anima humana, si nascentibus singulis nouæ singulæ nunc usq; fiunt, ubi peccati uinculum contrahunt, quod per sacramentum gratiæ Christi etiam in infantibus recenter natis, soluendum esse non dubitamus, cum in non paruum uolumen procederet, nolui ulla alia onerare quæstione, sed quod urget acrius, multo minus est negligendum. Proinde quæro, & per deum obsecro, ut exponas mihi quod multis existimo profuturum, aut si iam uel abs te uel ab alio aliquo expositum habes, dirigas nobis, quomodo accipiendum sit, quod in epistola Iacobi apostoli scriptum est: Qui cunq; enim totam legem seruauerit, offendat autem in uno, factus est omnium reus, quæres talis ac tanta est, ut quod hinc tibi non iam olim scripsi, multum me pœniteat. De agenda nanq; præsenti uita, quomodo ad uitam perueniamus æternam, non de præterita perscrutanda, quam penitus demersit obliuio, sicut est illud quod de anima quærendum putaui, hæc uertitur quæstio. Eleganter autem dictum esse narratur, quod huic rei satis apte conuenit. Cum quidam ruisset in puteum, ubi aqua tanta erat, ut eum magis exciperet ne moreretur, quàm suffocaret ne loqueretur, accessit alius, * & eo uiso admirans ait: Quomodo huc cecidisti? Ait ille. Obsecro inquit, cogita quomodo hinc me liberes, non quomodo huc ceciderim quæras. Ita quoniam fatemur, & fide catholica tenemus, de reatu peccati, tanquam de puteo, etiam paruuli infantis animam Christi gratia liberandam, satis est ei, quod modum quomodo salua fiat, nouimus, etiam si nunquam quomodo in malum illud deuenerit nouerimus. Sed ideo putaui esse quærendum, ne forte ex illis opinionibus incarnationis animæ aliquam teneamus incautius, quæ liberandam prorsus animam paruuli contradicat, negans eam esse in isto malo. Hocigitur firmissime retento, quod anima paruuli de reatu peccati liberanda est, nec alio modo liberanda nisi gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum, si possumus etiam ipsius mali causam & originem nosse, uaniloquis non disputatoribus sed litigatoribus paratius instructiusq; resistimus. Si autem non possumus, non quia latet miseriæ principium, ideo pigrescere misericordiæ debet officium. Aduersus eos autem qui sibi uidentur scire quod nesciunt, hoc tutiores sumus, quod hanc ignorantiam nostram non ignoramus. Aliud est enim quod nescire malum est, aliud quod sciri uel non potest, uel non opus est, uel ad uitam quam quærimus indifferens est. Hoc uero quod de litteris apostoli Iacobi nunc requiro, in hac ipsa qua uiuimus, & ut semper uiuamus deo placere studemus, actione uersatur. Quomodo igitur intelligendum est obsecro te: Quicunq; totam legem seruauerit, offendat autem in uno, factus est omnium reus? Ita ne qui furtum fecerit, immo uero qui dixerit diuiti: sede hic, pauperi autem: tu sta illic, & homicidij & adulterij & sacrilegij reus est? Quod si non est, quo-

Iacob. 2.

2. retract. cap. 45.

Facetum

* eoq; uiso mirans.

modo qui in uno offendat, factus est omnium reus? An illud quod dixit de diuite & pau C
pere ad ista non pertinet, quorum si quis in uno offenderit, fiet omnium reus? Sed reco/
lendum est unde uenerit illa sententia, & quæ illam superiora pepererint, quibuscp con/
nexa dependeat. Fratres mei nolite inquit in personarum acceptione habere fidem do/
mini nostri Iesu Christi gloriæ. Etenim si introierit in conuentu uestro uir anulum aureũ
habens inueste candida, introierit autem & pauper in sordido habitu, & intendatis in
eum qui indutus estueste prædara, & dicatis ei: Tu sede hic bene, pauperi autem dicatis:
tu sta illic, aut sede sub scabello pedum meorum, Nónne iudicatis apud uosmetipsos, & fa
cti estis iudices cogitationum iniquarum? Audite fratres mei dilectissimi, nónne deus ele
git pauperes in hoc mundo, diuites in fide, & hæredes regni, quod repromisit deus diligen
tibus se? Vos autem exhonorastis pauperem, propter illum scilicet cui dictum est: sta illic,
cum habenti anulum aureum dictum esset: tu sede hic bene. Ac deinde sequitur eandem
ipsam sententiam latius uersans & explicans: Nónne inquit diuites per potentiam oppri/
munt uos, & trahunt ad iudicia? Nónne ipsi blasphemant bonum nomen quod inuoca/
tum est super uos? Si quidem legem perficitis regalem secundum scripturam: Diliges pro/
ximum tuum sicut teipsum, bene facitis. Si autem personas accipitis, peccatum operamini,
redarguti à lege quasi transgressores. Vide quemadmodum transgressores legis appellat,
qui dicunt diuiti: sede hic, & pauperi: sta illic. Vnde ne putarent contemptibile esse pecca/
tum, in hac una re legem transgredi, secutus adiunxit: Quicunq; totam legem seruauerit,
offendat autem in uno, factus est omniũ reus. Qui enim dixit: non mœchaberis, dixit &
nó occides. Quod si non occidis, mœcharis aũt, factus es trãsgressor legis: propter id quod
dixerat, redarguti à lege, quasi transgressores. Quæ cum ita sint, consequens uidetur, nisi
alio modo intelligendum ostendatur, ut qui dixerit diuiti: sede hic, & pauperi: sta illic,
huic non honorem, quem illi deferẽs, & idololatra & blasphemus & adulter & homicida, D
& ne, quod longum est, cuncta commemorem, reus omnium criminum iudicandus sit.
Offendens quippe in uno, factus est omnium reus. At enim qui unam uirtutem habet,
omnes habet, & qui unam non habet, nullam habet. Hoc si uerum est, confirmatur ista
sententia. Sed ego eam exponi uolo, non confirmari, quæ per seipsam apud nos omni/
bus philosophorum autoritatibus firmior est. Et illud quidem de uirtutibus & uitijs, si
ueraciter dicitur, non est consequens, ut propter hoc omnia peccata sint paria. Nam illud
de inseparabilitate uirtutum, nisi forsitan fallor, tamen si uerum memini, quod uix me/
mini, omnibus philosophis placuit, qui easdem uirtutes agendæ uitæ necessarias esse di/
xerunt. Hoc autem de paritate peccatorum soli Stoici ausi sunt disputare, contra om/
nem sensum generis humani: quam eorum uanitatem in Iouiniano illo, qui in hac sen/
tentia Stoicus erat, in aucupandis autem & defensandis uoluptatibus Epicureus, de
scripturis sanctis dilucidissime conuicisti. In qua tua suauissima & præclarissima dispu/
tatione satis euidenter apparuit, non placuisse autoribus nostris, uel ipsi potius quæ
per eos locuta est ueritati, omnia paria esse peccata. Quomodo autem fieri possit, ut
etiam si hoc de uirtutibus uerum est, non tamen ideo cogamur fateri æqualitatem om/
nium peccatorum, quantum possum adiuuante domino aperire conabor. Quod si effe/
cero approbabis, ubi uero causæ defuero tu supplebis. Certe hinc persuadent, qui unam
uirtutem habuerit, habere omnes, & omnes deesse cui una defuerit, quod prudentia
nec ignaua, nec iniusta, nec intemperans potest esse. Nam si aliquid horum fuerit, pru/
dentia non erit. Porrò si prudentia tunc erit, si & fortis & iusta & temperans sit, profe/
cto ubi fuerit, secum habet cæteras. Sic & fortitudo imprudens esse non potest uel in/
temperans uel iniusta: sic temperantia necesse est ut prudens, fortis, & iusta sit: sic iu/
stitia non est nisi sit prudens, fortis, temperans. Ita ubi est una uera aliqua earum, &
aliæ similiter sunt, Vbi autem aliæ desunt, uera una illa non est, etiam si aliquo modo si/
milis

Stoici peccata faciunt paria.

Virtutum cathena.

A milis esse uideatur. Sunt enim ut scis quædam uitia uirtutibus aperta discretione contra-
ria, ut imprudentia prudentiæ. Sunt autem quædam quæ tantum uitia sunt, ideo contra-
ria, quadam tamen specie fallaci similia, ut eidem prudentiæ, non imprudentia, sed astu-
tia. Nunc enim eam dico astutiam, quæ usitatius in malicios intelligi & uocari solet, non
sicut nostra loqui scriptura consueuit, quæ sæpe astutiam in bono ponit. Vnde: Estote *Matth.10.*
astuti ut serpentes. Et illud, ut & innocentibus det astutiam: quanquam & apud illos, Ro
manæ linguæ disertissimus dixerit, neque illi tamen ad cauendum dolus, aut astutia de- *Dolus & astu-*
erant, astutiam ponens in bono: sed apud illos rarissimum, apud nostros frequentissi- *tia in bonum.*
mum est. Itemque in partibus temperantiæ apertissime contraria est effusio parsimoniæ:
ea uero quæ tenacitas dici uulgo solet, uitium quidem est, tamen parsimoniæ simile, non
natura, sed fallacissima specie. Item dissimilitudine manifesta contraria est iniusticia iu-
sticiæ. Solet autem quasi imitari iusticiam uindicandi se libido, sed uitium est. Ignauia
fortitudini perspicue contraria est, duricia uere distat natura, fallit similitudine. Constan-
tia pars quædam uirtutis est. Ab hac inconstantia longe abhorret, & indubie contrasi-
stit. Pertinacia uero constantia dici affectat, & non est, quia illa est uirtus, hoc uitium. Vt
ergo nõ iterum hæc eadem commemorare necesse sit, exempli gratia, ponamus aliquid, un
de possint cætera intelligi. Catilina, ut de illo scripserunt qui nosse potuerunt, frigus, sitim, *Salustius.*
famem ferre poterat, eratq; patiens inediæ, algoris, uigiliæ, supra quàm cuiquam credibi-
le est, ac per hoc & sibi & suis magna præditus fortitudine uidebatur, Sed hæc fortitudo
prudens nõ erat, mala enim pro bonis eligebat, Temperans non erat, corruptelis enim tur-
pissimis fœdabatur, Iusta non erat, nam contra patriam coniurauerat, Et ideo nec fortitu-
do erat, sed duritia sibi, ut stultos falleret, nomen fortitudinis imponebat. Nam si fortitu-
do esset, non uitium, sed uirtus esset. Si autem uirtus esset, à cæteris uirtutibus tanquam
inseparabilibus comitibus nũquam relinqueretur. Quapropter dum quæritur etiam de ui-
tijs, utrum ipsa similiter omnia sint ubi unum erit, aut nulla sint ubi unum non erit, labo-
riosum est id ostendere, propterea quia uni uirtuti duo uitia opponi solent, & quod aper-
te contrarium est, & quod specie similitudinis adumbratur. Vnde illa Catilinæ quia for-
titudo non erat, quæ esset, cum secum uirtutes alias non habebat, facilius uidebatur. Quod
uero ignauia fuerit, ubi exercitatio quaslibet grauissimas molestias perpetiendi atque tole-
randi, supra quàm cuiquam credibile est, fuit, ægre persuaderi potest. Sed forte acutius in-
tuentibus, ignauia apparet ipsa duritia, quia laborem bonorum studiorum quibus uera
acquiritur fortitudo neglexerat. Veruntamen quia sunt audaces qui timidi non sunt, &
rursus timidi quibus abest audacia, cum sit utrunq; uitiũ, quoniã qui uera uirtute fortis est,
nec temere audet, nec inconsulte timet, cogimur fateri uitia plura esse uirtutibus. Vnde ali-
quando uitium uitio tollitur, ut amore laudis, amor pecuniæ. Aliquãdo unum cedit ut plu
ra succedant, uelut qui ebriosus fuerit, si modicum biberit, & tenacitatem & ambitionem di
cerit. Possunt itaq; uitia etiam cedere uitijs succedentibus non uirtutibus, & ideo plura
sunt. Virtus uero quò una ingressa fuerit, quoniam secum cæteras ducit, profecto uitia
cedent omnia quæcunque inerant. Non enim omnia inerant, sed aliquando totidem, ali-
quando plura paucioribus, uel pauciora pluribus succedebant. Hæc utrum ita se habe-
ant, diligentius inquirendum est. Non enim & ista diuina sententia est qua dicitur: Qui u-
nam uirtutem habuerit, omnes habet, eiq; nulla inest, cui una defuerit, sed hominibus hoc
uisum est, multum quidem ingeniosis, studiosis, sed tamen hominibus. Ego uero ne-
scio quemadmodum dicam, non dico uirum à quo denominata dicitur uirtus, sed eti-
am mulierem, quæ uiro suo seruat thori fidem, si hoc faciat propter præceptum & pro-
missum dei, & quæ primitus sit fidelis, non habere pudicitiam, aut pudicitiam nullam uel
paruam esse uirtutem. Sic & maritum qui hoc idem seruat uxori. Et tamen sunt plurimi
tales, quorum sine aliquo peccato esse neminem dixerim, & utique illud qualecunque

peccatum ex aliquo uitio uenit. Vnde pudicitia cõiugalis in uiris fœminisq; religiosis cum
proculdubio uirtus sit, non enim aut nihil aut uitium est, non tamen secum habet omnes
uirtutes. Nam si oms ibi essent, nullum esset uitium: si nullum uitium, nullum omnino pec
catum. Quis autem sine aliquo peccato? Quis ergo sine aliquo uitio, id est fomite quo
dam uel quasi sine radice peccati, cum clamet qui supra pectus domini recumbebat: Si di
1. Ioan. 1. xerimus quia peccatum non habemus, nosipsos decipimus, & ueritas in nobis non est?
Neq; hoc apud te diutius agendum est, sed propter alios qui forte hoc legerint dico. Nam
tu quidem in eodem ipso opere splendido contra Iouinianum etiam hoc de scripturis sanc
tis diligenter probasti. Vbi etiam ex hac ipsa epistola, cuius uerba sunt, quorum nunc in
Iacob. 3 & 2. tellectum requirimus, posuisti quod scriptum est: In multis enim offendimus omnes. Non
enim ait, Offenditis, sed offendimus omnes, cum Christi loqueretur apostolus. Et cum
hoc loco dicat: Quicunq; autem totam legem seruauerit, offendat autem in uno, factus
est omnium reus, Ibi non in uno sed in multis, nec quosdam sed omnes dicit offendere.
Absit autem ut quisquam fidelis existimet tot milia seruorum Christi, qui ueraciter dicunt
se habere peccatum, ne seipsos decipiant, & ueritas in eis non sit, nullam habere uirtutem,
cum uirtus magna sit sapientia. Dixit autem ipsa sapientia homini: Ecce pietas est sapien
tia. Absit ergo ut dicamus tot ac tantos fideles & pios homines dei non habere pietatem,
quam Græci uel εὐσέβειαν, uel expressius & plenius θεοσέβειαν uocant. Quid autem est pie
1. Tim. 1. tas nisi dei cultus? Et unde ille colitur nisi charitate? Charitas igitur de corde puro & con
scientia bona & fide non ficta, magna & uera uirtus est, quia ipsa est & finis præcepti. Me
rito dicta est fortis sicut mors, siue quia nemo eam uincit sicut mortem, siue quia in hac ui
Cant. 8 ta usq; ad mortem est mensura charitatis, Sicut dominus ait: Maiorem hac charitatem
Ioan. 15 nemo habet, quàm ut animam suam ponat pro amicis suis: siue potius, quia sicut mors
animam auellit à sensibus carnis, sic charitas à concupiscentijs carnalibus. Huic subseruit
scientia cum est utilis, nam sine illa inflat. Quod uero illa ædificando impleuerit, nihil ibi D.
ista inane quod inflet inueniet. Vtilem porrò scientiam definiendo monstrauit, ubi cum
dixisset: Ecce pietas est sapientia, continuo subiunxit: Abstinere uero à malis, scientia
est. Cur ergo non dicimus, qui hanc uirtutem habet habere omnes, cum plenitudo legis
sit charitas? An quanto magis est in homine, tanto magis est uirtute prædituς? Quan
to autem minus, tanto minus est uirtus, quia ipsa est uirtus, & quanto minus est uir
tus, tanto maius est uitium? Vbi ergo illa plena & perfecta erit, nihil ex uitio rema
nebit. Proinde mihi uidentur Stoici falli, quia proficientem hominem in sapientia no
luunt omnino habere sapientiam, sed tunc habere cum in ea omnino perfectus fue
rit: non quia illum profectum negant, sed nisi ex profundo quodam emergendo re
pente emicet in auras sapientiæ liberas, nulla ex parte esse sapientem. Sicut enim
nihil interest ad hominem præfocandum, utrum aquam stadijs multis super se ha
beat altam, aut unum palmum aut digitum, sic illos qui tendunt ad sapientiam pro
ficere quidem dicunt, tanquam ab imo surgentes gurgitis in aërem, sed nisi totam stul
ticiam uelut opprimentem aquam proficiendo uelut emergendo euaserint, non ha
bere uirtutem nec esse sapientes. Vbi autem euaserint, mox habere totam, nec quic
quam stulticiæ remanere, unde omnino ullum peccatum possit existere. Hæc simili
tudo ubi stulticia uelut aqua, & sapientia uelut aër ponitur, ut animus à præfocatione
stulticiæ tanquam emergens in sapientia repente respiret, non mihi uidetur satis accom
modata nostrarum scripturarum autoritati. Sed illa potius, ut uitium uel stulticia te
nebris, luci autem uirtus & sapientia comparetur, quantum ista similia de corporalibus
ad intelligibilia duci possunt: Non itaque sicut de aquis in aërem surgens, ubi earum
summum transierit repente quantum sufficit inspiratur, sed sicut de tenebris in lucem
procedens paulatim progrediendo, illuminatur. Quod donec plenissime fiat, iam eum
tamen

A tamen dicimus tanquam de abditissima spelunca egredientem,uicinia lucis afflatum tãto magis,quanto magis propinquat egressus:ut illud quod in eo lucet,sit utiq; ex lumine quò progreditur. Illud autem quod adhuc obscurum est,sit ex tenebris unde egreditur. Itaque *Psal.142.* & non iustificabitur in conspectu dei omnis uiuens,& tamen iustus ex fide uiuit. Et induti *Abachuc.2.* sunt sancti iusticia,alius maius,alius minus.Et nemo hic uiuit sine peccato,& hoc alius ma ius, alius minus, Optimus autem est qui minimum. Sed quid ego tanquam oblitus cui loquor, doctori similis factus sum,cum proposuerim quid abs te discere uelim? Sed quia de peccatorum paritate,unde ad id quod aiebam incidit quæstio,examinandam tibi sen tentiam meam promere statueram, iam eam tandem aliquando concludam. Quia & si uerum esset eum qui habet unam, omnes habere uirtutes,eum qui unam non habet, nul lam habere, nec sic peccata sunt paria: quia ubi uirtus nulla est, nihil quidem rectum est, nec tamen ideo non prauo prauius est,distortóque distortius.Si autem,quod puto esse ue rius sacrisque litteris congruentius, ita sunt animæ intentiones, ut corporis membra, non quod uideantur locis, sed quod sentiantur affectibus, & aliud illuminatur amplius, aliud minus,aliud omnino caret lumine & tenebroso inũbratur obstaculo, profecto ita ut quis que illustratione piæ charitatis affectus est, in alio actu magis,in alio minus,in aliquo ni hil,sic potest dici habere aliam,& aliam non habere,aliam magis,aliam minus habere uir tutem. Nam & maior est in isto charitas q̃s in illo,recte possumus dicere,& aliqua in isto, nulla in illo,quantum pertinet ad charitatem quæ pietatis est:& in ipso uno homine quod maiorem habuit pudicitiã quàm patientiam,& maiorẽ hodie quàm heri si proficit: & ad huc non habeat continentiã,& habeat non paruam misericordiam.Et ut generaliter breui térque complectar,quam de uirtute habeam notionem,quod ad recte uiuendum attinet, uirtus est charitas, qua id quod diligendum est diligitur: hæc in alijs maior,in alijs minor, in alijs nulla est, Plenissima uero quæ iam non possit augeri, quamdiu hic homo uiuit est B in nemine:quamdiu autem augeri potest,profecto illud quod minus est quàm debet,ex ui tio est.Ex quo uitio non est iustus in terra qui faciat bonum & non peccet.Ex quo uitio nõ *3.Reg.8.* iustificabitur in conspectu dei omnis uiuens. Propter quod uitium,si dixerimus,quia pec *Psal.142.* catum non habemus,nosmetipsos seducimus,& ueritas in nobis non est.Propter quod eti *1.Ioan.1.* am quãtumlibet profecerimus,necessarium est nobis dicere: Dimitte nobis debita nostra, *Matth.6.* cum iam omnia in baptismo dicta, facta, cogitata, dimissa sint. Quid itaque qui recte ui det,unde & quando & ubi speranda sit illa perfectio cui non sit quod adiici possit? Si au tem præcepta non essent,nõ utiq; esset ubi se homo certius inspiceret & uideret,unde auet teretur, quò conaretur, quare gratularetur,quid precaretur.Magna est ergo utilitas præce ptorum,si libero arbitrio tantum detur, ut gratia dei amplius honoretur. Quæ si ita se ha bent, unde fiet omnium reus, si in uno offendat, qui totam legem seruauerit? An forte *Solutio quæ* quia plenitudo legis charitas est, qua deus proximusq; diligitur, in quibus præceptis cha *stionis.* ritatis tota lex pendet & prophetæ, merito sit reus omnium qui contra illam facit, in qua pendẽt omnia? Nemo autem peccat nisi aduersus illam faciendo, quia non adulterabis, non homicidium facies, non furaberis, non concupisces, & si quod est aliud mandatum, in hoc sermone recapitulatur,in eo quod diligis proximum tuum tanquam teipsum. Di lectio proximi malum non operatur. Plenitudo autem legis charitas. Nemo autem dili git proximum,nisi diligens deum, & hoc quantum potest,proximo impendat,quem dili git tanquam seipsum ut & ille diligat deum,quem si ipse non diligit,nec se nec proximum diligit. Ac per hoc qui totam legẽ seruauerit,si in uno offenderit,fit omnium reus,quia con tra charitatem facit,unde tota lex pendet.Reus itaque fit omnium,faciendo contra eam in qua pendent omnia.Cur ergo non dicantur paria peccata? An forte quia magis facit con tra charitatem,qui grauius peccat,minus qui leuius?Et hoc ipso quod admittit,fit quidem omnium reus, sed grauius peccans, uel in pluribus peccans magis reus: Leuius autem uel in paucioribus peccans minus reus, tanto maiore scilicet reatu, quanto amplius, tanto

minore,

minore,quanto minus peccauerit, tamen etiam si in uno offenderit reus est, quia contra C
Iacob.3 eam facit,in qua pendent omnia. Quæ si uera sunt, eo modo & illud absoluitur quod ait
homo etiam apostolicæ gratiæ.In multis enim offendimus omnes.Omnes enim offendi-
mus,sed unus grauius, alius leuius. Quanto quisque grauius leuiusq; peccauerit,tanto in
peccato committendo maior, quanto in diligendo deo & proximo minor. Et rursus,
tanto minor in peccati perpetratione, quanto maior in dei & proximi dilectione. Tanto
itaq; plenior iniquitatis,quanto inanior charitatis.Et tũc perfecti sumus in charitate,quan
do nihil restat ex infirmitate . Nec sanè quantum arbitror putandum est leue esse pecca-
tum in personarum acceptione habere fidem domini nostri Iesu Christi, si illam distan-
Stare sedere quid tropice. tiam sedendi ac standi ad honores ecclesiasticos referamus. Quis enim ferat eligi diuitem
ad sedem honoris ecclesiæ contempto paupere instructiore atq; sanctiore ? Si autem de
quotidianis confessibus loquitur,quis non hic peccat,si tamen peccat, nisi cũ apud seipsum
intus ita iudicat, ut ei tanto melior quanto ditior illo esse uideatur ? Hoc enim uidetur si-
Iacob.2 gnificasse cum dicit: Nónne iudicatis apud uosmetipsos, & facti estis iudices iniquarum
cogitationum ? Lex itaq; libertatis, lex charitatis est,de qua dicit : Si tamen legem perfi-
citis regalem secundum scripturas: Diliges proximum tuum sicut teipsum,bene facitis. Si
autem personas accipitis, peccatum operamini, redarguti à lege tanquam transgressores.
Et post illam sententiam ad intelligendum difficillimam de qua satis dixi , quod dicen-
dum putaui,eandem legem libertatis commemorans,Sic loquamini inquit, & sic facite, si-
cut per legem libertatis incipientes iudicari . Et quoniam quid paulo ante dixerit, nouit,
quoniam in multis offendimus omnes,suggerit dominicam tanquam quotidianam quo
tidianis,& si leuioribus,tamen uulneribus medicinam.Iudicium enim inquit sine misericor
Luc.6 dia illi,qui non facit misericordiam.Hinc enim & dominus: dimittite,inquit & dimittetur
κατακαυ/χᾶται uobis.date & dabitur uobis.Superexultat autem misericordia iudicium, non enim est ad- D
uersa iudicio,sed superexultat, quia plures per misericordiam colliguntur, Sed qui miseri-
cordiam præstiterunt. Beati enim misericordes, quia ipsis miserebitur deus. Et hoc utiq;
iustum est,ut dimittatur eis,quia dimiserunt,& detur eis,quia dederunt. Inest quippe deo
psal.100. & misericordia iudicanti,& iudicium miseranti.Propter quod ei dicitur: Misericordiam &
iudicium cantabo tibi domine. Nam quisquis uelut nimium iustus iudicium sine miseri-
Psal.142 cordia quasi securus expectat, iram iustissimam prouocat, quam timens ille dicit : Ne in-
Hiere.2 tres in iudicium cum seruo tuo. Vnde dicitur populo contumaci : Quid uultis mecum iu-
dicio contendere ? Cum enim rex iustus sederit in throno quis gloriabitur castum se ha-
bere cor ? Aut quis gloriabitur mundum se esse à peccato ? Quæ igitur spes est, nisi super-
exultet misericordia iudicium ? Sed erga illos qui misericordiam fecerunt ueraciter dicen-
do:Dimitte nobis sicut & nos dimittimus,& sine murmuratione dando.Hilarem enim da
torem diligit deus. Deniq; sanctus Iacobus iam ex isto loco de misericordiæ operibus lo-
quitur,ut quos uehementer illa sententia terruerat consoletur,cum admonet,quomodo eti
am quotidiana peccata sine quibus hic non uiuitur,quotidianis remedijs expientur, ne ho
mo qui cum in uno offenderit sit omnium reus in multis offendendo,quia in multis offen
dimus propter magnũ aggerem reatus sui minutatim collectũ,ad tribunal tãti iudicis per-
ueniat,& eam quã non fecit misericordiã non inueniat,sed potius dimittendo atq; dando
mereatur sibi dimitti peccata,reddiq; promissa. Multa dixi qbus tibi tædiũ fortassis infer
rem,qui hæc quæ tamen approbas, non expectas discere, q; ea docere consueuisti. Siquid
aũt est in eis,quantũ ad rem ipsam ptinet,nam quali eloquio explicata sint,nõ nimis curo:
Si quid ergo in eis est q̃d eruditionem offendat tuam,quæso ut rescribendo admoneas,&
me corrigere non graueris.Infelix est enim qui non tantos etiam sanctos tuorum studiorũ
labores,& digne honorat,& de his domino deo nostro,cuius munere talis es,gratias agit.
Vnde cum libentius debeam à quolibet discere,q̃d inutiliter ignoro,q; próptius quoslibet
docere quod scio,quãto iustius abs te hoc charitatis debitũ flagito,cuius doctrina in nomi
ne &

A ne & adiutorio domini tantū in latina lingua ecclesiasticæ litteræ adiutæ sunt, quantū unq; antea potuerunt. Maxime tamen istam sententiam: Quicunq; totam legem seruauerit, offendat autē in uno, factus est omniū reus, si quo alio modo exponi melius posse nouit tua dilectio, per dominum obsecro, ut id nobiscum communicare digneris.

Hieronymus Augustino, laudans quidem illius duos libellos sed excusans quur nō responderit. Epistola XXX.

DOMINO uere sancto, & omni mihi affectiōe uenerabili papæ Augustino, Hieronymus in Christo salutem. Virum honorabilem fratrem meum, filiū dignationis tuæ Orosium presbyterum, & sui merito & te iubēte suscepi, Sed incidit tempus difficillimum, quando mihi tacere melius sit quàm loqui, ita ut nostra studia cessarent, & iuxta Appium canina exerceretur facūdia. Itaq; duobus libellis tuis quos meo nomini dedicasti, eruditissimis & omni eloquentiæ splēdore fulgentibus, ad tempus respondere non potui. Non quo quicquam in illis reprehendendum putem, sed quia iuxta apostolum: Vnusquisq; in suo sensu abundet, alius quidem sic, alius autem sic. Certe quicquid dici potuit & sublimi ingenio de scripturarum sanctarū hauriri fontibus, à te positum atq; dissertum est. Sed quæso reuerentiam tuam, parumper patiaris me tuum laudare ingenium. Nos enim inter nos eruditionis causa disserimus. Cæterum æmuli & maxime hæretici si diuersas inter nos sententias uiderint, de animi calumniabuntur rancore descendere. Mihi autem decretū est te amare, te suscipere, colere, mirari, tuáq; dicta quasi mea defendere. Certe & in dialogo quem nuper edidi, tuæ beatitudinis ut dignum fuerat recordatus sum: magisq; demus operam ut perniciosissima hæresis de ecclesijs auferatur quæ semper simulat pœnitentiam, ut docendi in ecclesijs habeat facultatem, Ne si aperta se luce prodiderit, foras expulsa moriatur. Sanctæ ac uenerabiles filiæ tuæ Eustochiū & Paula, & genere suo & exhortatione tua digne gradiuntur, specialiterq; salutant beatitudinem tuam: Omnis quoq; fraternitas quæ nobiscum domino saluatori seruire conatur. Sanctum presbyterum Firmum, anno præterito ob rem earū Rauennam, & inde Africam Siciliamq; direximus, quem putamus iam in Africæ partibus commorari. Sanctos tuo adhærentes latere, ut meo obsequio salutes, precor. Litteras quoq; meas ad sanctum presbyterum Firmum direxi, quæ si ad te uenerint ei dirigere non graueris. Incolumem te & mei memorem, Christus dominus custodiat, domine uere sancte & beatissime papa. Grādem Latini sermonis in ista prouincia notariorum patimur penuriam, & idcirco præceptis tuis parere non possumus, maxime in editione Septuaginta quæ asteriscis uerubusq; distincta est. Pleraq; enim prioris laboris ob fraudem cuiusdam amisimus.

Vide chiliades Erasmi.

Rom. 14.

Paulinus episcopus Augustino gratias agit pro libris quinq; quos aduersus Manichæos scripserat, dono missis, prædicans illius eruditionem, ac uicissim panem dono mittit, amicitiæ & eiusdem cōmunionis symbolum. Epistola XXXI.

DOMINO fratri unanimo & uenerabili Augustino, Paulinus & Therasia peccatores. Charitas Christi quæ urget nos etiā absentes, licet per unitatē fidei alligat, ipsa fiduciā ad te scribēdi, pudore depulso, præstitit, téq; p̄ literas tuas uisceribus meis intimauit, quas & de scholasticis facultatibus affluentes, & de cœlestibus fauis dulces, ut animæ meæ medicas & altrices, in quinque libris interim teneo, quos munere benedicti & uenerabilis nobis episcopi nostri Alipij, non pro nostra instructione tantum, sed etiam pro ecclesiæ multarum urbium utilitate suscepimus. Hos igitur nunc libros lectioni habeo, in his me oblecto, de his cibū capio, non illum qui perit sed qui operatur uitæ æternæ substantiam per fidem nostram qua adcorporamur in Christo Iesu domino nostro, cum fides nostra quæ uisibilium negligens, inuisibilibus inhiat, per charitatem omnia secundum ueritatem omnipotentis dei credētem, litteris & exemplis fideliū roboretur. O uere sal terræ, quo præcordia nostra ne possint seculi uanescere errore condiuntur.

diuntur. O lucerna digne ſupra candelabrum eccleſiæ poſita, quæ late catholicis urbibus de
Lino forte ſeptiformi ligno paſtum oleo lætitiæ lumen effundens, denſas licet hæreticorum caligines
diſcutis, & lucem ueritatis à confuſione tenebrarum ſplendore clarifici ſermonis enubilas.
Vides frater unanime, admirabilis in Chriſto domino & ſuſcipiende, q̃ familiariter agno
uerim te, quanto admirer ſtupore, quàm magno amore complectar, qui quotidie collo/
quio litterarum tuarum fruor, & oris tui ſpiritu ueſcor. Os enim tuum fiſtulam aquæ uiuæ
Ioan. 4 & uenã fontis æterni merito dixerim, quia fons uitæ aquæ ſalientis in uitam æternã Chri/
ſtus effectus eſt. Cuius deſiderio ſitiuit in te anima mea, & ubertate tui fluminis inebriari
terra mea concupiuit. Ideoq; cum hoc pentateucho tuo contra Manichæos me ſatis arma
ueris, ſi qua in alios quoq; hoſtes catholicæ fidei munimina cõparaſti, quia hoſtis noſter
cui mille nocendi artes, tam uarijs expugnandus eſt telis q̃ oppugnat inſidijs, quæſo pro/
mere mihi de armamentario tuo, & conferre nõ abnuas arma iuſticiæ. Sum enim laborio/
ſus, & iam nunc ſub magno honore peccator, ueteranus in numero peccatorum, ſed æter/
no regi nouus in corpore tyro militiæ. Sapientiam mundi miſer hucuſq; miratus ſum, &
per inutiles litteras reprobatamq; prudentiam deo ſtultus & mutus fui. Poſtquam inuete
raui inter inimicos meos, & euanui in cogitationibus meis, leuaui oculos meos in montes,
ad præcepta legis & gratiæ dona ſuſpiciens: unde mihi auxilium uenit à domino, qui non
ſecundum iniquitates retribuens, illuminauit cæcum, ſoluit compeditum, humiliauit erectũ
male, ut erigeret humiliatum pie. Sequor igitur non æquis adhuc paſſibus magna iuſtorũ
ueſtigia, ſi poſſim orõnibus ueſtris apprehendere, in quo dei miſerationibus apprehenſus
ſum. Rege ergo paruulum in terra reptantem, & tuis greſſibus ingredi doce. Nolo enim in
Acto. 3. & 4 me corporalis ortus magis quàm ſpiritalis exortus ætatem conſideres. Quippe ætas mihi
Dicitur anno/ ſecũdum carnem ea eſt, qua fuit ille ab apoſtolis in porta ſpecioſa uerbi poteſtate ſanatus.
rum amplius In natalibus autem animæ, illius adhuc mihi tempus infantiæ eſt, quæ intentatis Chriſto
quàm. 40. ulneribus immolata digno ſanguine agni uictimam præcucurrit, & dominicam auſpica/
ta eſt paſſionem. Atq; ideo ut infantem adhuc uerbo dei & ſpiritali ætate lactentem, edu/
ca uerbis tuis, uberibus fidei ſapientiæ charitatis inhiantem. Si officium commune conſide
ras frater es, ſi maturitatem ingenij tui & ſenſuum, pater mihi es, & ſi forte ſis æuo iunior,
quia te ad maturitatem meriti honor ſeniorem prouexit, & iuuenem cana prudentia. Fo/
ue igitur & corrobora me in ſacris litteris & ſpiritalibus ſtudijs, tempore (ut dixi) recen/
tem, & ob hoc poſt longa diſcrimina, poſt multa naufragia, uſu rudem, uix dum à fluctí/
bus ſeculi emergentem, tu qui iam ſolido litore conſtitutus, tuto excipe ſinu, ut in portu ſa/
lutis, ſi dignum putas, pariter nauigemus. Interea me de periculis uitæ iſtius & profundo
peccatorum euadere nitentem, orationibus tuis tanquam tabula ſuſtine, ut de hoc mundo
quaſi de naufragio nudus euadam. Idcirco enim me leuare ſarcinis, & ueſtimentis oneran
tibus exuere curaui, ut undoſum hoc, quod inter nos & deum peccatis interlatrantibus ſe/
parat, præſentis uitæ ſalum, omni amictu carnis, & cura diei ſequentis, iubente & adiuuãte
Chriſto expeditus enatem: neq; id me perfeciſſe glorior, quod & ſi gloriari poſſem, in do/
mino gloriarer, cuius eſt perficere quod nobis adiacet uelle. Sed concupiſcit adhuc anima
mea deſiderare iudicia domini. Vide quando aſſequatur effectum dei uoluntatum, qui ad
hucipſum deſiderare deſiderat. Quod in me tamen eſt, dilexi decorem domus ſanctæ, &
quantum in me fuit, elegeram abiectus eſſe in domo domini. Sed cui placuit ſegregare me
ab utero matris meæ, & ab amicitia carnis & ſanguinis ad gratiam ſuam trahere, eidem
placuit inopem me omnis boni meriti, ſuſcitare de terra & de lacu miſeriarum, ac de luto fe
cis educere, ut collocaret me cum principibus populi ſui, & partem meam in tua ſorte po/
neret, ut te præſtante meritis, officio ſociatus æquarer. Præſumptione igitur non mea ſed
placito & ordinatione domini, fraternitatis tuæ mihi fœdus uſurpans, tanto indignus ho/
Ro. 12. σωφρο/ nore me dignor, quia te pro tua ſanctitate certo ſcio, nam ueritatem ſapis, non alta ſape/
νεῖν. re, ſed humilibus congruere. Ideoq; prompte & intime recepturum ſpero charitatem hu/
militatis

militatis noſtræ. Quam quidem iam recepiſſe te per beatiſſimum ſacerdotẽ Alipium, quia dignatur patrem noſtrũ, cõfido. Is enim ſine dubio de ſe tibi exemplum præbuit nos ante noticiam & ſupra meritum diligendi, qui incognitos ſibi nos & longinqua ſali intercapedine diſparatos, ſpiritu ueræ dilectionis, qui ubiq; & penetrat & effunditur, & uidere diligendo potuit, & alloquendo pertingere. Hic nobis prima affectus ſui documenta, & charitatis tuæ pignora in ſupradicto munere librorum dedit. Et quanto ſtuduit impendio, ut ſanctitatem tuam non ipſius tantum uerbis, ſed plenius eloquentia & fide tua cognita non poſſemus amare mediocriter, tantopere curaſſe eundem credimus, ut nos uiciſſim ipſius imitatione plurimum diligas. Gratia dei tecum, ut & eſt, in æternum maneat, optamus frater in Chriſto domino unanime, uenerabilis, deſiderantiſſime: Totam domum, & omnem comitem, & æmulatorem in domino ſanctitatis tuæ plurimo fraternitatis unanimæ ſalutamus affectu. Panem unum, quem unanimitatis indicio miſimus charitati tuæ, rogamus accipiendo benedicas.

Auguſtinus Paulino, amplectens illius beneuolentiam, & mutuum declarans amorẽ: nõnulla de Licẽtio, cuius ætati metuebat, ne uergeret ad ea quæ ſunt mũdi. Epiſt. XXXII.

DOMINO uere ſancto & uenerabili, & eximia in Chriſto laude prædicando, fratri Paulino, Auguſtinus in domino ſalutẽ. O bone uir & bone frater, latebas animam meam, & ei dico ut toleret, quid adhuc lates oculos meos, & uix obtemperat, imò non obtemperat. An uero tolerat? Cur ergo me excruciat deſiderium tui apud ipſam intus animam? Nam ſi moleſtias corporis paterer, & ſi nõ perturbarent æquitatem animi mei, recte illas tolerare dicerer. Cum autẽ non æquo animo fero quod te non uideo, intolerabile eſt iſtam appellare tolerantiã. Sed quando tu talis es, eſſe ſine te fortaſſe intolerabilius toleraretur. Bene eſt ergo quia æquo animo ferre nõ poſſum, quod ſi æquo animo ferrem, æquo animo ferendus non eſſem. Mirum eſt, ſed tamen
B uerum quod mihi accidit: doleoq; quod te non uideo, & meipſum cõſolatur dolor. Ita mihi diſplicet fortitudo, qua patienter fertur abſentia bonorum, ſicuti es. Nam & Hieruſalem futuram deſideramus utiq;, & quãto patientius deſideramus ipſam, tanto patientius ſuſtinemus omnia propter ipſam. Quis igitur poteſt non gaudere te uiſo, ut poſſet quandiu te non uidet, nõ dolere? Ergo neutrum poſſum, & quoniam ſi poſſem, immaniter poſſem, nõ poſſe delector, atq; in eo quod delector nõnullum ſolatium eſt. Dolẽtem itaq; me nõ ſedatus, ſed conſideratus conſolatur dolor. Ne reprehẽdas quæſo ſanctiore grauitate qua præuales, & dicas non recte me dolere quod adhuc te non nouerim, cum animum mihi tuum, hoc eſt teipſum interiorem aſpiciẽdum patefeceris. Quid enim ſi uſpiam uel in terrena tua ciuitate didiciſſem fratrem & dilectorem meum, & tantum in domino ac talem uirum, nullum ne me dolorẽ ſenſurum fuiſſe arbitrareris, ſi non ſinerer noſſe domum tuam? Quomodo ergo non doleam quod nondum faciem tuam noui, hoc eſt domum animæ tuæ, quam ſicut meam noui? Legi enim literas tuas fluentes lac & mel, præferentes ſimplicitatem cordis tui, in qua quæris dominum, ſentiens de illo in bonitate, & afferẽs ei claritatem & honorem. Legerunt fratres & gaudent infatigabiliter & ineffabiliter, tam uberibus & tam excellentibus donis dei, bonis tuis. Quotquot eas legerunt, rapiunt, qui rapiuntur cum legunt. Quàm ſuauis odor Chriſti, & quàm fragrat ex eis: dici nõ poteſt, illæ literæ cum te offerũt ut uidearis, quãtum nos excitẽt ut quæraris: nam & perſpicabilem faciunt & deſiderabilẽ. Quanto enim præſentiam tuam nobis quodãmodo exhibẽt, tãto abſentiam nos ferre nõ ſinunt. Amant te omnes in eis, & amari abs te cupiunt. Laudatur & benedicitur deus, cuius gratia tu talis es. Ibi excitatur Chriſtus, ut uentos & maria tibi placare tendenti ad ſtabilitatem ſuam dignetur, à legentibus. Ibi coniunx excitatur, nõ dux ad molliciem uiro ſuo, ſed ad fortitudinem redux in oſſa uiri ſui: quam in tuam unitatem redactam & redditã, & ſpiritalibus tibi tanto firmioribus, quanto caſtioribus nexibus copulatam, officijs ueſtræ ſanctitati debitis in te uno ore ſalutamus. Ibi cedri Libani ad terram depoſitæ, & in arcæ fabri

cam compagine charitatis erectæ,mundi huius fluctus imputribiliter secant. Ibi gloria ut C
acquiratur,contemnitur:& mundus ut obtineatur,relinquitur.Ibi paruuli,siue etiam gran/
diusculi filij Babylonis eliduntur ad petram, uitia scilicet confusionis superbiæ ꝙ secularis.
Hæc atq; huiusmodi suauissima & sacratissima spectacula, litteræ tuæ præbẽt legẽtibus,lit
teræ illæ litteræ fidei, nõ fictæ,litteræ spei bonæ,litteræ puræ charitatis. Quomõ nobis an/
helãt sitim tuã, & dẽsideriũ defectum ꝙ animæ tuæ in atria dñi? Quid amoris sanctissimi
spirãt? Quãtam opulentiã synceri cordis exæstuant? Quas agunt gratias deo? Quas im/
petrãt à deo? Blandiores sunt,an ardentiores: luminosiores,an fœcundiores? Quid em̃ est
qd' ita nos mulcẽt,ita accendũt: ita cõpluũt,& ita serenæ sunt? Quid est quæso te,aut quid
tibi pro eis rependam,nisi quia totus sum tuus in eo,cuius totus es tu? Si parũ est,plus cer/
te non habeo. Tu autem fecisti ut non mihi parum uideatur, qui me in illa epistola tantis
laudibus honorare dignatus es, ut cum tibi me refundo,si parum hoc tibi putem,non cre/
didisse conuincar.Pudet me quidem tantum boni de me credere, sed plus piget tibi nõ cre
dere.Est quod faciam.Non me credam talem qualem putas,quoniam non agnosco: & cre
dam me abs te dilĩgi, quoniam sentio & planè percipio: Ita nec in me temerarius,nec in te
ingratus extitero.Et cum me tibi totum offero,parum non est: offero enim quem uehemẽ
tissime diligis: & offero,si nõ qualẽ me esse arbitraris,eum tamen, pro quo ut talis esse me/
rear deprecaris. Hoc enim magis iam peto facias, ne minus optes mihi adĩci ad id quod
sum, dum me existimas iam esse quod non sum. Ecce charissimus meus est, & ab ineunte
adolescentia mihi familiariter amicissimus, qui hanc eximietati tuæ ac præstantissimæ cha
ritati epistolam apportat.Huius nomen est in libro de uera religione, quem tua sanctitas
(quantum litteris indicas)libentissime legit.Factus est enim tibi etiã tanti uiri,qui tibi eum
misit,cõmendatione iocundior. Neq; em̃ huic tam familiari amico meo uelim credas,quæ
de me forte laudans dixerit.Sensi enim etiam ipsum sæpe non mẽtiendi studio,sed aman/
di propensione falli iudicantem, & arbitrari iam me accepisse quædam,quibus accipiendis D
à domino patente ore cordis inhiarem.Et si hoc in os meum,quis non conĩciat quanta de
me absente meliora quàm ueriora lætus effundat? Librorum autem nostrorum copiam fa
ciet uenerabili studio tuo: nam nescio me aliquid, siue ad eorũ qui extra Ecclesiã dei sunt,
siue ad aures fratrum scripsisse,quod ipse non habeat.Sed tu cum legis mi sancte Pauline,
non te ita rapiant, quæ per nostram infirmitatem ueritas loquitur, ut ea quæ ipse loquor,
minus diligenter aduertas: ne dum auidus hauris bona & recta, quæ data ministro, non
ores pro peccatis & erratis quæ ipse committo. In his enim si aduerteris quæ tibi recte dis/
plicebunt,ego ipse conspicior: in his autem quæ per donum spiritus, quod accepisti, recte
tibi placent in libris meis,ille amandus,ille prædicandus est,apud quem est fons uitæ,& in
cuius lumine uidebimus lumen,& sine ænigmate & facie ad faciem,nũc autem in ænigma/
te uidemus.In his ergo quæ ipse de ueteri fermento eructaui,cum ea legens agnosco,me iu
dico cum dolore: in his uero quæ de azymis synceritatis & ueritatis (dono dei) dixi,exulto
cum tremore.Quid em̃ habemus quod nõ accepimus? Apud deum em̃ melior est,qui mæ
ioribus & pluribus, quàm qui minoribus & paucioribus donis dei diues est, quis negat?
Sed rursus melius est uel de paruo dei dono gratias ipsi agere, quàm sibi agi uelle de ma/
gno.Hæc ut ex animo semper confitear, meumq; cor à lingua mea non dissonet, ora pro
me frater.Ora obsecro,ut non laudari uolens,sed laudans inuocem dominum,& ab inimi
cis meis saluus fiam.Est etiam aliud,quo istum fratrem amplius diligas: nam est cognatus
uenerabilis, & uere beati episcopi Alipij, quem toto pectore amplecteris, & merito: nam
quisquis de illo uiro benigne cogitat,de magna dei misericordia,& de mirabilibus dei mu
neribus cogitat.Itaq; cum legisset petitionem tuam,qua desiderare te indicasti, ut historiã
suam tibi scriberet,& uolebat facere propter beneuolentiam tuam,& nolebat propter uere
cundiam suam.Quem cum uiderem inter amorem pudoremq; fluctuantem, onus ab illo
in humeros meos trãstuli: nam hoc mihi etiam per epistolam iussit. Cito ergo,si dominus
adiuuerit

id est bona po tius quàm ue/ ra. Sic aliquo ties loquitur, Linium imita tum.

A adiuuerit,totum Alipium inferam præcordijs tuis: Nam hoc ſum ego maxime ueritus,ne ille uereretur aperire omnia,quæ in eum dominus cõtulit,ne alicubi minus intelligẽti (Nõ eñ abs te ſolo illa legerentur)non diuina munera conceſſa hominibus,ſed ſeipſum prædicare uideretur, & tu qui noſti quomodo hæc legas, propter aliorum cauẽdam infirmitatẽ, fraternæ noticiæ debito fraudareris. Quod iam feciſſem,iamq; illum legeres, niſi profectio fratris improuiſa repente placuiſſet. Quem ſic commendo cordi & linguæ tuæ, ut ita comitem te ei præbeas,quaſi non nunc illum,ſed mecum ante didiceris. Si enim cordi tuo nõ dubitauerit aperire ſeipſum; aut ex omni aut ex magna parte ſanabitur per linguam tuam. Volo enim eum numeroſius cõtundi eorum uocibus, qui amicum non ſeculariter diligũt. Filium autem eius filium noſtrum, cuius etiam nomen in aliquibus noſtris libris inuenies: & ſi ad tuæ charitatis præſentiam ipſe non pergeret,* ſtatuerat litteris in manu tua tradere, conſolandum,exhortandum,inſtruendum,non tam oris ſono,quàm exemplo roboris tui. Ardeo quippe,ut dum adhuc ætas eius in uiridi fœno eſt,zizania conuertat in frugẽ,& credat expertis, quod experiri periculoſe deſiderat. Nunc ergo ex eius carmine, & ex epiſtola,quam ad eum miſi,intelligit beneuolentiſſima & manſuetiſſima prudentia tua, quid de illo doleam,quid timeam,quid cupiam. Nec deſpero affuturum dominum, ut per te miniſtrum eius tantis curarum æſtibus liberet. Sanè quia multa ſcripta noſtra lecturus es,multo erit mihi gratior dilectio tua, ſi ex his quæ tibi diſplicuerint,emẽdaueris me iuſtus in miſericordia, & argueris me. Non enim talis es,cuius oleo timeam impinguari caput meum. Fratres non ſolum qui nobiſcum habitant,& qui ubilibet habitantes,deo pariter ſeruiunt, ſed propè omnes qui nos in Chriſto libenter nouerunt,ſalutant,uenerantur,deſiderant germanitatem,beatitudinem,humanitatem tuam. Non audeo petere,ſed ſi tibi ab eccleſiaſticis muneribus uacat,uenias & uideas quid mecum ſentiat Africa.

al ſtatueram.

B Paulinus Auguſtino, non recepto ab eo reſponſo,denuo per alium ſcribit eadem quæ prius. Epiſtola XXXIII.

DOMINO fratri ſancto & unanimo Auguſtino, Paulinus & Theraſia peccatores Iam dudum frater in Chriſto domino mi unanime, ut te in ſanctis & pijs laboribus tuis neſcientem agnoui, abſentemq; uidi,tota mente complexus,alloquio quoq; familiari atq; fraterno per litteras audire properaui. Et credo in manu & in gratia domini ſermonem meum ad te fuiſſe perlatum: ſed morãte adhuc puero,quem ad te aliosq; dilectos æque deo ſalutandos,ante hyemem miſeramus, nõ potuimus ultra & officium noſtrum ſuſpẽdere, & deſiderium ſermonis tui cupidiſſimum temperare. Scripſimus itaq; iterato nũc,ſi priores ad te litteræ noſtræ peruenire meruerunt:aut primo,ſi illis in manus tuas perueniendi felicitas non fuit. Sed tu frater ſpiritaliter omnia iudicãs,amorem in te noſtrum ne pendas officio ſolo,aut tempore litterarum. Dominus eñ teſtis eſt,qui unus atq; idem operatur in ſuis ubiq; charitatem ſuam,iam abinde nobis,ex quo te beneficio uenerabilium epiſcoporum Aurelij & Alipij,per tua in Manichæos opera cognouimus, ita inditam dilectionem tuam, ut nobis nõ nouam aliquam amicitiam ſumere,ſed quaſi ueterem charitatem reſumere uideremur. Deniq; nunc & ſi ſermone,non tamẽ tanquam & affectu rudes ſcribimus,teq; uiciſſim in ſpiritu per interiorem hominem quaſi recognoſcimus. Nec mirum ſi & abſentes aſſumus uobis, & ignoti noſmet nouimus,cum unius corporis membra ſimus,unum habeamus caput,una perfundamur gratia,uno pane uiuamus,una incedamus uia,eadem habitemus domo. Deniq; in omne quod ſumus,tota ſpe ac fide qua ſtamus in præſenti,nitimur in futurũ,tam in ſpiritu quàm in corpore domini unum ſumus,ne ſimus nihil ſi ab uno excidamus. Quantulũ ergo eſt quod abſentia corporalis nobis inuidet noſtri,niſi ſanè fructum iſtum,quo paſcuntur oculi temporalium expectatores:quãuis nec corporalis quidem gratia,temporalis in ſpiritalibus dici debeat, qui bus etiã corporum æternitatẽ reſurrectio largietur, ut audemus in uirtute Chriſti & bonitate dei patris uel indigni præſumere. Quare utinã hocquoq; nobis munus annueret gra-

tia dei,per dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum, ut etiã in carne faciem tuam uideremus: nõ C
ſolum deſiderijs noſtris magnum conferretur gaudium,ſed etiam mẽtibus lumen accreſce/
ret, & ex tua copia locupletaretur inopia noſtra. Quod quidem & abſentibus largiri po/
tes,hac præſertim occaſione, qua filij noſtri unanimes & chariſſimi nobis in domino, Ro/
alios pro alte ros. manus & Agilis,quos ut nos * alios tibi commendamus,in nomine domini reuertẽtur,ope
re charitatis impleto,in quo tuæ charitatis affectu ſpecialiter utantur rogamus. Noſti em
quàm celſa promittat altiſſimus fratri,fratrẽ adiuuanti. Per hos,ſi quo mæ gratiæ,quæ tibi
data eſt,dono remunerari uoles,tutò facies. Sunt enim,uelim credas,unum cor,& una no/
biſcum in domino anima. Gratia dei tecum,ut eſt, in æternum maneat frater in Chriſto
domino unanime,uenerabilis,dilectiſſime,& deſiderabilis. Omẽs in Chriſto ſanctos,qua/
les tibi cohærere nõ dubium eſt, à nobis ſaluta. Commenda nos omnibus ſanctis,ut tecũ
pro nobis orare dignentur.

Auguſtinus Paulino,ad proximam epiſtolam reſpondet: nam ſuperiorem nondum acceperat. Epiſtola XXXIIII.

DOMINIS dilectiſſimis & ſynceriſſimis,uere beatiſſimis,atq; abundantiſſima
dei gratia præſtantiſſimis fratribus Paulino & Theraſiæ, Auguſtinus in do/
mino ſalutem. Cum litteras meas,quibus reſpondi prioribus ueſtris,ſi ta
men ueſtris litteris ullo modo à me reſponderi poteſt, celerrime optauerim uc
nire in ueſtræ charitatis manus, ut quo pacto abſens cito poſſem eſſe uobiſcũ,lucrum mi/
hi ueſtræ epiſtolæ contulit tarditas mea. Bonus dominus,qui non tribuit ſæpe quod uolu/
mus,ut quod malimus attribuat. Aliud eſt enim quod accepta epiſtola mea ſcripturi eſtis,
aliud quod non accipiendo ſcripſiſtis. Quod cum lætiſſime legeremus, defuiſſet nobis cer/
te iſta lætitia,ſi ut optauimus maximeq; uoluimus,cito ad ueſtram ſanctitatem noſtræ lit D
teræ permeaſſent. Nunc uero & hæc habere ſcripta, & illa ſperare reſcripta,gaudio cumula
tiore delectat. Ita nec noſtra culpa accuſari poteſt, & domini largior benignitas fecit quod
noſtro deſiderio conducibilius eſſe iudicauit. Sanctos fratres Romanum & Agilem aliam
epiſtolam ueſtram audientem uoces atq; reddentem, & ſuauiſſimam partem ueſtræ præ/
ſentiæ,quia uobis uiſendis inhiaramus auidius, cum magna in domino iucunditate ſuſce/
pimus. Vnde, aut quãdo,aut quomodo uel uos præſtare,uel nos poſſemus exigere, ut nos
de uobis tanta ſcribendo doceretis,quanta eorum ore didicimus? Aderat etiam quod nul
li chartæ adeſſe poteſt, tantum in narrantibus gaudium, ut per ipſum etiam uultum ocu/
loſq; loquentium, uos in cordibus eorum ſcriptos cum ineffabili lætitia legeremus. Hoc
quoque amplius erat, quod pagina quælibet quantacunque bona ſcripta contineat, nihil
ipſa proficit, quamuis ad profectum explicetur aliorum. Hanc autem epiſtolam ueſtram,
fraternam ſcilicet animam,ſic in eorum colloquio legebamus, ut tãto beatior appareret no
bis,quanto uberius conſcripta eſſet ex uobis. Itaq; illam ad eiuſdem beatitatis imitationẽ,
ſtudioſiſſime de uobis omnia percunctando,in noſtra corda tranſſcripſimus. Nec ideo ta/
men eos tam cito à nobis, licet ad uos remeantes, ſine moleſtia paſſi ſumus. Videte enim
quæſo uos quibus quatiebamur affectibus: tanto utiq; dimittendi erant uelocius, quanto
uobis impenſius obedire cupiebant. Sed quanto id cupiebant magis, tanto uos nobis præ
ſentius exhibebãt: eo quippe indicabant quàm chara ueſtra uiſcera eſſent. Tanto igitur eos
minus dimittere uolebamus,quanto iuſtius ut dimitterentur,inſtabant. O rem non feren/
dam, niſi à nobis iſta diſceſſione non diſcederemus, niſi unius eſſemus corporis membra,
unum haberemus caput, una perfunderemur gratia, uno pane uiueremus, una incedere/
mus uia,eadem inhabitaremus domo. Cur enim non eiſdẽ etiam uerbis uteremur? Agno/
ſcis em̃ credo hæc eſſe ex epiſtola ueſtra. Sed cur potius hæc ueſtra ſint uerba quàm mea,
quæ utique quàm uera ſunt, tam à nobis ab eiuſdem capitis communione proueniunt? Et
ſi aliquid proprium uobis donatum habent, tanto magis ea ſic dilexi, ut obſiderent uiam
pectoris

A pectoris mei, neq; à corde ad linguam meam uerba transire sinerent, donec tanto priora, quanto sunt uestra, procederent. Sancti fratres & dilecti deo, nostráque inuicem membra, quis dubitet nos uno spiritu uegetari, nisi qui non sentit qua nobis dilectione uinciamur? Vellem tamen scire, utrum hanc absentiam corporalem, uos patientius quàm nos facilius toleretis? Si ita est, fateor non amo istam fortitudinem uestram, nisi forte quia nos tales sumus, ut minus a uobis desiderari, quàm uos desiderare debeamus. In me certe si esset patientia uestræ absentiæ perferendæ, displiceret mihi: segniter enim agerem, ut uos uiderem. Quid autem absurdius, quàm fortitudine fieri segniorem? Sed qua ecclesiæ cura tenear, ex hoc uestra charitas oportet attendat, quod beatissimus pater Valerius, qui uos nobiscum quantum salutet, quantum sitiat, audietis ex fratribus, nec presbyterum me esse suum passus est, nisi maiorem mihi coëpiscopatus sarcinam imponeret. Quod quidem quia tanta eius charitate, tantoq; populi studio dominũ id uelle credidi, nonnullis iam exemplis præcedentibus, quibus mihi omnis excusatio claudebatur, uehemẽter timui excusare. Sed quãquam iugum Christi per seipsum lene sit, & sarcina leuis, tamen propter nostram asperitatem atq; infirmitatem, si quid me mordet hoc uinculum, atq; urget hoc onus, ineffabiliter mihi aliquanto uestræ præsentiæ solatio, tolerabilius & portabilius redderetur. Vos audio curis eiusmodi expeditiores liberioresq; uiuere, quare non impudenter ego rogo uos, & postulo, & flagito, ut in Africam maiore talium hominum siti, quàm siccitatis nobilitate laborantem, uenire dignemini. Scit deus quia non solum propter desiderium meum, neque solum propter eos qui uel per nos uestrum propositum, uel undecunq; fama prædicante didicerunt, sed etiam propter cæteros, qui partim non audiunt, partim audita non credunt, tamen possunt comperta diligere, uos istis terris etiam corporaliter adesse cupimus. Quamuis enim sedulo atq; misericorditer id agitis, tamen etiam coram hominibus regionum nostrarum luceant opera uestra, ut uideant bona facta uestra, & glorificent patrem uestrum

Valerij episcopi Augustinus συνεργός.

B qui in cœlis est. Piscatores uocãte domino, quod nauiculas & retia dimiserunt, omnia se dimisisse, & dominum secutos esse, etiam commemorando lætati sunt. Et reuera omnia contemnit, qui non solum quantum potuit, sed etiam quantum uoluit habere, contemnit. Sed in eo quod cupiebatur, oculi dei testes sunt, in eo quod habebatur & hominũ. Nescio quo autem modo, cum superflua & terrena diliguntur, artius adepta quàm concupita constringunt. Nam unde tristis ille discessit, qui consilium uitæ æternæ consequendæ quærebat à domino, cum audisset uendenda esse omnia sua, & distribuenda esse pauperibus, & habendum thesaurum in cœlo, si uellet esse perfectus, nisi quia magnas, ut Euangelium loquitur, habebat diuitias? Aliud est enim nolle incorporare quæ desunt, aliud iam incorporata diuellere. Illa uelut cibi repudiantur, illa uelut membra præciduntur. Quãto igitur & quantum mirabili gaudio nostris temporibus christiana charitas conspicit, per domini Euangelium cum læticia fieri, quod ex ore domini cum tristicia diues audiuit? Quanquam nullis uerbis explicem conceptionem ac parturitionẽ cordis mei, tamen quia prudenter & pie intelligitis non esse istam uestram, hoc est humanam, sed in uobis domini gloriam. Nam & inimicum cautissime intuemini, deuotissimeq; agitis, ut tanquam discipuli Christi humiles corde & mites sitis, Vtilius enim terrena opulentia tenetur humiliter, quàm superbe relinquitur, Quia ergo recte intelligitis non hanc esse uestrã, sed domini gloriam, uidetis quàm parua & exigua dixerim. Dixi em̃ de laudibus Christi, quibus sunt linguæ impares angelorum. Hãc ergo Christi gloriã etiam oculis nostrorum hominũ cupimus admoueri, in uno coniugio proposita utriq; sexui calcandæ superbiæ, nõ desperandæ perfectionis exempla. Nescio si quicquam misericordius agitis, quàm si tantũ uelitis latere, quod tales estis, quantum tales esse uoluistis. Vetustinum impijs quoque miserabilem puerum uestræ benignitati charitatiq; commendo: causas calamitatis & peregrinatiõis eius audietis ex ipso. Nam & propositum eius, quo seruiturum se esse pollicetur deo, tempus prolixius, & ætas robustior, & transactus timor certius indicabunt. Tres libros, atq; utinam tam grandis quæstio-

Lucæ 18

nis ita explicatores ut grandes,tanto minus metuens in te laborem legendi,quanto ardoré C
perſpicio diligendi, miſi ſanctitati & charitati tuæ: nam quæſtio eorum de libero arbitrio
eſt.Hos autem non habere,aut omnes non habere fratrem Romanianum ſcio, per quem
propè omnia, quæ quibuſlibet auribus accommodata ſcribere potui,ſtudio in nos tuo nó
apportanda dedi, ſed adlegenda iudicaui. Habebat enim iam ille omnia,ſecumq; geſta/
bat: per eum autem prima reſcripta tranſmiſi. Credo iam expertam ſanctitatem tuam ſa/
gacitate ſpiritali, quam tibi dominus tribuit, quid ille uir boni animo gerat,& quæ in illo
infirmitate pars claudicet. Vnde humanitati & charitati tuæ tam ipſum quàm filium eius,
legiſti,ut ſpero, qua ſollicitudine commendauerim, & quanta mihi neceſſitudine copulati
ſint.Ædificet eos per te dominus,quod ab illo magis petendum eſt: nam id tu quàm uelis
noui. Aduerſus paganos te ſcribere didici ex fratribus, ſi quid de tuo pectore meremur,
indifferenter mitte ut legamus:nam pectus tuum tale domini oraculum eſt,ut ex eo nobis
placita contra implicita, & aduerſus loquaciſſimas quæſtiones explicatiſſima dari reſpon/
ſa præſumamus. Libros beatiſſimi papæ Ambroſij credo habere ſanctitatem tuam, eos
autem multum deſidero, quos aduerſus nonnullos imperitiſſimos & ſuperbiſſimos, qui
de Platonis libris dominum profeciſſe contendunt, diligentiſſime & copioſiſſime ſcripſit.
Beatiſſimus frater Seuerus de condiſciplinatu noſtro Milenitanæ antiſtes eccleſiæ, bene
apud eandem ciuitatem fratribus cognitus, debito nobiſcum officio ſanctitatē ueſtram ſa
lutat.Fratres quoq; omnes nobiſcum domino ſeruientes,tam id faciunt,quàm uos deſide
rant:tam uos deſiderant,quàm uos diligunt:& tam diligunt,quàm eſtis boni.Panis quem
miſimus,uberior benedictio fiet,dilectione accipientis ueſtræ benignitatis. Cuſtodiat uos
dominus ab iſta generatione in æternum, domini dilectiſſimi & ſyncериſſimi uere benigni
& abundantiſſima domini gratia præſtantiſſimi fratres.

Ambroſius.

Non extant.

Paulinus Alipio epiſcopo, de libris Auguſtini quos recepit, excuſans quod ſerius miſe/ D
rit ad illum Euſebij Chronica.Cupit edoceri de ſtatu Alipij, ipſe uiciſſim de ſuo nõnulla ape
rit,ueluti ſignificans ſe uelle Alipij uitam in litteras mittere.Tres panes dono mittit. Hoc ar
gumentum præcedit epiſtolam 32. Epiſt. XXXV.

DOMINO merito honorabili,& beatiſſimo patri Alipio,Paulinus & Theraſia
peccatores. Hæc eſt uera charitas,hæc perfecta dilectio,quam tibi circa hu
militatem noſtram ineſſe docuiſti, domine uere ſancte & merito beatiſſime ac
deſiderabilis.Accepimus enim per hominem noſtrum Iulianum de Carthagi/
ne reuertentem litteras,tantam nobis ſanctitatis tuæ lucem afferentes,ut nobis charitatem
tuam nõ agnoſcere,ſed recognoſcere uideremur. Quia uidelicet ex illo,qui nos ab origine
mundi prædeſtinauit ſibi, charitas iſta manauit, in quo facti ſumus antequàm nati, quia
Pſal.99 ipſe fecit nos, & non ipſi nos,qui fecit quæ uentura ſunt. Huius igitur præſcientia & opere
formati in ſimilitudinem uoluntatum,& unitatem fidei,uel unitatis fidem,prætueniente no
ticiã charitate connexi ſumus,ut nos inuicem ante corporales conſpectus reuelante ſpiritu
noſceremus. Gratulamur itaq; & gloriamur in domino, qui unus atque idem ubiq; terra/
rum operatur in ſuis dilectionem ſuam ſpiritu ſancto, quem ſuper omnem carnem effu/
dit, fluminis impetu lætificans ciuitatem ſuam.In cuius te ciuibus principalem cum princi/
pibus populi ſui,ſede apoſtolica merito collocauit: nosq; etiam,quos erexit eliſos,& de ter
ra inopes ſuſcitauit, in ueſtra uoluit ſorte numerari. Sed magis gratulamur in eo domini
munere,quo nos in pectoris tui habitatione cõſtituit: quoq; ita uiſceribus tuis inſinuare di
gnatus eſt, ut peculiarem nobis charitatis tuæ fiduciam uendicemus, his officijs atq; mu/
neribus prouocati,ut nos diffidenter aut leuiter te amare non liceat. Accepimus enim inſi/
gne & præcipuæ dilectiõis & ſollicitudinis tuæ opus, ſancti & perfecti in domino Chriſto
al *ſuſcipimus* uiri,fratris noſtri Auguſtini libris quinq; confectum,quod ita miramur atq; *ſuſpicimus,
ut dictata diuinitus uerba credamus. Itaq; fiducia ſuſcipiendæ nobis unanimitatis tuæ, &
ad ipſum ſcribere auſi ſumus, dum nos illi per te,& de imperitia excuſandos,& ad charita/
tem

A tem commendandos præsumimus,sicut & omnibus sanctis,quorũ nos & absentium offi/
cijs sospitare dignatus es,pari proculdubio curaturus affectu,ut per sanctitatem tuam, no
stris inuicem salutentur obsequijs,& in clero sanctitatis tuæ comites,& in monasterijs fidei
ac uirtutis tuæ æmulatores. Nam & si in populis,ac super populum agas oues pascuæ do/
mini,regens sollicitis uigil pastor excubijs,tamẽ abdicatione seculi,& repulsa carnis ac san/
guinis,desertum tibijpse feciſti,secretus à multis, uocatus in paucis. Sanè uicario aliquate/
nus munere, licet per omnia tibi impar,ut iusseras prouidi illam Eusebij uenerabilis episco
pi Constantinopolitani,de cunctis temporibus historiam. Sed in hoc fuit obtemperandi
mora, quod in fructu tuo,quia ipse nõ haberem hunc codicem,Romæ reperi apud paren
tem nostrum uere sanctissimum Domnionem qui proculdubio promptius mihi paruit in
hoc beneficio, quod tibi deferẽdum iudicauit. Veruntamen quia & loca tua mihi significa
re dignatus es,ut ipse monuisti,ad uenerabilem socium coronæ tuæ, patrem nostrum Au/
relium ita scripsimus, ut si nunc Hippone regio degeres, illò tibi litteras nostras, & tran/
scribendã in Carthagine membranã mittere dignaretur. Quod & sanctos uiros quos in/
dices charitatis ipsorum tuo sermone cognouimus, Comitẽ & Euodiũ rogauimus, ut hæc
scribere ipsi curarent,ne uel parenti Domnioni diutius codex suus deforet,& tibi transmis/
sus,sine necessitate redhibendi maneret.Specialiter autem hoc à te peto,quoniã me imme
rentem & inopinantem magno tui amore complesti, ut pro hac historia temporũ, referas
mihi omnem tuæ sanctitatis historiam: ut quod genus,unde sis domo,tanto uocatus à do
mino, quibus exordijs segregatus ab utero matris tuæ, ad matrem filiorum dei prole læ/
tantẽ,abiurata carnis & sanguinis stirpe trãsieris,& in genus regale & sacerdotale sis trãsla
tus,edisseras. Quod enim indicasti, iam de humilitatis nostræ nomine apud Mediolanũ
te didiciſſe, cum illic initiareris, fateor curiosius me uelle condiscere,ut ex omni parte te no/
B uerim,quo magis gratuler,si à suspiciendo mihi patre nostro Ambrosio, uel ad fidẽ inuita
tus es,uel ad sacerdotium consecratus,ut eundem ambo habere uideamur autorem.Nam
ego & si à Delphino Burdegaliæ baptizatus, à Lampio apud Barcilonã in Hispania, per
uim inflammatæ subito plebis sacratus sim,tamen Ambrosij semper & dilectione ad fidẽ
nutritus sum, & nunc in sacerdotij ordine confoueor.Denique suo me clero uendicare uo/
luit,ut & si diuersis locis degam, ipsius presbyter censear. Sed de me ne quid ignores, scias
antiquissimum peccatorem, non ita olim de tenebris & umbra mortis eductum,spiritum
auræ uitalis hausisse, nec ita olim posuisse in aratro manum, & crucem domini sustuliſſe,
quam ut in finem perferre ualeamus,orationibus tuis adiuuemur. Accumulabitur hæc me
ritis tuis merces,si interuentu tuo onera nostra releuaueris.Sanctus enim laborantem ad/
iuuans,quia fratrem non audemus dicere,exaltabitur sicut ciuitas magna.Et tu quidem su
per montem ciuitas ædificata es,uel accensa super candelabrum lucerna in septiformi clari
tate colluces,nos sub modio peccatorum delitescimus: uisita litteris tuis, & profer in lucem
in qua ipse uersaris,super aurea candelabra conspicuus. Eloquia tua lumen semitis nostris
erunt,& oleo lucernæ tuæ impinguabitur caput nostrum. Et accendetur fides,cum de spiri
tu oris tui cibum mentis & lumen animæ sumpserimus.Pax & gratia dei tecum,& corona
iustitiæ tibi maneat in die illo,domine pater merito dilectissime,& uenerabilis & exoptatis/
sime.Benedictos sanctitatis tuæ comites & æmulatores in domino fratres,si dignãtur, no/
stros,tam in ecclesijs q̃ in monasterijs,Carthagini,Thagastæ,Hippone regio,& totis paro
chijs tuis atq; omnibus cognitis tibi per Africam locis,domino catholice seruientes,multo
affectu & obsequio salutari rogamus. Si ipsam membranã sancti Domnionis acceperis,
transscriptam nobis remittere dignaberis.Et hoc rogo scribas mihi quem hymnũ meũ co/
gnoueris.Panem unum sanctitati tuæ unitatis gratia misimus, in quo etiam trinitatis soli/
ditas continetur.Hunc panem eulogiam esse,tu facies dignatione sumendi.

Paulinus fa/miliaris Am/broſio.hinc ſumpſit occa/ſionẽ,qui ſcri/pſit uitã Am/broſij.

p anis dono miſſus.

Paulinus Romaniano, gratulans ecclesiæ Hipponensi quod Augustinũ meruit epi/
scopi collegam.Licentium pro quo scripserat Augustinus, hortatur & prosa & car/

mine,ut contempto aulæ fastu, se dedicet Christo.

DOMINO merito prædicabili & honorãdo fratri Romaniano,Paulinus & Therasia. Pridie q̃ has daremus,reuersis ex Africa fratribus nostris,quorũ expectatiõe nos pẽdere uidisti,optatissime sanctorum & charissimorum uirorũ inde epistolas receperamus,id est Aurelij,Alipij,Augustini, Profuturi,Seueri,iam omniũ pariter episcoporum.Ergo tot sanctorũ talium recẽtissimis sermonibus gratulãtes, properauimus ad te nostrã referre læticiam,ut tibi quoq; expectatum in peregrinatione solicita gaudium festiuissimis cõferremus indicijs. Si forte eadẽ de uenerabilibus & amantissimis uiris per aliarum aduentus nauium cõperisti,per nos etiã repetita accipe, & quasi renouata hilaritate rursus exulta.Quod si primus hic à nobis tibi nuncius ueniet,gratulare tãtam in tua patria charitatẽ Christo donãte partam,ut quicquid illic diuina prouidẽtia gerat,mirabilis semper (ut scriptum est) in sanctis suis,uel primi,uel cum primis sciamus.Non aũt tantum hoc scribimus gratulãdum,quod episcopatũ Augustinus acceperit,sed quod hanc dei curam meruerint Africanæ ecclesiæ,ut uerba cœlestia Augustini ore perciperẽt, qui ad maiorem dominici muneris gratiam nouo more prouectus, ita cõsecratus est,ut non succederet in cathedra episcopo,sed accederet. Nam incolumi Valerio Hipponensis ecclesiæ episcopo,coëpiscopus Augustinus est. Et ille beatus senex, cui purissimam mentem nulla unquam liuentis inuidiæ macula suffudit, dignos sui cordis pace nunc ab altissimo fructus capit, ut quem successorem sacerdotij sui suppliciter optabat, hunc mereretur tenere collegam. Credi ne hoc potuit antequàm fieret? Sed in hoc quoq; omnipotẽtis opere dici euãgelicum illud potest:Hominibus hæc ardua,apud deum aũt omnia possibilia. Exultemus itaque & lætemur in eo qui facit mirabilia solus, & qui facit unanimes habitare in domo, quoniam ipse respexit humilitatẽ nostram,& uisitauit in bono plebem suam:qui erexit cornu in domo Dauid pueri sui, & nunc exaltauit cornu Ecclesiæ suæ in electis suis, ut cornua peccatorum(sicut per prophetam spondet)hoc est Donatistarũ Manichæorumq; confringat.Vtinam hæc nunc domini tuba,qua per Augustinũ intonat,filij nostri Licentij impulset auditus, sed ut illa audiat aure,qua Christus ingreditur,de qua nõ rapit dei semen inimicus. Tunc uere sibi summus Christi pontifex Augustinus uidebitur,quia se tunc & exauditum sentiet ab excelso,si quem tibi dignum genuit in litteris,hunc & sibi digne filium pariat in Christo.Nam & nunc, uelim credas, flagrantissima de ipso nobis sollicitudine scripsit. Credimus in omnipotẽtem Christum,quod adolescẽtis nostri uotis carnalibus spiritalia uota Augustini præualeant. Vincetur uel inuitus (mihi crede) uincetur pijssimi parẽtis fide,ne mala uictoria uincat, si maluerit in perniciem suam uincere,quàm pro salute superari. Ne uacuum fraternæ humanitatis officium uideretur, de buccellato christianæ expeditionis,in cuius procinctu quotidie ad frugalitatis annonam militamus, panes quinq; tibi pariter & filio nostro Licentio misimus. Non enim potuimus à benedictiõe secernere, quem cupimus eadem nobis gratia penitus annectere. Paucis tamen & ad ipsum loquamur,ne neget sibi scriptum,quod de se tibi scriptum est.Aeschino enim dicitur,quod audit Mitio.Sed quid de alienis loquar,cum de proprio cuncta possimus, & aliena loqui non soleat esse sani capitis, quo dei gratia sano & saluo sumus, quibus caput est Christus. Incolumẽ te ætate quàm plurima,& beatum semper cum tota domo tua,ut cupimus,habeamus in Christo,domine frater merito honorãdissime & desiderantissime.Audi ergo fili legem patris tui,id est fidem Augustini,& noli repellere cõsilia matris tuæ,quod æque nomẽ in te Augustini pietas iure sibi uẽdicat, qui te tantillum gestauit sinu suo,& à paruulis primo lacte sapientiæ secularis imbutum, nunc etiam spiritalibus lactare & enutrire domino gestit uberibus.Quoniam te adultum ætate corporea, in spiritalibus adhuc cunabulis uagientem, uidet adhuc infantem uerbo dei uix dum in Christo primis passibus & uestigio titubãte repentẽ,si tamen Augustini doctrina tanq̃ manus matris,& ulna nutricis instabilem regat paruulum. Quem si audias & sequaris,ut rursum te sermone Salomonis alliciã,

Gratulatio.

Hoc fieri uetuit in eo quẽ sibi συνεργὸν ex populi consensu designauit. Extat actũ.

Panes benedicti.

Fili

A Bili coronam accipies gratiarum tuo uertici. Et tunc uere eris ille non phantaſmate ſomnia
tus, ſed ab ipſa ueritate formatus conſul & pontifex, uacuas imagines falſi operis implen-
te Chriſto ſolidis ſuæ operationis effectibus. Vere enim pontifex & uere conſul Licenti e-
ris, ſi Auguſtini ueſtigijs propheticis & apoſtolicis diſciplinis, ut ſacrato beatus Heliſæus
Heliæ, ut illuſtri Apoſtolo Timotheus adoleſcens adhæreas, indiuulſo per itinera diuina
comitatu, ut & ſacerdotium corde perfecto diſcas mereri, & populis ad ſalutē magiſtri ore
conſulere. Sat hos monitis & hortatui, Modico enim ſermone & labore te arbitror mi Li-
centi ad Chriſtum poſſe incitari, iam à pueris ſemper ad ſtudia ueritatis & ſapientiæ,
quod utrunque uere eſt Chriſtus, & omnis boni ſummum, uenerabilis Auguſtini ſpiritu
& ore flammatum. Qui ſi parum apud te pro te ualuit, quid ego tanto interuallo poſte-
rior, & omnium illius opum pauper, efficiam? Sed quia & illius facultatis potentia, & tui
ingenij humanitate confiſus, pleniora atque maiora in te ſpero elaborata quàm elaboran-
da, auſus ſum hiſcere duplici gratia, ut & illi uiro deuincta charitate compararer in ſollicitu
dine tui, & inter eos qui ſalutem tuam diligūt, uel conteſtato numerarer affectu. Nam effe-
ctus in tui perfectione palmam Auguſtino potiſſimū deſtinatam ſcio. Vereor fili ne aures
tuas aſperitate temerarij ſermonis offenderim, & per aures animo etiam tuo tedij mei uul
nus intulerim. Sed in mentem uenit epiſtola tua qua te muſicis familiarem modis intelle-
xi, A quo ſtudio ego æui quondam tui non abhorrui. Itaque mihi ad tuam mētem, ſi in ali
quo exulceraſſem, deliniendam, remedium litteras tuas recordatus reperi, ut te ad domi-
num harmoniæ omiformis artificem, modulamine carminis euocarem. Quæſo te ut aure
audias, neque cauſam ſalutis tuæ in uerbis meis ſpernas, ſed piam curam & mentem pater-
nam, etiam in deſpiciendis ſermonibus libenter accipias, quibus inſitum Chriſti nomen,
quod eſt ſupra omne nomē, hanc deberi uenerationē facit, ut nō poſſit à credēte cōtemni.

Carmen Ele-giacum Pauli-ni ad Licenti-um.

B Quare age rumpe moras, & uincla tenacia ſecli.
Nec metuas placidi mite iugum domini.
Pulchra quidem ſed mira uagis præſentia rerum
Mentibus, at ſapiens non ſtupet iſta animus.
Nunc te ſollicitat uarijs maleſuada figuris,
Heu ualidos etiam uertere Roma potens.
Sed tibi nate precor, ſemper pater Auguſtinus
Occurſet, cunctas urbis ad illecebras.
Illum tanta inter fragilis diſcrimina uitæ
Aſpiciens, & habēs pectore, tutus eris.
Hoc tamen & repetens iterumq; iterumq; monebo,
Vt fugias duræ lubrica militiæ.
Blandum nomen honos, mala ſeruitus, exitus æger,
Quem nunc uelle iuuat, mox uoluiſſe piget.
Scandere celſa iuuat, tremor eſt deſcendere celſis.
Si titubes, ſumma peius ab arce cades.
Nunc ibi falſa placent bona, nunc rapit omnibus auris
Ambitus, & uitreo fert caua fama ſinu.
Aſt ubi te magno damnoſus cinxerit æſtu
Baltheus, & ſterilis fregerit inde labor,
Serus & incaſſum ſpes accuſabis inanes,
Et modo quæ nectis rumpere uincla uoles.
Tunc reminiſceris fruſtra patris Auguſtini
Contempſiſſe dolens ueridicos monitus.
Quare ſi ſapiens, & ſi pius es puer audi,
Et cape uerba patrum, conſiliumq; ſenum.

Odit longam ſeruitutem.

Quid

Quid retrahis fera colla iugo? mea ſarcina leuis,
Suaue iugum Chriſti eſt, uox pia, crede deo:
Et caput adde iugis, da mollibus ora capiſtris,
Demiſſoſq; leui ſubde humeros oneri.
Nunc potes hoc dum liber agis, dum nulla retentant
Vincula, nulla thori cura, nec altus honor.
Hæc bona libertas Chriſto ſeruire, & in ipſo
Omnibus eſſe ſupra: non dominis hominum,
Non uitijs ſeruit, non regibus ille ſuperbis,
Tantum qui Chriſto ſe dederit domino.
Nec tibi nobilitas uideatur libera, quam nunc
Sublimem attonita conſpicis urbe uehi.
Quam cernis tanta ſibi libertate uideri,
Vt dedignetur flectere colla deo.
Multis ille miſer mortalibus & quoque ſeruis
Seruit, & ancillas ut dominetur emit.
Norunt eunuchos & magna palatia paſſi,
Et quiſquis Romam, ſponte miſer, patitur:
Quanto ſudoris precio, damnoq; decoris
Conſtet, ibi chlamydis, hic honor officij.
Nec tamen ipſe potens, qui celſior omnibus eſſe
Emerit, ut nulli ſeruiat, aſſequitur.
Cum bene ſe tota dominum iactauerit urbe, D
Seruit dæmonijs, ac ſimulacra colit.
Prohdolor hos propter remoraris in urbe Licenti,
Et regnum Chriſti ſpernis, ut his placeas:
Hos uocitas dominos, curua & ceruice ſalutas,
Quos ligni ſeruos conſpicis & lapidis.
Nomine diuino argentum uenerantur & aurum,
Religio eſt quod amat morbus auariciæ.
Imprecor hos ut amet, qui non amat Auguſtinum,
Non colat & Chriſtum, cui placet hos colere.
Inde ait ipſe deus, dominis non poſſe duobus
Seruiri, quoniam mens placet una deo:
Vna fides, deus unus, & unicus è patre Chriſtus,
Haud duplex, uni ſeruitus eſt domino.
Quanta etenim cœlo ac terris diſtantia, tanta eſt
Cæſaris & Chriſti, rebus & imperijs.
Tollere humo, ſed nunc dum ſpiritus hos regit artus,
Mente polum penetra, nil mora carnis obeſt.
Corporeis iam nunc morere actibus, & bona uitæ
Cœleſtis liquido præmeditare animo.
Spiritus es, quanquam tenearis corpore, ſi nunc
Mente pia uictor carnis opus perimas.
Hæc tibi chare puer fidei compulſus amore
Scripſi, ſi recipis, ſuſcipiere deo.
Crede Auguſtinum tibi nunc in me geminatum.
Sume duos una cum pietate patres.
Spernimur, abſtraheris maiore dolore duobus,
Audimur, pignus dulce duobus eris.

In te

SEVERVS AVGVSTINO, OFFICIOSA.

A In te læta patrum ſudauit cura duorum,
Et tibi magnus honos lætificaſſe duos.
Sed me Auguſtino cum copulo, non meritorum
Iacto parem, ſolo comparo amore tui.
Nam quid ego effundam, rorans tibi paupere riuo?
Me præter gemino flumine proluëris,
Frater Alipius eſt, Auguſtinuſq; magiſter.
Sanguinis hic conſors, hic ſator ingenij.
Tanto fratre uales & præceptore Licenti,
Et dubitas pennis talibus aſtra ſequi?
Quicquid agas (nam te nec ſperat mundus amicum)
Non daberis terræ, debita Chriſto anima.
Tu thalamos licet & celſos mediteris honores
Nunc, olim domino reſtituere tuo.
Credo unum uincent iuſti duo peccatorem,
Et tua fraternæ uota preces abigent.
Ergo redi, qua uoce parens, qua ſanguine frater,
Ambo ſacerdotes te remeare iubent.
Ad tua te retrahunt, nam nunc aliena petiſſes,
Hæc mage quæ retinent regna tui tua ſint.
Hæc repete, his inhia, externis ne contere tempus,
Si tua nolueris, quiſquam aliena dabit?
Non eris ipſe tuus, miſſuſq; per extera longe
Senſibus heu proprij pectoris exul ages.
B Sollicitum ſatis hæc nato ceciniſſe parentem,
Dum tibi quæ mihimet, uel uolo, uel metuo.
Hæc tibi, ſi recipis, feret olim pagina uitam:
Si renuis, eadem hæc pagina teſtis erit.
Incolumem mihi te fili chariſſime, Chriſtus
Annuat, & ſeruum det ſibi perpetuo.
Viue precor, ſed uiue deo, nam uiuere mundo
Mortis opus, uiua eſt uiuere uita deo.

Seuerus Auguſtino è ſeceſſu, prouocans illum ad ſcribendum. An hic ſit Seuerus Sulpitius incertum.

Epiſtola XXXVII.

VENERABILI ac deſiderabili & toto ſinu charitatis amplectendo epiſcopo Auguſtino, Seuerus. Deo gratias frater Auguſtine, cuius donũ eſt quicqd in nobis bonorũ gaudiorũ eſt. Fateor, bene mihi tecũ eſt, multũ te lego: mirũ dicam, ſed uerũ plane, q̃ mihi abſens ſolet eſſe præſentia, tam præſens facta eſt abſentia tui. Nullæ ſe nobis interponunt turbulentæ actiones temporalium rerum. Ago quantum poſſum, & ſi non tantum poſſum quantum uolo. quid ego dicam quantum uolo? Noſti optime quàm auarus ſim tui: nec tamẽ murmuro, quia non tantum ago quantũ uolo, quoniam rurſus non minus ago quãtum poſſum. Deo ergo gratias frater dulciſſime, bene mihi tecum eſt, gaudeo tecum artius coniunctus: & ut ita dicam, uniſſime quantũ poteſt adhærens tibi, redundantiam uberum tuorum ſuſcipiens uires comparo, ſi poſſim idoneus effici ad ea concutienda & exprimenda: ut quicquid ſecretius & interius clauſum cuſtodiunt, remotis pellibus quas adhuc lactenti fugendas inſerunt, ipſa mihi uiſcera ſi poſſibile eſt dignentur effundere. Viſcera inquam, mihi ut refundantur cupio: uiſcera tua, uiſcera pinguia ſagina cœleſti, & condita omni dulcedine ſpiritali: uiſcera tua uiſcera pura,

uiſcera

uiſcera ſimplicia, niſi quod duplici ſunt uinculo redimita geminæ charitatis: uiſcera tua ui/ C
ſcera perfuſa lumine ueritatis, & refulgentia ueritatem. Horum me manationi uel reſulta/
tioni ſubĳcio, quo nox mea in lumine tuo deficiat, ut in diei claritate ſimul ambulare poſſi
mus. O uere artificioſa apis dei, conſtruens fauos diuini nectaris plenos, manantes miſeri/
cordiam & ueritatem, per quos diſcurrens delitiatur anima mea, & uitali paſtu quicquid in
ſe minus inuenit, aut imbecillum ſentit, reſarcire & ſuffulcire molitur. Benedicitur dominus
per præconium oris tui, & fidele miniſterium: quod ſic concinere & reſpondere facis caneti
tibi domino, ut quicquid de eius plenitudine ad nos uſq; redundat, iucundius efficiatur, &
gratius per tuum elegantem famulatum, & ſuccinctam mundiciam, & fidele ac caſtum ſim/
plexq; miniſterium: quod ita reſplendere facis per argutias tuas, & uigilatiam tuam, ut per/
ſtringat oculos, & in ſe rapiat, Niſi tu idem innuas dominum, ut quicquid in te delectabile
lucet, referentes nos ad illum, ipſius eſſe agnoſcamus, de cuius bonitate tam bonus es, & de
cuius puritate & ſimplicitate & pulchritudine, purus ſimplex & pulcher es: Et illi agetes gra/
tias de bono tuo domino, qui ſuo dignatus eſt nos tibi adiungere, uel quoquo modo ſub/
iungere, ut plenius ſubĳciamur illi, cuius te ductu ac moderatione talem gaudemus, ut & ti
bi contingat gaudere de nobis: quod non diffido fore, ſi tuis me oratiõibus adiuues, cuius
imitatione nonnihil iam profeci, ut talis eſſe deſiderem. Vides quid facias quod ſic bonus
es, quoniam nos rapias in amorem proximi, qui nobis primus ad dilectionem dei, & ulti/
mus gradus eſt, & quaſi limes quo ſibi uterq; annectitur dei & proximi: in quo nos (ut di/
xi) quaſi limite ſtantes, amborum calore tãgimur, & amborum flagramus amore. Sed quã
tum nos iſte ignis exuſſerit & purgauerit proximi, tantum nos in illum puriorem dei ire cõ
pellit. In quo iam nullus nobis amandi modus imponitur, quando ipſe ibi modus eſt ſine
modo amare. Non ergo uerendum eſt ne plus amemus dominum noſtrum, ſed ne minus
timendum. Hæc epiſtola ſuperior, quæ tibi me quaſi abſterſa triſticia facilitate actionum, D
de liberali ocio quod tecum mihi agere licuit in hoc rure poſito, nam ita licere potuit, lætio/
rem offert, antequam ſanè uenerabilis epiſcopus nos uiſitare dignaretur, quaſi meta illorũ
gaudiorum ſcripta eſt, & quod uere miror eodẽ die uenit quo ſcripta eſt. Quid hoc eſt quæ
ſo anima mea, niſi forte quod nos delectat, tamen & ſi honeſtum eſt, non tamẽ ſatis utile,
quia in parte eſt? Interim licet uniuerſo hanc ipſam partem, id eſt noſipſos, quantum pro
peccatis noſtris nobis cedit materia, id eſt noſipſi cedimus nobis elimatiores & compagina
biliores, ſi tamen admittis hoc uerbum, aptare moliamur. Habes epiſtolam nõ pro tua ma
gnitudine, ſed pro mea paruitate longiorem, qua & prouocauerim, ut iam nõ pro mea par
uitate, ſed pro tua magnitudine mihi epiſtola mittatur. Quæ tamen quantacunque erit, mi
hi longa non erit, cui totum tempus breue eſt ad legendum. Reſcribe mihi quando aut ubi
occurrere debeam, propter illam cauſam qua me iuſſiſti occurrere. Quod ſi eſt integra, & nõ
forte aliud melius placuit, tunc occurram: ſin minus, rogo te, nolo me à curſu reuoces meo.
Illa enim ſola uiſa eſt, quam præponerem mihi. Fratres omnes, qui nobis in domino cõſer/
ui ſunt, & deſidero multum, & ſaluto.

Auguſtinus Leto, qui perfectum mundi contemptum aggreſſus, uidebatur ſolicitari per Satanam ad repetenda quæ reliquerat. Hunc animat, ut cõemptis cognatorum affectibus fortiter pergat. Eſt quidem & erudita, nec infans epiſtola, cæterum plurimum diſſonans à phraſi Auguſtini: Videtur Paulini.

Epiſtola XXXVIII.

DOMINO dilectiſſimo & deſiderantiſſimo fratri Leto, Auguſtinus in domino ſa
lutem. Legi epiſtolam, quam miſiſti fratribus cõſolari te cupiens, quod mul/
tis tentatiõibus tua tyrocinia quatiantur. In qua etiam inſinuaſti deſiderare te lit
teras noſtras. Cõdolui frater, & ceſſare ab ſcribendo non potui, ne nõ ſolũ tuo, ſed etiã meo
deſiderio negarem, quod me uidebam officio debere charitatis. Si te igitur tyronem Chri/
ſti profiteris, caſtra ne deſeras, in quibus tibi etiam ædificãda turris eſt, illa de qua in Euan/
gelio dominus loquitur: In ea quippe ſtantem, & ſub armis uerbi dei militantem, nulla ex
parte

A parte penetrare ullæ tentationes ualent. Inde & iactata in aduersarium tela, graui ponde/
re ueniunt, & prospecta firmo munimine deuitantur. Considera etiam dominum nostrum
Iesum Christum cum sit rex noster, tamen à societate qua etiam frater esse dignatus est, re/
ges appellasse milites suos, & unumquemq; ad bellandum cum rege qui habet uiginti mi/
lia, instructione decem milium idoneum esse debere præmonuit. Sed paulo antequam de
turre & de rege exhortatorias similitudines poneret, attende quid dixerit: Si quis uenit ad Luc. 14.
me, & non odit patrem suum, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc &
animam suam, nō potest meus esse discipulus. Et si non tulerit crucem suam & uenerit post
me, non potest meus esse discipulus. Deinde subiungit: Quis ex uobis uolens turrim ædifi/
care, non primo sedet & computat si sumptus habet ad consummationem, ne quādo cum
posuerit fundamentum, non possit ædificare. Et omnes qui transeunt & uident, incipiāt di/
cere: Hic homo cœpit ædificare, & non potuit perficere? Aut quis rex uadens cōmittere bel
lum cum alio rege, non primum sedet & cogitat, si potens est cum decem milibus ei occur/
rere, qui cum uiginti milibus uenit ad illum? Cæterum dum adhuc longe est, mittit legatio
nem, rogans pacem. Quò autem pertinerent istæ similitudines, ipsa conclusione satis ape/
ruit. Ait enim: Sic ergo omnis ex uobis, qui non renunciat omnibus quæ sunt eius, non po/
test meus esse discipulus. Itaq; & sumptus ad turrim ædificandam, & bellantium decem mi
lium aduersus regem qui uiginti habet, nihil est aliud quàm ut renūciet unusquisq; omni/
bus quæ sunt eius. Prælocutio autem superior cum extrema conclusione concordat. In eo
enim quod unusquisq; renunciat omnibus quæ sunt eius, etiam illud continetur, ut oderit
patrem suum, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc & animam suam.
Omnia enim hæc propria eius sunt, quæ plerunq; implicant, & impediunt ad obtinenda,
non ista propria temporaliter transitura, sed inæternum mansura communia. Quo enim
tibi modo nunc quædam mulier mater est, hoc ipso utiq; non est & mihi. Quapropter hoc
B temporale ac transitorium est: sicut transisse iam uides quod te concepit, quod gestauit ute/
ro, q; peperit, q; lacte nutriuit. Quod autem soror in Christo est, & tibi est & mihi, & omni/
bus quibus una cœlestis hæreditas, & pater deus, & frater Christus, in eadem charitatis so/
cietate promittitur. Hæc æterna sunt, hæc nulla temporis labe deteruntur, hæc tāto firmius
tenenda sperantur, quanto minus priuato, sed communi potius iure obtinenda prædica/
tur. Potes hoc facillime in ipsa tua matre cognoscere. Nam unde te nūc irretitum inuoluit,
& ab instituto cursu retardatum inflectit & curuat, nisi ex quo tua propria mater est? Nā
ex quo soror est omnium, quibus est pater deus, & mater ecclesia, tam te nō impedit, q̄ ne/
que me, neq; omnes fratres nostros, qui eam non priuata, sicut tu in domo uestra, sed pub/
lica in domo dei charitate diligimus. Quod ergo tu illi etiam carnali necessitudine annecte
ris, ad sortē ualere debet familiarius colloquēdi, & apertiore ianua consulendi, ut hoc ipsum
quo te priuatim diligit, interficiatur in ea, ne quod ex utero suo te genuit, pluris pendat, q̄
quod ex utero ecclesiæ genita est tecum. Quod autem de matre dixi, hoc de tali cætera pro
pinquitate intelligendum est. Hoc etiam quisq; de anima sua cogitet, ut etiā in ipsa priua/
tum affectum oderit, qui proculdubio temporalis est. Diligat autem in ea communionem Acto. 4.
societatem q̄ illam, qua dictum est: Erat illis in deum anima una & cor unum. Sic enim ani
ma tua non est propria, sed omnium fratrū, quorū etiam animæ tuæ sunt, uel potius quo/
rum animæ cum tua non animæ, sed anima una est Christi unica, quæ de manu canis ut e/
ruatur, canitur in psalmis. Inde ad contemptum mortis facillime peruenitur. Nec succense/
ant parentes hoc præcipere dominum, ut eos oderimus, quādo nobis hoc de anima nostra
præcipitur. Nam sicut nunc de anima iubetur, ut eam propter Christum cum parentibus
oderimus, Ita quod alio loco de anima idem dominus dicit, in parentes quoq; potest con/
gruentissime conuenire. Qui amat inquit animam suam, perdet eam. Dicam etiam fidēter. Ioan. 12.
Qui amat parentes suos, perdet eos. De anima quippe hoc ibi dixit, oderit, quod hic, per/
det. Sicut autem hoc præceptum quo perdere iubemur animam nostram, non ad id ualet

ut se quisq; interimat, quod inexpiabile nefas est: & tñ ualet ut interimat in se carnalẽ ani- C
mæ affectum, quo cũ impedimento futuræ uitæ præsens uita delectat. Hoc est enim quod
dictum est, oderit animam suam, & perdat eam, Quod tamen diligendo fit, quandoquidẽ
apertissime fructum eiusdem animæ acquirendæ, in eodem præcepto commemorat dicẽs:
Qui perdiderit eam in isto seculo, in uita æterna inueniet eam: Ita de parentibus rectissime
dicitur, ut qui eos amat perdat eos, non more parricidarum interficiẽs, sed spirituali gladio
uerbo dei carnalem affectum eorum, quo & seipsos, & eos quos genuerunt iritamentis hu-
ius seculi obligare conantur, pie fidenterq; percutiens & occidens, illud in eis uiuere faciat,
quo fratres sunt, quo cum filijs suis temporalibus, parentes æternos deum ecclesiamq; co-
gnoscunt. Ecce rapit te studium ueritatis cognoscendæ atq; percipiendæ uoluntatis dei in
scripturis sanctis. Rapit euangelicæ prædicationis officium. Dat signum dominus ut uigile
mus in castris, ut ædificemus turrim, de qua hostem sempiternæ uitæ, & prospicere & pro-
pellere ualeamus. Rapit militem Christi tuba cœlestis ad prælium, & retinet mater. Nó pla
nè talis, qualis Macabæorum fuit, nec saltẽ similis Lacedæmonijs matribus, de quibus me-
moriæ traditum est, quod filios suos ut pro terrena patria sanguinem funderent, multo am
plius atq; ardentius in certamina bellica, quàm signorum sonitus excitabant. Nam mater
quæ te ad discendam uitam remoueri à curis secularibus non permittit, satis ostendit quẽ-
admodum te, si opus esset, ad obeundam mortem penitus seculum repudiare permitteret.
Sed quid dicit, aut quid allegat? Forte decem illos menses, quibus uiscera eius onerasti, &
dolores parturitionis ac labores educatiõis? Hoc hoc interfice uerbo salutari, hoc perde ma
tris, ut in uitam æternam inuenias eam. Hoc memento ut oderis in ea, si diligis eam, si tyro
Luc. 14 Christi es, si turris fundamenta posuisti, ne dicant transeuntes. Hic homo cœpit ædificare,
& non potuit perficere. Carnalis enim affectus est iste, & adhuc ueterem hominem sonat.
Hunc carnalem affectum, & in nobis & in nostris, militia Christiana ut perimamus horta
tur: nec tamen ita ut ingratus sit quisq; parentibus, & eadem ipsa beneficia, quibus in uitã D
hanc editus susceptus atq; nutritus est, enumerata derideat: seruet potius ubiq; pietatẽ. Ha-
bent hæc locum ubi maiora non uocant. Mater ecclesia, mater est etiam matris tuæ. Hæc
nos de Christo concepit, hæc martyrum sanguine parturiuit, hæc in sempiternam lucem
peperit, hæc fidei lacte nutriuit & nutrit, cibosq; maiores præparans, quod adhuc paruu-
li & sine dentibus uagire uultis, horrescit. Hæc mater toto orbe diffusa, tam uarijs & multi-
plicibus errorum infestationibus agitatur, ut abortiui iam filij eius aduersus eã infestis ar-
mis belligerare non dubitent. Ignauia etiam atq; torpore quorundam quos gremio conti-
net, mẽbra sua frigescere plurimis locis & fouendis paruulis minus idonea fieri dolet. Vn-
de nisi per alios filios, unde nisi per alia membra, quorum è numero es, iustum ac debitum
poscit auxilium? Huius ne tu necessitates deserens, ad carnalia uerba conuertaris? Nónne
hæc grauioribus querelis insonat auribus? Nónne hæc chariora uiscera, & cœlestia ubera
ostentat? Adde uiri eius susceptionẽ carnis, ne carnalibus inhæreres, & à uerbo æterno uni-
uersa, quæ tibi mater improperat, ne his implicareris assumpta: adde cõtumelias, flagella,
mortem, mortem autem crucis. Talibus concepit te seminibus, taliq; in uitam nouam con
nubio procreat: languescis & contabescis in ueterem hominem? Itá ne matrem terrenã, nõ
Matth. 12. habebat imperator tuus? Quæ tamen cum ei nunciaretur agenti cœlestia respondit: Quæ
mihi mater, aut qui fratres? Et extendens manum in discipulos suos dixit, non pertinere ad
cognationem suam nisi qui facerent uoluntatem patris eius. In quo numero profecto etiã
ipsam sanctam Mariam benignus inclusit, Faciebat enim & illa uoluntatem patris eius. Ita
optimus magister atq; diuinus, & maternum nomẽ quod ei quasi priuatum propriumq;
nunciauerant, quia terrenum erat, in comparatione cœlestis propinquitatis abiecit: & ean-
dem cœlestem propinquitatem, in discipulis suis commemorans, quo sibi rursum cõsortio
generis, cum cæteris sanctis uirgo sancta cohæreret ostendit. Et ne isto saluberrimo magi-
sterio, quo contemni carnalem affectum in parẽtibus docuit, adminiculum error acciperet,
quo matrem

A quo matrem habuisse à quibusdam negatur, alio loco discipulos monuit, ne se patrem in terris dicant habere, ut quomodo illos manifestum est habuisse patres, sic se habuisse matrem manifestaret, cuius tamen terrena cognatione contempta, contemnendarum talium necessitudinum discipulis præberet exemplum. Hæc ergo interrumpũtur uocibus matris tuæ, & inter hæc locum inuenit commemoratio prægnantis atq; lactantis, ut de Adam & Eua, alius Adam nascereris & nutrireris. Respice potius, respice Adam secundum de cœlo, & porta iam cœlestis imaginem, sicut terreni portasti, Immo & hic habeant locum materna ipsa beneficia, quæ tibi ad eneruationem cordis enumerantur. Habeãt prorsus locũ, noli esse ingratus, rẽpende gratiam matri tuæ, repende spiritalia pro carnalibus, pro temporalibus sempiterna. Sed qui non uult sequi, non impediat. Qui non uult conuerti in melius, caueat ne in deterius peruertat & euertat. Quid interest utrũ in uxore, an in matre, dum tamẽ Eua in qualibet muliere caueat? Nam ista umbra pietatis de foliis illius arboris uenit, quibus se primum parentes nostri, in ista damnabili nuditate texerunt. Et quicquid in illis uerbis atq; suggestione, quasi officium tibi charitatis obtendit, ut à germanissima atq; synceriſſima euangelij charitate te detorqueat, ad astutiam serpentis pertinet, & ad duplicitatem regis illius qui habet uiginti milia, quam nos docemur decem milium, hoc est cordis, in qua deum quærimus simplicitate superare. His potius intende charissime, & tolle crucem tuam & sequere dominum. Nam cum te præsens animaduerterem domesticis curis à diuino studio retardari, ferri te potius & duci à cruce tua, non eam te ferre ac ducere sentiebam. Crucẽ enim nostram dominus quam portari à nobis iubet, ut eum expeditissimi sequamur, quid aliud quàm mortalitatem carnis huius significat? Ipsa enim nos cruciat donec absorbeatur mors in uictoriam. Crux ergo hæc ipsa crucifigenda est, & transfigenda est clauis timoris dei, ne solutis & liberis membris reluctantem portare non possis. Sequi enim dominum ni si eam portans, omnino non uales. Nam quomodo eum sequeris, si non es eius? Qui autẽ B Iesu Christi sunt, ait apostolus, carnem suam crucifixerũt cum passionibus & desideriis. Si quid sanè pecuniæ res tua familiaris habet, cuius te implicari negocio nec oportet nec decet, reuera tribuendum est matri & domesticis tuis. Horum quippe indigentia si pauperibus ut sis perfectus instituisti distribuere talia, tui primũ apud te locum obtinere debẽt. Si quis enim suis & maxime domesticis, ait apostolus, non prouidet, fidem negauit, & est infideli deterior. Quibus ordinandis rebus, si ut collum exueris induendum sapientiæ uinculis, profectus à nobis es, quid tibi nocent, aut quo pacto te peruellunt matris lacrymæ fluẽtes carnem, aut serui fuga, aut mors ancillarum, aut fratrũ morbosa ualetudo? Si est in te charitas ordinata, sciẽs præponere maiora minoribus, & misericordia moueri, ut pauperes euãgelizentur, ne messis domini copiosa operariorum inopia in prædam uolucribus iaceat, & paratum habere cor ad sequẽdam domini uoluntatem, in eo quod uel flagellando uel parcendo agere statuerit cum seruis suis, hæc meditare, in his esto, ut profectus tuus manifestus sit in omnibus. Obsecro te ut caueas ne maiorem tristiciã des bonis fratribus torpore tuo, quàm læticiam alacritate iam dederas. Commendare te autem litteris quibus uoluisti, tam superfluum putaui, cũ si quisquam te mihi eodem modo commẽdare uoluisset.

Gal. 5. παθήμασι & ἐπιθυμίαις.

1. Timoth. 5.

Augustinus Licentium iuuenem nobilem & doctum, quondam ipsius discipulũ, hortatur ad mundi contemptũ, abutens ad hoc ipsius Licentij carmine, quod olim ad præceptorem scripserat. Parum attentus aliquis ex unica epistola fecit tres. Nam Augustinus carmen Licentianum suæ epistolæ intertexuit, Nos tamen numeros reliquimus, ne dissentiant priorum ædition um codices. Epist. XXXIX.

NIX reperi occasionem scribendi tibi. Quis credat? Sed mihi tamẽ Licentiũ necesse est credere. Nolo te causas rationes cũ rimari, quæ etiam si reddi possent, fidei tamen qua mihi credis non eas debeo. Nam & litteras tuas non per eos accepi, per quos possem scripta redhibere. Quæ aũt petisti ut peterem, curaui per epistolam quantum promendum uidebatur, sed quid effecerim tu uideris. Quod si nondum effectum est,

uel cum ſciero,agam inſtantius,uel cum rurſus ipſe admonueris.Hactenus quæ huius uitæ C
uincula perſtrepunt tecum locutus ſim, nũc paucis accipe pectoris mei æſtus de ſpe tua nõ
tranſitoria,quonam modo uia tibi pateſcat in deum. Mi Licenti, etiam atq; etiam recuſan/
tem & formidantem compedes ſapientiæ, timeo te rebus mortalibus ualidiſſime & pernici
oſiſſime compediri.Nam ſapientia quos primo alligauerit, & exercitatorijs quibuſdam la/
boribus edomuerit,ſoluit poſtea, liberatiſq; ſeſe donat ad fruendum: & quos primo tem/
poralibus nexibus erudiuerit,poſt æternis amplexibus alligat. Quo uinculo nec iucundius
nec ſolidius cogitari quicquam poteſt.Prima hæc aliquantulum dura eſſe confiteor,Illa ue
ro ultima,nec dura dixerim,quia dulciſſima ſunt,nec mollia quia firmiſſima.Quid igitur ni
ſi quod dici non poteſt,ſed credi,tamen & ſperari & amari poteſt? Vincula uero huius mũ
di,aſperitatem habent ueram,iucunditatem falſam:certum dolorem, incertam uoluptatẽ:
durum laborem,timidam quietem:rem plenam miſeriæ,ſpem beatitudinis inanem. His
ne tu inſeras & collum & manus & pedes , cum & honoribus huiuſcemodi ſubiugari affe/
ctas,& facta tua non aliter fructuoſa exiſtimas, & ambis inhærere,quò non modo inuita/
tus,ſed nec compulſus quidem ire debuiſti. Hic tu fortaſſe Terentiani ſerui mihi reſpõſum
dederis: Ohe, tu uerba fundis hic ſapientia. Cape igitur ut fundam potius quàm effun/
dam.Aut ſi ego canto,tu autem ad aliam uocem ſaltas, nec ſic quidem me pœnitet.Habet
enim ſuam hilaritatem ipſa cantatio,etiam cum ad eá membra non mouet, cui plena cha/
ritatis modulatione cantatur. Verba quædam in epiſtolis tuis me mouerunt,ſed de his tra
ctare cum factorum uitæq; totius tuæ cura excoquat,ineptum putaui.

Terentius. οὐδὲν πρὸς ἕτος.

CARMEN HEROICVM LICENTII AD AVGVSTINVM, DECLA/ rans beneuolentiam erga præceptorem, nullis caſibus intermorituram.

Arcanum Varronis iter ſcrutando profundi
Mens hebet, aduerſámq; fugit cõterrita lucẽ.
Nec mirũ,iacet omnis enim mea cura legẽdi
Te non dante manum, & conſurgere ſola ueretur.
Orbiũ cœleſtiũ cõcentus. Nam ſimul ut perplexa uiri compendia tãti
Voluere ſuaſit amor,ſacroſq; attingere ſenſus,
Quis,p qbus. Quis numerũ dedit ille tonis, mundũq; tonãti
Differuit canere,& pariles agitare choreas,
Implicuit uaria noſtrum caligine pectus,
Induxitq; animo rerum uiolentia nubem.
Geometria. Inde figurarum poſitas in puluere formas
Poſco amens,aliaſq; graues offendo tenebras.
Aſtrologia. Ad ſummã,aſtrorum cauſas claroſq; meatus,
Obſcuros quorũ ille ſitus per nubila monſtrat.
Sic iacui nutans,ut talem omnino ruinam,
Periphraſi ſignificauit dcũ ac Beelzebub. Nec q nos prohibet latebras agnoſcere cœli,
Nec perſona daret functorum freta cauernis.
Georgi.4. Protea nanq; ferunt ueterũ cõmenta pelaſgũ,
Qui dũ ſollicitis non uult aperire futura,
Spumat ap,fluit unda,fremit leo,ſibilat anguis,
Alludit ad Ariſteum. Captũ aliquãdo tamẽ in munera parua uolucrum.
At mihi qui nimium curis grauioribus angor,
Dulcia quiq; animæ, ſed dulcia pabula quæro,
Varronis reſponſa latent:quod ſupplice cantu
Præſidiũ nymphã, regẽq; & flumina poſcam?
An te uoce uocem, clari quem rector Olympi

Fontibus

A Fontibus infantum præfecit, & abdita iussit
Vbertate animi longe ructare fluenta.
Ferto magister opẽ, ac tu ne desere uires
Inuralidas, mecumq; sacras subuertere glebas
Incipe, tempus em̃, nisi me mortalia fallunt,
Labitur, in seniumq; trahit: tibi noster Apollo
Corda replet, patrémq; suum patrémq; deorum
Conciliat, legemq; bonam, pacemqúe cruentam
Monstrat, & abducto uelamine singula pandit.
Viginti emensus nam longos forsitan orbes
Solis eras, cum te ratio pulcherrima mundi,
Ditior imperijs, & nectare dulcior omni
Corripuit, statuitq; uagum, medióq; locauit,
Omnibus unde aciem posses intendere rebus.
O bone carpe iter annorum, sapientia quantum
Crescit amore sui, inueniens noua culmina semper.
Perge uiam qua te soboles præclara tonantis
Perducit, sternens in planos ardua campos.
Et cum luciferos præcordia uesper in ortus
Distulerit, sanctumq; super benedixeris ignem,
Sis memor ipse mei: bibulam qui ponitis aurem
Legibus inuictis, contundite pectora palmis,
Sternite membra solo, meritosq; ciete dolores,
Et prohibete nefas, deus imperat omnibus unum.
B Admonet antistes, uenturáq; flumina terrent.
O mihi transactos reuocet si pristina soles
Lætificis aurora rotis, quos libera tecum
Ocia tentantes, & candida iura bonorum
Duximus Italiæ medio, montésq; per altos.
Non me dura gelu prohiberent frigora cano,
Nec fera tẽpestas Zephyrûm, fremitusq; Borini,
Quin tua sollicito premerẽ uestigia passu.
Hoc opus ut iubeas tantum, cruor irriget artus.
Solstitio Neuros, bruma sectabimur Istrum.
Ignotus Garamas soluet mihi uincula gerris.
Exampheosq; lacus fugiens Hypanis ubi amarus
Calipidum Scythicas resonat spumosus ad undas.
Ibimus & Leucos, qua Leucia solis in ortus
Tenditur: & uasti deserta cacumina Casi,
Quis epidamneas æquat sibi casia rupes,
Vnde quiescentem auroram, currusq; solutos.
Sopitámq; diem media sub nocte uiderem,
Te suadente petam: nec enim labor aut metus ullus
Terret, ubi insontem precibus deus audit apertis.
Et nũc Romulidum sedes & inania tecti
Culmina, bacchatásq; domus, uanosq; tumultus
Desererem, & totus semel in tua corda uenirem,
Ni mens coniugio incumbens retineret euntem.
Crede meis, o docte, malis, ueroq; dolori,

Quod ſine te nullos promittunt carbaſa portus,
Erramuſq; procul turbata per æquora uitæ.
Præcipites denſa ueluti caligine nautæ,
Quos furor Auſtralis, ſtridens & flatus ab Euro
Perculit, & raptis priuauit turbo magiſtris.
Protinus abruptis miſeri uoluuntur in undis.
Non forus aut proræ,non lintea deinde procellas
Ferre ualent, ratioque iacet ſtupefacta regendi.
Sic me uentus agit,uoluuntque cupidinis æſtus
In mare letiferum, nec terræ protinus abſunt.
Sed mecum reputans,tua candida uerba magiſter
Hæc magis eſſe reor, tibi credere callida res eſt.
Decipit,atq; animis molitur retia noſtris.
Præteritos(oblitus enim præſentia)præſto
Nunc tibi charo nos, nos nunc de pectore lapſi.
Hei mihi quò ferar,unde uelim tibi pandere mentẽ.
Ante ſub Ægeo optabunt pia tecta palumbes,
Et uerſa halcyone componat in arbore nidos,
Eſuriẽs uitulos alat ante leæna ſequaces,
Atq; impaſta diu teneros lupa nutriat agnos,
Mutantesque ſuis diuiſum partibus orbem,
Aut Barcæus alet Taurũ, aut Hyrcania Tauros.
Ante Thyeſteis iterum maleterrita menſis,
Interrupta dies refugos uaneſcat in ortus.
Ante dabunt imbres nilum, ſuper æthera damæ
Errabunt,montesque canant & flumina laudent,
Quàm mihi poſt tergum ueniant tua dona magiſter.
Arcet amor,coplámq; tenet communis honeſti.
Hic hic regnat amicitiæ decus hoſte fugato.
Nam neq; propter opes uitreas, aurúmq; rebelle,
Iungimus aſſenſus animorum,nam neq; uulgi
Nos fortuna ruens,quæ ſeparat ardua,iunxit.
Sed labor interiora legens,uulgata libellis,
Atq; animis inuenta tuis,& nobile dogma
Indictum, contráq; bonos reſponſa relatus.
Et mea Calliope, quamuis te comínus altum
Horreat,& uultus abſcondat,inutile tractans:
Hoc tamen hoc animi uinclum,nexúsq; fideles,
Non qui montoſis firmatas rupibus alpes
Fregit,& Italicas preſſit cũ mœnibus urbes,
Rumperet, aut noſtro terreret robore quicquam.
Ite procul latices tumidis anfractibus Oxi,
Aut ab Aremphæis Rhipheos aut oppida Caſpi
Cimmeriasq; domos ſeiũgere flumine largo:
Mæotidũq; plagæ, pontus quas obruit Helles,
Europæ atq; Aſiæ longe diſcrimina tendant.
Nónne boum per utrunq; latus armenta fatigans
Finibus abcidit lateri Dodona Moloſſos,
Cognatósq; Arabas? nec pacis fœdus amicum

Sidonios

A Sidonios inter manſit regnúmq; Pelopũ,
Sacrilegoſq; Phryges, quamuis pro tempore cunctis
Hoſpitio commune fuit. quid deniq; fratrum
Diſſidium, pugnaſq; canam? quid honeſta parentum
Verbera? quid matrum furias, natoſq; ſuperbos?
Eſt etiam ſuperum concors diſcordia rerum,
Totq; fluunt ritus, quot dat ſententia leges.
Nec tenet unus amor, non ſi mihi murmura centum
Det Boreas, totidémq; animas, centúmq; per ora
Lingua rigens adamante fremat, memorare ualebo
Quæ ſociata prius ueterum natura locorum
Diſtulit, & tereti limauit glarea mundo.
Sed nos præterea qui ab una exurgimus urbe,
Quod domus una tulit, q; ſanguine tangimur uno
Seclorum, Chriſtiana fides connexuit: & q;
Nos iter immenſum diſterminat, & plaga ponti
Interfuſa coercet, amor contemnit utrunq;.
Gaudia qui ſpernens oculorum, ſemper amico
Abſenti fruitur, quoniam de corde profundo
Pendet, & internæ rimatur pabula fibræ.
Interea uenient quæcunq; futura bonorum
Scripta ſalutiferi ſermonis, & illa priorum
Æquiperanda fauis, reputans quæ pectore in alto,
Conceptum in lucem uomuiſti nectareum mel,
B Præſentem ipſa mihi te reddent, ſi mihi morem
Geſſeris, & libros quibus in te lenta recumbit
Muſica tradideris, nam ferueo totus in illos.
Annue, ſic nobis uerum ratione pateſcat,
Sic plus Eridano fluat, & contagia mundi
Nequicq̃; uolitent noſtri circum arua coloni.

Libri de muſica.

RELIQVVM SVPERIORIS EPISTOLAE AVGVSTINI.

Si uerſus tuus momentis inordinatis peruerſus eſſet, ſi ſuis legibus non ſtaret, ſi menſuris imparibus aures auditoris offenderet, puderet te certe, nec differres nec deſiſteres donec ordinares, corrigeres, ſtatueres, æquares uerſum tuum, diſcendo & agendo artem metricam acerrimo ſtudio, & labore quolibet. Quod cum inordinatus ipſe peruerteris, cũ legibus dei tui ipſe non ſtas, neq; in agenda uita honeſtis tuorum uotis & huic ipſi eruditioni tuæ concinis, abijciendum poſt tergum putas & negligendum, quaſi præ ſono linguæ tuæ ſis tibi & uoce uilior, & incompoſitis moribus quod offendis aures dei leuius ſit, quàm ſi incompoſitis ſyllabis tuis grãmatica ſuccenſeret autoritas. Scribis: O mihi trãſactos reuocet ſi priſtina ſoles Lætificis aurora rotis, quos libera tecum Ocia tentantes, & candida iura bonorum Duximus Italiæ medio, monteſque per altos. Non me dura gelu prohiberent frigora cano, Nec fera tempeſtas Zephyrûm fremituſque Borini, Quin tua ſollicito premerem ueſtigia paſſu. Hoc opus ut iubeas tantum. Me miſerum, ſi ego non iubeo, ſi non cogo atq; impero, ſi non rogo ac ſupplico. Sed ſi aures tuæ aduerſus meas uoces clauſæ ſunt, ori tuo pateant, pateant carmini tuo, exaudi teipſum duriſſime, immaniſſime, ſurdiſſime. Quo mihi linguam auream & cor ferreũ, quibus ego non carminibus ſed lamentationibus ſufficiã plangere carmina tua? In quibus uideo, quã animã, quod ingeniũ nõ mihi liceat apprehendere, & immolare deo noſtro. Expectas ut ego iubeã, ſis bonus, ſis quietus, ſis beatus, quaſi quiddam mihi dierũ gratius illuceſcat, quàm ut ingenio tuo fruar in domino, aut uere tu

neſcias quàm te eſuriam & ſitiam,aut nõ hoc ipſo id carmine fatearis. Reuoca animũ quo C
iſta ſcripſiſti;nũc mihi dic,Hoc opus ut iubeas tantũ. Ecce iuſſum meum,da mihi te, ſi hoc
opus eſt tantũ, da domino meo te, qui omnium noſtrum dominus eſt,qui tibi illud dona
uit ingenium.Nam ego quid ſum,niſi ſeruus tuus per ipſum,& conſeruus ſub ipſo.An ipſe
Matth.11. non iubet,audi Euangelium,Stabat,inquit,Ieſus & clamabat,Venite ad me omnes qui la
boratis & onerati eſtis, & ego uos reficiam. Tollite iugum meum ſuper uos, & diſcite à me
quia mitis ſum & humilis corde,& inuenietis requiem animabus ueſtris. Iugum enim me/
um lene eſt,& ſarcina mea leuis eſt.Si hæc non audiuntur,aut uſq; ad aures audiuntur, ex/
pectas ne Licenti,ut Auguſtinus iubeat conſeruo ſuo,& non plangat potius fruſtra iubere
dominum ſuum,imò non iubere,ſed inuitare & rogare quodammodo,ut qui laborant re/
ficiantur ab eo.Sed uidelicet fortiſſimo & præfidenti collo,iugum mũdi iugo Chriſti eſt iu
cundius,qui ſi laborare nos cogeret,uide quis cogeret,qua mercede cogeret. Vade in Cam
paniam, diſce Paulinum egregium & ſanctum dei ſeruum, quàm grandem faſtum ſeculi
huius,tanto generoſiore,, quanto humiliore ceruice incunctanter excuſſerit,ut eam ſubde/
ret Chriſti iugo, ſicut ſubdidit: & nunc illo moderatore itineris ſui quietus & modeſtus ex/
ultat . Vade diſce, quibus opibus ingenij ſacrificia laudis ei offerat, refundens illi quicquid
boni accepit ex illo, ne amittat omnia,ſi non in eo reponat à quo hæc ſunt. Quid æſtuas ?
quid fluctuas ? quid imaginationibus mortiferarum uoluptatum, aurem accõmodas, &
auertis à nobis ? Mentiuntur,moriuntur,in mortem trahunt.Mentiuntur Licenti,ſic nobis
(ſicuti optas) Verum ratione pateſcat,Sic plus Eridano fluat.Nõ dicit uerum niſi ueritas,
quia Chriſtus eſt ueritas. Veniamus ad eum ne laboremus. Vt ipſe nos reficiat, tollamus
iugum eius ſuper nos & diſcamus ab eo, quoniã mitis eſt & humilis corde, & inueniemus
requiem animabus noſtris. Iugum enim eius lene eſt,& ſarcina eius leuis eſt. Ornari abs te
diabolus quærit.Si calicem aureum inueniſſes in terra,donares illum eccleſiæ dei.Accepiſti
à deo ingenium ſpiritaliter aureum,& miniſtras inde libidinibus,& in illo ſatanæ propinas D
teipſum.Noli obſecro,ſic aliquãdo ſentias,quàm miſero & miſerando pectore hæc ſcripſe/
rim,& miſereris iam mei,ſi tibi uiluiſti.

Auguſtinus Madaurenſes idololatras hortatur, ut ab impietate ſe conuertant ad ue/
ram religionem,oſtendens illis myſterium ſacræ trinitatis,& orbem miris incremen/
tis iuxta prophetarum & Euangeliorũ oracula Chriſto ſubiectum. Epiſt. XLII.

Idololatras fratres uocat & dominos prædicabiles et fratres charissimos.

DOMINIS prædicabilibus & dilectiſſimis fratribus Madaurenſibus,quorum per fratrem Florentinum epiſtolam accepi, Auguſtinus . Si forte illi qui inter uos catholici Chriſtiani ſunt talia mihi ſcripta miſerunt, hoc tantum miror, quod non ſuo potius quàm ordinis nomine. Si autem reuera omnes aut pro/pè omnes ordinis uiri ad me dignati eſtis literas dare,miror quod patri,& in domino ſalu tem ſcripſiſtis,quorũ mihi ſuperſtitioſus cultus idolorum, cõtra quæ idola facilius templa ueſtra cp̃ corda dauduntur, uel potius quæ idola non magis in templis cp̃ in ueſtris cordi bus induduntur,cum magno eſt dolore notiſſimus:niſi forte iam de ſalute ipſa,quæ in do mino eſt,per quã me ſalutare uoluiſtis,tandem prudẽti cõſideratione cogitetis. Nam ſi nõ ita eſt,quæſo uos,qd læſi,quid offendi beneuolentiã ueſtrã, ut me titulo epiſtolæ ueſtræ ir ridendũ potius q̃ honorandũ eſſe putaretis,dñi prædicabiles & dilectiſſimi fratres.Quod enim ſcripſiſtis:Patri Auguſtino in dño æternam ſalutẽ,cum legerem tanta ſpe ſubito ere ctus ſum,ut crederem uos ad ipſum dominum, & ad ipſam æternam ſalutem aut iam eſſe cõuerſos,aut per noſtrum miniſterium deſiderare cõuerti.Sed ubi legi cætera, refriguit ani mus meus.Quæſiui tamen ab epiſtolæ perlatore,utrũ iam uel eſſetis Chriſtiani uel eſſe cu peretis . Cuius reſponſione poſtea quàm cõperi, nequaquam uos eſſe mutatos,grauius do lui,quod Chriſti nomẽ,cui iam totũ orbẽ ſubiectũ eſſe cõſpicitis,non ſolum à uobis repel/lendũ,ſed etiã in nobis irridendũ eſſe credidiſtis. Nõ enim potui cogitare alterũ dñm ſe/cũdũ quẽ poſſet epiſcopus pater à uobis uocari præter dñm Chriſtũ.Et ſi eſſet hinc aliqua de inter/

A de interpretatione ueſtræ ſententiæ dubitatio, ſubſcriptione epiſtolæ tolleretur, ubi aperte poſuiſtis: Optamus te domine in deo & Chriſto eius, ꝑ multos annos ſemper in clero tuo gaudere. Quibus omnibus perlectis atq; diſcuſſis, quid mihi aliud occurrere potuit, aut cuilibet homini poteſt, niſi aut ueridico aut fallaci ſcribentiũ animo hæc eſſe cõſcripta. Sed ſi ueridico animo iſta ſcribitis, quis uobis ad hanc ueritatem intercluſit uiam? Quis aſpera dumeta ſubſtrauit? Quis rupium prærupta inimicus oppoſuit? Poſtremo quis baſilicæ ianuam ingredi cupientibus clauſit, ut in eodem domino per quem nos ſalutatis, eandem ſalutem nobiſcum habere nolitis? Si autem fallaciter atq; irridenter hæc ſcribitis, ita ne tandem mihi negocia ueſtra curanda imponitis, ut nomen eius per quẽ aliquid poſſum, audeatis nõ ueneratione debita attollere, ſed inſultatione adulatoria uentilare? Sciatis me chariſſimi cum ineffabili pro uobis tremore cordis hoc dicere. Noui enim quãto grauiorẽ & pernicioſiorẽ cauſam ſitis habituri apud deum, ſi fruſtra uobis hoc dixero. Omnia quæ præteritis tẽporibus erga humanũ genus maiores noſtri geſta eſſe meminerunt, nobiſq; tradiderunt: omnia etiã quæ nos uidemus, & poſteris tradimus, quæ tamẽ pertinent ad ueram religionem quærendã & tenendã, diuina ſcriptura non tacuit, ſed ita omnino cuncta tranſeũt, ut tranſitura eſſe prædicta ſunt. Videtis certe populũ Iudæorũ auulſum à ſedibus ſuis, per omnes ferè terras diſſeminatum atq; diffuſum, Et origo eiuſdem populi & incrementa & regni amiſſio & per cũcta diſperſio *. Videtis certe ex ipſo populo uerbum dei, legemq; proprium deũtem per Chriſtum, qui ex illis mirabiliter natus eſt, omniũ gentiũ fidem occupaſſe atq; tenuiſſe, Ita hæc omnia prænunciata legimus ut uidemus. Videtis certe multos præciſos à radice Chriſtianæ ſocietatis, quæ per ſedes apoſtolorũ, & ſucceſſiones epiſcoporũ, certa per orbẽ propagatione diffundit, de ſola figura originis, ſub Chriſtiano nomine, quaſi areſcẽtia ſarmẽta gloriari, quas hæreſes & ſchiſmata nominamus. Præuiſa, prædicta, ſcripta ſunt omnia. Videtis certe ſimulachrorũ tẽpla, partim ſine reparatione collapſa, partim diruta, partim clauſa, patim in uſus alios commutata. Ipſaq; ſimulacra, uel confringi, uel incẽdi, uel includi, uel deſtrui: atq; ipſas huius ſeculi poteſtates, quæ aliquando pro ſimulacris popu-
B lũ Chriſtianũ perſequebant, uictas & domitas, nõ à repugnãtibus ſed à morientibus Chriſtianis, & contra eadẽ ſimulacra pro quibus Chriſtiãos occidebãt, impetus ſuos legeſq; uertiſſe, & imperij nobiliſſimi eminentiſſimum culmen ad ſepulchrũ piſcatoris Petri, ſubmiſſo diademate, ſupplicare. Hæc omnia ſcripturæ diuinæ, quæ in manus omniũ iã uenerũt, ante longiſſima tẽpora futura eſſe teſtatæ ſunt. Hæc omnia tanto robuſtiore fide lætamur fieri, quanto maiore autoritate prædicata eſſe in ſanctis litteris inuenimus. Nunquid nam obſecro uos, nũnquid nam ſolum iudiciũ dei, quod inter fideles atq; infideles futurum eſſe in eiſdẽ litteris legimus, cum illa omnia ſicut prædicta ſunt euenerint, nũquid nã ſolũ iudiciũ dei uenturũ nõ eſſe putabimus? Immo uere ueniet, ſicut illa oĩa uenerũt. Nec quiſq; erit homo noſtrorũ temporũ, qui ſe in illo iudicio de ſua poſſit infidelitate defendere, cũ Chriſtũ cãtet & iuſtus ad æquitatem, & periurus ad fraudẽ: & rex ad imperium, & miles ad pugnã: & matitus propter regimẽ, & uxor propter obſequiũ: & pater propter præceptũ, & filius propter obedientiam: & dominus per dominationem, & ſeruus per famulatũ: & humilis ad pietatẽ, & ſuperbus ad æmulationem: & diues ut porrigat, & pauper ut ſumat: & ebrioſus ad phialam, & mendicus ad ianuam: & bonus ut præſtet, & malus ut fallat: & Chriſtianus uenerator, & paganus adulator, Omnes Chriſtum cantãt, & qua uolũtate atq; ore cantẽt, eidẽ ipſi quem cantãt rationẽ ſine dubio reddituri ſunt. Eſt quiddam inuiſibile, ex quo creatore principio ſunt omnia quæ uidemus, ſummũ, æternum, incõmutabile & nulli effabile niſi tãtum ſibi. Eſt quiddam quo ſe ipſa ſummitas maieſtatis narrat & prædicat, non impar gignenti atq; narranti uerbum, quod illi qui uerbum gignit oſtẽditur. Eſt quædam ſanctitas omniũ quæ ſancte fiunt ſanctificatrix, ipſius incõmutabilis uerbi per qđ narrat illud principiũ, & ipſius principij qđ par ſe uerbo narrat, inſeparabilis & indiuiſa cõmunio. Quis aũt hoc totũ quod nõ dicendo dicere conatus ſum, & dicendo non dicere, quis hoc poſſit ſereniſſima & ſynce-

Iudæi ſparſi.

prædicta eſt. Nã tale quiddam deeſſe uidetur.

Sepulchrum Petri.

ὡς πατὴρ.

ἕνωσις.

ſyncerisſima mente cõtueri,eóq; contuitu beatitudinem ducere,atq; in id quod intuetur de C
ἔκσασις ficiens quodãmodo ſe obliuiſci, & pergere in illud cuius uiſione inuiſibilis eſt,quod immor
talitate eſt indui,obtinere æternam ſalutẽ,per quam me ſalutare dignamini? Quis hoc poſ
ſit niſi qui omnes ſuperbiæ ſuæ toros inanes, peccata ſua confitens cõplanauerit, ſeq; ſub/
ſtrauerit mitem atq; humilẽ ad excipiendũ deum doctorẽ? Quoniam ergo à uanitate ſu/
perbiæ,prius ad humilitatẽ deponendi ſumus,ut inde ſurgentes ſolidam celſitudinẽ tenea/
mus,nõ potuit hoc nobis tãto magnificẽtius, quãto blandius inſpirari,ut noſtra ferocitas
nõ ui ſed perſuaſione ſedaretur,niſi uerbũ illud per quod ſe angelis indicat deus pater, qđ
uirtus & ſapiẽtia eius eſt,quod corde humano uiſibiliũ rerum cupiditate cæcato, uideri nõ
poterat,perſonam ſuã in homine agere atq; oſtendere dignaretur,ut magis homo timeret
extolli faſtu hominis,q; humiliari exẽplo dei. Itaq; nõ Chriſtus regno terreno decoratus,
nec Chriſtus terrenis opibus diues,nec Chriſtus ulla terrena felicitate præfulgens,ſed Chri/
ſtus crucifixus,per totum terrarũ orbem prædicatur. Quod riſerunt prius populi ſuperbo/
rum,& adhuc rident reliquiæ. Crediderunt autẽ prius pauci tunc populi, quia tunc ad fidẽ
paucorũ & cõtra irriſionem populorũ cum Chriſtus crucifixus prædicaretur,claudi ambu/
labant,muti loquebantur,ſurdi audiebant,cæci uidebant,mortui reſurgebant. Sic tandem
Pax. aduertit terrena ſuperbia, nihil in ipſis terrenis eſſe potentius humilitate diuina, ut etiam
ſaluberrima humilitas humana,contra inſultantem ſibi ſuperbiam, diuinæ imitationis pa
trocinio tueretur. Expergiſcimini aliquando fratres mei & parentes mei Madaurenſes,
hanc occaſionem ſcribendi uobis deus mihi obtulit: Quantũ potui quidem in negocio fra/
tris Florentini, per quẽ literas miſiſtis (ſicut deus uoluit) affui & adiuui, Sed tale negocium
erat quod etiã ſine opera mea facile peragi poſſet. Propè omnes enim domus ipſius homi
nes qui apud Hipponem ſunt,nouerũt Florentinũ & multũ eius orbitatẽ dolent. Sed epi/
ſtola mihi à uobis miſſa eſt, ut nõ impudens eſſet epiſtola mea, cũ occaſione à uobis acce/
pta,idolorũ cultoribus de Chriſto aliquid loqueretur. Sed obſecro uos,ſi eum nõ inaniter D
in mea epiſtola nominaſtis, timete illum quẽ prius iudicatum irriſit ſuperbus orbis terra/
rum,& nunc iudicẽ ſubiectus expectat. Erit enim teſtis affectus in uos cordis mei,per hanc
(quantũ potui) paginam expreſſus, Erit teſtis uobis in iudicio eius,qui credentes ſibi cõfir/
maturus eſt,& incredulos confuſurus. Deus uiuus & uerus,uos ab omni huius ſeculi uani/
tate liberatos conuertat ad ſe domini prædicabiles & dilectiſſimi fratres.

Maximus Madaurenſis Auguſtino,excuſans à paganis unum deum uarijs nomini
bus coli,indignans mortuos homines coli pro dijs,irridens punica quedam nomina,
perſtringens opinor Chriſtianos,quod uenerarentur ſepulchra martyrum,ac notans
quod clanculum ſua ſacra peragerent, Epiſtola XLIII.

HABENS crebro tuis affatibus lætificari,& inſtinctu tui ſermõis,quo me paulo
ante iucũdiſſime ſalua charitate pulſaſti, paria redhibere nõ deſtiti, ne ſilentiũ
meũ pœnitudinẽ appellares. Sed quæſo ut ſi hæc quaſi ſeniles artus eſſe duxe/
ris,benignarũ aurium indulgentia proſequaris. Olympũ montẽ deorũ eſſe ha/
bitaculũ,ſub incerta fide Græcia fabulat. At uero noſtræ urbis forũ ſalutariũ numinũ fre/
quẽtia poſſeſſum nos cernimus & probamus. Equidẽ unũ eſſe deũ ſummũ,ſine initio,ſine
prole,naturæ ceu patrẽ magnũ atq; magnificũ,quis tam demens,tam mente captus neget
eſſe certiſſimũ? Huius nos uirtutes per mundanũ opus diffuſas, multis uocabulis inuoca/
mus,quoniã nomen eius cuncti propriũ uidelicet ignoramus. Nam deus omnibus religio/
nibus cõmune nomen eſt. Ita fit,ut dum eius quaſi quædã mẽbra carptim, uarijs ſupplica/
tionibus proſequimur,totum colere profecto uideamur. Sed impatiẽtem me eſſe tanti er/
roris diſſimulare nõ poſſum. Quis enim ferat Ioui fulmina uibranti præferri Mygdonem,
Iunoni,Mineruæ,Veneri Veſtæq; Sananem,& cunctis (proh nefas) dijs immortalibus
archimartyrem Namphanionem, inter quos Lucitas etiam haud minore cultu ſuſcipitur,
al's numina. atq; alij interminato numero,dijs hominibusq; odioſa * nomina,qui cõſciẽtia nefandorũ
facinorum,

A facinorum,ſpecie glorioſæ mortis,ſcelera ſua ſceleribus cumulãtes, dignum moribus factis
q̃ ſuis exitum maculati repererunt. Horum buſta ſi memoratu dignum eſt, reiectis tẽplis,
neglectis maiorum ſuorum manibus,ſtulti frequentant, ita ut præſagium uatis illius indi/
gne ferentis emineat,Inq́e deum templis iurauit Roma per umbras.Sed mihi hac tempe *Lucanus.*
ſtate propemodum uidetur bellum Actiacum rurſus exortum, quo Ægyptia monſtra in
Romanorũ deos audeãt tela uibrare,minime duratura. Sed illud quæſo uir ſapientiſſime,
uti remoto facundiæ robore atq; exploſo, qua cunctis clarus es, omiſſis etiam quibus pu/
gnare ſolebas Chryſippeis argumentis,poſtpoſita paululũ dialectica, quæ neruorũ ſuorũ
luctamine nihil cẽrti cuiq; relinquere nititur, ipſa re approbes, quis ſit iſte deus, quẽ uobis
Chriſtiani, quaſi proprium uendicatis, & in locis abditis præſentem uos uidere cõponitis.
Nos etenim deos noſtros luce palam ante oculos omnium, atq; aures omnium mortaliũ
pĩs precibus adoramus, & per ſuaues hoſtias propitios nobis efficimus, & à cunctis hæc
cerni & probari contendimus. Sed ulterius huic certamini me ſenex inualidus ſubtraho, &
in ſententiam Mantuani rhetoris libenter pergo, Trahit ſua quenq; uoluptas. Poſt hæc nõ *Vir. in bucol.*
dubito uir eximie,qui à mea ſecta deuiaſti,hanc epiſtolam aliquorum furto detractam,flã
mis uel quolibet pacto perituram. Quod ſi acciderit,erit damnum chartulæ,non noſtri ſer/
monis,cuius exemplar penes omnes religioſos perpetuo retinebo. Dĩj te ſeruent, per quos
& eorum atq; cunctorum mortalium communem patrem,uniuerſi mortales quos terra ſu
ſtinet,mille modis concordi diſcordia ueneramur & colimus.

Auguſtinus Maximo grammatico reſpondet ad ſuperiora,ſed ſic ut oſtendat indi
gna quibus reſpondeatur,digna quæ rideantur. Epiſt. XLIIII.

SERIVM ne aliquid inter nos agimus,an iocari libet? Nã ſicut tua epiſtola lo/
quitur,utrũ cauſæ ipſius infirmitate,an morũ tuorũ comitate ſit factũ, ut mal/
B les eſſe facetior,q̃ paratior,incertum habeo.Primo enim Olympi mõtis & fo/
ri ueſtri cõparatio facta eſt: quæ neſcio quò pertinuerit,niſi ut me cõmoneface
ret in illo monte Iouem caſtra poſuiſſe,cum aduerſus patrem bella gereret,ut ea docet hi/ *Sacra hiſtoria.*
ſtoria,quam ueſtri etiam ſacram uocant: & in iſto foro recordarer eſſe in duobus ſimula/
cris,unum martem nudum,alterum armatum,quorũ dæmoniũ infeſtiſſimum ciuibus,por
rectis tribus digitis contra collocata ſtatua humana comprimeret. Ergo ne unquã ego cre/
diderim, mentione illius fori facta, numinum talium memoriã mihi te renouare uoluiſſe,
niſi iocari potius q̃ ſerio agere maluiſſes.Sed illud planè quod tales deos quædã dei uni/
us magni mẽbra eſſe dixiſti,admoneo,quia dignaris,ut ab huiuſmodi ſacrilegis facetijs te
magnopere abſtineas.Siquidem illum deum dicis unũ,de quo (ut dictum eſt à ueteribus)
docti indoctiq; conſentiunt, huius ne tu membra dicis eſſe, quorum immanitatem, uel(ſi
hoc mauis)potentiã, mortui hominis imago cõpeſcit? Plura hinc poſſem dicere: Vides e/
nim pro tua prudentia,quàm locus late iſte pateat reprehenſioni. Sed meipſe cohibeo,ne
à te rhetorice potius,quàm ueridice agere exiſtimer. Nã quod *nomina quædam punica *al. numina.*
mortuorum collegiſti, quibus in noſtram religionem, feſtiuas(ut tibi uiſum eſt) contume/
lias iaciendas putares, neſcio utrum refellere debeam,an ſilentio præterire.Si enim res iſtæ
uidentur tam leues tuæ grauitati quàm ſunt, iocari mihi non multum uacat, Si autem gra
ues tibi uidentur,miror q; nominũ abſurditate cõmoto,in mentem non uenerit habere tu/
os,& in ſacerdotibus Eucaddires,& in numinibus Abeddires.Nã puto ego iſta tibi cũ ſcri/
beres in animo nõ fuiſſe,ſed more humanitatis & leporis tui, cõmonefacere nos uoluiſti
ad relaxandũ animũ, quanta in ueſtra ſuperſtitione ridenda ſint. Neq; enim uſq; adeo te/
ipſum obliuiſci potuiſſes,ut homo Afer ſcribens Afris,cum ſimus utriq; in Africa conſtitu
ti,punica nomina exagitanda exiſtimares.Nam ſi ea uocabula interpretemur, Nampha/
nio quid aliud ſignificat quàm boni pedis hominem, id eſt, cuius aduentus afferat ali/
quid felicitatis: ſicut ſolemus dicere, ſecundo pede introiſſe, cuius introitum proſperitas a/
liqua conſecuta ſit.Quæ lingua ſi improbatur abs te, nega punicis libris, ut à uiris doctiſ/
ſimis

ſimis proditur,multa ſapiẽter eſſe mandata memoriæ.Pœniteat te certe ibi natum,ubi hu C
iuſmodi linguæ cunabula recalẽt.Si uero & ſonus nobis non rationabiliter diſplicet, & me
bene interpretatum illud uocabulum recognoſcis, habes quod ſuccenſeas Virgilio tuo,qui
Vir.8. Aene. Herculem ueſtrum ad ſacra quæ illi ab Euãdro celebrãtur inuitat hoc modo:Et nos & tua
dexter adi pede ſaca ſecũdo,Secundo pede optat ut ueniat. Ergo uenire Herculem optat,
non Phanionem,de quo tu multũ nobis inſultare dignaris. Veruntamẽ ſi ridere delectat,
Venus calua. habes apud nos magnam materiam facetiarum, Deum ſtercutium,deam cloacinam,uene
rem caluam,deum timorem,deum pallorẽ,deam febrem, & cætera innumerabilia huiuſce
modi,quibus Romani antiqui ſimulacrorum cultores templa fecerũt & cõlenda cenſuerũt,
Quæ ſi negligis,Romanos deos negligis,ex quo intelligeris non Romanis initiatus ſacris,
& tamen punica numina tanquam numinũ Romanorum altaribus dedita, contemnis ac
deſpicis.Sed mihi uideris omnino pluſquam nos fortaſſe illa ſacra nihilipendere,ſed ex eis
neſcio quam captare ad huius uitæ tranſitum uoluptatem, quippe qui etiam nõ dubitaue/
Vir. in buco. ris ad Maronem confugere,ut ſcribis,& eius uerſu te tueri, quo ait: Trahit ſua quemq; uo/
luptas.Nam ſi tibi autoritas Maronis placet,ſicut placere ſignificas,profecto etiã illud pla
Vir.8. Aene. cet:Primus ab æthereo uenit Saturnus olympo,Arma Iouis fugiens,& regnis exul adem/
ptis.Et cætera,quibus eum atq; huiuſcemodi deos ueſtros uult intelligi homines fuiſſe. Le
gerat enim ille multã hiſtoriam uetuſta autoritate roboratã,quã etiam Tullius legerat,qui
hoc idem in dialogis plus ẽq; poſtulare auderemus cõmemorat,& perducere in hominum
noticiam,quantum illa tempora patiebãtur,molitur. Quod autem dicis, eo noſtris ueſtra
ſacra præponi,quod uos publice colitis deos,nos autẽ ſecretioribus conuenticulis utimur,
Bacchanalia. Primum illud abs te quæro,quomodo oblitus ſis Liberum illum quẽ paucorum ſacratorũ
oculis committẽdum putatis:deinde tuipſe indicas nihil aliud te agere uoluiſſe,cum publi/
cam ſacrorũ ueſtrorum celebrationem cõmemorares, niſi ut uobis decuriones & primates
ciuitatis p plateas ueſtræ urbis bacchãtes ac furentes ante oculos quaſi ſpectacula ponere D
mus.In qua celebritate ſiue numine inhabitamini,certe uidetis quale illud ſit quod adimit
mentem.Si autẽ fingitis,quæ ſunt iſta etiam in publico ueſtra ſecreta,uel quo pertinet tam
turpe mendacium:deinde cur nulla futura canitis ſi uates eſtis,aut cur ſpoliatis circunſtan/
tes ſi ſani eſtis? Cum igitur hæc nos & alia quæ nunc prætermittẽda exiſtimo, per epiſtolã
tuam feceris recordari,quid nos nõ derideamus deos ueſtros,quos abs teipſo ſubtiliter de/
rideri nemo non intelligit,qui & ingenium tuum nouit,& legit literas tuas? Itaq; ſi aliquid
inter nos de his rebus uis agamus quod ætati tuæ prudentiæq; congruit, quod deniq; de
noſtro propoſito iure à chariſſimis noſtris flagitari poteſt,quære aliquid noſtra diſcuſſio/
ne dignum: & ea pro ueſtris numinibus cura dicere,in quibus non te cauſæ prævaricatorẽ
putemus, quo nos magis commoneas, quæ contra illos dici poſſunt quàm pro eis aliquid
dicas.Ad ſummã tamen,ne te hoc lateat,& in ſacrilega conuitia imprudentem trahat,ſcias
à Chriſtianis catholicis,quorum in ueſtro oppido etiam eccleſia conſtituta eſt, nullum co/
li mortuorum, nihil deniq; ut numen adorari quod ſit factum & conditum à deo, ſed unũ
ipſum deum,qui fecit & condidit omnia.Differentur iſta latius,ipſo uero & uno deo adiu/
uante,cum te grauiter agere uelle cognouero.

Auguſtinus Armentariũ Ripariũ,& huius uxorem hortatur ad perfectum mundi contemptum,quẽ iam uouerant,uetans tamen ne cõiunx uotum exequeretur abſq; coniugis conſenſu: pia & erudita epiſtola, ſed cuius phraſis nihil habet Auguſtini,ui detur eiuſdem,cuius eſt 38.

Epiſtola XLV.

DOMINIS eximijs meritóq; honorabilibus ac deſiderabilibus filijs: Armentario & Paulinæ, Auguſtinus in domino ſalutem. Vir egregius filius meus Ruferius affinis ueſter retulit mihi quid domino uoueritis, Qua eius narratione hilaratus,& ibidẽ metuens,ne aliud ſuadeat ille tentator, qui bonis talibus antiquitus inuidet, exhortandam paucis credidi charitatẽ tuam domine eximie meritóq; honorabilis

A honorabilis & desiderabilis fili,ut cogites quod in diuinis eloquijs legitur, Ne tardes con- Eccĩ.5.
uerti ad dominum,neq; differas de die in diem:atq; arripias curesq; reddendum,quod ei
te uouisse nosti,qui & debita exigit,& promissa persoluit.Nam & hoc scriptum est: Voue psal.75.
te & reddite domino deo uestro:quanquam & si non uouisses,quid aliud tibi suadendum
fuit,aut quid melius ab homine fieri potest,q̃ ut ei se restituat,à quo institutus est, præser
tim quia charitatis erga nos dei tantum apparuit atq; eluxit indicium, ut filium suum uni
genitum mitteret, qui pro nobis moreretur? Restat ergo ut fiat quod Apostolus ait, pro- 2.Cor.5
pterea mortuum esse Christum,ut qui uiuunt,non sibi iam uiuant,sed ei qui pro ipsis mor
tuus est & resurrexit:nisi forte adhuc mundus amandus est,tanta rerum labe contritus,ut
etiam speciem seductionis amiserit.Nam quantũ illi laudandi atq; prædicandi,qui digna
ti non sunt etiam cum mundo florente florere:tantum increpandi & accusandi sunt, quos
perire cum pereunte delectat.Labores & pericula & exitia huius trãsitoriæ uitæ,si pro eadẽ
uita quandoq; finienda subeuntur,ut mors eius nõ omnino auferatur,sed paululum diffe
ratur: quanto magis pro æterna subeunda sunt,ubi mortem nec natura sollicite cauet, nec
ignauia turpiter timet,nec sapientia fortiter sustinet? Nulli quippe erit quæ non erit.Habe
at igitur te uita æterna in dilectoribus suis.Nónne cernis, hæc uita miserabilis & egena,q̃
uehementes habeat, quantumq; sibi obliget amatores suos? qui tamẽ periculo eius sæpe
turbati,citius eam finiunt,eo ipso quod finire formidant,& mortem dum declinant, accele
rant,ueluti si quisquam fluuio rapiendus irruat,latronem bestiamúe fugiendo. Iactant in
mare tempestate sæuiente aliquando & alimenta,& ut uiuant proijciunt unde uiuant,ne ci
to finiatur,quod uel in labore uiuitur.Quantis laboribus agitur, ut lõgiore tempore labo-
retur,& mors cum impendere cœperit,ideo cauetur,ut diutius timeatur? Nam inter tot ca
sus fragilitatis humanæ, q̃ multæ mortes timentur, quarum certe una cum uenerit, restat
B cæteras non timeri,& tamen fugitur una cum omnes timeantur. Quibus excruciantur do-
loribus,qui curantur à medicis & secantur? Nunquid ut non moriantur, sed ut aliquanto
serius moriantur? Multi cruciatus suscipiũtur certi,ut pauci dies adijciantur incerti.Et non
nunquam ipsis doloribus uicti continuo moriuntur,quos mortis timore suscipiunt. Et cũ
omnino non eligant uitam finire ne doleant,sed dolere ne finiant, accidit eis ut doleant &
finiant:non solum quia & sanati utiq; uitam finiunt post dolores, quæ tantis pœnis com-
parata nec sempiterna esse potest quia mortalis est,nec diuturna quia tota breuis est, nec
de ipso breui spacio sui secura quia semper incerta est: uerumetiam quod aliquando eam
dolore finierunt,quam ne finirent dolere uoluerunt.Habet etiam hoc magnum malum ac
uehementer execrandum & horrendum nimius amor uitæ istius,quod multi dum uolunt
paulo diutius uiuere,grauiter offendunt deum,apud quem est fons uitæ.Atq; ita dum ab psal.35.
eis frustra qui necessario futurus est uitæ finis metuitur,illinc prohibentur ubi sine fine uiui
tur.Huc accedit quia uita misera etiam si posset esse perpetua,nullo modo beatæ uitæ eti-
am breuissimæ comparanda est,& tamen isti amando miserrimam atq; breuissimam,per
dunt beatissimam ac sempiternam:cum in hac ipsa quam male diligunt hoc uelint quod
in altera perdunt,quia utiq; in ista nec miseriam diligunt,nam beati esse uolunt,nec breui-
tatem; nam eam finiri nolunt: sed tantum quia uita est sic amatur,ut sæpe propter eam
(licet miseram & breuem) beata & sempiterna amittatur.His consideratis, quid magnum
uita æterna iubet amatoribus suis,cum se iubet sic amari, quemadmodum hæc amatur à
suis? An uero dignum est,uel ferendum,cum contemnuntur omnia quæ amantur in mun
do,ut uita post paululum finienda,saltem ipsum paululum teneatur in mũdo: & non con
temnitur mũdus,ut obtineatur uita,quæ sine fine apud illum est,per quem factus est mun
dus? Modo cum ipsa Roma domicilium clarissimi imperij barbarico uastaretur incursu, 2.retract.43
quàm multi huius uitæ temporalis amatores,ut eam uel infeliciter producendã nudamq;
redimerent, dederunt omnia quæ illi non solum oblectandæ & obtinendæ, uerumetiam
sustentandæ tuendæq; seruabant.Solent certe amatores illis quas amant ut eas habeant

multa conferre: Isti amatam suam non haberent, nisi amando inopem reddidissent, nec C
ei multa conferrent, sed cuncta potius auferrent, ne sibi eam hostis auferret. Nec eorum re-
prehendo consilium. Quis enim nesciat perituram fuisse ipsam, si non ea perissent, quæ re-
condita fuerant propter ipsam? quamuis & quidam perdiderint prius illa, & mox ipsam,
quidam uero licet parati cuncta perdere propter ipsam, prius perdiderint ipsam. Sed hinc
admonendi sumus, quales æternæ uitæ dilectores esse debeamus, ut propter eam contem-
namus cuncta superflua, cum pro hac transitoria uita contempta sint quæ illi fuerant ne-
cessaria. Neq; enim amatam nostram, sicut illi suam, ut teneamus expoliamus, sed illi æter-
næ adipiscendæ, istam temporalem uelut famulam expeditiorem seruire facimus. Sic eam
nec ornamentorum uanorum uinculis alligemus, nec curarum noxiarum sarcinis onere-
mus, audiamusq; dominum qui nobis illam uitam summo ardore desiderandam fidelissi-
Matth.11 me pollicetur, uelut in totius mundi contione clamantem: Venite ad me omnes qui la-
boratis & onerati estis, & ego uos reficiam. Tollite iugum meum super uos & discite à me
quoniam mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris, Iugum enim
Ψηστόν. meum lene, & onus meum leue est. Hæc disciplina piæ humilitatis, uentosam & turbidam
cupiditatem, auidam rerum extra nostram potestatem constitutarum pellit ex animo, &
quodãmodo expirat. Ibi enim labor, ubi multa quæruntur & diliguntur, quibus adipiscen-
dis atq; retinendis uoluntas non satis est, quia consequentem non habet facultatem. Iusta
uero uita, cum uolumus adest, quia eam ipsam plene uelle, iusticia est. Nec plus aliquid per-
ficienda iusticia est, q̃ perfectam uoluntatem requirere. Vide si labor est, ubi uelle satis est:
Luc.2 unde diuinitus dictum est, Pax in terra hominibus bonæ uoluntatis. Vbi pax, ibi requies:
ubi requies, ibi finis appetendi & nulla causa laborandi. Sed hæc uolũtas ut plena sit, opor-
tet ut sana sit. Erit autem sana, si medicum non refugiat, cuius solius gratia sanari potest à
morbo desideriorum noxiorum. Ipse est ergo medicus qui clamat: Venite ad me omnes D
qui laboratis, iugum suum lene, & onus leue dicens: quia diffusa per spiritum sanctum cha-
ritate in cordibus nostris, profecto amabitur quod uidebitur, & non erit asperum nec one-
rosum si sub hoc uno iugo, quantominus tumida, tantomagis libera ceruice seruiatur. Et
hæc est una sarcina, qua eius baiulus non premitur, sed leuatur. Diuitiæ si diligũtur, ibi ser-
uentur ubi perire non possunt. Honor si diligitur, illic habeatur ubi nemo indignus hono-
ratur. Salus si diligitur, ibi adipiscenda desideretur ubi adepta nihil timetur. Vita si diligi-
tur, ibi acquiratur ubi nulla morte finitur. Reddite igitur quod uouistis, quia uosipsi estis,
& ei uos redditis à quo estis, reddite obsecro. Neq; enim quod redditis, reddendo minue-
tur, sed potius seruabitur & augebitur. Benignus enim exactor est, non egenus: & qui non
crescit ex redditis, sed in se crescere faciat redditores. Huic ergo quod nõ redditur perditur:
quod autem redditur, reddendo additur, Immo uero in eo cui redditur, ipse reddens serua-
tur. Idipsum quippe erit redditum & redditor, quia idipsum erat debitum & debitor. Deo
Matth.22 nanq; seipsum debet homo, eiq; reddendus est ut beatus sit, à quo accepit ut sit. Hoc signi-
ficat quod in euangelio dominus ait: Reddite cæsari quæ cæsaris sunt, & deo quæ dei sunt.
Hoc enim dixit, cum sibi demõstrato nummo, & quæsito cuius haberet imaginem, respon-
sum esset, Cæsaris, ut hinc intelligerent, quod deus exigeret ab homine imaginem suam in
homine ipso, sicut suam cæsar exigebat in nummo: Quantomagis ergo reddenda est cum
promittitur, cui etiam non promissa debetur. Quapropter charissime, possem quidem pro-
mea quantulacũq; facultatula, sancti propositi quod deo uouisse uos comperi, uberius lau-
dare fructum, ac demonstrare quid distet inter Christianos dilectores mũdi huius, & con-
temptores, q̃uis fideles utriq; dicãtur, Eodemq; utriq; lauacro sacri fontis abluti sunt, eius-
dem imbuti consecratiq; mysteriis, utriq; eiusdem euangelij, non auditores tantum, uerum
etiã prædicatores: nec utriq; tamen regni dei lucisq; participes, & uitæ æternæ, quæ sola est
beata, cohæredes. Dominus enim Iesus non ab eis qui non audiunt, sed eos inter se audito-
res uerborum suorum, latissimo limite, non tenui distinctione discreuit. Qui audit, inquit,
uerba

Hæc oratio suspensa est usq; ad illa uerba: Sed quia iam &c.

A uerba mea hæc & facit ea,similabo eum uiro prudenti,qui ædificauit domum suam supra petram,Descendit pluuia,uenerunt flumina,flauerunt uenti,& impegerũt in domũ illam, & non cecidit,fundata enim erat supra petram. Qui autem audit uerba mea hæc,& non facit ea,similabo eum uiro stulto,qui ædificauit domum suam super harenã, Descendit pluuia,uenerunt flumina,flauerunt uenti,& impegerũt in domum illam & cecidit,& facta est ruina eius magna. Audire ergo illa uerba,ædificare est. In hoc utriq; pares sunt. In faciendo autem & non faciendo quod audiunt, tantum dispar est, quantum ædificium petræ solidatæ fundatum, dispar est ei,quod sine ullo fundamento facili harenæ mobilitate subuertitur. Nec ideò quisquis omnino non audit,tutius sibi aliquid cõparat. Nihil enim ædificãs,sine ullo tecto multo facilius obruendus,rapiendus,& dispergẽdus imbribus, fluuijs uentisq; donatur. Possim etiam pro modulo meo eosdem ipsos pertinentes ad dexteram regnumq; cœlorum in suis gradibus meritisq; distinguere, atq; ostendere,quo differat uita coniugalis filios procreantium,patrum matrumq; familiâs,uerũtamen religiosorum ac piorum,à beata uita quam uos deo uouistis, si nũc ad eam uouendam exhortandus esses, sed quia iam uouisti, iam te obstrinxisti, aliud tibi facere non licet. Priusq; esses uoti reus, liberum fuit quo esses inferior: cuius non sit gratulanda libertas,qua fit ut nõ debeatur ꝙd tum lucro redditur. Nunc uero quia tenetur apud deum sponsio tua,non te ad magnã iusticiam inuito,sed à magna iniquitate deterreo. Non enim talis eris,si non feceris quod uouisti,qualis mansisses,si nihil tale uouisses. Minor enim tũc esses non peior. Modo aũt tantum,quod absit,miserior si fidem deo fregeris,quãto beatior si persolueris. Nec ideo te uouisse pœniteat,immo gaude iam tibi sic non licere,quod cum tuo detrimento licuisset. Aggredere itaq; intrepidus,& dicta imple factis: ipse adiuuabit qui uota tua expetit. Felix est necessitas,quæ in meliora compellit. Vna sola esse causa posset,qua te id quod uouisti, nõ

Matth.7. Luc.6.

B solum non hortaremur,uerumetiam prohiberemus implere,si forte tua coniunx hoc tecũ suscipere animi seu carnis infirmitate recusaret. Nam & uouenda talia non sunt à coniugatis,nisi ex cõsensu & uoluntate cõmuni. Et si præpropere factum fuerit, magis est corrigenda temeritas q̃ persoluenda promissio. Neq; enim deus exigit,siquis ex alieno aliquid uouerit,sed potius usurpare uetat alienum. Diuina quippe de hac re per Apostolum est prolata sententia. Vxor non habet potestatem corporis sui,sed uir. Similiter & uir non habet potestatẽ corporis sui,sed mulier: sexum nomine corporis nũcupauit. Sed cum illam tam paratam esse audiam deo dicare continentiam,ut eo solo impediatur,si tibi debitum reddere coniugali iure compellitur,ambo deo reddite quod ambo uouistis,ut illi persoluatur quod ab alterutro non exigitis. Si continentia uirtus est,sicuti est,cur ad eam sit promptior sexus infirmior,cum uirtus à uiro potius cognominata uideatur, sicut similitudo uocabuli resonat? Noli ergo uir aberrare à uirtute,quam mulier est parata suscipere. Sit uester consensus oblatio ad supernum altare creatoris, & uicta concupiscentia tanto fortius quanto sanctius uinculum charitatis. Gaudeamus de uobis in abundanti gratia Christi, domini eximij meritoq; honorabiles & desiderabiles filij.

33.q.5. unæ 4.senten. dist. 32.cap.1.

Matrimonium consummatum & ratum.

Augustinus Valentino,in cuius contubernio quidam erat,qui uidebatur non recte sentire de libero arbitrio,Docens nec liberum arbitrium sic asserendum ut nihil tribuamus gratiæ,nec gratiam ita prædicandam,ut negemus liberum hominis arbitrium.

DOMINO dilectissimo,& in Christi membris honorãdo fratri Valentino, & fratribus qui tecum sunt,Augustinus in domino salutem. Venerunt ad nos duo iuuenes,Cresconius & Felix,de uestra congregatione se esse dicẽtes, qui nobis retulerunt monasterium uestrum nonnulla dissensione turbatum,eo quod quidam in uobis sic gratiam prædicent,ut negent hominis esse liberum arbitrium,& quod est grauius,dicãt quod in die iudicij non sit uel redditurus deus unicuiq; secundũ opera eius. Etiam hoc tamen indicauerunt,q; plures uestrum non ita sentiant, sed liberum arbitrium adiuuari fateantur per dei gratiã,ut recta sapiamus atq; faciamus, ut cũ uenerit dñs reddere unicuiq; secundum

2.retra.66

cundum opera eius,inueniat opera nostra bona, quæ præparauit deus ut in illis ambule/ C
mus.Hoc qui sentiunt,bene sentiunt.Obsecro ita uos fratres, sicut Corinthios obsecrauit
Apostolus,per nomen domini nostri Iesu Christi,ut idipsum dicatis omnes,& non sint in
uobis schismata.Primo enim dominus noster Iesus Christus,sicut scriptū est in euangelio
Ioan.3 Iohannis apostoli, non uenit ut iudicaret mundum,sed ut saluaretur mundus per ipsum,
Postea uero sicut scribit Apostolus Paulus,iudicabit deus mundum quando uenturus est,
sicut tota ecclesia in symbolo confitetur:iudicare uiuos & mortuos.Si igitur non est dei gra
tia,quomodo saluat mūdum? Et si non est liberum arbitrium,quomodo iudicat mundū?
Proinde librum uel epistolam meam, quam secum ad uos supradicti attulerunt, secundū
hanc fidem intelligite,ut neq; negetis dei gratiam,neq; liberū arbitrium sic defendatis,ut à
dei gratia separetis,tanq̄ sine illa uel cogitare aliquid uel agere secundū deum ulla ratione
possim⁹, q̄d oīno nō possumus. Propter hoc.n.dñs cū de fructu iusticiæ loqueret̄,ait disci
pulis suis: Sine me nihil potestis facere. Vñ supradictā epistolā ad Sixtū Romanæ eccl̄iæ
presbyterū, contra nouos hæreticos Pelagianos noueritis esse conscriptā,qui dicūt gratiā
dei secundū merita nostra dari,ut qui gloriatur,nō in dño sed in seipso glorietur, hoc est in
homine nō in dño.Quod prohibet Aplus dicens:Nemo glorietur in homine.Et alio loco
Qui gloriatur inqt,in dño glorietur. Illi uero hæretici seipsos à seipsis iustos fieri putantes,
quasi hoc eis non dederit deus,sed ipsi sibi,nō utiq; in dño,sed in semetipsis gloriantur. Ta
Noua inter pretatio. libus enim dicit Aplus:Quis enim te discernit? Quod ideo dicit,quia de massa illius perdi
tionis quæ facta est ex Adam,non discernit hominē,ut eum faciat uas in honorem non in
contumeliam,nisi deus.Sed quoniā homo carnalis & inaniter inflatus cum audisset: Quis
em̄ te discernit, posset respondere uel uoce uel cogitatione & dicere:Discernit me fides mea
discernit me oratio mea,discernit me iusticia mea,Mox Aplus occurrit cogitationibus eius
& dixit:Quid enim habes quod nō accepisti? Si aūt accepisti, quid gloriaris,quasi nō acce/
peris? Sic aūt gloriantur quasi non acceperint,qui se à seipsis iustificari putant , ac per hoc D
in semetipsis non in dño gloriantur.Propter quod ego in hac epistola,quæ ad uos perue/
nit,probaui per testimonia sanctarum scripturarū,quæ ibi potestis inspicere, & bona ope
ra nostra,& pias oratiōes,& rectam fidem nullo modo in nobis esse potuisse, nisi hæc acce
Iacob.1. perimus ab illo,de quo dicit Aplus Iacobus:Omne datum optimum,& omne donū per/
fectum de sursum est,descendēs à patre luminum. Nec quisq̄ dicat meritis operum suorū
uel meritis orationū suarum,uel meritis fidei suæ, sibi traditā dei gratiam, & putetur uerū
esse quod illi hæretici dicunt,gratiam dei secundū merita nostra dari,quod omnino falsissi
mum est,Non quia nullum est meritum,uel bonum piorum,uel malū impiorum,alioquin
quomodo iudicabit deus mundum? Sed misericordia & gratia dei conuertit hominem,de
psal.78. qua psalmus dicit,Deus meus misericordia eius præueniet me:ut iustificet̄ impius,hoc est
ex impio fiat iustus,& incipiat habere meritum bonum,quod deus coronabit q̄n iudicabi
tur mūdus. Multa erant quæ uobis mittere cupiebam, quibus lectis,totam ipsam causam
quæ concilijs episcopalibus acta est aduersus eosdem Pelagianos hæreticos, diligentius &
plenius nosse possitis:sed festinauerunt fratres qui ex numero uestro ad nos uenerunt, per
quos uobis non rescripsimus ista,sed scripsimus. Nullas enim ad nos uestræ charitatis litte
ras attulerūt,tamen susc̄epimus eos,qm̄ simplicitas eorum satis indicabat,nihil illos nobis
potuisse confingere. Ideo aūt festinauerunt,ut apud uos agerēt pascha,quo possit adiuuan
te domino tam sanctus dies uestram pacem q̄; dissensionem potius inuenire. Melius autē
facitis(quod multum rogo)si ipsum à quo dicunt se fuisse turbatos,ad me mittere non gra
uemini. Aut enim non intelligit librum meum,aut forte ipse non intelligitur,quando diffi/
cillimam quæstionem & paucis intelligibilem soluere atq; enodare conatur. Ipsa est enim
quæstio de gratia dei,quæ fecit ut homines non intelligentes, putarent apostolū Paulum
dicere: Faciamus mala ut ueniant bona. Vnde apostolus Petrus in secunda epistola sua:
Quapropter inquit charissimi,hæc expectantes satagite, inuiolati & immaculati apud eū
reperiri

A reperiri in pace,& domini noſtri cum patiẽtia ſalutem exiſtimantes. Sicut & dilectiſſimus frater noſter Paulus,ſecundũ eam quæ data eſt ei ſapientiã ſcripſit uobis, ut & in omnibus epiſtolis loquens in eis de his in quibus ſunt quædã difficilia intellectu,quæ indocti & inſtabiles homines peruertunt,ſicut & cæteras ſcripturas ad proprium ſuũ interitum. Caute ergo quod tantus apoſtolus tam terribiliter dicit,& ubi ſentitis uos non intelligere,interim credite diuinis eloquijs,quia & liberum eſt hominis arbitrium,& gratia dei, ſine cuius adiutorio,liberum arbitrium nec conuerti poteſt ad deũ,nec proficere in deo. Et quod pie creditis,ut etiam ſapienter intelligatis orate. Et ad hoc ipſum enim,id eſt,ut ſapienter intelligamus,eſt utiq; liberum arbitrium. Niſi enim libero arbitrio intelligeremus atq; ſapere-mus,non nobis præciperetur dicente ſcriptura. Intelligite ergo qui inſipientes eſtis in po- *Pſal.93.*
pulo,& ſtulti aliquando ſapite. Eoipſo quippe,quo præceptum & imperatum eſt ut intelligamus atq; ſapiamus,obedientiam noſtram requirit,quæ nulla poteſt eſſe ſine libero arbitrio. Sed ſi poſſet hoc ipſum ſine adiutorio dei gratiæ fieri per liberum arbitrium,ut intelligeremus atq; ſaperemus,non diceretur deo: Da mihi intellectum,ut diſcam mandata tua. *Pſal.118.*
Neq; in euangelio ſcriptum eſſet: Tunc aperuit illis ſenſum ut intelligerent ſcripturas. Nec *Luc.24.*
Iacobus apoſtolus diceret: Siquis autem ueſtrum indiget ſapientia,poſtulet à deo,qui dat *Iacob.1.*
omnibus affluenter,& non improperat,& dabitur ei. Potens eſt aũt dñs, qui & uobis donet & nobis,ut de noſtra pace & pia conſenſione,nũcijs celerrimis gaudeamus. Saluto uos, non ſolum meo nomine,ſed etiam fratrum qui mecum ſunt,& rogo ut pro nobis concorditer atq; inſtanter oretis. Sit uobiſcum dominus.

Auguſtinus Valentino de eodem argumento. Hæ duæ epiſtolæ præferuntur duobus libris, quorum alter habet titulum de gratia & libero arbitrio, alter de correptione & gratia,

Epiſtola. XLVII.

B DOMINO dilectiſſimo,& in Chriſti membris honorando fratri Valentino, & fratribus qui tecũ ſunt, Auguſtinus in dño ſalutem. Creſconium Felicem & alium Felicem dei ſeruos,qui ex ueſtra congregatione ad nos uenerũt, nobiſcũ egiſſe paſcha nouerit charitas ueſtra. Quos ideo tenuimus aliquanto diutius, ut inſtructiores ad uos redirent,aduerſus nouos hæreticos Pelagianos,in quorum errorẽ cadit qui putat aliquo merito humano gratiam dei dari,quæ ſola hominẽ liberat per dñm noſtrum Ieſum Chriſtum. Sed rurſum,qui putat,quando ad iudicium dñs uenerit,nõ iu- *Rom.7.*
dicari hominem ſecundũ opera ſua,qui iam ꝑ ætatem uti potuit libero uolũtatis arbitrio, nihilominus in errore eſt. Soli enim paruuli,qui nondũ habent opa propria, uel bona uel mala,ſecundũ ſolũ originale peccatum damnabũtur,quibus per lauacrum regenerationis non ſubuenit gratia ſaluatoris. Cæteri aũt oẽs,qui iam utentes libero arbitrio,ſua propria peccata,originali peccato inſuper addiderunt,ſi de poteſtate tenebrarum per gratiã dei nõ eruuntur,nec tranſferũtur ad regnũ Chriſti,non ſolũ ſecundũ originis,uerũetiam ſecundũ propriæ uoluntatis merita,iudiciũ reportabunt. Boni uero etiã ipſi quidem,non ſolũ ſecundum ſuæ bonæ uoluntatis merita præmiũ conſequentur,ſed etiã ipſam bonã uoluntatem per dei gratiã conſecuti ſunt,ac ſic impletur quod ſcriptum eſt: Ira & indignatio,tribulatio *Rom.7.*
& anguſtia,in oẽm animã hominis operantis malum,Iudæi primũ & Græci,gloria aũt & honor & pax omni operanti bonum,Iudæo primũ & Græco. De qua difficillima quæſtione, hoc eſt de uoluntate & gratia,non opus habui etiam in hac epiſtola diutius diſputare,qm̃ & aliam iam eis dederam,tanq̃ citius redituris. Et ſcripſi ad uos etiã librum,quem ſi (adiuuante dño) diligenter legeritis, & uiuaciter intellexeritis, nullas exiſtimo inter uos de hac re diſſenſiones ulterius iam futuras. Portant aũt ſecum & alia, quæ uobis dirigẽda eſſe credidimus,qbus cognoſcatis,quemadmodũ catholica eccleſia,in dei miſericordia Pelagiæ hæreſis uenena repulerit. Quod em̃ ſcriptũ eſt ad papã Innocentiũ Romanæ urbis epiſcopum,de concilio prouinciæ Carthaginenſis,& de concilio Numidiæ,& aliquãto diligentius à quinq; epiſcopis,& quæ ipſe ad tria iſta reſcripſit,Itẽ qd̃ papæ Zoſimo de Africano *Innocentius Zoſimus pa pa.*

concilio scriptum est, eiusq; rescriptum ad uniuersos totius orbis episcopos missum, & qd' C
posteriori concilio plenario totius Africæ contra ipsum errorem breuiter constituimus, &
supramemoratum librum meum, quem modo ad uos scripsi: hæc omnia & in præsenti le-
gimus cum ipsis, & per eos misimus uobis. Legimus eis etiam librum beatissimi martyris
Li. de gratia & libero arbitrio, ca. 29. Cypriani de oratione dominica, & ostendimus quemadmodum docuerit omnia quæ ad
mores nostros pertinēt, quibus recte uiuimus, à patre nostro qui in cœlis est, esse poscēda,
ne de libero præsumentes arbitrio, à diuina gratia decidamus. Vbi etiam demōstrauimus
quomodo admonuerit idem gloriosissimus martyr, etiam pro inimicis nostris, qui nondū
in Christum crediderunt, nos ut credant orare debere, Quod utiq; inaniter fieret, nisi eccle-
sia crederet etiam malas atq; infideles hominū uoluntates, per dei gratiam in bonū posse
conuerti. Sed hunc librum sancti Cypriani, quia dixerunt etiam illic apud uos esse, non mi-
simus. Meam quoq; epistolam ad Sixtum Romanæ ecclesiæ presbyterū datam, quam se-
cum ad nos attulerunt, legimus cum eis, & ostendimus aduersus eos esse conscriptā, qui di-
cunt gratiam dei secūdum merita nostra dari, hoc est aduersus eosdem Pelagianos. Quan-
tum ergo potuimus, egimus cū istis & uestris & nostris fratribus, ut in fide sana catholica
perseuerent. Quæ neq; liberū arbitrium negat, siue in uitam malā siue in bonā, neq; tantū
ei tribuit, ut sine gratia dei ualeat aliquid, siue ut ex malo conuertatur in bonū, siue ut in bo-
no perseueranter proficiat, siue ut ad bonū sempiternū perueniat, ubi iā non timeat ne defi-
ciat. Vos quoq; charissimi etiam in hac epistola exhortor, quod nos oēs exhortatur apl'us
Rom. 12 Non plus sapere q̄ oportet sapere, sed sapere ad temperantiā, sicut unicuiq; deus partitus
est mensuram fidei. Attendite quid per Salomonē moneat spūssanctus: Rectos cursus in-
Prouer. 4 quit fac pedibus tuis, & uias tuas dirige, ne declines in dexterā, neq; in sinistram, auerte aūt
pedem tuū à uia mala. Vias enim quæ à dextris sunt nouit dn̄s, peruersæ uero sunt quæ à
sinistris sunt. Ipse aūt rectos faciet cursus tuos, itinera aūt tua in pace ꝓducet. In his uerbis D
sanctæ scripturæ considerate fratres, quia si non esset liberum arbitrium, non diceretur: Re-
ctos cursus fac pedibus tuis, & uias tuas dirige, ne declines in dexterā, neq; in sinistrā. Et tn̄
sine dei gratia si posset hoc fieri, non postea diceret: Ipse aūt rectos faciet cursus tuos, & iti-
nera tua in pace producet. Nolite ergo declinare neq; in dexterā neq; in sinistrā, q̄uis lau-
dentur uiæ quæ à dextris sunt, & uituperentur quæ sunt à sinistris. Hoc est em̄ propter qd'
addidit: Auerte aūt pedē tuū à uia mala, hoc est à sinistra: Quod manifestat in sequētibus
dicens: Vias. n. quæ à dextris sunt nouit dn̄s, ꝑuersæ uero sunt quæ à sinistris sunt. Eas utiq;
Psal. 1. uias ambulare debemus quas nouit dn̄s, de quibus in psalmo legitur: Nouit dn̄s uiam iu-
storum, & uia impiorum peribit. Hanc. n. non nouit dn̄s, quia sinistra est. Sicut dicturus est
etiā illis ad sinistram constitutis: Nō noui uos. Quid est aūt quod ille non nouit, qui utiq;
nouit oīa, siue bona hominū siue mala? Sed quid est: Non uos noui, nisi tales uos ego non
feci? Quēadmodum illud quod dictum est de ipso dn̄o Iesu Christo, quia nō nouerat pec-
catum, quid est, nisi quia nō fecerat? Ac per hoc quod dictum est: Vias quæ à dextris sunt
nouit dn̄s, quomodo intelligendum est, nisi quia ipse fecit uias dextras, id est uias iustorū,
quæ sunt utiq; opera bona, quæ præparauit deus (sicut dicit apl'us) ut in illis ambulemus.
Vias aūt sinistras peruersas, id est uias impiorū, non utiq; nouit, quia non eas ipse fecit in
homine, sed homo sibi. Propter quod dicit: Odiui aūt ego peruersas uias malorū, ipsæ sūt
à sinistris. Sed respondetur nobis. Cur ergo dixit: Ne declines in dextrā neq; in sinistrā, cū
potius dicere debuisse uideatur: Tene dexterā, & ne declines in sinistram? Si bonæ sunt uiæ
quæ à dextris sunt, cur putamus, nisi quia ita uiæ sunt bonæ quæ à dextris sunt, ut in dexte-
ram tamen declinare non sit bonum? Declinare quippe ille est intelligendus in dexteram,
qui bona ipsa opera quæ ad uias dexteras pertinent, sibi uult assignare non deo. Et ideo cū
dixisset: Vias enim quæ à dextris sunt nouit dominus, peruersæ autem sunt quæ à sinistris
sunt, tanq̄ diceretur ei: Quomodo ergo non uis ut declinemus ad dexteram, secutus adiun-
xit: Ipse autem rectos faciet cursus tuos, itinera aūt tua in pace producet. Sic ergo intellige,
quod

A quod tibi præceptum est,Rectos cursus fac pedibus tuis,& uias tuas dirige,ut noueris cum hoc facis,à domino deo tibi præstari ut hoc facias,& nõ declinabis ad dexteram, quamuis ambules in uijs dextris,non confidens in uirtute tua:& ipse erit uirtus tua, qui rectos faciet cursus tuos,& itinera tua in pace producet.Qua propter dilectissimi,quicunq; dicit,uolun/tas mea mihi sufficit ad facienda opera bona, declinat in dexteram. Sed rursus illi qui pu/tant bonam uitam esse deserẽdam, quando audiunt sic dei gratiam prædicari, ut credatur & intelligatur uoluntates hominum ipsas ex malis bonas facere, ipsas etiã quas fecerit cu/stodire, & propterea dicunt:Faciamus mala ut ueniant bona, in sinistram declinant. Ideo uobis dixi:Non declinetis in dexteram neque in sinistram, Hoc est non sic defendatis libe/rum arbitriũ, ut ei bona opera sine dei gratia tribuatis,nec sic defendatis gratiam,ut quasi de illa securi,mala opera diligatis,quod ipsa gratia dei auertat à uobis. Taliũ quippe uer/ba sibi præponens apostolus ait: Quid ergo dicemus? Permanebimus in peccato ut gra/tia abundet? Atq; his uerbis hominum errantium, & dei gratiam non intelligentium, re/spondit ut debuit dicens: Absit.Si enim mortui sumus peccato,quomodo uiuemus in eo? Nihil potuit dici breuius & melius. Quid enim nobis gratia dei utilius confert in hoc præ senti seculo maligno, nisi ut moriamur peccato? Ac per hoc ipsi gratiæ inuenietur ingra/tus,qui propter illam uult uiuere in peccato per quã morimur peccato. Deus autem qui di ues est in misericordia,det uobis & sanũ sapere,& usq; in finẽ proficienter in bono propo/sito permanere.Hoc pro uobis,hoc pro nobis,hoc pro omnibus qui uos diligunt,& pro eis qui uos oderunt,instanter in pace fraterna & uigilanter orate,ut deo uiuatis.

Rom.5.

Roma. 6.

Augustinus Vincentio ex hæresi Rogatiana,docens se fuisse aliquando eius senten/tiæ,ut arbitraretur cum hæreticis nulla ui, sed solo dei uerbo agendum,uerum aliorũ sententijs & exemplis superatum mutasse sententiam, & arbitrari leges principum recte implorari aduersus hostes fidei,modo id fiat animo corrigendi non studio uin/dicandi, aliaq; multa contra anabaptismum Donatistarum, & pertinaciam illorum.

B Epistola

XLVIII.

DILECTISSIMO FRATRI Vincentio, Augustinus. Accepi epistolam quam tuam esse non mihi incredibile uisum est. Attulit enim eam, quẽ catholicum Christianum esse constaret, qui ut opinor mihi mentiri non au/deret. Sed si forte non sunt literæ tuæ, ego ei qui scripsit rescribendum pu/taui. Nunc me potius quietis esse auidum & petentem, quàm tunc cum me adolescen/tem uiuo adhuc Rogato cui successisti & apud Carthaginem noueras. Sed Donati/stæ nimium inquieti sunt, quos per ordinatas à deo potestates cohiberi atque corrigi mi/hi non uidetur inutile. Nam de multorum iam correctione gaudemus, qui tam ue/raciter unitatem catholicam tenent atque defendunt, & à pristino errore se liberatos es/se lætantur, ut eos cum magna gratulatione miremur. Qui tamen nescio qua ui consue/tudinis nullo modo mutari in melius cogitarent, nisi hoc terrore perculsi, solicitam men/tem ad considerationem ueritatis intenderent, ne forte non pro iusticia, sed pro peruer/sitate & præsumptione hominum ipsas temporales molestias, infructuosa & uana tole/rantia paterentur, & apud deum postea non inuenirent nisi debitas pœnas impiorum, qui eius tam lenem admonitionem, & paterna flagella contempserint, Ac sic ista cogi/tatione docibiles facti, non in calumnijs & fabulis humanis, sed in diuinis libris promis/sam per omnes gentes inuenirent ecclesiam,quam suis oculis reddi conspicerent, in quibus & Christum prænunciatũ,etiam nõ uisum,super cœlos esse minime dubitarent.Nunquid nam ego istorum saluti inuidere debebam, ut collegas meos ab huiusmodi paterna dili/gentia reuocarem,per quam factum est ut multos uideamus accusare suam pristinam cæ/citatem: qui cum super cœlos exaltatum Christum etiam non uidentes credebant, gloriã tamen eius super omnem terram, etiam uidentes negabant,cum propheta utrunque una sententia tanta manifestatione complexus sit dicens. Exaltare super cœlos deus, & super

23.q.4. nimi/um.

2.Retract. 5. De uerbis do/mini.ser. Cogi ad fidẽ quatenus ex/pedit.

Psal.107.

omnem terrã gloria tua? Istos ergo atroces quondam inimicos nostros, pacé & quietem C
nostram uarijs uiolentiarum & insidiarum generibus grauiter infestantes, si sic contemne/
remus & toleraremus, ut nihil omnino quod ad eos terrendos ac corrigẽdos ualere posset,
23.q.4.ni/ excogitaretur & ageretur à nobis, uere malũ pro malo redderemus. Si enim quisquam ini
mium. micum suum periculosis febribus phreneticũ factum, currere uideret in præceps, nõne tunc
Pro bello. potius malũ pro malo redderet, si eum sic currere permitteret, quàm si corripiendum ligan
dumq; curaret, & tamen tunc ei molestissimus & aduersissimus uideretur, qñ utilissimus &
misericordissimus extitisset? Sed planè salute reparata, tãto uberius ei gratias ageret, quan
Circum to sibi eum minus peperciſſe sensisset. O si possem tibi ostendere ex ip̃is circũcellionibus, q̃
celliones. multos iam catholicos manifestos habeamus damnantes suam pristinam uitam & misera
bilem errorem, quo se arbitrabantur pro ecclesia dei facere quicquid inquieta temeritate fa
ciebant, qui tñ ad hanc sanitatẽ non perducerentur nisi legũ istarum quæ tibi displicẽt uin
culis tanq; phrenetici ligarentur. Quid illud alterum genus morbi grauissimi eorum, q tur
bulentam quidem audaciam non habebant, sed quadam uetusta socordia premebantur,
dicentes nobis, Verum quidem dicitis, nõ est quod respondeatur, sed durum est nobis tra/
ditionem parentum relinquere, nõne salubriter regula temporalium molestiarum excutien
di erant, ut tanq; de somno lethargico emergerent, & in salutem unitatis euigilarent? Quã
multi ex ipsis nunc nobiscum gaudentes, pristinum pondus pernicios i sui operis accusant,
& fatentur nos sibi molestos esse debuisse, ne tanq̃ mortifero somno, ita morbo ueternosæ
consuetudinis interirent. At enim quibusdam ista non prosunt, nunquid ideo negligenda
est medicina, quia nonnullorum est insanabilis pestilentia? Tu non attẽdis nisi eos qui ita
duri sunt, ut nec istam recipiant disciplinam. De talibus enim scriptum est, Fruſtra flagella
ui filios uestros, disciplinã non receperunt. Puto tñ quia dilectione nõ odio flagellati sunt.
Sed debes etiã tam multos attendere, de quorum salute gaudemus. Si enim terrerentur &
non docerentur, improba quasi dominatio uideretur. Sed rursus si docerentur & non terre D
rentur, uetustate consuetudinis obdurarentur, & ad capescendam uiam salutis pigrius mo
Terrorẽ pro/ uerentur: quandoquidem multi (quos bene nouimus) reddita sibi ratione & manifestata
bat cum do/ ex diuinis testimonijs ueritate, respondebant nobis, cupere se in ecclesiæ catholicæ com/
ctrina coniun munionem transire, sed & uiolentas perditorum hominum inimicitias formidare, quas
ctum, non oc/ quidẽ pro iusticia & pro æterna uita utiq; cõtemnere debuerunt. Sed talium infirmitas do
cisionem sine nec firmi efficiantur sustinenda est non desperanda. Nec obliuiscendum quod ipse domi/
doctrina. nus adhuc infirmo Petro ait: Non potes me modo sequi, sequeris autem postea. Cum ue/
ro terrori utili doctrina salutaris adiungitur, ut non solum tenebras erroris lux ueritatis ex
pellat, uerumetiam malæ consuetudinis uincula uis timoris abrumpat, de multorum (sicut
dixi) salute lætamur, benedicentium nobiscum, & gratias agentium deo, quod sua pollicita
tione completa, qua reges terræ Christo seruituros esse promisit, sic curauit morbidos, sic sa
nauit infirmos. Non omnis qui parcit amicus est, nec omnis qui uerberat inimicus. Melio/
ra sunt uulnera amici, q̃ uoluntaria oscula inimici. Melius est cum seueritate diligere, q̃ cũ
lenitate decipere. Vtilius esurienti panis tollitur, si de cibo securus iusticiam negligebat, q̃
esurienti panis frangitur, ut iniusticiæ seductus acquiescat. Et qui phreneticum ligat, & qui
lethargicum excitat, ambobus molestus, ambos amat. Quis nos potest amplius amare q̃
deus? Et tamen nos non solum docere suauiter, uerumetiam salubriter terrere nõ cessat. Fo
mentis lenibus quibus consolatur, sæpe etiam mordacissimum medicamentum tribulatio/
nis adiungens, exercet fame patriarchas etiam pios & religiosos, populũ contumacẽ pœnis
grauioribus agitat. Non aufert ab apostolo stimulum carnis tertio rogatus, ut uirtutem in
infirmitate perficiat. Diligamus etiam inimicos nostros, quia hoc iustũ est, & hoc præcepit
Matth.5 deus, ut simus filij patris nostri qui in cœlis est, qui facit solem suũ oriri super bonos & ma
los: & pluit sup iustos & iniustos. Sed sicut ista dona eius laudamus, ita etiã flagella eius in
eos quos diligit cogitemus. Putas neminẽ debere cogi ad iusticiã, cũ legas patremfamiliãs
dixisse

A dixisse seruis: Quoscunq; inueneritis cogite intrare? Cum legas etiam ipsum primo Saulũ, postea Paulum, ad cognoscendam & tenẽdam ueritatem, magna uiolentia Christi cogentis esse cõpulsum, nisi forte chariorẽ putas hominibus esse pecuniam, uel qualemlibet possessionem, quàm lucem istam quæ oculis capitur. Hanc ille cœlesti prostratus lumine subito amissam non recuperauit, nisi cum sanctæ incorporaretur ecclesiæ, Et putas nullam uim adhibendam esse homini, ut ab erroris pernicie liberetur? cum ipsum deum quo nemo nos utilius diligit certissimis exemplis hoc facere uideas, & Christum audias dicentem: Nemo uenit ad me nisi quem pater attraxerit, quod fit in cordibus omnium qui se ad eum diuinæ iracundiæ timore conuertunt: & noueris aliquando furem auertendis pecoribus pabulum spargere, & aliquando pastorem flagello ad gregem pecora errãtia reuocare. Nónne contumacem ancillam data sibi potestate, Sara potius affligebat? Et utique non eam quam superius beneficio suo matrem fecerat crudeliter oderat, sed in ea superbiam salubriter edomabat. Non autem ignoras quod istæ duæ mulieres Sara & Agar, & duo filij earũ Isaac & Ismaël, pro spiritalibus & carnalibus figurentur, Et cum legamus ancillã & filium eius à Sara passos graues molestias, Paulus tamen apostolus dicit, quod ab Ismaële persecutionẽ sit passus Isaac. Sed sicut tũc, inquit, ille qui erat secundũ carnẽ, persequebatur eum qui erat secundũ spiritũ, ita & nunc ut qui possunt intelligãt, magis ecclesiam catholicã persecutionẽ pati superbia & impietate carnaliũ, quos temporalibus molestijs atq; terroribus emendare conatur. Quicquid ergo facit uera & legitima mater, etiam si asperũ amarumq; sentiatur, non malum pro malo reddit, sed bonum disciplinæ expellendo malum iniquitatis apponit, non odio nocendi, sed dilectione sanãdi. Cum boni & mali eadem faciunt, eademq; patiuntur, nõ factis & pœnis, sed causis utiq; discernendi sunt. Pharao populũ dei duris laboribus atterebat, Moyses eundem populum impie agentem duris coërcionibus

B affligebat: similia fecerunt, sed non similiter prodesse uoluerunt, Ille dominatione inflatus, iste zelo inflammatus est. Iezabel occidit prophetas, Helias occidit pseudoprophetas, Puto quod diuersa sint merita facientiũ, & diuersa passorũ. Aspice etiam tempora noui testamenti, quando iam ipsa mãsuetudo charitatis, non solum in corde erat seruanda, uerũetiã in luce monstranda, quando Petri gladius in uaginam reuocatur à Christo, & ostenditur non debuisse de uagina eximi nec pro Christo. Legimus tamen nõ solũ quod ceciderũt Iudæi Paulũ apostolum, uerumetiã quod ceciderũt & Græci pro Paulo apostolo Sosthenen Iudæum, Nónne similitudo facti quasi utroscp; cõiungit, & tamẽ eos causæ dissimilitudo discernit? Nẽpe deus proprio filio suo nõ pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illũ. Nempe de filio ipso dicitur: Qui me dilexit & tradidit semetipsum pro me. Nẽpe & de Iuda dicitur, quod introierit in eum satanas, ut traderet Christũ. Cum ergo & pater tradiderit filiũ suum, & ipse Christus corpus suũ, & Iudas dominũ suũ, cur in hac traditione deus est pius, & hõ reus, nisi in re una quã fecerũt, causa non una est ob quam fecerũt. Tres cruces in loco uno erant, In una latro liberandus, in alia latro damnandus: in media Christus, alterũ liberaturus, alterũ damnaturus, Quid similius istis crucibus? quid dissimilius istis pendẽtibus? Traditus est Paulus includendus & colligandus, sed quolibet custode carceris peior est utique satanas, cui tamẽ ipse Paulus tradidit hominẽ in interitũ carnis, ut spiritus saluus sit in die domini Iesu. Et hic quid dicimus? Ecce mitiori tradidit crudelis traditor, crudeliori tradidit misericors traditor. Discamus frater in similitudine operũ discernere animos operantium, ne clausis oculis calumniemur, & beneuolos pro nocentibus accusemus. Item cum ait idem apostolus, tradidisse se quosdam satanæ ut discerent non blasphemare, malum pro malo reddidit, an potius malos etiam per malum emendare, bonum opus esse indicauit? Si semper esset laudabile persecutionem pati, sufficeret domino dicere: Beati qui persecutionem patiuntur, nec adderet, propter iusticiam. Item si semper esset culpabile persecutionem facere, non scriptum esset in sanctis libris: Detrahentem proximo suo occulte, hunc persequebar. Aliquando ergo & qui eam patit, iniustus est, & qui eam facit, iustus est. Sed planè

Ioan. 6.

Gen. 16.

Gal. 4.

Petri gladius

Rom. 8.
Gal. 2.
Ioan. 13.

Act. 16.
1. Corinth. 5.

1. Timoth. 1.

Matth. 5.

23. q. 4. nimium.

Psal. 100.

planè ſemper,& mali perſecuti ſunt bonos,& boni perſecuti ſunt malos. Illi nocendo per in C.
iuſticiam,illi conſulendo per diſciplinam. Illi immaniter,illi temperanter. Illi ſeruientes cu/
piditati,illi charitati. Nam qui trucidat,non conſiderat quemadmodum laniet: qui autẽ cu/
rat,conſiderat quemadmodũ ſecet. Ille enim perſequitur ſanitatẽ,ille putredinẽ. Occiderũt
impij Prophetas,occiderunt impios & prophetæ. Flagellauerũt Iudæi Chriſtum,Iudæos
flagellauit & Chriſtus. Traditi ſunt apoſtoli ab hominibus poteſtati humanæ,tradiderũt
& apoſtoli homines poteſtati ſatanæ. In his omnibus quid attenditur, niſi quis eorũ pro
23.q.4.non inuenitur. ueritate,quis pro iniquitate,quis nocendi cauſa,quis emendandi? Non inuenitur exemplũ
in euangelicis & apoſtolicis litteris,aliquid petitũ à regibus terræ pro eccleſia & contra ini/
micos eccleſiæ,quis negat non inueniri? Sed nondum implebatur illa prophetia. Et nunc
pſal.2. reges intelligite,& erudimini qui iudicatis terram: Seruite domino in timore. Adhuc enim
illud implebatur,quod in eodem pſalmo paulo ſuperius dicitur: Quare fremuerunt gẽtes,
& populi meditati ſunt inania? Aſtiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in unum
aduerſus dominum,& aduerſus chriſtum eius. Veruntamen ſi facta præterita in propheti
cis libris, figuræ fuerũt futurorũ, in rege illo qui appellabatur Nabuchodonoſor,utrunq;
tempus figuratum eſt,& quod ſub apoſtolis habuit,& quod nunc habet eccleſia. Tempo/
ribus itaq; apoſtolorum & martyrum illud implebatur quod figuratum eſt quando rex
memoratus pios & iuſtos cogebat adorare ſimulacra, & recuſantes in flammas mittebat.
Hic nimium profecimus. Nunc autem illud impletur quod paulo poſt in eodem rege figuratum eſt,cum conuerſus
ad honorandum deum uerum,decreuit in regno ſuo,ut quicunq; blaſphemaret deum Si/
Daniel.2. drac Miſac & Abdenago,pœnis debitis ſubiaceret. Prius ergo tempus illius regis,ſignifica
bat priora tempora regum infidelium,quos paſſi ſunt Chriſtiani pro impijs. Poſterius ue
ro tempus illius regis,ſignificauit tempora poſteriorum regum iam fidelium,quos patium
tur impij pro Chriſtianis. Sed planè in eis qui ſub nomine Chriſti erant ſeducti à peruer/
ſis,ne forte oues Chriſti ſint errantes,& ad gregem aliter reuocandæ ſint,temperata ſeueri/ D.
Nunc mor/ tas & magis manſuetudo ſeruatur, ut coërcione exiliorum atq; damnorum tribulatione
tibus. admoneantur conſiderare quid & quare patiantur,& diſcant præponere rumoribus & ca/
lumnijs hominum ſcripturas quas legunt. Quis enim noſtrum, quis ueſtrum non laudat
Lex aduerſus paganos. leges ab imperatoribus datas aduerſus ſacrificia paganorum? Et certe longe ibi pœna le/
uerior conſtituta eſt,illius quippe impietatis capitale ſupplicium eſt. De uobis autem cor/
ripiendis atq; coercendis,habita ratio eſt, quo potius admoneremini ab errore diſcedere,
Rom.10 quàm pro ſcelere puniremini. Poteſt enim fortaſſe etiam de uobis dici, quod ait Apoſto/
lus de Iudæis: Teſtimonium illis perhibeo, quia zelum dei habent,ſed non ſecundum ſci/
entiam. Ignorantes enim dei iuſticiam, & ſuam uolentes conſtituere, iuſticiæ dei non ſunt
ſubiecti. Quid .n. aliud & uos q̃ ueſtram iuſticiã uũltis conſtituere,quando non dicitis iu/
ſtificari niſi eos qui à uobis potuerunt baptizari? In hac ergo apoſtolica ſententia quam
de Iudæis protulit, hoc diſtatis à Iudæis, quod uos habetis ſacramenta Chriſtiana, qui/
bus illi adhuc carent. Cæterum ad hoc quod ait: Ignorantes dei iuſticiam,& ſuam uolen/
tes conſtituere, & quod zelum dei habent, ſed non ſecundum ſcientiam, pares eſtis omni/
no,exceptis duntaxat illis,quicunq; in uobis ſunt,ſcientes quid uerũ ſit,& pro animoſitate
ſuæ peruerſitatis,contra ueritatem etiam ſibi notiſſimam dimicantes. Horum quippe im/
pietas,etiam idololatriam forſitan ſuperat. Sed quia non facile conuinci poſſunt(in animo
nimis legen dũ arbitror nanq; latet hoc malum)omnes tanq̃ non à nobis * minimis alieni leuiori ſeueritate coer/
cemini. Et hoc quidẽ uel de omnibus hæreticis qui Chriſtianis ſacramẽtis imbuuntur,& à
Chriſti ueritate ſiue unitate diſſentiunt,uel Donatiſtis omnibus dixerimus. Quod aũt ad
uos attinet,qui non ſolum cum illis cõmuniter Donatiſtis à Donato, uerumetiam proprie
Circum/ celliones. Rogatiſtæ à Rogato appellamini, mitiores quidem eſſe uidemini,quia cũ circũcellionum
immaniſſimis gregibus non ſæuitis, ſed nulla beſtia ſi neminem uulneret propterea man/
ſueta dicit̃,quia dentes & ungues nõ habet. Sæuire uos nolle dicitis,ego nõ poſſe arbitror.

Ita

A Ita enim eſtis numero exigui,ut mouere uos contra aduerſarias uobis multitudines nõ au deatis,& ſi cupiatis.Sed ponamus uos etiam nolle,quod non ualetis,ponamus uos Euan/ gelicam ſententiam qua ſcriptum eſt:Si quis tibi uoluerit tunicam tollere,& iudicio tecum *Matth.5.* contendere,dimitte illi & pallium, ſic intelligere, ſic tenere,ut perſequentibus uos nõ ſolum nulla iniuria, uerumetiam nullo iure reſiſtendum putetis, hunc certe intellectum Rogatus autor ueſter,aut non habuit,aut non impleuit.Qui de neſcio quibus rebus ut dicitis ueſtris acerrima perſeuerantia etiã forenſi diſceptatione conflixit. Cui ſi diceretur,quis unquã apo ſtolorum in cauſa fidei, res ſuas iudicio publico defendit, ſicut tu in epiſtola tua poſuiſti, quis unquam apoſtolorum in cauſa fidei res alienas inuaſit? nullum quidem in diuinis litteris huius facti reperiret exemplum,ſed tamen forte inueniret aliquam ueram defenſio nem, ſi ueram eccleſiam retineret,& non ſub eccleſiæ uero nomine impudenter aliquid poſ/ ſideret.Quod autem pertinet ad terrenarum poteſtatum iuſſa,contra ſchiſmaticos aut hæ reticos, uel impetrãda uel exerenda, illi quidem à quibus uos ſeparaſtis acerrimi fuerunt, & contra uos (quantum audire potuimus) & contra Maximianiſtas, quod geſtorum etiã certis documentis probamus:ſed tamen nondum ab eis ſeparati eratis,quãdo Iuliano im- *Iulianus apoſtata.* peratori in ſua petitione dixerunt, quod apud eum ſola iuſticia locum haberet, quem cer/ te apoſtatam nouerant, & idololatriis deditum ſic uidebant, ut aut iuſticiam eſſe idolola/ triam faterentur,aut ſe ſcelerate mentitos,negare non poſſent,ut apud eum dicerent ſolam locum habere iuſticiam,apud quem magnum locum cernerent habere idololatriã.Sed fue rit error in uerbo,de facto ipſo quid dicis? Si nihil iuſtum ab imperatore petẽdum eſt,cur à Iuliano petitũ eſt, quod iuſtum putatum eſt? An per hoc petendum eſt,ut ſua quiſque recuperet, non ut aliquem quo ab imperatore coërceatur, accuſet? Interim & in ſuarum re/ rum recipiendarum repetitione ab apoſtolicis exemplis receditur,quia hoc feciſſe nemo in/ uenitur illorum.Sed tamen cum maiores ueſtri ipſum Cæcilianum tunc eccleſiæ Carthagi- *Cæcilianus.* B nenſis epiſcopum,cui tãquam criminoſo cõmunicare noluerunt,apud principem Conſtan tinum per Anulinum proconſulem accuſauerunt,non res ſuas amiſſas repetiuerunt,ſed in/ nocentem (ſicut exiſtimamus, & ſicut ipſe iudiciorum exitus docuit)calumnioſe appetiue/ runt,Quo quid ſceleratius ab eis fieri potuit? Si autẽ(ſicut falſò arbitramini) uere crimino ſum iudicandum terrenis poteſtatibus tradiderũt,quid nobis obiicitis quod ueſtrorũ præ ſumptio primitus fecit:quod eos non argueremus quia fecerunt,ſi nõ animo inuido & no/ xio,ſed emẽdandi & corrigendi uoluntate feciſſent. Vos autem indubitãter arguimus,qui/ bus crimen uidetur de inimicis communionis noſtræ, Chriſtiano imperatori aliquid con/ queri,cum libellus à maioribus ueſtris Anulino proconſuli datus,& Conſtantino impera/ tori mittendus, ita ut ſupraſcriptus ſit: Libellus eccleſiæ catholicæ,criminum Cæciliani,tra- *Libellus criminum.* ditus à parte maiori.Illos autem magis hinc arguimus,quia cum apud imperatorem ultrò Cæcilianum accuſaſſent,quem primo utiq; apud collegas tranſmarinos conuincere debue rant,ipſo autem imperatore longe ordinatius agente, ut epiſcoporum cauſam ad ſe dela/ tam, ad epiſcopos mitteret,nec uicti pacem cum fratribus habere uoluerunt: ſed rurſus ad eundem imperatorem uenerunt, rurſus non Cæcilianum tantum, uerumetiam datos ſi/ bi epiſcopos iudices, apud terrenum regem accuſauerunt, Rurſus ab alio epiſcopali iudi/ cio ad eundem imperatorem appellauerunt,Nec eoipſo inter partes cognoſcente atque iu/ dicante, uel ueritati uel paci cedendum eſſe dixerunt. Quid autem aliud ſtatueret Con/ ſtantinus aduerſus Cæcilianum & ſocios eius, ſi eſſent ueſtris maioribus accuſantibus ui/ cti,quàm quod ſtatuit in eoſipſos, qui cum ultrò accuſaſſent,nec ea quæ intendebant pro/ bare potuiſſent? Noluerunt enim ueritati conſentire, nec uicti.Ille quippe imperator pri- *23.q.4. nimium.* mus cõſtituit in hac cauſa,ut res conuictorum,& unitati peruicaciter reſiſtentium,fiſco uen dicarentur. Sed uidelicet ſi ueſtris maioribus accuſantibus atque ſuperantibus,contra com munionem Cæciliani imperator tale aliquid decreuiſſet, prouiſores eccleſiæ, defenſores pacis & unitatis nominari uelletis. Cum uero in eos qui ultro accuſantes nihil probare potuerunt,

potuerunt,nec oblato sibi gremio pacis,quo correcti exciperentur,consentire uoluerũt, ab C
πάντα ἀντισχέφα. imperatoribus talia decernũtur, indignum facinus clamitatur, neminem ad unitatem esse cogendum, malum pro malo reddendum nemini esse contenditur. Quid est aliud, quàm
Hemistichiũ Ticonij. id quod de uobis quidam scripsit:Quod uolumus sanctum est? Et nũc non erat magnum neq; difficile considerare atq; cogitare Constantini iudicium atq; sententiam contra uos uigere,quæ uestris maioribus Cæcilianum apud imperatorem totiens accusantibus & nõ conuincentibus,aduersus uos promulgata est: eam necessario sequi cæteros imperatores, maxime catholicos Christianos, quotiens de uobis aliquid agere uestræ obstinationis ne cessitas cogit. Facile erat ista cogitare,ut uobisipsis aliquando diceretis: Si Cæcilianus uel innocens fuit,uel nocens & conuinci non potuit,quid in hoc negocio tam longe lateq; diffusa societas Christiana peccauit? Cur orbi Christiano non licuit ignorare, quod non potuerunt qui accusauerant demonstrare? Cur illi quos Christus in agro suo,id est in hoc mundo seminauit,& inter zizania crescere usq; ad messem præcepit, Cur tot milia fideli-
23.q.4. nimium. um in omnibus gentibus, quorum multitudinem stellis cœli & harenæ maris dominus
8.q.4. nullius comparauit,quos in semine Abraæ benedicendos promisit & reddidit, propterea negan-
tur esse Christiani,quia in hac causa in qua discutienda non interfuerunt, iudicibus potius suo periculo iudicantibus,quàm uictis litigatoribus credere maluerunt? Certe nullius cri-
men maculat nescientem.Quomodo fideles toto orbe diffusi, crimen traditorum cognoscere poterant, quod accusatores etiam si nouerant, tamen eis ostendere non ualebant? Hos ergo ab hoc crimine innocentes esse, nempe ipsa ignorantia facillime ostendit. Cur ergo innocentes falsis criminibus accusantur,quia crimina aliena, seu falsa seu uera nescie-
runt? Quis locus innocentiæ reseruatur, si crimen est proprium, nescire crimen alienum?
23.q.4.nimium.& cap. ꝙmagnum. Porrò si tot gentium populos, ipsa ignorantia (sicut dictum est) innocentes ostendit, quàm magnum crimen est ab istorum innocentium communione separari? Nam & fa- D
cta nocentium,quæ innocentibus demonstrari,uel ab innocentibus credi non possunt, nõ inquinant quenquam,si propter innocentium consortium etiam cognita sustinẽtur. Non enim propter malos boni deserendi,sed propter bonos mali tolerandi sunt: sicut tolerauerunt prophetæ contra quos tanta dicebant, nec communionem sacramentorum illius populi relinquebãt:sicut ipse dominus nocentem Iudam usq; ad condignum eius exitum tolerauit,& eum sacram cœnam cum innocentibus communicare permisit: sicut tolerarunt apostoli eos qui per inuidiam (quod ipsius diaboli uitium est) Christum annunciabant: sicut tolerauit Cyprianus collegarum auariciam, quam secundum Apostolum appellat idololatriam.Postremo quicquid tunc inter illos episcopos gestum est,etiam si forte ab aliquibus eorum sciebatur,si non sit acceptio personarum nunc ab omnibus ignoratur. Cur ergo non ab omnibus pax amatur? Hæc facillime cogitare possetis, aut fortasse etiam cogitatis. Sed melius erat ut amaretis possessiones terrenas,quas timendo perdere cognitæ ueritati consentiretis, quàm ut amaretis uanissimam hominum gloriam,quam uos putatis perdere si cognitæ ueritati consenseritis. Vides itaq; iam (ut opinor) non esse consi-
23.q.6.uides. derandum quod quisq; cogitur,sed quale sit illud quò cogitur,utrum bonum an malum: nõ quo quisq; bonus possit esse inuitus,sed timendo quod non uult pati, uel relinquit impedientem animositatem,uel ignoratam compellitur cognoscere ueritatem, ut timens uel respuat falsum de quo contendebat,uel quærat uerum quod nesciebat, & uolens teneat iam quod nolebat.Superfluo hoc fortasse diceretur quibuslibet uerbis, si nõ tam multis ostenderetur exemplis. Non illos aut illos homines,sed multas ciuitates uidemus fuisse Donatistas,nunc esse catholicas,detestari uehementer diabolicam separationem,diligere arden-
ter unitatem. Quæ tamen timoris huius, qui tibi displicet, occasionibus catholicæ factæ sunt per leges imperatorum,à Constantino apud quem primum uestri ultro Cæcilianum accusauerunt, usq; ad præsentes imperatores, qui iudicium illius quem uestri elegerunt, quem iudicibus episcopis prætulerunt,iustissime contra uos custodiendum esse decernunt.

His

A His ergo exemplis à collegis meis mihi propositis cessi. Nam mea primitus sentẽtia erat ne minem ad unitatem Christi esse cogendum, uerbo esse agendum, disputatione pugnandũ, ratione uincendum, ne fictos catholicos haberemus, quos apertos hæreticos noueramus. Sed hæc opinio mea, non contradicentium uerbis, sed demonstrantium superabatur exemplis: nam primo mihi opponebatur ciuitas mea, quæ cũ tota esset in parte Donati, ad unitatem catholicam timore legum imperialium cõuersa est, quam nunc uidemus ita huius uestræ animositatis perniciem detestari, ut in ea nunquam fuisse credatur. Ita aliæ multæ, quæ mihi nominatim cõmemorabantur, ut ipsis rebus agnoscerem etiam in hac causa recte intelligi posse, quod scriptum est: Da sapienti occasionem, & sapientior erit. Quàm multi eñ (quod certo scimus) iam uolebant esse catholici, manifestissima ueritate cõmoti, & offensionem suorum reuerendo quotidie differebant. Quàm multos nõ ueritas (in qua nunquam præsumpsistis) sed obduratæ consuetudinis graue uinculum colligabat, ut in eis complerẽtur diuina illa sententia: Verbis non emendabitur seruus durus, si enim & intellexerit, non obediet. Quàm multi propterea putabãt ueram ecclesiam esse partem Donati, quia eos ad cognoscendam catholicam ueritatem, securitas torpidos, fastidiosos, pigrosq; faciebat. Q̃z multis aditum intrandi obserabant rumores maledicorum, qui nescio quid aliud nos in altare dei ponere iactitabant. Quàm multi nihil interesse credentes in qua quisq; parte christianus sit, ideo permanebãt in parte Donati, quia ibi nati erant, & eos inde discedere, atq; ad catholicam nemo transire cogebat. His omnibus harum legum terror, quibus promulgandis reges seruiunt domino in timore, ita profuit, ut nunc alij dicant Iam hoc uolebamus. Sed deo gratias, qui nobis occasionem præbuit, iamq; faciẽdi & dilationum morulas amputauit: alij dicant, Hoc esse uerum iam sciebamus, sed nescio qua consuetudine tenebamur. Gratias domino, qui uincula nostra dirupit, & nos ad pacis uinculum transtulit: Alij dicant: Nesciebamus hic esse ueritatem, nec eam discere uolebamus, sed nos ad eam cognoB scendam metus fecit intentos, quo timuimus ne forte sine ullis rerum æternarum lucris damno rerum temporalium feriremur. Gratias domino, qui negligentiam nostrã stimulo terroris excussit, ut saltem solliciti quæreremus, quod securi nunquam nosse curauimus. Alij dicant: Nos falsis rumoribus terrebamur intrare, quos falsos esse nesciremus, nisi intraremus, nec intraremus, nisi cogeremur. Gratias domino, qui trepidationem nostram flagello abstulit, expertos docuit quàm uana & inania de ecclesia sua mendax fama iactauerit. Hinc iam credimus & illa falsa esse, quæ autores huius hæresis criminati sunt, quando posteri eorum tam falsa & peiora finxerunt. Alij dicant: Putabamus quidem nihil interesse ubi fidẽ Christi teneremus: sed gratias domino, qui nos à diuisione collegit, & hoc uni deo congrue re, ut in unitate colatur, ostendit. His ergo dominicis lucris impediendis, ad contradicendũ me opponerem collegis meis, ne in montibus & collibus uestris, id est in tumoribus superbiæ uestræ, Christi oues errantes in pacis ouile colligerentur, ubi est unus grex & unus pastor. Ita sanè huic prouisioni contradicere debui, ne res quas dicitis uestras, perderetis, & securi Christum proscriberetis: ut iure Romano testamenta conderetis, & iure diuino patribus conditum testamentum, ubi scriptum est, In semine tuo benedicentur omnes gentes, calumnijs criminationibus rumperetis: ut in emptionibus & uenditionibus liberos contractus haberetis, & uobis diuidere quod Christus emit uẽditus auderetis: ut quod quisq; uestrum cuiquam donasset, ualeret, & quod donauit deus deorum, à solis ortu usq; ad occasum uocatis filijs nõ ualeret: ut de terra corporis uestri in exiliũ non mitteremini, & de regno sanguinis sui, à mari usq; ad mare, & à flumine usq; ad terminos orbis terræ Christũ exulem facere conaremini? Imò uero seruiant reges terræ Christo, etiam leges ferendo pro Christo. Maiores uestri Cæcilianũ & socios eius regibus terræ puniẽdos falsis criminibus obiecerunt: Conuertantur leones ad cõminuenda ossa calumniantium, nec Daniel ipse intercedat innocens comprobatus, & de lacu quo illi pereunt liberatus. Qui enim parat proximo suo foueã, ipse iustius cadet in eam. Eripe te frater, dum in hac carne uiuis, ab ira quæ

Prior Augu. sententia consentiebat cum Luterana.

Prouer. 9

Prouer. 29

Phryx plagis

Mire argumẽtatur à minore ad maius.

Regum leges Christo seruiunt.

uentura est pertinacibus & superbis. Terror temporalium potestatum, quando ueritatem oppugnat, iustis fortibus gloriosa probatio est, infirmis periculosa tentatio: quãdo autem ueritatem prædicat errantibus & discordantibus, cordatis utilis admonitio est, & insensatis inutilis afflictio. Non est tamen potestas nisi à deo. Qui autem resistit potestati, dei ordinationi resistit. Principes enim non sunt timori bono operi, sed malo. Vis autem non timere potestatem? Bonum fac, & habebis laudem ex illa. Siue enim potestas ueritati fauens aliquem corrigat, laudem habet ex illa qui fuerit emendatus: siue inimica ueritati inuens aliquem sæuiat, laudem habet ex illa qui uictor fuerit coronatus. Tu autem non bonum facis, ut timere non debeas potestatem, nisi forte bonum est sedere, & non aduersus fratrẽ detrahere, sed aduersus fratres omnes in omnibus gentibus cõstitutos, quibus testimoniũ perhibent prophetæ, Christus, apostoli, cum legitur: In semine tuo benedicentur omnes gẽtes, cum legitur: Ab ortu solis usq; ad occasum sacrificium mundum offertur nomini meo, quoniam glorificatum est nomen meum in gentibus dicit dominus. Audi, dicit dominus, non dicit Donatus, aut Rogatus, aut Vincentius, aut Hilarius, aut Ambrosius, aut Augustinus, sed dicit dominus, cum legitur: Et benedicentur in te omnes tribus terræ, omnes gẽtes magnificabunt eum: Benedictus dominus deus Israël, qui fecit mirabilia solus: Et benedictum nomẽ gloriæ eius in æternum, & in seculum seculi: Et replebitur gloria eius omnis terra, fiat fiat. Et tu sedes Cartennis, & cum decem Rogatistis, qui remansistis, dicitis: Non fiat non fiat. Audis loqui Euangelium: Oportebat impleri omnia quæ scripta sunt in lege & prophetis & psalmis de me: Et tunc aperuit illis sensum, ut intelligerent scripturas, & dixit eis: Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat pati Christum, & resurgere à mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitẽtiam & remissionem peccatorum per omnes gẽtes, incipientibus ab Hierusalem. Legis etiam actus apostolorum, quemadmodum hoc Euangelium cœperit ab Hierusalem, ubi primo illos centum uiginti spiritussanctus implere uoluit, atq; inde in Iudæam atq; Samariam, & in omnes gentes exierit, sicut eis dixerat ascensurus in cœlũ: Eritis mihi testes in Hierusalem, & in tota Iudæa & Samaria, & usq; in fines terræ, quia in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum. Et tu contradicis diuinis testimoniis tanta firmitate roboratis, tanta luce manifestatis, & ad istã proscriptionem Christi hæreditatem perducere conaris: ut cum in eius nomine (sicut dixit) prædicetur pœnitentia in omnibus gentibus, quisquis hac fuerit prædicatione commotus, in qualibet parte orbis terrarum, nisi quæsierit & inuenerit latentem in Mauritania Cæsariensi Cartennensem Vincentium, aut aliquem ex eius nouem aut decẽ consortibus, dimitti ei peccata non possint. Quid non audeat typhus morticinæ pelliculæ, quó non se præcipitet præsumptio carnis & sanguinis? Hoccine est bonum opus tuum, propter quod non times meas potestatem? Tantum scandalum ponis aduersus filium matris tuæ, paruulum scilicet, & infirmũ, propter quẽ Christus est mortuus, nõdum cibo paterno idoneum, sed adhuc materno lacte nutriendum: & Hilarij libros mihi opponis, uti neges Ecclesiam crescentem in omnibus gentibus usque in finem seculi, quam deus contra incredulitatem uestram cum iuratione promisit? Et cum effetis infelicissimi, si tunc quando promittebatur resistere tis, nunc etiam cum redditur contradicitis. Sed historicus doctus magnum aliquid inueniesti, quod contra dei testimonia proferendum putares. Dicis enim quantum ad totius mundi pertinet partes, modica pars est in compensatione totius mundi, in qua fides christiana nominatur: nec uis attendere, aut te nosse dissimulas, in q̃ multas iam barbaras nationes tam paruo tempore uenerit Euangelium, ut nec inimici Christi dubitare iam possint breui tempore futurum, quod discipulis respondit de seculi fine quærentibus: Et prædicabitur hoc Euangelium in uniuerso orbe, in testimonium omnibus gentibus, & tunc ueniet finis. Nunc & clama & contende quãtum potes, etiam si apud Persas & Indos Euangelium prædicetur, ubi quidem iam diu prædicatur, nisi quisquis hoc audierit Cartennas uenerit, uel in uiciniam Cartennensium, mũdari omnino à delictis suis nõ poterit: ita ne si caueris

ista

Rom. 13

Gen. 26

Malachiæ 1

Psal. 71

Lucæ 24

Acto. 1.

Typhus pro fastu, frequẽs apud Augustinum.

Christianorũ angusta ditio.

a ista uoce,rideri te metuis: & cum ea non careas,fleri te nō uis? Acutum aūt aliquid uideris
dicere,cum catholicæ nomē nō ex totius orbis cōmunione interpretaris,sed ex obseruatiōe
præceptorū omnium diuinorū,atq; omnium sacramētorum,quasi nos etiā(si forte hinc sit
appellata catholica,quod totum ueraciter teneat,cuius ueritatis nonnullæ particulæ etiā in
diuersis inueniūtur hæresibus) huius nominis testimonio nitamur ad demōstrādum eccle/
siam in oībus gētibus,& nō promissis dei,& tam multis tamq; manifestis oraculis ipsius
ueritatis.Sed nempe hoc est totum quod nobis persuadere conaris,solos remansisse Roga
tistas, qui catholici recte appellandi sunt, ex obseruatione præceptorū omnium diuinorū,
atq; omnium sacramentorum:& uos esse solos,in quibus inueniat fidem cum uenerit filius
hominis. Da ueniam, nō credimus. Licet eī & hoc audeas forsitā dicere,ut in uobis possit εἰρωνεία.
inueniri fides,quam se in terra nō inuēturum dominus dixit, & nō uos in terra sed in cœlo
esse deputandos,nos tamen Apostolus ita cautos reddidit,ut etiā angelum de cœlo nobis
aliud euangelizantē,prætereq; quod accepimus,anathema debere esse præceperit. Quomō
aūt cōfidimus ex diuinis literis accepisse nos Christum manifestum,si non inde accepimus
& ecclesiam manifestam:quaslibet quisq; ansas & uncos aduersus simplicitatē ueritatis in/
texat, quaslibet nebulas callidæ falsitatis offundat, sicut anathema erit, qui annunciauerit
Christum neq; passum esse,neq; tertia die resurrexisse,quoniam in ueritate euangelica acce
pimus:Oportebat Christum pati,& resurgere à mortuis tertia die, sic erit anathema quis/ Luce 24
quis annunciauerit ecclesiam præter cōmunionem omnium gentium: quia eadem ueritate
cōsequenter accepimus & prædicari in nomine eius pœnitētiam & remissionē peccatorum
per omnes gentes,incipientibus ab Hierusalē: Et incōcusse tenere debemus,quisquis uobis
annunciauerit,prætereq; quod accepistis,anathema sit.Si aūt uniuersos Donatistas nō au/
dimus, se pro ecclesia Christi supponētes,quia nullum pro se testimonium de diuinis libris
proferunt,quo id doceant: quātominus rogo te Rogatistas audire debemus, qui nec illud
b pro se interpretari conabūtur,quod scriptum est: Vbi pascis,ubi cubas in meridie? Si enim
hoc loco scripturarum meridies Africa intelligenda est, in parte Donati, quæ sub cœli fer/
uentiori plaga est,omnes uos Maximinianistæ superabunt,quorum schisma in Byzantio,
& in Tripoli exarsit. Sed confligant cum eis Arzuges,& hoc magis ad se pertinere conten/
dant, Mauritania tamen Cæsariensis,occidentali quàm meridianæ parti uicinior, quando
nec Africam se uult dici, quomodo de meridie gloriabitur? non dico aduersus orbem ter/
rarum, sed aduersus ipsam partem Donati,unde pars Rogati, breuissimū frustum de fru/
sto maiore præcisum est.Quis autem non impudentissime nitatur aliquid in allegoria po/
situm pro se interpretari, nisi habeat & manifesta testimonia, quorum lumine illustrentur
obscura? Quod aūt omnibus Donatistis dicere solemus, quanto uobis fortius dicimus,si
possunt (quod fieri non potest) aliqui habere causam iustam,qua communionem suam se
parent à cōmunione orbis terrarum,eamq; appellent ecclesiam Christi,q; se iuste ab omni
um gentium communione separauerint,unde scitis in Christiana societate, tā longe lateq;
diffusa, ne forte antequàm uos separaretis, iā se aliqui iusta causa separauerint in longin/
quissimis terris,unde ad uos eorum iustitiæ fama nō potuerit peruenire? Quomodo in uo/
bis potest esse ecclesia potius q̄ in illis, qui se priores forte separauerūt? Ita fit ut cum hoc
nescitis,incerti uobismetipsis sitis,quod necesse est cōtingat omnibus, qui pro sua societate
utuntur testimonio non diuino sed suo. Neq; eī potestis dicere,si hoc contigisset, nos late
re non posset, cum in Africa ipsa,quot iam partes factæ sint ex parte Donati, si interroge/
mini non dicatis,præsertim quia tanto sibi uidentur qui hoc faciunt iustiores, quanto fue/
rint pauciores,& utiq; tanto sunt latentiores. Ac per hoc incerti estis, ne forte aliqui pauci
iusti & ideo minime noti,alicubi longe contra Africæ meridiem,antequam pars Donati iu
sticiam suam à cæterorum hominum iniquitate secerneret, se primitus causa æquissima se/
parauerint in latere aquilonis,& ipsa sit potius ecclesia Dei tanquā Syon spiritalis,quæ uos
oēs iusta separatione præuenit, multoq; præsumptius pro se interpretetur quod scriptum

Psal.47 est: Mons Syon latera aquilonis,ciuitas regis magni,quàm pro se interpretatur pars Do/ C
nati: Vbi pascis,ubi cubas in meridie. Et tamen uereris,ne cũ imperialibus legibus ad uni/
tatem cogimini, nomẽ dei à Iudæis & paganis diutius blasphemetur, quasi nesciãt Iudæi
quemadmodũ primus populus Israël etiam bello delere uoluerit duas illas tribus & dimi/
diam,quæ ultra Iordanem terras acceperant, quando eas putauerunt se ab unitate sui po/
puli separasse.Pagani uero magis nos blasphemare possunt de legibus,quas contra idolo
rum cultores Christiani imperatores tulerunt,& tamen ex eis multi correcti,& ad deum ui
uum uerumq; conuersi sunt,& quotidie conuertuntur.Sed planè & Iudæi & pagani,si tam
paucos pũtarent esse Christianos, quàm pauci uos estis,qui solos uos christianos esse per/
hibetis,nec blasphemare uos dignarentur,sed & nunq; ridere cessarent.Non timetis ne uo
Galat.4. bis dicant Iudæi: Vbi est quod Paulus uester ecclesiam uestrã intelligit ubi dictum est: Læ/
tare sterilis quæ nõ paris,erũpe & exclama quæ non parturis,quoniã multi filij desertæ ma
gis q; eius quæ habet uirum,præponens multitudinem christianorum multitudini Iudæo
rum, si Christi ecclesia est paucitas uestra? Hoccine illis dicturi estis : Ideo magis iusti su/
quodlibet pro quodcunque. mus,quia pauci sumus,nec attenditis eos responsuros,quodlibet uos esse dicatis,nõ tamen
estis illi de quibus dictum est:Multi filij desertæ,si tam exigui numero remansistis? Hic tu
oppositurus es exemplum iusti illius in diluuio,qui cum domo sua solus liberari dignus iu/
uẽtus est. Vides ergo adhuc q; longe sis à iusticia prorsus,donec ad septem remaneas,qui/
bus tu sis octauus, iustum te esse non dicimus: si tamẽ nõ istam iusticiam sicut dicebã præ/
ripuit aliquis ante partẽ Donati,& cum suis septem iusta aliqua causa cõmotus,se longe ali
bi separauit,& à mundi huius diluuio liberauit.Quod cum ignoretis an factum sit,atq; ita
uobis inauditum, sicut multis populis Christianorũ in lõginquis terris constitutorũ nomẽ
Donati inauditũ est,incerti estis ubi sit ecclesia.Ibi emẽ erit,ubi primum forsitan factum est
quod postea uos fecistis,si potuit esse ulla iusta causa,qua uos à cõmunioe omnium gentiũ D
separare possetis.Nos autem ideo certi sumus neminẽ se à cõmunione omnium gẽtium iu
ste separare potuisse,quia non quisq; nostrum in iusticia sua,sed in scripturis diuinis quærit
Cant.2 ecclesiam,& ut promissa est,reddi cõspicit.Ipsa est enim de qua dicitur: Sicut lilium in medio
spinarum,ita proxima mea in medio filiarum: quæ nec spinæ dici possent, nisi malignitate
Psal.60 morum:nec filiæ,nisi cõmunione sacramẽtorum.Ipsa est quæ dicit:A finibus terræ ad te cla
Psal.118. maui,cum anxiaretur cor meum.Quæ in alio psalmo dicit:Tædium detinuit me à peccato/
ribus derelinquẽtibus legem tuam,& uidi insensatos, & tabescebam. Ipsa est quæ dicit spõ
Cant.1 so suo: Vbi pascis,ubi cubas in meridie,ne forte fiam sicut operta super greges sodaliũ tuo
Psal.89. rum.Id est quod alibi dicitur: Dexteram tuam notam fac mihi,& eruditos corde in sapien
tia.In quibus luce fulgentibus & charitate feruẽtibus,qua in meridie requiescis,ne forte ue/
lut operta,id est occulta & ignorata,irruam nõ in gregem tuum,sed in greges sodalium tuo
rum,id est hæreticorum . Quos ita sodales dicit,sicut spinas illas filias propter communio/
Psal.54 nem sacramentorum.De quibus alibi dicitur: Tu uero unanimis meus,& dux meus,& no/
tus,qui simul mecum dulces capiebas cibos, in domo domini ambulauimus cum consensu.
Veniat mors super illos,& descendant in infernum uiuẽtes,sicut Dathan & Abiron,impiæ
Cant.1 separationis autores.Ipsa est cui continuo respõdetur : Nisi cognoueris temetipsam ô pul/
chra inter mulieres,exi tu in uestigijs gregum,& pasce hœdos tuos in tabernaculis pastorũ.
Matth.5 O responsio dulcissimi sponsi: Nisi cognoueris temetipsam,inquit. Quia utiq; non potest
ciuitas abscõdi supra mõtem cõstituta:& ideo nõ es operta , ut incurras in greges sodalium
tuorum.Ego emẽ sum mons paratus in cacumine montium, ad quem uenient uniuersæ gen
tes . Nisi ergo cognoueris temetipsam,non in uerbis calumnioforum, sed in testimonijs li/
Esaiæ 54 brorum meorum , Nisi cognoueris temetipsam,quia de te dictum est : Porrige longius fu/
niculos,& palos ualidos confirma,etiam atque etiam in dexteram atque sinistram extende.
Quæ sit hæc uersio nescio. Semen enim tuum hæreditabit gentes,& ciuitates quæ desertæ erant,inhabitabis.Non est
quod metuas,prævalebis enim,nec erubescas quod detestabilis fueris. Confusionem enim
in

A inæternum obliuiſceris,ignominiæ uiduitatis tuæ nō eris memor.Ego enim ſum dominus qui facio te,dominus nomē ei.Et qui eruit te,ipſe deus Iſraël uniuerſæ terræ uocabitur.Ni/ſi cognoueris temetipſam ô pulchra inter mulieres, quia de te dictum eſt: Concupiuit rex *Pſal.44*
ſpeciem tuam,quia de te dictum eſt: Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij, cōſtitues eos prin cipes ſuper omnem terram. Niſi ergo cognoueris temetipſam,exi tu,non ego te eīcio, ſed exi ut dicatur de te:Ex nobis exierunt,ſed non erant ex nobis.Exi tu in ueſtigijs gregū,non in ueſtigijs meis:ſed in ueſtigijs gregum:nec unius gregis,ſed gregum diuerſorum & erran tium. Et paſce hœdos tuos,non ſicut Petrus,cui dicitur: Paſce oues meas,ſed paſce hœdos tuos in tabernaculis paſtorum, non in tabernaculo paſtoris, ubi eſt unus grex & unus pa/ſtor.Cognoſcit enim ſemetipſam,ne hoc ei contingat,quia eis cōtingit hoc,qui ſe in illa nō cognouerunt.Ipſa eſt,de cuius paucitate dicitur in cōparatione multorum malorum, quia *Matth.7*
angusta & arcta uia eſt quæ ducit ad uitam,& pauci ſunt qui ambulāt in ea. Et rurſus ipſa eſt,de cuius multitudine dicitur:Sic erit ſemen tuum,ſicut ſtellæ cœli,& ſicut harena maris. *Gen.22*
Iidem quippe fideles ſancti & boni, & in comparatiōe plurimorum malorum pauci ſunt, & per ſeipſi multi ſunt: quia multi filij deſertæ magis quàm eius quæ habet uirū. Et multi *Gal.4*
ab oriente & occidente uenient, & recumbent cum Abraam, Iſaac & Iacob in regno cœlo/ *Matth.8*
rum: & quia exhibet ſibi deus populum abundantem æmulatorem bonorum operum. Et multa milia quæ numerare nemo poteſt,uidētur in Apocalypſi, ex omni tribu & lingua in ſtolis albis palmisq; uictricibus.Ipſa eſt quæ aliquādo obſcuratur, & tanquam obnubila/tur multitudine ſcandalorum,quando peccatores intendunt arcum,ut ſagittent in obſcura *Pſal.10*
luna rectos corde. Sed etiam tunc in ſuis firmiſſimis eminet.Et ſi aliqua in his uerbis diui/nis diſtributio facienda eſt,fortaſſe nō fruſtra dictū ſit de ſemine Abraæ,Sicut ſtellæ cœli, & ſicut harena quæ eſt ad oram maris,ut in ſtellis cœli pauciores,firmiores, darioresq; in/telligantur, in harena autem maritimi littoris magna multitudo infirmorū atq; carnaliū.
B Quæ aliquādo tranquillitate temporis quieta & libera apparet,aliquando autem tribula/tionum & tentationum fluctibus operitur atque turbatur. Tale tunc erat tempus,de quo ſcripſit Hilarius,unde putaſti inſidiandum contra teſtimonia tot diuina, tanquam perierit eccleſia de orbe terrarum.Potes hoc modo dicere,nec tot eccleſias Galatiæ tunc fuiſſe,quan do dicebat Apoſtolus: O ſtulti Galatæ,quis uos faſcinauit,ut cum ſpiritu cœperitis, nunc *Gal.3*
carne conſummemini? Sic enim calumniaris docto uiro,qui tardicordes & timidos graui *Calumnior tibi.*
ter increpabat, quos iterum parturiebat, donec Chriſtus formaretur in eis. Quis enim ne/ſcit illo tempore obſcuris uerbis multos parui ſenſus fuiſſe deluſos, ut putarent hoc credi ab Arianis, quod etiam ipſi credebant: alios autem timore ceſſiſſe & ſimulate conſenſiſſe, non recte ingredientes ad ueritatem euangelij, quibus tu poſtea correctis ſic quemadmo/dum notum eſt,nolles ignoſci? Prorſus nō noſti litteras dei.Lege enim quid de Petro ſcri/pſerit Paulus,& quid inde etiam ſenſerit Cyprianus, & non tibi diſpliceat eccleſiæ manſue/tūdo, quæ membra Chriſti diſperſa colligit, non collecta diſpergit: quanquam & illi qui tunc firmiſſimi fuerunt,& uerba hæreticorum inſidioſa intelligere potuerunt,ſed pauci qui dem ſunt in comparatione cæterorum, ſed tamen etiam ipſi quidam pro fide fortiter exu/labant, quidam toto orbe latitabant. Ac ſic eccleſia, quæ per omnes gentes creſcit, in fru/mentis dominicis conſeruata eſt,& uſque in finem,donec omnino gentes omnes,etiam bar baras teneat, conſeruabitur. Ipſa eſt igitur eccleſia in bono ſemine, quod ſeminauit filius hominis,& uſque ad meſſem creſcere inter zizania,prænunciauit. Ager autem mundus eſt, meſſis finis eſt ſeculi.Hilarius ergo decem prouinciarum Aſianarum,aut zizania non triti/cum arguebat,aut ipſum etiam triticum,quod defectu quodam periclitabatur,quanto ue/hementius,tanto utilius arguendum putabat. Habēt enim etiam ſcripturæ canonicæ hunc arguendi morem,ut tanquam omnibus dicatur,& ad quoſdam uerbum perueniat. Quod etiam Apoſtolus dicit ad Corinthios 15. cap. Quomodo dicunt quidam in uobis,quia re/ſurrectio mortuorum non eſt? Manifeſtat utique non omnes eſſe tales,ueruntamen & ta/

les non extra,ſed in eis fuiſſe teſtatur, à quibus ne illi ſeducerentur,& qui non ita ſentiebãt, C
paulopoſt monuit dicens: Nolite ſeduci, Corrumpunt mores bonos colloquia mala. So/
brij eſtote iuſte,& nolite peccare. Ignorantiam enim dei quidam habent.Ad reuerentiam
1. Cor. 5 uobis loquor. Quod autem dicit: Cum enim ſint inter uos æmulatio & contentio, nónne
eſtis carnales,& ſecundum hominem ambulatis? tanquam omnibus dicit.Et uides quàm
1.Cor.1 ſit graue quod dicit.Proinde niſi in ipſa epiſtola legeremus: Gratias ago deo meo ſemper
pro uobis in gratia dei,quæ data eſt uobis in Chriſto Ieſu, quia in omnibus ditati eſtis in
illo in omni uerbo & ſcientia,ſicut teſtimonium Chriſti confirmatum eſt in uobis,ita ut ni
hil deſit uobis in ulla gratia,putaremus omnes Corinthios carnales & animales, non perci
pientes quæ ſunt ſpiritus dei,contentioſos æmulos,ſecundum hominem ambulantes.Itaq;
1,Ioan.5 & totus mundus in maligno poſitus eſt,propter zizania quæ ſunt per totum mundum, &
Chriſtus propitiator eſt peccatorũ noſtrorum, nõ tantum noſtrorum,ſed totius mũdi,pro
Matth.24 pter triticum quod eſt per totum mundum.Refrigeſcet aũt charitas multorũ propter ſcan/
dalorum abundantiã, quanto magis magisq; glorificato Chriſti nomine cõgregabuntur
in cõmunionem ſacramẽtorum eius etiam maligni,& perſeuerabunt omnino peruerſi, ſed
tamẽ tanquam palea de area dominica non niſi ultima uentilatione ſeparandi: non extin/
guent iſti fruméta dominica,in eorum quidem comparatione pauca, ſed multa per ſeipſa,
non extinguent electos dei congregandos in fine ſeculi, ſicut Euangelium loquitur, à qua/
Pſal.11 tuor uentis, à ſummis cœlorum uſq; ad terminos eorum. Ipſorum enim uox eſt: Saluum
me fac domine,quomodo defecit ſanctus? Quoniã diminutæ ſunt ueritates à filijs homi/
Matth.24 num. De quibus & dominus dicit inter abundantiam iniquitatis: Qui perſeuerauerit uſq;
in finem,hic ſaluus erit.Deniq; non unum hominẽ, ſed plures in eodem pſalmo loqui con
ſequentia docent,ubi dicitur: Tu domine ſeruabis nos,& cuſtodies nos à generatione hac
in æternum.Propter hanc enim abundãtiam iniquitatis,quam dominus futuram eſſe præ D
Luce 18 dixit, etiam illud poſitum eſt: Cum uenerit filius hominis, putas inueniet fidem in terra?
Dubitatio enim cuncta ſcientis noſtram in illo dubitationem præfigurauit, quando eccle/
ſia ex multis, de quibus multum ſperauit, ſæpe decepta, quod aliter quàm credebantur in/
uenti ſunt,ſic perturbatur in ſuis, ut de nullo facile boni aliquid uelit credere. Ipſos tamen,
quorum inuenturus eſt fidem in terra,per totum agrum cum zizanijs creſcere dubitare fas
non eſt.Ipſa eſt ergo eccleſia,quæ intra ſagenam dominicã cum malis piſcibus natat,à qui
Epheſ. 5 bus corde ſemper & moribus ſeparatur atq; diſcedit,ut exhibeatur uiro ſuo glorioſa,nó ha
bens maculam neq; rugam.Corporalem autem ſeparationem in littore maris,hoc eſt in fi
ne ſeculi expectat,corrigens quos poteſt,tolerans quos corrigere nõ ualet: non tamen pro/
Diſ. 9. noli pter eorum quos non corrigit,iniquitatem, ipſa bonorum deſerit unitatem.Noli ergo fra/
frater ter cõtra diuina tam multa, tam clara,tam indubitata teſtimonia colligere uelle calumnias
ex epiſcoporum ſcriptis,ſiue noſtrorum,ſicut Hilarij,ſiue antequàm pars Donati ſeparare/
tur,ipſius unitatis,ſicut Cypriani & Agrippini:Primo,quia hoc genus litterarum ab autori
tate canonis diſtinguendum eſt.Non enim ſic leguntur,tanquã ita ex eis teſtimonium pro
feratur,ut contra ſentire nõ liceat,ſicubi forte aliter ſapuerint quàm ueritas poſtulat. In eo
Philip.3 quippe numero ſumus,ut non dedignemur etiam nobis dictum ab Apoſtolo accipere.Et
ἀποκάλυψε. ſi quid aliter ſapitis,id quoq; deus uobis reuelauit.Veruntamen in id quod peruenimus in
Pſal.66. eo ambulemus,in illa uia ſcilicet, quæ eſt Chriſtus. De qua uia ita pſalmus loquitur: Deus
miſereatur noſtri,& benedicat nobis, illuminet uultum ſuum ſuper nos, Vt cognoſcamus
in terra uiam tuam,in omnibus gentibus ſalutare tuum. Deinde ſi ſancti Cypriani epiſco/
pi & glorioſi martyris,te delectat autoritas,quam quidem ſicut dixi, à canonica autoritate
diſtinguimus,cur in eo te non delectat,quod unitatem orbis terræ atq; omnium gentium,
& diligendo tenuit,& diſputando defendit:quod eos qui ſe tanquam iuſtos ab ea ſeparare
uoluiſſent,arrogantiſſimos & ſuperbiſſimos iudicauit,irridens eos hoc ſibi aſſumere,quod
nec Apoſtolis conceſſit dominus,ut ante tempus zizania colligerent,aut tanquam ipſis pa/
leam

A leam ferre,& aream purgare cõcessum sit,paleas conarentur à tritico separare:quod unum quemq; peccatis alienis maculari nõ posse monstrauit,quã sibi omnes impiæ seditionis au tores solam causam separationis assumunt:quod in eoipso in quo aliter sapuit,collegas di uersa sentientes,nec iudicandos,nec à iure communionis amouendos esse decreuit: Quod in eaipsa epistola ad Iubaianum quæ in concilio(cuius autoritatem ad rebaptizandum se qui uos dicitis)primitus recitata est,cum fateatur in præteritum sic esse admissos in ecclesia qui fuerant alibi baptizati,ut denuo non baptizarentur,unde illos sine baptismo fuisse ar bitratur,Tantum tamen ponit utilitatis & salubritatis in pace ecclesiæ,ut propter illam nõ eos credat ab ecclesiæ muneribus separari.Qua in re sicut ingeniũ tuum noui,facillime per spicis totam causam ueſtram penitus euersam & extinctam.Si enim sacramenta cum pec catoribus communicando, sicut putatis, perijt ecclesia quæ fuerat in orbe terrarum,nam uos ideo separastis,iam prius tota perierat,cũ sicut dicit Cyprianus,in eam sine baptismo admittebantur,ac sic nec ipse Cyprianus habebat in qua ecclesia nasceretur,quanto magis multo posterior uester autor paterq; Donatus ? Si autẽ illo tempore, cum in eam sine ba ptismo admittebantur, erat tamen ecclesia quæ pareret Cyprianum,pareret & Donatum, manifestum est non contaminari iustos alienis peccatis, quando cum eis sacramenta com municant. Ac per hanc separationem qua existis ab unitate, qua excusatione possitis ab luere non habetis, impleturq; in uobis sanctæ scripturæ illud oraculum: Filius malus ipse se iustum dicit,exitum autem suum non abluit. Meritis autem Cypriani sic non æquatur, qui propter paria sacramẽta nec ipsos hæreticos audet rebaptizare, sicut nõ æquatur meri tis Petri,quisquis non cogit gentes Iudaizare.Sed illa Petri nõ tantũ claudicatio, uerum etiam correctio in scripturis canonicis continetur. Cyprianus autem sensisse aliter de baptis mo,quàm forma & consuetudo habebat ecclesiæ, non in canonicis sed in suis & in concilij litteris inuenitur.Correxisse autem istam sententiam non inuenitur,non incongruenter ta B men de tali uiro existimãdum est quod correxerit,& fortasse suppressum sit ab eis qui hoc errore nimium delectati sunt, & tanto uelut patrocinio carere noluerunt: quanquam non desint, qui hoc Cyprianum prorsus non sensisse contendant, sed sub eius nomine à præ sumptoribus atque mendacibus fuisse confictum. Neq; enim sic potuit integritas atq; no ticia litterarũ, unius quamlibet illustris episcopi custodiri,quemadmodum scriptura cano nica,tot linguarum litteris & ordine & successione celebrationis ecclesiasticæ custoditur,con tra quã tamen non defuerunt,qui sub nominibus apostolorum multa confingerent: Fru stra quidem,quia illa sic cõmendata,sic celebrata,sic nota est, Verum quid possit aduersus litteras,non canonica autoritate fundatas, etiã hinc demõstrauit impiæ conatus audaciæ, quod & aduersus eas quæ tanta noticiæ mole firmatæ sunt,sese erigere non prætermisit. Nos tamẽ duas ob res,nõ negamus illud sensisse Cyprianũ:quod & stilus eius habet quan dam propriam faciem qua possit agnosci:& quod ibi magis cõtra uos nostra causa mon stratur inuictior, uestræq; separationis præsumptio,uidelicet ne macularemini peccatis a lieni s, tota facilitate subuertitur, cum apparet in litteris Cypriani,communicata esse cum peccatoribus sacramẽta,cum admissi sunt in ecclesiam,qui secundum uestram, & sicut uul tis, illius sententiam,baptismũ non habebant,& tamen ecclesiã non perisse, sed in sui gene tis dignitate per totum orbẽ sparsa dominica frumenta mansisse. Ac per hoc si perturbati tanquam ad aliquem portum,sic ad autoritatẽ Cypriani confugitis, uidetis quem illic sco pulũ uester error offendit,Si autẽ iam nec illuc cõfugere audetis, sine ullo luctamine nau fragatis.Porrò autẽ Cyprianus,aut non sensit omnino quod eum sensisse recitatis:aut hoc postea correxit in regula ueritatis:aut hũc quasi neuum sui cãdidissimi pectoris cooperuit ubere charitatis,dum unitatem ecclesiæ toto orbe crescẽtis,& copiosissime defendit, & per seuerantissime tenuit uinculũ pacis.Scriptũ est enim:Charitas cooperit multitudinẽ pecca torum.Accessit huc etiã,quod tanq; sarmentũ fructuosissimũ,si quid in eo fuerat emẽdan dum,purgauit pater falce passionis. Sarmentũ autẽ,ait dominus,quod in me facit fructũ,

Paleas à triti co separare dei est.

ἀναβαπτισμός.

Ex stilo indi cium.

Petri.4.

4.senten.dis. 6.sunt tamen.

purgat illud pater meus,ut maiorem fructum afferat. Vnde? niſi quia hærens in diffuſio/ C
ne uitis,radicem non deſeruit unitatis? Nam &ſi traderet corpus ſuum ut arderet,charita/
tem autem non haberet,nihil ei prodeſſet. Attende adhuc paululum in litteras Cypriani,
ut aduertas quàm inexcuſabilem oſtenderit,qui ſe uoluerit ab unitate eccleſiæ (quam deus
in omnibus gentibus promiſit & reddidit) quaſi iuſticiæ ſuæ cauſa ſeparare: magiſq; in/
telligas quàm ſit uera ſententia pauloante à me commemorata:Filius malus ipſe ſe iuſtum
Locus eſt in li bri 4. epi. 2. unde hæc de / prauatiſſima reſtituimus. ô ſcribas impi/ os. dicit,exitum autem ſuum non abluit.Ponit in quadam epiſtola ſua,quam ſcripſit ad Anto
nianum,rem quandam ſatis rei,de qua nunc agimus neceſſariam,ſed melius eius uerba in/
ſerimus.Anteceſſores,inquit,noſtri quidam de epiſcopis iſthinc,in prouincia noſtra dandã
pacem mœchis non putauerunt,& in totum pœnitentiæ locum contra adulteria clauſerũt:
non tamẽ à coëpiſcoporum ſuorum collegio receſſerunt,aut catholicæ eccleſiæ unitatem uel
duricie, uel cenſuræ ſuæ obſtinatione ruperunt, ut quia apud alios adulteris pax dabatur,
qui non dabat,de eccleſia ſepararetur,manente concordiæ uinculo,& perſeuerante catholi/
cæ eccleſiæ indiuiduo ſacramento:Actum ſuum diſponit & dirigit unuſquiſque epiſcopus,
rationem propoſiti ſui domino redditurus. Quid ad hæc dicis frater Vincenti? nempe in/
tueris hunc tantum uirum pacificum epiſcopum, & fortiſſimum martyrem nihil uehemen
tius ſategiſſe,q̃ ne unitatis uinculum rumperetur. Vides eum parturientẽ,nó ſolum ut par
uuli in Chriſto concepti naſcantur, uerumetiam ne iam nati,de ſinu matris excuſſi,morian
tur. Porrò autem ipſam rem, quam contra impios ſeparatores commemorauit, attende.
Si adulteris communicabant, qui pœnitentibus adulteris pacem dabant, nunquid illi qui
hoc non faciebant, collegio maculabantur iſtorũ? Si autem quod ueritas habet, & quod
eccleſia merito tenet,recte pœnitentibus adulteris pax dabatur, illi qui in totum locum pœ
nitentiæ contra adulteros claudebant, impie utique agebant,qui membris Chriſti ſanita/
tem negabant, & claues eccleſiæ pulſantibus ſubtrahebant, & miſericordiſſimæ patientiæ D
dei, quæ illos propterea ſinebat uiuere, ut pœnitendo ſanarentur ſacrificio contriti ſpiritus
& contribulati cordis oblato, dura crudelitate contradicebant. Nec tamen iſtos miſeri/
cordes & pacificos, cum eis chriſtiana ſacramenta communicantes, & eos intra unitatis re
tia tolerantes, donec ad littus perducti, ſeperarentur, tam immanis eorum error & im/
pietas inquinabat, ut ſi inquinaret, iam tunc eccleſia malorum communione deleta eſſet,
nec erat quæ pareret ipſum Cyprianum. Si autem, quod certum eſt, permanſiſſet eccle/
ſia, certum eſt etiam peccatis alienis in unitate Chriſti neminem poſſe maculari, non ma/
lorum factis conſentientem,ne ipſis peccatis communicando pollueretur, ſed propter ſocie
tatem bonorum,malos tanquam paleas uſq; ad ultimam uentilationem in area dominica
tolerantem. Quæ cum ita ſint, ubi eſt præſumptio ſeparationis ueſtræ? Nónne filij mali
eſtis,qui ipſi uos iuſtos dicitis,exitum autẽ ueſtrum non abluitis? Iam ſi uelim & illa cõme/
morare quæ Tychonius homo cõmunionis ueſtræ ſcriptis ſuis inſerit, qui magis cõtra uos
Tychonius Donatiſta. pro eccleſia catholica ſcripſit, fruſtra ſe ab Afrorum, quaſi traditorum communione ſecer/
nens, quo uno eum Parmenianus ſuffocat, quid reſpondere poteritis, niſi quod de uobis
idem Tychonius dixit,& ego pauloante recolui,quod uolumus ſanctũ eſt? Scribit em̃ ille
Tychonius homo (ut dixi) ueſtræ cõmunionis à ducẽtis & ſeptuaginta epiſcopis ueſtris, cõ/
cilium Carthagini celebratũ. In quo cõcilio per ſeptuaginta & quinq; dies poſtpoſitis omi/
bus præteritis,limatã eſſe ſentẽtiam atq; decretã,ut traditoribus im̃enſi criminis reis, ſi ba/
ptizari nollẽt,pro integris cõmunicaretur. Deuterium aũt Macrianenſem epiſcopum com/
muniõis ueſtræ,dicit traditorum plebem cõgregatam,eccleſiæ miſcuiſſe,& ſecundum ſtatu
ta illius cõcilij à ducentis & ſeptuaginta epiſcopis ueſtris facti,feciſſe cum traditoribus uni/
tatem,eiq; Deuterio poſt hoc factum iugiter cõmunicaſſe Donatũ: nec ſolum huic Deute/
rio,ſed etiã uniuerſis Maurorũ epiſcopis per quadraginta annos, quos dicit uſq; ad perſe/
cutionẽ per Machariũ factã,traditoribus ſine baptiſmo cõmunicaſſe. Sed dicis: Quis mihi
eſt iſte Tychonius? Ille eſt Tychonius,quẽ Parmenianus reſcribẽdo cõpeſcit, & eũ deterret
ne

A ne talia ſcribat,non tamen refellit ea ipſa quæ ſcribit, ſed uno, ſicut ſupra dixi,eum premit, quod cum talia diceret de eccleſia toto orbe diffuſa, & quod neminem in eius unitate maculârent aliena peccata, ab Afrorum ſe tamen quaſi traditorum contagione remouebat, & erat in parte Donati.Poſſet autem dicere Parmenianus,iſta eum omnia eſſe mentitum, ſed ſicut idem Tychonius commemorat,adhuc uiuebant multi,per quos hæc certiſſima & apertiſſima eſſe oſtenderentur.Sed de his taceo, contende Tychonium eſſe mentitum, ad Cyprianum te reuoco, cuius mentionem ipſe feciſti. Prorſus ſecundum ſcripta Cypriani, ſi peccatis alienis in unitate quiſque maculatur,iam ante Cyprianum periit eccleſia,nec erat unde exiſteret ipſe Cyprianus. Si autem hoc ſentire ſacrilegum eſt, & certum eſt eccleſiam permanere, nemo alienis peccatis in eius unitate maculatur,fruſtra filij mali iuſtos uos eſſe dicitis,exitum ueſtrum non abluitis,non purgatis. Cur ergo inquis,nos quæritis,cur ſic ſuſcipitis quos hæreticos dicitis? Vide quàm facile breuiterq; reſpondeam. Quærimus uos quia periſtis,ut de inuentis gaudeamus,de quibus perditis dolebamus. Hæreticos autem uos eſſe dicimus, ſed antequam ad pacem catholicam conuertamini, antequam errore quo irretiti eſtis exuamini,Cum autem tranſitis ad nos,prius utiq; relinquitis quod eratis,ne ad nos hæretici tranſeatis. Baptiza ergo me inquis.Facerem ſi baptizatus non eſſes, aut ſi Donati uel Rogati, nõ Chriſti baptiſmo baptizatus eſſes.Nõ ſacramenta Chriſtiana faciunt te hæreticũ,ſed praua diſſenſio.Nõ propter malum quod proceſſit ex te, negandum eſt bonum quod remanſit in te,quod malo tuo habes, ſi nõ ibi habes unde eſt bonũ quod habes:Ex catholica enim eccleſia ſunt omnia dominica ſacramẽta, quæ ſic habetis & datis,quemadmodum habebantur & dabantur,etiam priuſquã inde exiretis.Non tamen ideo non habetis,quia ibi non eſtis unde ſunt quæ habetis.Non in uobis mutamus in quibus nobiſcum eſtis,In multis enim eſtis nobiſcum.Nam & de talibus dictum eſt,Quoniã in multis erant mecum.Sed ea corrigimus in quibus nobiſcum non eſtis,& ea uos hic accipere uolumus,quæ nõ habetis illic ubi eſtis.Nobiſcum autem eſtis in baptiſmo, in ſymbolo,in cæteris dominicis ſacramentis.In ſpiritu autem unitatis,& uinculo pacis, in ipſa denique catholica eccleſia,nobiſcum non eſtis.Hæc ſi accipiatis,non tunc aderunt,ſed tunc proderunt quæ habetis.Nõ ergo ſicut putatis ſuſcipimus ueſtros,ſed ſuſcipiẽdo efficimus noſtros qui recedunt à uobis,ut ſuſcipiantur à nobis.Et ut incipiant eſſe noſtri,prius deſinunt eſſe ueſtri.Nec nobis coniungi compellimus(operarios quidẽ erroris deteſtamur)ſed ideo nobis illos homines coniungi uolumus,ne hoc ſint quod deteſtamur. Sed baptizauit,inquis,poſt Ioannem Paulus apoſtolus,Nunquid poſt hæreticum? Aut ſi forte audes illum amicum ſponſi hæreticum dicere,& in unitate eccleſiæ non fuiſſe,uolo & hoc ſcribas. Si autem hoc dementiſſimum eſt,uel ſentire,uel dicere, iam tuæ prudentiæ eſt cõſiderare, quare poſt Ioannẽ Paulus apoſtolus baptizauerit. Si enim poſt æqualẽ,omnes poſt uos baptizare debetis. Si poſt maiorem, debes & tu poſt Rogatum.Si poſt minorem,debuit poſt te Rogatus cum presbyter baptizaſſes. Si autem baptiſmus, qui nunc datur,ideo pariter ualet in eis quibus datur,quamuis ſint imparis meriti per quos datur,quia Chriſti eſt non eorum â quibus miniſtratur,puto quod iam intelligas, ideo Paulum dediſſe quibuſdã baptiſmum Chriſti,quia Ioannis baptiſmo fuerant baptizati,nõ Chriſti.Ioannis quippe baptiſmus ille dictus eſt,ſicut multis locis diuina ſcriptura teſtat, quod & ipſe dominus dicit: Baptiſmus Ioannis unde erat,de cœlo an ex hominibus? Baptiſmus autẽ quem dedit Petri,non erat Petri ſed Chriſti, & quem dedit Paulus non erat Pauli ſed Chriſti, & quem dederunt qui tempore apoſtolorum non caſte,ſed per inuidiam Chriſtum annunciabant, non erat eorũ ſed Chriſti,Et quem dederunt qui tempore Cypriani fundos inſidioſis fraudibus rapiebant,uſuris multiplicantibus fœnus augebant, non erat eorum ſed Chriſti. Et quia Chriſti erat,ideo quamuis non per æquales daretur eis,tamen quibus dabatur æqualiter proderat.Nam ſi tãto melius quiſq; baptizatur,quãto à meliore fuerit baptizatus,nõ recte gratias agit apoſtolus,quod neminẽ Corinthiorũ baptizauerit, niſi Criſpũ & Caiũ, & Stephanæ

1. q. 1. ex catholica.

Pſal. 54.

Matth. 21.

& Stephanæ domum. Tanto enim melius baptizarentur, quanto erat Paulus melior, si ab ipso baptizarentur. Denique cum dicit: Ego plantaui, Apollo rigauit, uidetur significare se euãgelizasse, illum baptizasse. Nũquid melior Apollo quàm Ioannes? Cur ergo post istũ nõ baptizauit, qui post Ioannem baptizauerat, nisi quia iste baptismus per quemlibet datus, Christi erat: ille autem per quemlibet datus, quamuis Christo uiam præpararet, tamẽ Ioannis erat? Inuidiose dici uidetur post Ioannem baptizatum est, & post hæreticos non baptizatur. Sed potest & hoc inuidiose dici, Post Ioãnem baptizatum est, & post ebriosos nõ baptizatur. Melius enim hoc uitium cõmemoro, quod nec occultare possunt in quibus regnat, & quàm multi ubiq; sint, quis uel cæcus ignorat? Et tamen inter opera carnis, quæ qui agunt, regnum dei nõ possidebunt, etiam hoc ponit Apostolus, ubi etiam hæreses enumerat. Manifesta autem, inquit, sunt opera carnis, quæ sunt fornicationes, immundiciæ, luxuria, idolorum seruitus, ueneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, animositates, dissensiones, hæreses, inuidiæ, ebrietates, comessationes, & his similia, quæ prædico uobis sicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum dei nõ possidebunt. Hac ergo ratiõe, quamuis baptizatum sit post Ioannem, non baptizatur post hæreticum, qua ratione quamuis baptizatum sit post Ioannem, non baptizatur post ebriosum, quoniam & hæreses & ebrietates in eis operibus sunt, quæ opera qui agunt, regnum dei non possidebunt. Nõnne tibi uidetur quasi intolerabiliter indignum, ut cum baptizatum fuerit post eum, qui non sobrie uinum bibens, sed uinum omnino nõ bibens, regno dei uiam parauit, non baptizetur post ebriosum, qui regnũ dei non possidebit? Quid hic respõdetur, nisi quia ille baptismus erat Ioãnis, post quem Christi baptismo baptizauit Apostolus: iste autem baptismus Christi est, quo baptizauit ebriosus? Inter Ioannem & ebriosum à contrario multũ interest: inter baptismum Christi & baptismum Ioannis non à cõtrario, sed tamen multum interest. Inter apostolum & ebriosum multum interest: inter baptismum Christi, quem dedit apostolus, & baptismum Christi quem dedit ebriosus, nihil interest. Sic inter Ioannẽ & hæreticũ, Paulus, & baptismum Christi quem dedit apostolus, multum interest, & inter baptismum Ioannis & inter baptismũ Christi, quem dat hæreticus, non à contrario, sed multum interest. Inter baptismum autem Christi, quem dedit apostolus, & baptismũ Christi quem dat hæreticus, nihil interest. Agnoscitur eñ sacramentorum species æqualis, etiam cum magna differẽtia est in hominũ meritis. Sed da ueniam, erraui, quando te uolui de ebrioso baptizante conuincere, exciderat mihi cum Rogatista me rem habere, nõ cũ qualicũq; Donatista. Potes eñ tu in tam paucis collegis tuis, & in omnibus clericis uestris nullum inuenire forsitan ebriosum. Vos eñ estis, qui nõ extotius orbis cõmunione, sed ex obseruatiõe præceptorũ omnium diuinorũ atq; omnium sacramentorũ tenetis catholicã fidem: in quibus eam solis inuẽturus est, cum uenerit filius hominis, quãdo nõ inueniet fidem in terra: quia nec terra estis, nec in terra, sed cœlestes in cœlo habitatis: nec timetis nec attenditis, quia deus superbis resistit, humilibus aũt dat gratiã. Nec uos Euãgelij locus ipse cõpungit, ubi dominus ait: Cum uenerit filius hominis, putas inueniet fidẽ in terra? Cõtinuo quippe tanq; præscius nõnullos sibi superbe arrogaturos hanc fidem, dixit ad quosdã, qui sibi iusti uidebãtur, & spernebãt cæteros, similitudinẽ hãc. Duo quidam ascẽderunt in templum orare, unus pharisæus, & alter publicanus, & cætera. Iam tibi quæ sequuntur, ipse responde. Inspice tamẽ diligentius ipsos paucos uestros, utrũ nullus illic baptizet ebriosus. Tam enim late uastat hæc pestilentia animas, & tanta libertate dominatur, ut multum mirer, si non etiam uestrum gregiculum penetrauit: quamuis ante ipsum aduẽtum filij hominis unius boni pastoris, iam uos oues ab hœdis separasse iactetis. Audi sanè per me uocem dominicorum frumentorum, in area dominica usq; ad ultimam uentilationem inter paleam laborantium per totum scilicet mundum, qua deus uocauit terram à Solis ortu usque ad occasum, ubi etiam pueri laudant dominum: quicunq; uos ex occasione legis huius imperialis, non dilectione corrigendi, sed inimicãdi odio perlequitur, displicet nobis. Et quamuis res quæq; terrena recte à quoquam possideri nõ possit, nisi

Hoc nimium crebro fit apud nostra tes

Gal. 5

Iacob. 4

Luce 18

Ebrietas regnabat in Africa.

25. q. 7. cap. quicunque.

A nisi uel iure diuino, quo cuncta iustorum sunt, uel iure humano, quod in potestate regum est terræ: ideóq; res uestras falsò appellatis, quas nec iusti possidetis, & secundum leges regum terrenorum amittere iussi estis: frustraq; dicatis, nos eis congregandis laborauimus, cum scriptum legatis, Labores impiorum iusti edent, Sed tamen quisquis ex occasione huius legis, quam reges terræ Christo seruientes, ad emendandam uestram impietatem promulgauerunt, res proprias uestras cupide appetit, displicet nobis. Quisquis denique ipsas res pauperũ, uel basilicas congregationum, quas sub nomine ecclesiæ tenebatis (quæ omnino non debentur nisi ei ecclesiæ, quæ uera Christi ecclesia est) non per iusticiam sed per auariciam tenet, displicet nobis. Quisquis pro aliquo flagicio uel facinore proiectum à uobis ita susc̃ipit, sicut susc̃ipiuntur qui (excepto errore quo à nobis separamini) sine crimine apud uos uixerunt, displicet nobis. Sed nec facile ista monstratis, & si monstretis, nonnullos toleramus, quos corrigere uel punire non possumus: neque propter paleam relinquimus aream domini, neque propter pisces malos rumpimus retia domini, neque propter hœdos in fine segregandos, deserimus gregẽ domini, neque propter uasa facta in cõtumeliam, migramus de domo domini. Tu autem frater, quantum mihi uidetur, si uanam gloriam hominum non attendas, & insensatorum contemnas opprobrium, qui dicturi sunt, quare modo, sine dubio trãsies ad ecclesiam, quam ueram sentire te intelligo, nec huius sententiæ tuæ testimonia longe peto, Tu quippe in eiusdem tuæ epistolæ principio, cui nunc respondeo, hæc uerba posuisti: Cum optime inquis nouerim te, longe adhuc à fide Christiana sepositum, & studijs olim deditum litterarum, quietis & honestatis fuisse cultorem, Cumq; postea cõuersus ad Christianam fidem (ut ex multorum relatione cognoui) disputationibus legalibus operã dares. Certe si tu ad me illam epistolam misisti, hæc uerba tua sunt. Cum ergo fatearis me cõuersum ad Christianam fidem, cum nec ego ad Donatistas, nec ad Rogatistas conuersus sim, sine ulla dubitatione confirmas, & præter Rogatistas, &
B præter Donatistas esse Christianam fidem. Hæc ergo fides, sicut diximus, in omnibus gentibus dilatatur, quæ secundum dei testimonium in semine Abraæ benedicuntur. Quid igitur adhuc dubitas tenere quod sentis, nisi quia id quod non sentis, uel aliquando sensisse uel aliud defendisse confunderis, & dum erubescis corrigere errorem, non erubescis permanere in errore, quod utique potius erubescendum fuit? Hoc est illud quod scriptura non tacuit. Est confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gratiam & gloriam. Confusio adducit peccatum, cum erubescit quisque prauam mutare sententiam, ne aut incõstans putetur, aut diu errasse seipso iudice teneatur, Ita descendunt in infernum uiuentes, id est, suam perditionem sentientes, quos Dathan & Abiron & Chore hiatu terræ absorpti, tanto ante futuros figurauerũt. Cõfusio autem adducit gratiam & gloriam, cum erubescit quisque de propria iniquitate, & pœnitendo in melius cõmutatur: quod te facere piget illa pernicioſa confusione superatum, ne tibi ab hominibus nesciẽtibus quid loquantur, obijciatur illa apostolica sententia. Si enim quæ destruxi, hæc eadem iterum ædifico, præuaricatorem meipsum constituo. Quæ si dici posset etiam in eos qui ueritatem correcti prædicãt, quam peruersi oppugnabant, in ipsum Paulum primitus diceretur, in quo ecclesiæ Christi magnificabant deum, audientes quod euangelizaret fidem, quam aliquando uastabat. Nec quenquam putes ab errore ad ueritatem, uel à quocunque seu magno seu paruo peccato ad correctionem sine pœnitentia posse trãsire. Sed nimis impudens error est, hinc uelle calumniari ecclesiã, quam tot diuinis testimonijs constat esse ecclesiam Christi, quod aliter tractat illos qui eam deserunt, si hoc ipsum pœnitẽdo corrigant, aliter illos qui in ea nondũ fuerũt, & tunc primum eius pacem accipiunt, illos amplius humiliando, istos lenius susc̃ipiendo, utrosq; diligendo, utrisq; sanandis materna charitate seruiendo. Habes epistolam prolixiorem fortasse quàm uelles, Esset autem multo breuior, si te tantum in respondendo cogitasses more, & sine personarum acceptione curauerint, Amen.

24.q.1. quisquis.

Eccl. 4.

Psal. 54. Numer. 16.

Gal. 2.

De peni. dist. 2. neminem.

Augu-

Augustinus Deogratias presbytero, respondens ad quæstiones à quodã pagano ipsi pro C
positas, admonens ut ipse potius illi respondeat, quandoquidem ei quæstiones erant propo/
sitæ, propriumq; librum suo nomine mittat ad paganum. Cæterum Augustini librum com/
municet tantum Christianis.

Epistola XLIX

2. Retract. 31

SYNCERISSIMO fratri & cõpresbytero Deogratias, Augustinus in domino salutem. Quæstiones tibi propositas mihi delegare maluisti, non ut opi/nor pigritia, sed quod ea quoq; ipsa quæ nosti, libẽtius per nos audis, dum nos nimis diligis. At ego propterea malebã à te illas aperiri, quod ille ipse amicus, qui eas proposuit, quantum ex hoc conijci datur, quod mihi ad quasdam epistolas non re/scripsit, quasi nos uerecundatur sequi, uiderit quam ob causam. Hoc tamen suspicor, nec su/spicio mea uel maleuola est uel absurda, cum & optime noueris quãtum eum diligã, quan/toq; mihi dolori sit quod nõdum christianus est, & utiq; non incõuenienter arbitrer eum, quem uideo mihi rescribere noluisse, nihil sibi à me scribi uoluisse. Proinde obsecro te, ut quemadmodum ego tibi parui, atq; inter meas arctissimas occupatiões tuam sanctam mi hiq; charissimam uoluntatem offendere timui, si non facerem quod petisti, ita tu quoq; fa/cias quod peto. Hoc est aũt, ut breuiter quemadmodũ à te, sicut mihi indicasti, postulauit, ad omnia illi respondere non graueris, quod & ante facere potuisti. Scies enim cum legeris, nihil penè à me dictum, quod ipse non noueras, aut quod me tacente nosse non poteras. Sed hoc opus meum rogo habeas cum cæteris, quorum studio scis conuenire: Tuum uero illud, quod flagito, habeat ipse cui hoc potissimum congruit, & cæteri quos nõ parum ista delectãt, quemadmodum dici possunt abs te, inter quos & ipse sum. Viuas semper in Chri sto nostri memor.

Quæstionem primam soluens, docet resurrectionẽ mortuorum talem fore, qualis fuit nõ Lazari, sed Christi: & quod Christus post resurrectionem comedit, & cicatrices uulnerum habuit, non fuisse ficticium, nec necessitatis sed uoluntatis. D

Quæstio. MOVET quosdam, & requirunt de duabus resurrectionibus, quæ cõueniat promissæ resurrectioni, utrum nam Christi, an Lazari? Si Christi, inquiunt, quomodo potest hæc conuenire resurrectioni natorũ ex semine, eius qui nulla seminis conditione natus est? Si autem Lazari resurrectio conuenire asseritur, nec hæc quidem congruere uidetur. Siqui/dem Lazari resurrectio facta sit de corpore nondum tabescente, de eo corpore quo Laza/rus dicebatur: nostra autem multis seculis post ex confuso eruetur. Deinde si post resurre/ctionem status beatus futurus est, nulla corporis iniuria, nulla necessitate famis, quid sibi uult cibatum Christum fuisse, & uulnera monstrauisse? Sed si propter incredulum fecit, fin/

Solutio. xit: si autem uerum ostendit, ergo in resurrectione accepta futura sunt uulnera. Quibus re/spondetur, ideo non Lazari resurrectionem, sed potius Christi congruere promissæ resurre/ctioni, quia Lazarus ita resurrexit, ut iterum moreretur: Christus autem (sicut de illo scri/

Rom. 6 ptum est) surgens à mortuis, iam non moritur, & mors illi ultra non dominabitur. Quod etiam promissum est resurrecturis in fine seculi, & cum illo regnaturis in æternum. Sic autẽ non pertinet ad resurrectionem, differentia natiuitatis Christi & nostræ, quod ille sine uiri/li semine, nos autem non sine uiro & fœmina creati sumus, sicut etiã non pertinet ad ipsius mortis differentiam. Non enim propterea illius non uera mors fuit, quia sine uirili semine natus est: sicut nec ipsius primi hominis aliter exorta caro quàm nostra, quandoquidem il/le sine parentibus de terra creatus est, nos uero ex parentibus, aliquid attulit ad differentiã mortis, ut aliter ille moreretur, aliter nos. Sicut autem ad mortis, sic nec ad resurrectiõis dif/ferentiam ualet diuersa natiuitas. Sed si nec hoc quod scriptum est de primo homine, simi/liter infideles homines uolunt credere, quærãt uel animaduertant, si uel hoc possunt, quàm multorum animalium genera sine parẽtibus ex terra procreentur, quæ tamen coëundo pa/riant etiam ipsa sui simile, nec propter diuersitatem natiuitatis interfit aliquid ad naturam eorum, quæ procreata sunt ex terra, & eorum quæ illis coëuntibus orta sunt. Similiter enim uiuunt

A uiuunt,similiterq; moriuntur,q̃uis dissimiliter nata sint.Ita non est absurdum,ut similiter resurgant corpora, quæ dissimiliter orta sunt,Huiusmodi autem homines non ualentes intueri,ad quam rem interfit aliquid diuersum, & ad quam non interfit, ubi non aduerterint aliquam distantiam primordiorum,etiam omnia cõsequentia distare oportere contendũt: possunt tales putare oleum ex adipibus nõ debere natare super aquam, sicut illud quod ex oliua est, quoniam longe est utriusque origo dissimilis, quando illud ex ligno,hoc ex carne profluxerit.Quantum autem attinet ad illam differentiam,quod Christi corpus,non dissolutum tabe atque putredine,die tertio resurrexit,nostra uero post longum tempus, ex quo soluta discesserant confusione,reparabuntur, humanæ facultati utrumq; impossibile est,diuinæ autem potestati utrũq; facillimum. Vt enim radius oculi nostri,nõ citius peruenit ad propinquiora,quàm ad longinquiora,sed utraq; interualla, parili celeritate contingit:ita cũ in *ictu oculi, sicut apostolus dicit, fit resurrectio mortuorum,omnipotẽtiæ dei & ineffabili nutui tam facile est quæq; recentia, quàm diuturno tempore dilapsa cadauera suscitare. Incredibilia sunt hæc quibusdam,quia inexperta,cum omnis natura rerũ,tam sit plena miraculis,ut non quasi facili peruestigatione rationis, sed uidendi consuetudine, mira nõ sint, atque ob hoc, nec consideratione, nec inquisitione digna uideantur. Nam ego & mecum quicunq; inuisibilia dei per ea quæ facta sunt intelligere moliuntur,aut non minus aut amplius admiramur,in uno seminis tã paruulo grano,oĩa quæ laudamus in arbore tanq; latiata latuisse,quàm mundi huius tam ingentem sinum,quæ de corporibus humanis dum dilabuntur assumit,resurrectioni futuræ tota & integra redditurum.Quomodo autem cõtrarium est,& Christum post resurrectionem cibatum, & in resurrectione quæ promittit ciborum indigentiam nõ futuram,cum & angelos legamus eiusdem modi escas eodemq; modo sumpsisse,non ficto & inani phantasmate,sed manifestissima ueritate,nec tamen necessitate,sed potestate? Aliter enim absorbet terra aquam sitiens,aliter solis radius candens.Il

B la indigentia,iste potentia.Futuræ ergo resurrectionis corpus, imperfectæ felicitatis erit, si cibos sumere non potuerit, Imperfectæ felicitatis,si cibis eguerit. Possem hic de commutationibus corporalium qualitatum, & de præpotenti ualentia in inferiora corpora corporum superiorum latius disputare: Sed breuiter mihi respondere propositum est, & talibus ingenijs hoc scribitur, quæ admonere suffecerit. Sciat sanè qui has proposuit quæstiones, Christum post resurrectionem cicatrices non uulnera demonstrasse dubitantibus, propter quos etiam cibum ac potum sumere uoluit, non semel sed sæpius, ne illud non corpus, sed spiritum esse arbitrarentur,& sibi non solide,sed imaginaliter apparere.Tunc autem illæ falsæ cicatrices fuissent, si nulla uulnera præcessissent, & tamen nec ipsæ essent,si eas esse noluisset. Voluit autem certæ dispensationis gratia,ut eis quos ædificabat in fide non ficta,non aliud pro alio, sed hoc quod crucifixum uiderant, resurrexisse monstraret. Quid est ergo quod dicitur:Si propter incredulum fecit,finxit:quasi uero si quisquam uir fortis pro patria dimicãs,multa aduersa uulnera exciperet, & peritissimo medico,qui hæc ita curare ualeret, ut cicatrices nullæ apparerent,ipse potius diceret, sic se uelle sanari, ut magis essent in corpore suo uestigia uulnerum tanquam tituli gloriarum, ideo ille medicus cicatrices finxisse diceretur,quia cum per artem efficere potuerit ut non essent,certa existente causa, per artem effecit potius ut essent,quæ uno solo modo, sicut superius dixi,falsæ conuincerẽtur,si nulla uulnera sanarentur.

Quæstionem secundam soluens docet, & ante aduentũ Christi pios seruatos fuisse per Christũ,cuius gratia nulli gẽti,nullo seculo unq; defuit, nec ideo diuersam esse religionẽ,si culturæ modus cõsilio diuino,prout expedit hominum saluti,uariatur.

ITEM alia proposuerunt,quæ dicerent de Porphyrio contra Christianos, tanquã ualidiora decreta. Si Christus se inquiunt salutis uiam dicit, gratiam & ueritatem,in seque solo ponit animis sibi credentibus reditum, quid egerunt tot secu- Quæstio.

lorũ homines ante Christũ? Vt dimittã inquit tẽpora ante Latium regnatũ, ab ipso Latio C
quasi principiũ humani nominis sumamus, In ipso Latio ante Albã dij culti sunt, in Alba
æque religiones rituscꝫ ualuere templorum. Non paucioribus seculis ipsa Roma, longo se
culorum tractu, sine Christiana lege fuit. Quid inquit actum de tam innumeris animis, qui
omnino in culpa nulla sunt, siquidem is cui credi posset, nondum aduentum suum homini-
bus commodarat? Orbis quoꝫ cum ipsa Roma in ritibus templorum caluit. Quare inquit
saluator qui dictus est, sese tot seculis subduxit? Sed ne inquit dicant, lege Iudaica hominũ
uetere curatum genus, longo post tempore lex Iudæorum apparuit ac uiguit angusta Sy-
riæ regione, postea uero prorepsit etiam in fines Italos, sed post Cæsarem Caium, aut certe
ipso imperante. Quid igitur actum de Romanis animis uel latinis, quæ gratia nondum ad
Responsio. uenientis Christi uiduatæ sunt, usqꝫ in Cæsarum tempus? Huic propositioni respondetur, ut primo ipsi dicant, utrum profuerint hominibus deorum suorum sacra, quæ constat
certis temporibus instituta. Quæ si negant aliquid profuisse ad animarum salutem, nobis-
cum ea destruunt, & esse inania confitẽtur. Nos quidem etiam pernicioſa monstramus, sed
paruum non est ut ipsi interim prius inania fateantur. Si uero ea defendunt, & sapienter at
que utiliter asserũt instituta, quæro quid actũ sit de his qui anteꝫ hæc instituta essent mor
Iugulat illos suo gladio. te obierunt, hac enim utiq; salute atqꝫ utilitate fraudati sunt. Si autem potuerũt alio modo
purgari, cur non idem modus perseuerauit in posteros? Quid opus erat instituere nouitias
consecrationes, quæ antiquitus non fuerunt? Hic si dicunt deos quidem ipsos semper fuisse
& ad liberandos cultores suos pariter ubiqꝫ ualuisse, sed pro uarietate rerum temporalium
ac terrenarum, quæ scirent certis temporibus locisꝫ congruere, in his aliâs atqꝫ aliâs, alibi at
que alibi, aliter atqꝫ aliter sibi uoluisse seruiri, cur hanc quæstionem Christianæ religioni in-
gerunt, in qua nobis ipsi pro dijs suis aut respondere non possint, aut si possunt in eo ipso si
bi etiam pro nostra religione respondeant, Ita nihil interesse pro diuersa temporum locorũ
ꝫ congruentia, quàm diuersis sacramentis colatur, si quod colitur sanctum est, sicut nihil in D
teresť pro diuersa linguarum auditorumꝫ congruentia, ꝫ diuersis sonis dicatur, si quod di
citur uerum est: dum hoc sanè interſit, quod linguæ sonos quibus inter se sua sensa commu-
nicent, etiam homines pacto quodam societatis sibi instituere possunt, Quibus autem sa-
cris diuinitati congruerent, uoluntatem dei secuti sunt, qui recte sapuerũt. Quæ omnino nũ
quam defuit ad salutem iustitiæ pietatiꝫ mortalium, & si qua in alijs atque alijs populis,
una eademꝫ religione sociatis uarie celebrantur, quatenus fiat plurimum refert, quo & hu-
mana exhortetur uel toleretur infirmitas, & diuina non oppugnetur autoritas. Quamobrẽ
cum Christum dicamus uerbum dei, per quod facta sunt omnia, & ideo filium, quia uerbũ
nec uerbum dictum atqꝫ transactum, sed apud incommutabilem patrem incommutabile
ipsum atqꝫ incommutabiliter manens, sub cuius regimine uniuersa creatura spiritalis & cor
poralis, pro congruentia temporum locorumque administratur, cuius moderandæ & gu-
bernandæ, quid, quando & ubi, circa eam fieri oporteat, sapiẽtia & scientia, penes ipsum est,
Profecto & antequam propagaret Hebræorum gentem, per quam sui aduentus manife-
stationem congruis sacramentis præfiguraret, & ipsis temporibus Israelitici regni, & deinde
cum se in carne de uirgine accepta mortalibus mortaliter mõstrauit, & deinceps usqꝫ nunc,
cum implet omnia quæ per prophetas ante prædixit, & abhinc usque in finem seculi, quo
sanctos ab impijs dirẽpturus est, & sua cuiqꝫ retributurus, idem ipse est filius dei, patri coæ-
ternus, & incommutabilis sapientia, per quam creata est uniuersa natura, & cuius particípa-
tione omnis rationalis anima fit beata. Itaqꝫ ab exordio generis humani, quicunqꝫ in eum
crediderunt, eũque utcunque intellexerunt, & secundum eius præcepta pie & iuste uixerunt,
quandolibet & ubilibet fuerint, per eum proculdubio salui facti sunt. Sicut enim nos in eũ
credimus & apud patrem manentem, & qui in carne iam uenerit: sic credebant in eum an-
tiqui, & apud patrem manentem, & in carne uenturum. Nec quia pro temporum ua-
rietate nunc factum annunciatur, quod tunc futurum prænunciabatur, ideo fides ipsa uari-
ata,

A atá,uel ſalus ipſa diuerſa eſt. Nec quia una eademque res,aliis atq; aliis ſacris & ſacramentis uel prædicatur aut prophetatur,ideo alias atq; alias res,uel alias atq; alias ſalutes oportet intelligi. Quid autem quando fiat quod ad unam eademq; fidelium & piorum liberationem pertineat, conſilium deo tribuamus,nobis obedientiam teneamus. Proinde aliis tunc nominibus & ſignis,aliis autem nunc, & prius occultius,poſtea manifeſtius, & prius à paucioribus, & poſtea à pluribus, una tamẽ eadẽq; religio uera ſignificatur & obſeruatur. Nec nos eis obiicimus,quod aliter Numa Pompilius,deos colẽdos Romanis inſtituit,atque aliter ab eis uel Italis antea colebantur,nec quod Pythagoreis temporibus illa philoſophia celebratà eſt,quæ antea uel omnino non erat,uel in pauciſſimis eadem ſentiẽtibus, non tamen eodem ritu uiuentibus fortaſſe latitabat:ſed utrum illi dij ueri aut colendi ſint, & utrũ illa philoſophia animarũ ſaluti aliquid profit,hoc cũ eis agimus, hoc in quæſtionẽ uocamus,hoc diſputando cõuellimus. Deſinant igitur obiicere nobis,quod omni ſectæ,& omni nomini religionis obiici poteſt. Cum enim non fortuito labi, ſed diuina prouidẽtia tempora ordinari fateantur, quid cuiq; tempori aptum & oportunum ſit,humanum conſilium prætergreditur,& illinc diſpergitur,unde ipſa prouidentia rebus conſulit. Si enim dixerint propterea non ſemper nec ubique fuiſſe Pythagoricam diſciplinam, quia Pythagoras homo fuit, neque hoc in poteſtate habere potuit: nunquid hoc etiam dicere poſſunt, eo ipſo tempore quando fuit, in & his terrarum locis ubi illa philoſophia uiguit, omnes qui eum audire potuerunt,etiam credere ſectariq; eum uoluiſſe? Ac per hoc magis ſi tantæ poteſtatis fuiſſet Pythagoras,& ubi uellet, & quando uellet,ſua dogmata prædicaret:& ſi haberet etiam cum ea poteſtate ſummam rerum præſcientiam,nuſquam & nunquam appareret,niſi ubi & quãdo ſibi homines credituros eſſe prænoſceret. Proinde cum Chriſto non obiiciant, quod eius doctrinam non omnes ſequuntur:ſentiunt enim & ipſi, nequaquam hoc recte obiici poſſe,uel philoſophorum ſapiẽtiæ uel etiam numini deorum B ſuorum: quid reſpondebunt ſi excepta illa altitudine ſapientiæ & ſcientiæ dei, ubi fortaſſis aliud diuinum conſilium longe ſecretius latet,ſine præiudicio etiam aliarum forte cauſarũ, quæ à prudentibus inueſtigari qucunt, hoc ſolum eis breuitatis gratia,in huius quæſtionis diſputatione dicamus,tunc uoluiſſe hominibus apparere Chriſtum, & apud eos prædicari doctrinam ſuam, quando ſciebat & ubi ſciebat eſſe qui in eum fuerant credituri? His enim temporibus & his locis,quibus Euangelium eius non eſt prædicatum,tales omnes in eius prædicatione futuros eſſe præſciebat,quales non quidẽ omnes,ſed tamen multi in eius corporali præſentia fuerunt,qui in eum nec ſuſcitatis ab eo mortuis credere uoluerunt:quales etiam nunc multos uidemus, cum tanta manifeſtatione de illo compleantur præconia prophetarũ,nolle adhuc credere,& malle humana aſtutia reſiſtere,quàm tam præclaræ atque perſpicuæ tamq; ſublimi & ſublimiter diffamatæ diuinæ credere autoritati. Quandiu paruus & infirmus eſt intellectus hominis,diuinæ debet credere ueritati. Quid ergo mirũ ſi tam infidelibus plenum orbem terrarum Chriſtus prioribus ſeculis nouerat,ut eis apparere,uel prædicari merito nollet, quos nec uerbis nec miraculis ſuis credituros eſſe præſciebat? Neque enim incredibile eſt tales fuiſſe tunc omnes, quales ab eius aduentu uſque ad hoc tempus,tam multos fuiſſe & eſſe miramur:& tamen ab initio generis humani,aliâs occultius, aliâs euidentius, ſicut congruere temporibus diuinitus uiſum eſt, nec prophetari deſtitit,nec qui in eum crederent defuerunt,ab Adam uſque ad Moyſen, & in ipſo populo Iſraël, qui ſpeciali quodam myſterio gens prophetica fuit, & in aliis gentibus antequam ueniſſet in carne. Cum enim nonnulli commemorantur in ſanctis Hebraicis libris, iam ex tempore Abraæ,nec de ſtirpe carnis eius,nec ex populo Iſraël, nec ex aduẽticia ſocietate in populo Iſraël, qui tamen huius ſacramenti participes fuerunt, cur non credamus etiam in cæteris hãc atque illac gentibus, aliâs alios fuiſſe, quamuis eos commemoratos in eiſdem autoritatibus nõ legamus? Ita ſalus religionis huius, per quã ſolam uerã ſalus uera ueraciterq; promittitur, nulli unquam defuit qui dignus fuit, & cui defuit dignus non fuit, Et

cõſilium dei.

ab exordio propagationis humanæ,usque in finem,quibusdam ad præmium,quibusdam C
ad iudicium prædicatur. Ac per hoc & quibus omnino annunciata non est, non credituri
præsciebantur,& quibus non credituris tamen annunciatâ est,in illorum exemplo demon/
strantur.Quibus autem credituris annunciatur,hi regno cœlorum & sanctorum angelorũ
societati præparantur.

Quæstionem tertiam soluens docet, immolationem pecudum,& incendium thu/
ris non reprehensum in Iudæis, quoniam hæc uero deo immolabantur. Latriam nec
hominibus pijs,nec angelis bonis exhibẽdam,multo minus saxis ac dæmonibus.De
nique non ideo religionem apud Christianos aliam esse q̃ fuit apud Iudæos aut pios
ante legem,quod ritus sacrificiorum sunt nouati.

Quæstio. IAM uideamus eam quæ sequitur quæstionem.Accusant inquit ritus sacrorũ, ho/
stias,thura,& cætera quæ tẽplorum cultus exercuit, cum idem cultus ab ipsis inqt
uel à deo quem colunt exorsus est tẽporibus priscis,cum inducitur deus primitus
Responsio. eguisse.Huic respondetur: quoniam ex illo scripturarum nostrarum loco hæc quæstio pro/
Gen.4 posita agnoscitur,ubi scriptum est, Cain ex fructibus terræ, Abel autem ex primitiuis ouiũ
obtulisse munus deo,Hinc potius esse intelligendum q̃ sit res antiqua sacrificiũ,quod non
nisi uni deo uero offerri oportere, ueraces & sacræ litteræ monent, nõ quod illo egeat deus,
cum in eisdem ipsis litteris apertissime sit scriptum, Dixi domino, deus meus es tu, quoniã
Psal. 15 bonorum meorum non eges:sed quod etiam in his,uel acceptandis uel reprobãdis uel per
cipiendis,non nisi hominibus consulat,Nobis enim prodest colere deum,non ipsi deo.Cũ
ergo inspirat & docet quomodo colendus sit, non solum sua nulla indigentia facit, sed no/
stra maxima utilitate.Significatiua sunt autem omnia talia sacrificia,& quarundam rerum
similitudines,quibus admoneri nos oporteat ad eaipsa quorum similitudines sunt,siue scru
tanda,siue noscenda,siue recolenda.De qua re quantum satis est differenda,nõ breuis ser/
mo flagitandus est,quo nũc respondere nobis propositum non est, præsertim quia in alijs D
10.de ciuitate dei,cap.19. & 20 opusculis nostris,de hac re multa iam diximus. Et qui ante nos dei eloquia tractauerũt, de
similitudinibus sacrificiorum ueteris testamenti, tanquam umbris figurisq̃ futurorum co/
piose locuti sunt. Hoc sanè nec in ista breuitate prætereundum est, quod templum,sacerdo
tem,sacrificium,& alia quæcunq; ad hæc pertinẽtia,nisi uni uero deo deberi nossent dij fal/
si,hoc est dæmones,qui sunt præuaricatores angeli,nũquam hæc sibi à cultoribus suis quos
decipiunt expetissent. Verum hæc cum exhibentur deo,secundum eius inspirationem atq;
doctrinam,uera religio est,cum autem dæmonibus secundum eorum impiam superbiam,
noxia superstitio.Quapropter qui Christianas litteras utriusq; testamenti sciunt, non hoc
culpant in sacrilegis ritibus paganorum,quod construant templa, & instituant sacerdotia,
& faciant sacrificia,sed quod hæc idolis & dæmonijs exhibeant.Et idola quidem omni sen/
su carere, quis dubitet? Veruntamen cum his locantur sedibus, honorabili sublimitate,ut
à precantibus atque immolantibus attendantur, ipsa similitudine animatorum membro/
rum atq; sensuum,quamuis insensata & exanima afficiũt infirmos animos, ut uiuere ac spi
rare uideantur,accedente præsertim ueneratione multitudinis,qua tantus eis cultus dei im/
Psal.113 penditur.Quibus morbidis & pestilentiosis affectibus medetur scriptura diuina, quæ rem
quidem notam,sed tamen salubri remedio admonitionis inculcat, dicẽs: Oculos habent &
non uident, aures habent & non audiunt, & cætera talia.Hæc enim uerba quo magis aper
ta & populariter uera sunt, eo magis incutiunt salubrem pudorem illis,q cũ talibus simula
chris diuinum cum timore cultum exhibent,eaq; uiuentibus similia uenerantes,adorantes
que contuentur, eisq; uelut præsentibus preces allegant, uictimas immolant, uota perfol/
uunt, sic afficiuntur omnino ut ea sensu carentia putare non audeant. Ne arbitrentur autẽ
isti hoc solũ nostros libros uelle sonare, quod huiusce modi affectus humano cordi ex ido/
Psal.95 lis innascitur,apertissime scriptum est:quoniam omnes dij gẽtium dæmonia. Vnde & apo/
stolica disciplina non solũ dicit, quod apud Ioannem legitur, Fratres cauete à simulachris,
uerumetiã

A uerũetiam quod apud Paulum, Quid ergo? Dico quod idolis immolatum ſit aliquid, aut idolum eſt aliquid? Sed quæ immolant gentes, dæmonijs & non deo immolant, nolo autẽ uos ſocios fieri dæmoniorum. Vnde ſatis intelligi poteſt, non tam ipſam immolationem (nam uero deo priſci ſancti immolauerunt) ſed quod dijs falſis & impijs dæmonijs immolatur, reprehendi à uera religione, in ſuperſtitionibus gentium. Sicut enim ueritas hortatur homines fieri ſocios ſanctorum angelorum, ita ſeducit impietas ad ſocietatem dæmoniorum, cui præparatur ignis æternus, ſicut regnum æternum ſocietati ſanctorũ. Necꝫ illinc excuſant impij ſua ſacrilega ſacra & ſimulachra, quod eleganter interpretantur quid quæqꝫ ſignificent. Omnis quippe illa interpretatio ad creaturam refertur, non ad creatorem, cui uni debetur ſeruitus religionis, illa quæ uno nomine latria græce appellatur. Nec nos dicimus terram, mariа, cœlum, ſolem, lunam, ſtellas, & quaſdam non in promptu ſitas cœlites poteſtates eſſe dæmonia: ſed cum omnis creatura partim corporalis ſit, partim uero incorporalis, quam etiam ſpiritalem uocamus, manifeſtũ eſt id quod à nobis pie ac religioſe fit, à uoluntate animi proficiſci, quæ creatura ſpiritalis eſt, & omni corporali præponẽda. Vnde colligitur corporali creaturæ non eſſe ſacrificãdum. Reſtat ſpiritalis, quæ uel pia, uel impia eſt. Pia ſcilicet in hominibus & angelis iuſtis & deo rite ſeruientibus, impia uero in hominibus & angelis iniquis, quos etiam dæmones dicimus. Ac per hoc nec ſpiritali, quamuis iuſtæ creaturæ ſacrificandum eſt. Quoniam quantomagis pia eſt & ſubdita deo, tanto minus ſe tali honore dignatur, quem ſcit non deberi niſi deo. Quãto ergo pernicioſius eſt ſacrificare dæmonijs, hoc eſt iniquæ ſpiritali creaturæ, quæ in hoc proximo & caliginoſo cœlo inhabitans, tanꝫ in aereo carcere ſuo prædeſtinata eſt ſupplicio ſempiterno? Quamobrem etiã, cum ſe homines ſuperioribus cœleſtibus poteſtatibus, quæ nõ ſunt dæmonia, ſacrificare dicunt, & ſolius nominis intereſſe arbitrantur, quod illi deos, nos eos angelos appellamus, nõ ſe opponunt eis ludificandis multiplici fallacia, niſi dæmones qui errore delectantur & quo B dammodo paſcuntur humano, quoniam ſancti angeli non approbant ſacrificium, niſi qđ ex doctrina ueræ ſapientiæ, ueræqꝫ religionis offertur uni uero deo, cui ſancta ſocietate deſeruiunt. Proinde ſicut impia ſuperbia, ſiue hominum, ſiue dæmonum, ſibi hos diuinos honores exhiberi uel iubet uel cupit: ita pia humilitas uel hominum uel angelorum ſanctorũ, hæc ſibi oblata recuſauit, & cui deberet oſtẽdit. Cuius rei manifeſtiſſima in ſacris litteris noſtris exempla monſtrantur. Diſpertita autem diuinis eloquijs ſacrificia pro temporum congruentia, ut alia fierent ante manifeſtationem noui teſtamẽti, quod ex ipſa uera & in unius ſacerdotis uictima, hoc eſt effuſo Chriſti ſanguine miniſtratur, & aliud nunc quod huic manifeſtationi eſt cõgruum, qui iam declarato nomine Chriſtiani appellamur offeramus, nõ ſolum euangelicis, uerumetiam propheticis litteris demonſtratur. Mutatio quippe non dei non ipſius religionis, ſed ſacrificiorum & ſacramentorum impudenter nunc uideretur prædicata, niſi fuiſſet ante prædicta. Quemadmodũ enim unus idemꝫ homo, ſi deo mane aliud offerat, aliud ueſpere, pro congruentia diurni temporis, non deum mutat, non religionẽ, ſicut nec ſalutem, qui alio modo mane, alio ueſpere ſalutat. Ita uniuerſo tractu ſeculorum, cum aliud oblatum eſt ab antiquis ſanctis, aliud ab eis qui nunc ſunt offertur, nõ humana præſumptione, ſed autoritate diuina temporibus congrua ſacra myſteria celebrantur, nõ deus aut religio commutatur.

λατρία.

Quæſtionem quartam ſoluens oſtendit quomodo perpendenda peccatorum & æternæ pœnæ proportio, quodque iuſte deus pro temporarijs delictis reddit æterna ſupplicia.

AM nunc deinde uideamus, quale ſit quod de menſura peccati atqꝫ ſupplicij propoſuit, ſic euangelio calumniatus. Minatur inquit Chriſtus ſibi non credentibus, æterna ſupplicia. Et alibi ait: In qua menſura menſi fueritis remetietur uobis. Satis inquit ridicule atqꝫ contrarie. Nam ſi ad menſuram redditurus eſt pœnã, & omnis menſura circumſcripta eſt fine tẽporis, quid ſibi uolũt minæ infiniti ſupplicij? Iſtam quæſtiõem

Quæſtio.

Matth. 7.

Solutio à qualicunq; philosopho esse obiectam atq; propositam difficile est credere. Quippe qui C
ait,omnis mensura circumscribitur tempore, quasi non soleat nisi temporum esse mensura,
sicut horarum,& dierum,& annorum: Vel sicut dicimus breuem syllabā simplum habere
Rabo temporis,ad syllabam longam.Puto enim modios,& rabones,urnas & amphoras,nó tem
porum esse mensuras.Quomodo ergo omnis mensura circumscribitur tẽpore? Nónne ipsi
dicunt,solem istum sempiternum esse,qui tamen quantus sit ad terram,mensuris geometri
cis perscrutari audent & renunciare? Quod siue possint siue non possint, constat eum tamẽ
propriam sui orbis habere mensuram. Quia & si comprehẽdunt quantus sit,mensurā eius
comprehendunt,& si hoc non assequuntur,mensurā eius utiq; non cõpreliendunt,nec ideo
nulla est,quia homines eam nosse non possunt. Potest igitur aliquid & sempiternum esse,
& certam sui modi habere mẽsuram. Secundum ipsos em de solis æternitate locutus sum,
ut sua sententia conuincantur atq; concedant esse posse aliquid cum mensura sempiternũ.
Ac sic non ideo putent non esse credendũ de supplicio sempiterno,quod minatus est Chri
stus,quia idem dixit,In qua mensura mensi fueritis, remetietur uobis.Si enim dixisset, qđ
mensi fueritis,hoc metietur uobis,etiam sic non omnino ad eandem rem ex omni parte re
cesse esset referre sententiam.Possumus enim recte dicere, quod plantaueris, hoc decerpes,
quamuis nemo plantet pomum sed lignum,decerpit autem pomum magis q̃ lignum,sed
illud dicimus secundũ arboris genus,quia non ficũ plantat,unde nucẽ decerpat.Ita dici pos
set,quod feceris patieris,non ut si stuprum fecerit, stuprum patiatur, sed quod peccato isto
fecit legi,hoc ei lex faciat,id est,quia legem talia prohibentem de sua uita abstulit, auferat
eum etiam ipsa lex de hominum uita, quā regit.Itẽ si dixisset quantũ mensi fueritis, tãtum
remetietur uobis,nec sic esset consequẽs, ut omnimodo æquales peccatis pœnas intelligere
deberemus.Neq; enim æqualia sunt, uerbi gratia,triticũ & hordeum.Et profecto dici pos
set,quantũ mensi fueritis tantum remetietur uobis, hoc est quantum tritici tantum hordei.
Quod si de doloribus ageretur atq; diceretur,quantum dolorem ingesseritis,tantus ingere D
tur uobis,fieri posset ut tantus dolor esset, q̃uis tempore diuturnior, hoc est, mora maior,
ui par.Neq; enim si de duabus lucernis dicamus,tantum ignis iste caluit quantũ ille, Ideo
falsum erit quia una earum forte citius extincta est.Non itaq; si aliquid secundũ aliud tan
tũ est,secundũ aliud non est tantũ,quia nõ omnino tantũ est, ideo falsus est modus in quo
Matth.7. tantum est.Cũ uero dixerit,In qua mensura mensi fueritis,remetietur uobis,quumq; mani
festum sit,aliud esse mensuram in qua metitur aliquid, aliud ipsam rem quæ metitur, iã fie
ri potest,ut in qua mensura homines mensi essent,uerbi gratia,modium tritici,in ea illis me
tiantur milia modiorũ,ut & tam multũ interesset in quantitate frumenti & nihil in mẽsura:
ut taceam de ipsarum rerũ diuersitate,quia non solũ fieri potest, ut in qua mẽsura quis mẽ
sus fuerit hordeum,in ea illi metiatur triticum,sed qua mensus fuerit frumentũ, in ea illi me
tiatur aurũ,& frumenti sit unus modius,auri q̃plurimi. Ita cum sine comparatione rerum
ipsarum,& genus & quantitas differat,dici tamen rectissime potest,In qua mensura mẽsus
al' mensum. est,in ea illi metitũ est. Vnde aũt hoc dixerit Christus,paulo superius satis elucet.Nolite in
quit iudicare ut non iudicemini. In quo enim iudicio iudicaueritis,iudicabimini.Nunquid
si iniquo iudicio iudicabunt,iniquo iudicabũtur? Absit. Nulla quippe iniquitas apud deũ.
Sed ita dictum est,In quo iudicio iudicaueritis,in eo iudicabimini, tanq̃ diceretur, In qua
uoluntate benefeceritis,in ipsa liberabimini, uel in qua uoluntate malefeceritis,in ipsa puni
emini. Velut si quispiam ad turpem concupiscentiam oculis utens excæcari iuberetur, recte
utiq; audiret,In quibus oculis peccasti,in eis supplicium meruisti. Iudicio enim quisq; ani
mi sui,seu bono seu malo utitur,uel ad benefaciendum,uel ad peccandum. Vnde non ini
quum est,ut in quo iudicat in eo iudicetur, Hoc est ut in ipso animi sui iudicio pœnas luat,
cum ea mala patitur,quæ male iudicantẽ animũ cõsequunt. Alia nanq; sunt manifesta tor
menta,quæ post futura præparantur, etiã ipsa ex eodẽ malæ uoluntatis cardine extracta.
In ipso autem animo,ubi appetitus uoluntatis hominum est,humanorum mensura facto
rum cõtinuo

A rum continuo pœna ſequitur culpã,plerumq; maior non ſentientis cæcitate gratiore. Ideo cũ dixiſſet,In quo iudicio iudicaueritis iudicabimini,ſecutus adiunxit:Et qua menſura mẽſi fueritis metiet uobis.In uolũtate quippe propria metietur bonus homo bona facta,& in ea metietur ei beatitudo.Itemq; in uoluntate propria, metietur malus homo mala opera, & in ea metietur ei miſeria:quoniã ubi quisq; bonus eſt, cũ bene uult, ibi etiam malus cum male uult. Ac per hoc ibi etiã fit uel beatus uel miſer, hoc eſt in ipſo ſuæ uolũtatis affectu, quæ omnium factorum meritorumq; menſura eſt.Ex qualitatibus quippe uoluntatũ,non ex temporum ſpatijs,ſiue recte facta ſiue peccata metimur. Alioquin maius peccatũ habe-retur,arborẽ deiſcere q; hominẽ occidere. Illud enim fit lõga mora,ictibus multis,hoc uno ictu breuiſſimo tempore:pro quo tamen exigui tẽporis tam grandi peccato,ſi perpetua de portatione homo puniretur,etiã mitius cũ illo actũ,q; dignus fuerat diceretur, q̃uis in ſpatio tẽporali longitudine pœnæ,cum breuitate facinoris nullo modo ſit cõparanda.Quid ergo contrariũ eſt,ſi erunt pariter longa,uel etiam pariter æterna ſupplicia,ſed alijs alia mitiora,uel acriora:ut quibus tempus æquale eſt, non ſit æqualis aſperitas,propter menſurã etiã peccatorum,non in productione temporum,ſed in uoluntate peccantium? Voluntas quippe ipſa punitur,ſiue animi ſupplicio ſiue corporis, ut quæ delectatur in peccatis,ipſa plectatur in pœnis,& ut qui iudicat ſine miſericordia,ſine miſericordia iudicetur.Et in hac quippe ſententia,ad hoc ſolum eadem menſura eſt,ut quod non præſtitit,non ei præſtetur.Atque ita q; ipſa iudicatur æternũ erit,quãuis quod iudicauit,æternũ eſſe nequiuerit.In eadem igitur menſura,quãuis non æternorum malefactorum, æterna ſupplicia remetiuntur,ut quia æternam uoluit haberi peccati perfruitionem,æternam uindictæ inueniat ſeueritatem. Nõ autem finit propoſita breuitas reſponſionis meæ,ut colligã omnia,uel certe q̃plurima quæ de peccatis, & de peccatorum pœnis,ſancti libri habent , atq; ex his unam eruam ſine ulla ambiguitate ſententiam,ſi tamen id ualeã uiribus mentis, etiam ſi congruum nanciſcar oci-B um.Nunc tamen arbitror ſatis eſſe monſtratum, non eſſe contrarium æternitati ſupplicio-rum,q; in eadem menſura redduntur, in qua peccata commiſſa ſunt.

Quæſtionem quintam ſoluens docet à Salomone fieri mentionem filij dei.

Quæſtio.

POST hanc quæſtionem,qui eas ex Porphyrio propoſuit,hoc adiunxit. Sanè etiã de illo inquit me dignaberis inſtruere,ſi uere dixit Salomon:Filium deus non habet. Cito reſpondetur. Non ſolũ hoc non dixit,uerumetiam dixit,q; deus habeat filium. Apud eũ enim ſapientia loquens ait,Ante omnes colles genuit me. Et quid eſt Chriſtus,niſi dei ſapientia? Item quodam loco prouerbiorum, Deus inquit docuit me ſapientiam,& ſcientiam ſanctorum cognoui. Quis aſcendit in cœlum & deſcendit? Quis collegit uentos in ſinum? Quis cõuertit aquam in ueſtimento? Quis tenuit fines terræ? Quod nomen eſt ei,aut quod nomen eſt filij eius? Horum duorum quæ in extremo commemoraui, unũ retulit ad patrem,id eſt,quod nomen eſt ei,propter quod dixerat,deus docuit me ſapientiam. Et alterum euidenter ad filium cum ait,aut quod nomen eſt filij eius,propter cætera quæ de filio magis intelliguntur,hoc eſt,quis aſcendit in cœlum,& deſcendit. Quod Paulus ita commemorat. Qui deſcendit,ipſe eſt & qui aſcendit ſuper omnes cælos. Quis colligituentos in ſinum, id eſt animas credentium in occultum atq; ſecretum. Quibus dicitur. Mortui enim eſtis,& uita ueſtra abſcondita eſt cum Chriſto in deo. Quis cõuertit aquam in ueſtimento,ut dici poſſet, Quotquot in Chriſtũ baptizati eſtis,Chriſtũ induiſtis . Quis tenuit fines terræ,qui dixit diſcipulis ſuis: Eritis mihi teſtes in Hieruſalem & in tota Iudæa & Samaria,& usq; in fines terræ.

Solutio.

prouer. 8

Prouer.30.

Ephe.4.

Col.3

Galat.3.

Acto.1

Quæſtionem ſextam diſſoluens,oſtendit miracula ſacris prodita ſcripturis,aut credenda omnia,aut negligenda omnia,aperiens allegoriam de Iona à ceto abſorpto,de

hedera,& uerme matutino, Deũ factis loqui,poſtremo in his quæ Chriſtus interpretatus eſt,non eſſe liberam hominum diuinationem.

Quæſtio. POSTREMA quæſtio propoſita eſt de Iona, nec ipſa quaſi ex Porphyrio,ſed tanq̃ ex irriſione paganorũ.Sic enim poſita eſt. Deinde quid ſentire,inquit,debemus de Iona,qui dicitur in uentre ceti triduo fuiſſe,quod ἀπιθανόν eſt & incredibile, tranſuoratum cum ueſte hominem,fuiſſe in corde piſcis,Aut ſi figura eſt,hanc dignaberis pandere. Dein de quid ſibi etiam illud uult, ſupra euomitum Ionam cucurbitã natam, quid cauſæ fuit ut hæc naſceretur.Hoc enim genus quæſtiõis,multo cachinno à paganis grauiter irriſum ani

Solutio. maduerti. Ad hoc reſpondetur,quod aut omnia diuina miracula credẽda non ſint, aut hoc cur non credatur cauſa nulla ſit.In ipſum autẽ Chriſtum,quod tertio die reſurrexit nõ crederemus,ſi fides Chriſtianorum cachinnũ metueret paganorũ. Cum autem hinc quæſtionem non propoſuerit amicus noſter,utrũ credendũ ſit,uel Lazarũ reſuſcitatũ eſſe quarto die,uel ipſum Chriſtũ tertio die reſurrexiſſe,multum miror hoc quod factũ eſt de Iona, eum pro incredibili poſuiſſe,niſi forte facilius putat mortuũ de ſepulchro reſuſcitari, q̃ uiuum in tam uaſto uentre belluæ potuiſſe ſeruari. Vt enim omittam cõmemorare,quanta

Coſtæ ceti. magnitudo belluarũ marinarum,ab eis qui experti ſunt iudicetur,uẽter quẽ coſtæ illæ muniebant,quæ Carthagine in publico fixæ populo notæ ſunt, quot homines in ſpacio ſuo capere poſſet,quis nõ cõſ̃iciat,quanto hiatu patebat os illud quod uelut ianua ſpelũcæ illius fuit:niſi forte ut poſuit,ueſtis eſſet impedimento ne Ionas deuorari poſſet illæſus: quaſi per anguſta ſeſe coartauerit, qui per abruptum aëris præcipitatus, ſic exceptus eſt,ut prius reciperetur uentræ beſtiæ,quàm dente laceraretur,Quanq̃ ſcriptura neq; nudum neq; ueſtitum in illud antrum deiectũ eſſe dixerit,ut poſſit intelligi illuc etiã nudus irruiſſe,ſi forte opus erat,tanquã ouo corium,ita illi ueſtem detrahi,quo facilius ſorberetur.Sic enim ſunt homines de prophetæ huius ueſte ſoliciti, quaſi aut per feneſtram paruam repſiſſe, aut in balneas intraſſe dicatur, quo etiam ſi neceſſe eſſet intrare ueſtitum,uix moleſtum eſſet,non tamen mirum. Sed habent reuera quod non credant in diuino miraculo, uaporem uẽtris quo cibi madeſcunt potuiſſe ita temperari,ut uitam hominis conſeruaret: Quanto incredibilius ergo proponerent tres illos uiros,ab impio rege in caminum miſſos,deambulaſſe in medio ignis illæſos? Quapropter ſi nulla iſti diuina miracula uolunt credere,alia diſputatione refellendi ſunt. Neq; enim debent unum aliquid tanquam incredibile proponere, & in quæſtionem uocare,ſed omnia quæ uel talia,uel etiam mirabiliora narrantur, Et tamen

Apuleius. Apollonius. ſi hoc quod de Iona ſcriptũ eſt,Apuleius Madaurenſis,uel Apollonius Tyaneus feciſſe dicetur,quorum multa mira, nullo fideli autore iactitant, quamuis & dæmones nonnulla faciant angelis ſimilia,non ueritate ſed ſpecie,non ſapientia,ſed planè fallacia,Tamen ſi de iſtis ut dixi, quos magos uel philoſophos laudabiliter nominant, tale aliquid narraretur,

τῦφος. non iam in buccis creparet riſus, ſed typhus.Ita rideant ſcripturas noſtras, quantum poſſunt rideant,dum per ſingulos dies rariores paucioresq; ſe uideant, uel moriendo, uel credendo, dum implentur omnia quæ prædixerunt, qui hos contra ueritatem inaniter pugnaturos, uane latraturos, paulatim defecturos, tanto ante riſerunt, nobisq; poſteris ſuis,non ſolum ea legenda dimiſerunt, uerum experienda promiſerunt. Non ſanè abſurde, neque importune requiritur, quid iſta ſignificent, ut cum hoc expoſitum fuerit, non tantum geſta,ſed etiam propter aliquam ſignificationem conſcripta eſſe credantur. Prius ergo non dubitet, Ionam prophetam in aluo ingenti marinæ beluæ triduo fuiſſe,qui uult ſcrutari,cur nam hoc factum ſit, Non enim fruſtra factum eſt, ſed tamen factum eſt. Si enim mouẽt ad fidem quæ figurate tantum dicta non facta ſunt, quanto magis mouere debent,quæ figurate non tantum dicta ſed facta ſunt. Nam ſicut humana conſuetudo uer-

Deus factis loquitur. bis,ita diuina potentia etiam factis loquitur.Et ſicut ſermoni humano uerba noua,uel minus uſitata, moderate ac decenter aſperſa, ſplendorem addunt, ita in factis mirabilibus congruenter aliquid ſignificantibus, quodammodo luculentior eſt diuina eloquentia.

Proinde

A Proinde quid figurauerit, quod prophetã belua illa deuoratũ, tertio die uiuũ reddidit, cur à nobis quæritur cum hoc Christus exponat? Generatio inquit praua & adultera signũ quærit, & signũ non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ. Sicut enim Ionas fuit in uentre ceti, tribus diebus & tribus noctibus: sic erit filius hominis in corde terræ, tribus diebus & tribus noctibus. De ipso autẽ triduo mortis domini nostri Iesu Christi, quomodo ratio reddatur, cum à parte totum intelligitur, in die primo & nouissimo, ut toti tres dies idem cum suis noctibus cõputentur, longum est disserere, & in alijs sermonibus iam sæpissime dictũ est. Sicut ergo Ionas ex naui in aluum ceti, ita Christus ex ligno in sepulchrum, uel in mortis profundum. Et sicut ille pro his qui tempestate periclitabantur, ita Christus pro his qui in hoc seculo fluctuant. Et sicut primo uisum est, ut prædicaretur Niniuitis à Iona, sed non ad eos peruenit prophetia Ionæ, nisi posteaq̃ cum cetus euomuit: ita prophetia præmissa est ad gentes, sed nisi post resurrectionem Christi non peruenit ad gentes. Iam uero quod tabernaculum sibi constituit, & consedit ex aduerso ciuitatis Niniue, quid ei futurũ esset expectans, alterius significationis personam propheta gestabat. Præfigurabat enim carnalẽ populũ Israel. Nam huic erat & tristicia de salute Niniuitarum, hoc est de redemptione & liberatione gentium. Vnde uenit Christus uocare, non iustos sed peccatores in pœnitentiã. Vmbraculũ ergo cucurbitæ super caput eius, promissiones erant ueteris testamẽti, uel ipsa iam munera, in quibus erat utiq̃, sicut dicit apostolus, umbra futurorũ, tanq̃ ab æstu tẽpo raliũ malorum in terra promissionis defensaculum præbẽs. Vermis autem matutinus quo rodente cucurbita exaruit, idem ipse rursus Christus occurrit, ex cuius ore euangelio diffamato, cuncta illa quæ temporaliter apud Israelitas uelut umbraculi prius significatione uiguerunt, euacuata marcescũt. Et cunctus ille populus amisso Hierosolymitano regno, & sacerdotio & sacrificio (quod totum umbra erat futuri) in captiua dispersione magno æstu tribulationis aduritur, sicut Ionas, quod scriptum est, à solis ardore, & dolet grauiter, & tamen B dolori eius atq̃ umbræ quam diligebat, salus gentium pœnitentiumq̃ præponitur. Adhuc cachinnent Pagani, & iam uermem Christum, & hanc interpretationẽ prophetici sacramenti superbiore garrulitate derideãt, dum tamen & ipsos sensim paulatimq̃ consumat. Nam de omnibus talibus Esaias prophetat, per quem nobis dicit deus: Audite me qui scitis iudicium populus meus, in quorum corde lex mea est, opprobria hominum nolite metuere, & detractione eorum ne superemini, nec quod uos spernant magni duxeritis: sicut enim uestimentum, ita per tempus absumentur & sicut lana à tinea comedentur, iusticia aũt mea in æternum manet. Nos ergo agnoscamus uermem matutinũ, quia & in illo psalmo cuius titulus inscribitur: Pro susceptione matutina, hoc seipso nomine appellare dignatus est. Ego inquit sum uermis & non homo, opprobrium hominum & abiectio plebis. Hoc opprobrium de illis opprobrijs est, quæ iubemur non metuere per Esaiam dicentem: Opprobria hominum nolite metuere. Ab isto uerme tanquam à tinea comedũtur, qui sub eius dente euangelico, per singulos dies paucitate sua deficiendo minorantur. Nos hunc agnoscamus, & pro salute diuina, humana opprobria sufferamus. Vermis est propter humilitatem carnis, fortassis etiam propter uirginis partum. Nam hoc animal plerunque de carne, uel de quacunque re terrena, sine ullo concubitu nascitur. Matutinus est, quia diluculo resurrexit. Poterat utique illa cucurbita & sine ullo uermiculo arescere. Postremo si habebat deus adhuc uermem necessarium, quid opus erat addere matutinũ, nisi ut ille uermis agnosceretur, qui cantat pro susceptione matutina: Ego autem sum uermis & non homo? Quid ista prophetia, iam ipso rerum effectu & adimpletione lucidius? Si irrisus est uermis iste cum penderet in cruce, sicut in eodem psalmo scriptum est, Locuti sunt labijs & mouerunt caput. Sperauit in deum eruat eum, saluum faciat eum quoniam uult eum, Cum completa sunt quæ prædixit: Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea, Ipsi uero considerauerunt, & conspexerunt me, diuiserunt sibi uestimenta mea, & super uestem meam miserunt sortem, quod tanta manifestatione futurum

in libro

Matth. 12.

De quæstionibus euangelij lib. 1. cap. 8.

Triduum Christi.

Lucæ 5.

Colos. 2.

Christus uermis bifariam intelligitur.

Psal. 21.

in libro antiquo prophetatur,quanta manifestatione factum in nouo euangelio recitatur? Ç
Sed si in hac humilitate,ut dicere cœperã, iste uermis irrisus est,nunquid adhuc irridendus
est,cum ea compleri cernimus,quæ consequentia psalmus ipse habet:Commemorabuntur
& conuertentur ad dominum uniuersi fines terræ: Et adorabunt in cõspectu eius uniuersæ
patriæ gentium:Quoniam domini est regnum,& ipse dominabitur gentium.Sic cõmemo
rati sunt Niniuitæ,& conuersi sunt ad dominum:hanc salutem pœnitentiæ gentium tanto
ante præfiguratam in Iona,dolebat Israel, sicut nunc dolet umbra nuda tus & æstu saucia/
tus.Liceat sanè cuilibet quamlibet aliter, dum tamen secundum regulam fidei, cætera oia
quæ de Iona ꝓpheta mysterijs operta sunt,aperire.Illud planè ꝙ in uentre ceti triduo fuit,
fas non est aliter intelligere,cꝫ ab ipso cœlesti magistro in euangelio cõmemorauimus reue
latũ.Proposita exposuimus ut potuimus,Sed ille qui proposuit,iam sit Christianus,ne for
te cũ expectat ante librorum sanctorum finire quæstiones, prius finiat uitam istam,cꝫ tran
seat à morte ad uitam.Fieri enim potest,ꝙ antecꝫ Christianis sacramẽtis imbuatur, quærit
de resurrectiõe mortuorum. Concedendum etiam fortassis quod de Christo quæsiuit, cur
tanto post uenerit, uel si quæ sunt aliæ paucæ & magnæ quæstiones,quibus cætera inseruí/
unt.Si autem qualis est illa,In qua mensura mensi fueritis metietur uobis,uel qualis ista de
Iona,etiam omnes tales antecꝫ sit Christianus finire cogitat, perparum cogitat uel conditi
onẽ humanam,uel ætatẽ iam suã. Sunt enim innumerabiles quæ non sunt finiendæ ante
fidem,ne finiat uita sine fide. Sed planè retenta iam fide,ad exercendam piam delectatio/
nem mentium fidelium studiosissime requirendæ,& quod in eis eluxerit,sine typho arrogã
tiæ communicandum,quod aũt latuerit, sine salutis dispendio tolerandum.

Augustinus Bonifacio uiro militari de Cæsaris comitatu, commonstrãs illi Dona
tistarum hæresim nihil habere commune cum Arriana,& qua moderatiõe per metũ
legum imperialium hæretici possunt ad ecclesiæ societatem reduci,tum de Donatista
rum & Circumcellionum immanitate, postremo de peccato in spiritum sanctum nõ
remittendo,Idẽ argumentũ tractauit epistola,48. Epist. L.

IAVDO & gratulor & admiror fili dilectissime Bonifaci,quod inter curas bello
rum & armorum,uehemẽter desideras ea nosse quæ dei sunt. Vere hincte ap/
paret etiam de ipsa uirtute militari,fidei seruire quã habes in Christo. Vt ergo
breuiter insinuem dilectioni tuæ,inter Arrianorũ & Donatistarũ,quid interlit
errorem,Arriani patris & filij & spirituſſancti, diuersas substantias esse dicunt, Donatistæ
aũt non hoc dicunt,sed unam trinitatis substantiã confitentur. Etsi aliqui ipsorum minorẽ
filium esse dixerunt quàm pater est,eiusdem tamen substantiæ non negarunt. Plurimi ue/
ro in eis hoc se dicunt omnino credere de patre & filio & spirituſſancto, quod catholica cre/
dit ecclesia.Nec ipsa cum illis uertitur quæstio, sed de sola communione infeliciter litigant,
& contra unitatem Christi rebelles inimicitias peruersitate sui erroris exercent. Aliquando
autem sicut audiuimus,nonnulli ex ipsis uolẽtes sibi Gothos reconciliare,quando eos uidẽt
aliquid posse,dicunt hoc se credere,quod & illi credunt.Sed maiorum suorum autoritate cõ
uincuntur, quia nec Donatus ipse sic credidisse asseritur, de cuius parte se esse gloriantur.
Non te autem ista conturbent fili dilectissime. Hæreses enim & scandala futura prædicta
sunt,ut inter inimicos erudiamur, ac sic & fides & dilectio nostra possit esse probatior. Fi/
des utiq;,ne ab eis decipiamur, dilectio autem, ut etiam ipsis corrigendis quantum possu/
mus consulamus,non solum instantes ne infirmis noceant, atq; ut ab errore nefario liberẽ/
tur,sed etiam orantes pro eis,ut aperiat dominus illis sensum, & intelligant scripturas,quia
in sanctis libris,ubi manifestatur dominus Christus, ibi & eius ecclesia declaratur, Isti au/
tem mirabili cæcitate, cum ipsum Christum præter scripturas nesciant, eius tamen eccleſiæ
am non diuinarum litterarum autoritate cognoscunt, sed humanarum calumniarum uani
tate confingunt.Agnoscunt nobiscum Christum,in eo quod legitur:Foderunt manus mee/
as & pedes meos,dinumerauerunt omnia ossa mea:Ipsi uero considerauerunt & conspexe/
runt

Præter scri/ pturas, pro Nisi ex scri pturis.

A runt me,diuiſerunt ſibi ueſtimenta mea, & ſuper ueſtem meam miſerunt ſortem, & nolunt agnoſcere eccleſiam,in eo quod poſt paululum ſequitur: Commemorabuntur & cõuertentur ad dominum,uniuerſi fines terræ.Et adorabunt in conſpectu eius uniuerſæ patriæ gentium.Quoniam domini eſt regnum, & ipſe dominabitur gentium. Agnoſcunt nobiſcum Chriſtum,in eo quod legitur:Dominus dixit ad me,filius meus es tu,ego hodie genui te,& *Pſal.2.*
nolunt agnoſcere eccleſiam in eo quod ſequitur:Poſtula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam,& poſſeſſionem tuam terminos terræ. Agnoſcunt nobiſcum Chriſtum,in eo qđ *Luce 24.*
ipſe dominus in euãgelio loquitur: Oportebat Chriſtum pati & reſurgere à mortuis tertia die,& nolunt agnoſcere eccleſiam,in eo quod ſequitur:Et prædicari in nomine eius pœnitẽtiam & remiſſionem peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Hieruſalem. Et innu- *Ioan.1.*
merabilia ſunt teſtimonia librorum ſanctorum,quæ in hunc librum coartare non debui.In quibus ſicut apparet dominus Chriſtus ſiue ſecundũ diuinitatẽ quæ æqualis eſt patri, qui in principio erat uerbũ,& uerbum erat apud deũ,& deus erat uerbum,ſiue ſecundum ſuſceptæ carnis humilitatem,qua uerbũ caro factum eſt,& habitauit in nobis:ſic apparet etiam eius eccleſia,non in ſola Africa(ſicut iſti impudẽtiſſima uanitate delirant)ſed toto orbe terrarum diffuſa. Teſtimonijs enim diuinis,lites ſuas præferunt,quia in cauſa Cæciliani quon- *2.Retra. 28. 24.q.2.ſi forte.*
dam eccleſiæ Carthaginenſis epiſcopi, cui crimina obiecerunt quæ nec potuerunt probare nec poſſunt,ſe ab eccleſia catholica,hoc eſt ab unitate omnium gentium diuiſerunt.Quamuis & ſi uera eſſent quæ ab eis obiecta ſunt Cæciliano, & nobis poſſent aliquando monſtrari,ipſum iam mortuum anathematizaremus:ſed tamen eccleſiam Chriſti quæ non litigioſis opinionibus fingitur,ſed diuinis atteſtationibus comprobatur, propter quẽlibet hominem relinquere non debemus,quia bonum eſt confidere in domino, q̃ confidere in homine.Neq; enim,quod ſine iniuria innocentiæ illius dixerim, ſi peccauit Cæcilianus,ideo hæreB ditatem ſuam perdidit Chriſtus:Facile eſt homini, ſeu uera ſeu falſa de altero homine credere,ſed ſceleratæ impudentiæ eſt,propter crimina hominis, quæ orbi terrarum non poſſis oſtendere, communionem orbis terrarum uelle dãnare. Vtrum Cæcilianus à traditoribus diuinorum codicum fuerit ordinatus,neſcio non uidi,ab inimicis eius audiui.Non mihi de lege dei,non de præconio prophetarum, non de ſanctitate pſalmorum, non de apoſtolo Chriſti,non de Chriſti eloquio recitatur. Eccleſiam uero toto terrarum orbe diffuſam, cui non communicat pars Donati, uniuerſarum ſcripturarum teſtimonia conſona uoce proclamant.In ſemine tuo benedicentur omnes gentes, Lex dei dicit.Ab ortu ſolis uſq; ad oc- *Gene. 26. Malachiæ.1.*
caſum ſacrificium mũdum offertur nomini meo, quoniam glorificatum eſt nomen meum in gẽtibus,Per prophetam deus dixit.Dominabitur à mari uſq; ad mare,& à flumine uſq; *Pſal.71*
ad terminos orbis terrarum, Per pſalmum dominus dixit. Fructificans & creſcens in uni- *Col.1*
uerſo mundo,Per apoſtolũ dominus dixit: Eritis mihi teſtes in Hieruſalẽ,& in tota Iudæa *Luc.24.*
& in Samaria,& uſq; ad fines terræ,Filius dei ore ſuo dixit.Cæcilianus eccleſiæ carthaginẽ- *Acto.1*
ſis epiſcopus humanis litibus accuſatur.Eccleſia Chriſti in omnibus gentibus conſtituta diuinis uocibus commendatur.Ipſa pietas,ueritas,charitas,nos non permittit contra Cæcilianũ eorum hominum accipere teſtimoniũ, quos in eccleſia non uidemus, cui deus perhibet teſtimonium.Qui enim diuina teſtimonia non ſequuntur, pondus humani teſtimonij per- *Conſtãtinus. Cæcilianus.*
diderunt. Addo quod Cæciliani cauſam,ipſi ad imperatoris Cõſtantini iudiciũ accuſando miſerunt,immo uero ipſum Cæcilianum poſt epiſcopalia iudicia, ubi eũ opprimere nõ potuerunt, ad ſupradicti imperatoris examen,pertinaciſſimis perſecutoribus perduxerunt.Et quod in nobis modo reprehendunt ut decipiant imperitos dicentes, non debere Chriſtianos contra inimicos Chriſti aliquid à Chriſtianis imperatoribus poſtulare, ipſi priores fecerunt.Quod etiã in collatione, quam ſimul apud carthaginem habuimus, negare nõ auſi *2.Retrac.40*
ſunt, imo & gloriari auſi ſunt,q; apud imperatorẽ maiores corũ criminaliter Cæcilianũ fuerint inſecuti,inſuper addẽtes mendaciũ, q; eũ illic uicerint fecerintq; dãnari. Quomodo ergo nunc ipſi non ſunt perſecutores,qui cum accuſando perſecuti ſint Cæcilianum, & ab eo fuerint

fuerint ſuperati,falſam ſibi gloriam impudentiſſimo mendacio arrogare uoluerunt, nó ſo C
lum culpam non putantes, uerumetiam pro ſua laude iactantes,ſi probarent Cæcilianum
2. Retra. 39. maioribus ſuis accuſantibus fuiſſe damnatum? Quemadmodum autem in ipſa collatióe
modis omnibus uicti ſint,quoniã ualde prolixa ſunt geſta,& tibi alijs rebus Romanæ pa/
cis neceſſarijs occupato,multum eſt ut legãtur,breuiarium eorum tibi legi forſitan poterit,
Optatus. quod credo habere fratrem & coëpiſcopum meum Optatum,Aut ſi nó habet, poteſt facil
lime accipere de eccleſia Sitiuenſi,quãdoquidem liber iſte iam ſua prolixitate curis tuis for
ſitan oneroſus eſt. Hoc enim contigit Donatiſtis, quod accuſatoribus ſancti Danielis. Si/
cut enim in illos leones,ſic in iſtos conuerſæ ſunt leges,quibus innocẽtem opprimere uolue
runt,niſi quod propter miſericordiam Chriſti,magis pro eis ſunt iſtæ leges,quæ illis uiden
tur aduerſæ: quoniam multi per illas correcti ſunt, & quotidie corriguntur,& ſe eſſe correc/
ctos,atq; ab illa furioſa pernicie liberatos gratias agũt,Et qui oderãt diligunt, moleſtasq;
ſibi fuiſſe ſaluberrimas leges quantũ in inſania deteſtabantur,tantum recepta ſanitate gra
tulantur,& in reſiduos cum quibus fuerant perituri,iam ſimili dilectione nobiſcum ut pari
23.q.4. ipſa ter inſtemus ne illi pereant,excitantur. Moleſtus eſt enim & medicus furenti phrenetico,&
pietas. pater indiſciplinato filio,ille ligando,ille cædẽdo, ſed ambo diligendo.Si autem illos negli
gant & perire permittãt,iſta potius manſuetudo falſa,crudelitas eſt.Si eñ equus & mulus,
quibus nó eſt intellectus,morſibus & calcibus reſiſtunt hominibus,à quibus eorum curan/
da uulnera contrectantur, & cum inter dentes eorum & calces ſæpe homines periclitentur,
& aliquando uexentur,non tamen eos deſerunt,donec per dolores & moleſtias medicina/
les,reuocent ad ſalutem:quanto magis homo ab homine, & frater à fratre, ne inæternum
pereat non eſt deſerendus, qui correctus intelligere poteſt, quantum ſibi præſtabatur be/
Gal.6. neficium,quando ſe perſecutionem perpeti querebatur? Sicut ergo apoſtolus dicit,infati/
gabiles cum tempus habemus operemur bonum ad omnes, qui poſſunt catholicorũ præ/
ceptorum ſermonibus,qui poſſunt catholicorum principum legibus,partim per eos qui di D
uinis admonitionibus,partim per eos qui iuſſis imperialibus parent,omnes ad ſalutẽ uo/
Diſ.9.ca. im/ centur,omnes à pernicie reuocentur.Quia & imperatores,quando pro falſitate contra ueri
peratores,& tatẽ conſtituunt malas leges,probantur bene credẽtes,& coronantur perſeuerantes.Quan
duobus ſequẽ. do autẽ pro ueritate contra falſitatem conſtituunt bonas leges,terrentur ſæuientes & corri/
11.q.3. impe/ guntur intelligentes.Quicunq; ergo legibus imperatorum, quæ contra ueritatẽ dei ferun/
ratores. tur,obtemperare non uult,acquirit grande præmium.Quicunq; autem legibus imperato/
rum,quæ pro dei ueritate feruntur,obtemperare nõ uult, acquirit grãde ſupplicium. Nam
& temporibus prophetarum, omnes reges qui in populo dei non prohibuerunt, nec euer/
terunt quæ contra dei præcepta fuerant inſtituta,culpantur,& qui prohibuerunt & euerte/
Danie.3. runt,ſuper aliorum merita,laudantur.Et rex Nabuchodonoſor, cum ſeruus eſſet idolorũ,
conſtituit ſacrilegam legem,ut ſimulacrum adoraretur,ſed eius impiæ cõſtitutioni qui obe
dire noluerunt,pie fideliterq; fecerũt.Idem tamen rex,diuino correctus miraculo,piam &
laudabilem legẽ pro ueritate cõſtituit, ut quicunq; diceret blaſphemiã in deũ uerũ Sidrac
Miſac & Abdenago,cum domo ſua penitus interiret. Hanc legẽ ſi qui cõtempſerunt,& id
quod fuerat cõſtitutum merito perpeſſi ſunt,debuerũt dicere,quod iſti dicũt,ſe iuſtos eſſe,
quia ex lege regis perſecutionẽ patiebanť: quod utiq; dicerẽt ſi ita inſanirent ſicuti iſti inſa
niũt, qui diuidunt mẽbra Chriſti,exufflãt ſacramẽta Chriſti,& de perſecutione gloriãtur,
quia prohibentur iſta facere legibus imperatorum, quas conſtituerũt pro unitate Chriſti,
& iactant fallaciter innocentiam ſuam,& quam non poſſunt à domino accipere,ab homi/
Matth.5. nibus quærunt martyrũ gloriã. Veri autem martyres illi ſunt,de quibus dominus ait:Bea/
ti qui perſecutionẽ patiuntur propter iuſticiam.Non ergo qui propter iniquitatem,& pro/
Li.1. de ſer. pter Chriſtianæ unitatis impiam diuiſionem, ſed qui propter iuſticiam perſecutionẽ pati/
domini in mõ untur,hi martyres ueri ſunt. Nam & Agar paſſa eſt perſecutionem à Sara, & illa erat ſan/
te,cap.4. cta quæ faciebat,illa iniqua quæ patiebatur. Nũquid & huic perſecutioni, quam paſſa eſt
Agar,

A Agar, comparandus est sanctus Dauid, quem persecutus est iniquus Saul? Valde utiq; distat, non quia patiebatur, sed quia propter iusticiam patiebatur. Et ipse dominus cum latronibus crucifixus est. Sed quos passio iungebat, causa separabat. Ideo in psalmo uox illa intelligenda est uerorum martyrum, uolentium se discerni à martyribus falsis: Iudica me deus & discerne causam meam de gente non sancta, Non dixit, discerne pœnã meam, sed discerne causam meam. Potest enim esse impiorum similis pœna, sed dissimilis est martyrum causa, quorum & illa uox est: Iniuste persecuti sunt me, adiuua me. Ideo se dignum existimauit, qui adiuuaretur iuste, quia illi persequebantur iniuste. Nam si iuste illi persequerentur, non fuerat adiuuandus, sed corrigendus. Si autem putant quod nemo possit iuste aliquem persequi, sicut in collatione dixerunt, illam esse ueram ecclesiam quæ persecutionẽ patitur, non quæ facit, Omitto dicere quod superius cõmemoraui, quia si ita est, ut dicunt, Cæcilianus ad ueram ecclesiam pertinebat, quãdo eum maiores illorum usq; ad imperatoris iudicium accusando persequebãtur. Nos enim dicimus, ideo illum ad ueram ecclesiam pertinuisse, nõ quia persecutionem patiebatur, sed quia propter iusticiam patiebatur. Illos autem ideo fuisse alienatos ab ecclesia, non quia persequebantur, sed quia iniuste persequebantur. Nos itaq; hoc dicimus. Illi uero si non quærunt causas quare quisq; faciat persecutionem uel quare patiatur, sed hoc putant esse signum ueri Christiani, si persecutionẽ non faciat, sed patiatur, sine dubio Cæcilianum in ea definitione constituunt, qui non faciebat, sed patiebatur. Maiores autem suos ab ea definitione foras mittunt, qui faciebant non patiebantur. Sed hoc, ut dixi, omitto, illud dico: si ecclesia uera ipsa est quæ persecutionem patitur, non quæ facit, quærant ab Apostolo quam ecclesiam significabat Sara, quando persecutionem faciebat ancillæ. Liberam quippe matrẽ nostram cœlestem Hierusalem, id est, ueram dei ecclesiam, in illa muliere dicit fuisse figuratam, quæ affligebat ancillam. Si autẽ melius discutiamus, magis illa persequebatur Saram superbiendo, q̃ illam Sara coercendo: Illa enim dominæ faciebat iniuriam, ista imponebat superbiæ disciplinã. Deinde quæro, si boni & sancti nemini faciunt persecutionem, sed tantummodo patiũtur, cuius putãt esse in psalmo uocem, ubi legitur: Persequar inimicos meos, & comprehendam illos, & nõ conuertar donec deficiant? Si ergo uerum dicere uel agnoscere uolumus, est persecutio iniusta quam faciunt impij ecclesiæ Christi, & est iusta persecutio, quam faciunt impijs ecclesiæ Christi. Ista itaq; beata est, quæ persecutionem patitur propter iusticiam, illi uero miseri qui persecutionem patiuntur propter iniusticiam. Proinde ista persequitur diligendo, illi sæuiendo. Ista ut corrigat, illi ut euertant. Ista ut reuocet ab errore, illi ut præcipitent in errorem. Deniq; ista persequitur inimicos & comprehendit donec deficiãt in uanitate, ut in ueritate proficiãt. Illi autem retribuentes mala pro bonis, quia eis consulimus ad æternam salutem, etiam temporalem nobis conãtur auferre, sic amantes homicidia, ut in seipsis ea perficiant, quando in alijs perpetrare non possunt. Sicut enim charitas laborat ecclesiæ sic eos ab illa perditione liberare, ut eorum nemo moriatur: sic eorum laborat furor, aut nos occidere ut suæ crudelitatis pascant libidinem, aut etiam seipsos, ne perdidisse uideantur occidendorum hominum potestatem. Qui autem nesciunt consuetudinem illorum, putãt eos modo seipsos occidere, quãdo ab eorum insanissima dominatione per occasionem legum istarum quæ pro unitate sunt constitutæ, tanti populi liberantur. Qui autem sciunt, & ante ipsas leges quid facere soleant, non eorum mirantur mortes, sed recordant̃ mores: maxime quando adhuc cultus fuerat idolorum, ad paganorum celeberrimas solennitates ingentia turbarũ agmina ueniebant, non ut idola frangerent, sed ut interficerentur à cultoribus idolorum. Nam illud si accepta legitima potestate facere uellẽt, si quid eis accidisset, possent habere qualemcunq; umbram nominis martyrum, sed ad hoc solũ ueniebant, ut integris idolis ipsi perimerentur. Nam singuli quiq; ualentissimi iuuenes cultores idolorum, quis quot occideret, ipsis idolis uouere consueuerant. Quidam etiam se trucidandos armatis uiatoribus ingerebant, percussuros eos se, nisi ab eis perimerentur terribiliter cõminantes. Non-

psal. 42.

psal. 118

Cæcilianus.

23. q. 4. si ecclesia.

Ecclesiam repetit ex uetori testamento

psal. 17.

Prodigiosa mortis cupiditas.

nunquam & à iudicibus tranſeuntibus extorquebant uiolenter,ut à carnificibus uel ab offi C
cio ferirẽtur. Vnde quidam illos ſic illuſiſſe perhibetur,ut eos tanquam percutiendos,liga
ri & dimitti iuberet,atq; ita eorum impetum incruentus & illæſus euaderet. Iam uero per
abrupta præcipitia,per aquas & flãmas occidere ſeipſos, quotidianus illis ludus fuit. Hæc
enim eos tria mortis genera diabolus docuit, ut mori uolentes, quando non inueniebant
quem terrerent,ut eius gladio ferirentur,per ſaxa ſe mitterent,aut ignibus gurgitibusq; do
narent. Quis autem illos hæc docuiſſe credendus eſt poſſidens cor eorum,niſi ille qui & ſal
Luc.4 uatori noſtro,ut ſe de pinna templi præcipitaret,tanquam de lege ſuggeſſit? Cuius ſugge/
ſtionem à ſe utiq; prohiberent,ſi magiſtrum Chriſtum in corde portarent. Sed quia in ſe
Marci.5 diabolo potius dederunt locum,aut ſic pereũt quemadmodum grex ille porcorum, quem
de mõte in mare turba dæmonum deiecit:aut illis mortibus erepti, & pio matris catholicæ
gremio collecti,ita liberãtur,quẽadmodum eſt à domino liberatus,quem pater eius à dæ/
Matth.17 monio ſanandum obtulit dicens,quod aliquando cadere in aquam, aliquãdo in ignem ſo
leret. Vnde magna in eos fit miſericordia, cum etiam per iſtas imperatorum leges, ab illa
ſecta,ubi per doctrinas dæmoniorum mendaciloquorum mala iſta didicerunt, prius cri/
piuntur inuiti, ut in catholica poſtea bonis præceptis & moribus ſanentur aſſueti. Nam
multi eorum quorum iam in unitate Chriſti,pium fidei feruorem charitatemq; miramur,
cum magna lætitia deo gratias agunt,quod illo errore caruerunt ubi mala iſta bona puta
uerunt. Quas gratias modo uolentes non agerent,niſi prius etiam nolentes ab illa nefaria
ſocietate diſcederent. Quid de illis dicamus, qui nobis quotidie confitẽtur,quod iam olim
uolebant eſſe catholici,ſed inter eos habitabant,inter quos id quod uolebant eſſe non po/
terant per infirmitatem timoris,ubi ſi unum uerbũ pro catholica dicerent, & ipſi & domus
eorum funditus euerterentur? Quis eſt tam demens,qui neget iſtis debuiſſe per iuſſa im/
perialia ſubueniri,ut de tanto eruerentur malo,dum illi quos timebant timere coguntur,& D
eodem timore aut etiam ipſi corriguntur,aut certe cum ſe correctos eſſe confingunt,corre/
ctis parcunt,à quibus antea timebantur? Si autem ſeipſos occidere uoluerint, ne illi qui li/
berandi ſunt liberentur,& eo modo liberantium errare pietatem,ut dum timetur ne qui/
dam perditi pereant,non eruantur perditioni,qui uel iam nolebant perire,uel coerciti pote
rant non perire,quid hic agit charitas Chriſtiana, præſertim cũ illi qui ſuas mortes uolun
tarias & furioſas minantur,in populorum liberandorũ comparatione perpauci ſint? Quid
agit ergo fraterna dilectio:utrum dum paucis tranſitorios ignes metuit caminorum,dimit
tit omnes æternis ignibus gehennarum:& tam multos uel iam uolẽtes uel poſtea non ua/
lentes per catholicam pacem ad uitam uenire perpetuam,relinquit in interitum ſempiter/
num,cauendo ne quidam uoluntario moriantur interitu, qui uiuunt ad impedimẽtum ſa/
lutis aliorum,quos non permittunt ſecundum Chriſti doctrinã uiuere,ut eos doceant quo
cunq; tempore ſecundum conſuetudinem doctrinæ diabolicæ ad eas quæ in illis modo ti/
mentur mortes uoluntarias feſtinare:an potius conſeruat quos poteſt, & ſi ſponte pereant
quos conſeruare non poteſt? Vt enim omnes uiuant ardenter exoptat,ſed omnes ne pere/
ant plus laborat. Gratias autem domino,quod & apud nos,non quidem in omnibus,ſed
ualde in pluribus locis,& per alias Africæ partes,ſine ullis iſtorum inſanorũ mortibus, pax
catholica cucurrit & currit. Ibi autem illa funeſta contingunt,ubi eſt tam furioſum & inuti/
le hominum genus,qui & alijs temporibus eadem facere conſueuerũt. Et prius quidem q;
iſtæ leges à catholicis imperatoribus mitterentur, pacis atq; unitatis Chriſti paulatim do/
ctrina creſcebat,& in eam quiſq; ſicut diſcebat & uolebat & poterat ex ipſa parte tranſibat,
cum tamen apud illos perditorum hominum dementiſſimi greges, in diuerſis cauſis quie/
tem innocentium perturbabant. Quis nõ dominus ſeruum ſuum timere cõpulſus eſt,ſi ad
illorum patrocinium confugiſſet? Quis euerſori minari ſaltem audebat autori? Quis con
ſumptorem apothecarum,quis quemlibet poterat exigere debitorem,auxilium eorum de
fenſionemq; poſcentem,timore fuſtium & incendiorũ mortisq; præſentis? Peſſimorũ ſer/
uorum

A uorum ut liberi abscederent tabulæ frangebantur,extorta debitoribus chirographa redde
bantur.Quicunq; dura illorum uerba cõtempserant,durioribus uerberibus quod iubebãt
facere cogebantur,innocentium qui eos offenderant domus,aut deponebantur ad solum
aut ignibus cremabantur.Quidam patressamiliâs honesto loco nati,et generoso cultu edu
cati,uix uiui post eorum cædes ablati sunt,uel uincti ad molã,& eam in gyrum ducere,tan
quam iumenta contemptibilia uerbere adacti sunt.Quod enim de legibus auxilium,à ciui
libus potestatibus aduersus eos aliquid ualuit? quis in præsentia eorũ officialis anhelauit,
quisq; quod illi noluissent exactor exegit? Quis eos qui eorum cædibus extincti sunt uin
dicare tentauit,nisi quod propria de illis pœnas poscebat insania,cum alij prouocandis in
se gladijs hominum,quos ut ab eis ferirentur morte terrebant,alij per uaria præcipitia,alij
per aquas,alij per ignes se in mortes uoluntarias usquequaq; mittebant,& animas ferales
à se sibi illatis supplicijs proijciebant? Horrebant ista plurimi in ipsa superstitione hæreti
ca constituti,& cum innocentiæ suæ sufficere arbitrarentur,quod sibi talia displicerent,dice
batur eis à catholicis:si innocentiam uestram mala ista non polluunt,quomodo dicitis or
bem Christianũ,uel falsis uel certe ignotis Cæciliani peccatis esse pollutũ? Quomodo uos
nefario scelere,ab unitate catholica,tanq; ab area dominica separatis,quæ usq; ad tempus
uentilationis,necesse est ut habeat & frumentum in horreo recondendum & paleam igni
bus consumendam? Atq; ita quibusdam ratio reddebatur,ut aliqui ad unitatem catholicã
etiam inimicitias perditorum parati sustinere transirent,sed plures q̃uis id uellent,eos ta
men homines quibus tanta fuerat licentia sæuiendi, inimicos facere non audebant. Non
nulli quippe illos cum ad nos transissent crudelissimos passi sunt. Accidit etiã ut apud Car
thaginem quendam diaconum suum nomine Maximianum,contra episcopum suum su
perbientem,quidam episcoporum eiusdem partis facto schismate,& in plebe Carthaginis
B diuisa parte Donati, ordinarẽt episcopum contra episcopum.Quod cum eorum pluribus
displiceret,eundem Maximianũ cum alijs duodecim,qui eius ordinationi præsentes affue
rant damnauerunt,cæteris autem ad eandem societatem schismatis pertinentibus,die con
stituto facultatem redeundi dederunt.Sed postea ex ipsis duodecim quosdã,& ex illis qui
bus dilatio data fuerat,post diem positum redeuntes propter pacem suam in suis honori
bus susceperunt,& quoscunq; extra ipsorũ cõmunionem damnati baptizauerãt,rebaptiza
re non ausi sunt.Cœpit hoc eorum factum cõtra illos pro catholica multum ualere,ut ora
eorum penitus clauderentur.Quæ res cum (sicut oportebat) ad sanandos ab schismate ani
mos hominum spargeretur instãtius,& quaquauersum poterat,catholicorum sermonibus
ac disputationibus monstraretur,eos pro pace Donati & damnatos suos in honorem suũ
integrum suscepisse, & baptismum quem damnati uel etiam dilati foris ab ecclesia eorum
dederant,non ausos fuisse rescindere,& orbi terrarum contra pacem Christi contaminatio
nem (nescio quorum) obijcere peccatorum, & euacuare baptismũ in illis quoq; ecclesijs da
tum,unde in Africam uenit ipsum euangelium,plurimi confundebantur, & manifestæ ue
ritati erubescentes corrigebantur,solito crebrius, & multomagis ubicũq; ab eorum sæuitia
respirabat aliquanta libertas. Tum uero illi sic exarserunt, & tantis sunt odiorum stimulis
incitati,ut cõtra eorum insidias atq; uiolentias,& apertissima latrocinia, uix ullæ nostræ cõ
munionis ecclesiæ possent esse securæ,uix ulla uia tuta, qua iter agerent quicunq; aduersus
eorum rabiem pacem catholicam prædicarent, eorumq; dementiam perspicua ueritate cõ
uincerent. Vsq; adeo prorsus nõ solum laicis,uel quibuslibet clericis, sed ipsis quoq; episco
pis catholicis,quodammodo proponebatur dura conditio. Aut enim tacenda erat ueritas,
aut eorum immanitas perferenda.Sed si ueritas taceretur, nõ solum nemo fuerat eius silen
tio liberandus,sed multi etiam illorum seductione perdendi.Si aũt ueritatis prædicatione
furor eorum ad sæuiendũ prouocaretur,aliquibus liberatis nostrisq; firmatis, rursus à se
quenda ueritate,formido impediret infirmos. Cum igitur his angustijs affligeretur eccle
sia,quisquis existimat omnia potius sustinenda,q; dei auxilium,ut per Christianos impe

ratores ferretur,fuisse poscendum,parum attendit non bonam de hac negligẽtia reddi po C
23.q.4.si ecclesia. tuisse rationem. Quod enim dicunt qui contra suas impietates leges iustas constitui nolũt,
non petisse à regibus terræ apostolos talia,non cõsiderant aliud fuisse tunc tempus,& om/
nia suis temporibus agi. Quis enim tunc in Christum crediderat imperator,qui ei pro pie
tate contra impietatem leges ferendo seruiret, quando adhuc illud propheticum comple/
Psal. 2 batur:Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania, Astiterunt reges terræ,&
principes conuenerũt in unum aduersus dñm & aduersus christum eius. Nondum autem
agebatur,quod paulo post in eodem psalmo dicitur:Et nunc reges intelligite,erudimini q
iudicatis terram,Seruite dño in timore,& exultate ei cum tremore. Quomodo ergo reges
dño seruiunt in timore,nisi ea quæ contra iussa dñi fiunt, religiosa seueritate prohibendo
atq; plectendo? Aliter enim seruit quia homo est,aliter quia etiam & rex est. Quia homo
est,ei seruit uiuendo fideliter,quia uero etiam rex est,seruit leges iusta præcipientes & con
4.Reg.18 traria prohibentes,conuenienti uigore sanciendo, Sicut seruiuit Ezechias, lucos & templa
4.Reg.22 idolorum,& illa excelsa quæ contra præcepta dei fuerant constructa destruendo. Sicut ser/
Ione.3 uiuit Iosias,talia & ipse faciendo.Sicut seruiuit rex Niniuitarum,uniuersam ciuitatẽ ad pla
Dan.14 candum dñm compellendo.Sicut seruiuit Darius,idolum frangendum in potestatem Da
Dan.3 nieli dando,& inimicos eius leonibus ingerendo. Sicut seruiuit Nabuchodonosor,de quo
iam diximus,omnes in regno suo positos à blasphemando deo lege terribili prohibendo.
In hoc ergo seruiunt dño reges,inquantum sunt reges, cum ea faciunt ad seruiendum illi,
quæ non possunt facere nisi reges. Cum itaq; nondum reges dño seruirẽt temporibus apo
stolorum,sed adhuc meditarentur inania,aduersus eum & aduersus christum eius,ut pro/
phetarum prædicta omnia complerentur,non utiq; tunc possent impietates legibus pro/
hiberi,sed potius exerceri.Sic enim ordo temporum uoluebatur,ut & Iudæi occiderẽt præ/
dicatores Christi,putantes se officiũ deo facere,sicut prædixerat Christus, & gentes freme/
rent aduersus Christianos, & omnis potentia martyrum uinceret. Postea uero q̃ cœpit im D
pleri quod scriptum est:Et adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes seruient illi,
Quis mente sobrius regibus dicat: Nolite curare in regno uestro à quo tueatur uel oppu/
gnetur ecclesia dñi uestri,non ad uos pertineat in regno uestro,quis uelit esse siue religiosus
siue sacrilegus,quibus dici non potest,non ad uos pertineat in regno uestro,quis uelit pudi
cus esse quis impudicus? Cur enim cum datũ sit diuinitus homini liberum arbitrium,adul
teria legibus puniantur,& sacrilegia permittantur? An fidem non seruare leuius est animã
deo, q̃ fœminam uiro? Aut si ea quæ non contemptu,sed ignorantia religionis cõmittun/
tur,mitius uindicanda,nunquid ideo negligenda sunt? Melius est quidem,quis dubitaue/
rit,ad deum colendum doctrina homines duci, q̃ pœnæ timore uel dolore compelli? Sed
non quia isti meliores sunt,ideo illi qui tales non sunt negligẽdi sunt. Multis enim profuit
(quod experimẽtis probauimus & probamus)prius timore uel dolore cogi,ut postea pos/
sint doceri,aut quod iam uerbis didicerant opere sectari. Proponũt nobis quidam senten
Terẽ.in Adel tiam cuiusdã secularis autoris,qui dixit:Pudore & libertate liberos retinere, satius esse cre/
do quàm metu.Hoc quidem uerum est,sed sicut meliores sunt quos dirigit amor,ita plures
sunt quos corrigit timor. Nam ut de ipso autore istis respondeatur, apud illum etiam le/
Miror ubi hoc sit in Te/ rentio. gunt, Tu nisi malo coactus,recte facere nescis.Porrò autem scriptura diuina & propter il/
los meliores dixit:Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem.
Et propter hos inferiores qui plures sunt,ait, Verbis non emendabitur seruus durus,si eũ
Prouer.23 & intellexerit non obediet. Cum dixit,uerbis eum non emendari,non cum iussit deseri,sed
tacite admonuit unde debeat emendari, Alioquin non diceret, uerbis non emendabitur,
sed tantummodo diceret:non emendabitur.Alio quoq; loco dicit: Non solum seruum,sed
etiam filium indisciplinatum plagis esse cohercendum.Et magno fructu. Nam tu quidem
Prouer.13 inquit percutis eum uirga, animam uero eius liberabis à morte. Et alibi dicit: Qui parcit
baculo,odit filiũ suum. Dauid enim qui recta fide uero q̃ intellectu,totis animæ suæ uiri/
bus

A bus dicit: Sitiuit anima mea ad deum fontem uiuum, quãdo ueniam & apparebo ante fa
ciem dei. Et huic tali nõ solum temporalium pœnarum, uel imperialium legum, sed nec ge/
hennarum timor est necessarius, cui tam desiderabile bonum est adhærere deo, ut non so/
lum ab illa fœlicitate alienari, tanquam magnum supplicium perhorrescat, uerũetiam dif/
ferri molestę ferat. Sed tamen antequam dicant boni filij: Concupiscentiam habemus dis/
solui & esse cum Christo, multi prius tanquam mali serui & quodammodo improbi fugi/
tiui, ad dominum sirum temporalium flagellorum uerbere reuocantur. Quis enim nos po 23.q 4. Quis
test amplius amare q̃ Christus, qui animam suam posuit pro ouibus suis? Et tamen cum nos.
Petrum & alios apostolos solo uerbo uocasset, Paulum prius Saulum, ecclesiæ suæ postea
magnum ædificatorem, sed horrendum antea uastatorem, non solum uoce compescuit, ue
rumetiam potestate prostrauit, atq; infidelitatis tenebris sæuientem, ad desiderandum lu/
men cordis ut surgeret, prius corporis cæcitate percussit. Si pœna illa non esset, non ab ea
postmodum sanaretur: Et quando apertis oculis nihil uidebat, si eos saluos haberet, nõ ad
impositionem manus Ananiæ, ut eorum aperiretur obtutus, tanquã squamas quibus clau
sus fuerat inde cecidisse, scriptura narraret. Vbi est quod isti clamare consueuerunt, liberum
est credere uel non credere. Cui uim Christus intulit? quem coëgit? Ecce habent Paulum 23.q.6. schis/
apostolum: agnoscant in eo prius cogentem Christum, & postea docentem: prius ferientẽ, matici.
& postea consolantem. Mirum est autem quomodo ille qui pœna corporis ad euãgelium
coactus intrauit, plus illis omnibus qui solo uerbo uocati sunt in euangelio laborauit. Et
quem maior timor compulit ad charitatem, eius perfecta charitas foras mittit timorem.
Cur ergo non cogeret ecclesia perditos filios ut redirent, si perditi filij coëgerunt alios ut pe
rirent? Quamuis etiam illos quos non coëgerunt, sed tantummodo seduxerunt, si per ter/
ribiles, sed salubres leges in eius gremio reuocentur, blandius pia mater amplectitur, & de
B illis multo amplius quàm de his quos nunquam perdiderat gratulatur. An nõ pertinet ad
diligentiam pastoralem, etiam illas oues quæ non uiolenter ereptæ, sed blande leniterq; se
ductæ, à grege aberrauerint, & ab alienis cœperint possideri, inuentas ad ouile dominicum
si resistere uoluerint flagellorum terroribus uel etiam doloribus reuocare: præsertim quo/ à signato le/
niam si apud fugitiuos & prædones seruos fœcunditate multiplicẽtur, plus habet iuris q̃d gendum arbi
in eis dominicus character agnoscitur, qui in eis quos suscepimus, nec tamẽ rebaptizamus tror.
minime uiolatur? Sic enim error corrigendus est ouis, ut non in ea corrumpatur signacu/
lum redemptoris. Neq; enim si quisquam regio charactere assignato desertore signetur, &
accipiat indulgentiam, atq; ille redeat ad militiam, ille autem esse in militia in qua nõdum
erat incipiat, in aliquo eorum character ille rescinditur, an non potius in ambobus agnosci
tur & honore debito quoniam regius est approbatur? Quia ergo non possunt malum esse
ostendere quò coguntur, nec ad bonum se cogi oportere contendunt, sed à Christo coactũ
ostendimus Paulum. Imitatur itaq; ecclesia in istis cogendis dominum suum, quæ prius ut
neminem cogeret expectauit, ut de fide regum atq; gẽtium prædicatio prophetica comple
retur. Etiam hinc enim non absurde intelligitur illa apostolica sentẽtia, ubi Paulus beatus
dicit: Parati ulcisci omnem inobedientiam cum completa fuerit prior obedientia uestra. 2. Cor. 10
Vnde & ipse dominus ad magnam cœnam suam prius adduci iubet cõuiuas, postea cogi. Luc. 14.
Nam cum ei serui sui respondissent: Dñe factum est quod iussisti, & adhuc est locus. Exite
inquit in uias & sepes, & quoscunq; inueneritis cogite intrare. In illis ergo qui leniter primo
adducti sunt, completa est prior obedientia. In istis aũt qui coguntur, inobedientia coerce
tur. Nam quid est, cogite intrare, cum primo dictũ esset, adducite, & responsum esset, factũ
est quod iussisti & adhuc est locus? Si miraculorum terroribus cogẽdos uoluisset intelligi,
magis ad eos q̃ prius uocati sunt diuina miracula multa facta sunt, maxime ad eos de qui/
bus dictum est, Iudæi signa petunt. In ipsis quoq; gentilibus talia temporibus apostolorũ σκληρὸν.
miracula euangelium cõmendauerunt, ut si talibus cogi iuberentur, priores, ut dixi, potius
conuiuæ coacti esse merito crederentur. Quapropter si potestate quam per religionem ac

fidem regum,tẽpore quo debuit,diuino munere accepit eccleſia,hi qui inueniũtur in uiis & C
in ſepibus,id eſt,in hæreſibus & ſchiſmatibus coguntur intrare,non quia coguntˉ reprehen
dant,ſed quò cogantur attendant. Conuiuium domini unitas eſt corporis Chriſti, non ſo
lum in ſacramento altaris,ſed etiam in uinculo pacis. De ipſis ſanè poſſumus ueriſſime di/
cere quod neminem cogant ad bonum. Quoſcunq; enim cogunt, non cogunt niſi ad ma/
Mutauit ſententiam lum. Veruntamen antequam iſtæ leges,quibus ad conuiuium ſanctum cogũtur intrare,in
Africam mitterentur,nõnullis fratribus uidebatur,in quibus & ego eram,quamuis Dona/
tiſtarum rabies uſquequaq; ſæuiret,non eſſe petendum ab imperatoribus,ut ipſam hære/
ſim iuberent omnino non eſſe, pœnam conſtituendo eis qui in illa eſſe uoluiſſent, ſed hoc
potius conſtituerent,ut eorum furioſas uiolentias nõ paterentur qui ueritatem catholicam
uel prædicarent loquendo,uel legerent conſtituendo. Quod eo mõ fieri aliquatenus poſſe
Lex in hæreticos moderata arbitrabamur,ſi legem pijſſimæ memoriæ Theodoſij quam generaliter in omnes hæreti/
cos promulgauit,ut quiſquis eorum epiſcopus uel clericus ubilibet eſſet inuentus, decem li
bris auri multaretur,expreſſius in Donatiſtas,qui ſe negabant hæreticos,ita confirmarent,
ut non omnes ea multa ferirentur, ſed in quorum regionibus aliquas uiolentias à clericis
uel à circumcellionibus uel populis eorum eccleſia catholica pateretur: ut ſcilicet poſt prote
ſtationem catholicorum, qui fuiſſent iſta perpeſſi, iam cura ordinum ad perſoluendam
multam epiſcopi ſiue miniſtri cæteri tenerentur. Ita enim exiſtimabamus eis territis, & ni/
hil tale facere audentibus poſſe libere doceri & teneri catholicam ueritatem, ut ad eam co/
geretur nemo,ſed eam qui ſine formidine uellet ſequeretur,ne falſos & ſimulatores catho/
licos haberemus. Et quamuis alijs fratribus aliud uideretur,iam ætate grauioribus,uel mul
tarum ciuitatum & locorum exempla currentibus, ubi firmam & ueram catholicam uide/
bamus,quæ tamen ibi talibus beneficijs dei conſtituta eſſet atq; firmata,dum per priorum
imperatorum leges ad communionem homines catholicã uenire cogerentur, obtinuimus
tamen ut illud potius quod dixi ab imperatoribus peteretur,decretũ eſt in cõcilio noſtro, D
legati ad comitatum miſſi ſunt. Sed dei maior miſericordia,qui ſciret,harum legum terror
& quædam medicinalis moleſtia quàm multorum eſſet prauis uel frigidis animis neceſſa/
ria,& illi duriciæ quæ uerbis emendari non poteſt, ſed tamen aliquantula ſeueritate diſci/
plinæ poteſt,id egit ut legati noſtri quod ſuſceperant obtinere non poſſent. Iam enim nos
prævenerant ex alijs locis quædam epiſcoporum querelæ grauiſſimæ, qui mala fuerant
ab ipſis multa perpeſſi,& à ſuis ſedibus exturbati: præcipue horrenda & incredibilis cædes
Maximiani epiſcopi catholici eccleſiæ Vagienſis effecit, ut noſtra legatio iam quid ageret
non haberet. Iam enim lex fuerat promulgata, ut tãtæ immanitatis hæreſis Donatiſtarũ,
cui crudelius parci uidebatur quàm ipſa ſæuiebat,non tantũ uiolenta eſſe, ſed omnino eſſe
Lex pecuniaria in Donatiſtas latrones non ſineretur impune, Non tamen ſupplicio capitali propter ſeruandam etiam circa indi/
gnos manſuetudinem chriſtianã,ſed pecuniarijs damnis propoſitis, & in epiſcopos uel mi
niſtros eorum exilio conſtituto. Supradictum quippe epiſcopum Vagienſem, qm̃ apud
ordinarium iudicem dicta inter partes ſententia,obtinuerat baſilicam quam illi cũ catholi/
ca eſſet inuaſerunt,ſtantẽ ad altare irruentes horrendo impetu & furore crudeli,fuſtibus &
huiuſcemodi telis,lignis deniq; eiuſdem altaris effractis immaniter ceciderũt, pugione etiã
percuſſerunt in inguine,quo uulnere ſanguis effluens eum exanimẽ redderet,niſi ei ad uitã
maior ſæuitia eorum profuiſſet. Nam cum grauiter ſauciatum per terrã inſuper traherent,
exundanti uenæ puluis obſtruſus ſanguinem obſtinuit,cuius effuſione ibat in mortẽ. De/
inde cum ab eis tandem relictum,noſtri cum pſalmis auferre tentarent, illi ira ardentiore
ſuccenſi,eum deportantium manibus abſtulerunt,male multatis fugatiſq; catholicis,quos
ingenti multitudine ſuperabant & facile ſæuiendo terrebant. Inde in quandam turrem le/
uatum,iam defeciſſe arbitrantes,cum ille adhuc uiueret abiecerunt. Sed quodam molli ag/
gere exceptus,& à quibuſdam nocte tranſeuntibus per lucernam conſpectus,agnitus atq;
collectus,& ad religioſam domũ apportatus, adhibita magna cura poſt multos dies cum
ab

A ab illa desperatione recreatus esset, occisum eum tamẽ famã scelere Donatistarũ etiã trans
mare nũciauerat: Quò postea quàm uenit & uita eius inopinatissima apparuit, cicatricibus
suis tam multis tam ingentibus tam recẽtibus, nõ frustra famã mortuum se nũciasse mon-
strauit. Auxilium ergo petiuit ab imperatore Christiano, non tam sui ulciscendi causa, q̃ꝫ 23.q.3.Maxi
tuendæ ecclesiæ sibi creditæ. Quod si prætermisisset, nõ eius fuisset laudãda patiẽtia, sed ne- mianus.
gligẽtia merito culpanda. Neqꝫ em̃ & apostolus Paulus uitæ suæ transitoriæ cõsulebat, sed Act.21.
ecclesiæ dei, quãdo contra illos qui eum occidere conspirauerant, cõsilium illorum tribuno
ut proderetur effecit, Vnde factum est ut eum ad locum quo fuerat perducendus, deduce-
ret miles armatus, ne illorum pateretur insidias: Romanas etiam leges implorare minime
dubitauit, ciuem Romanum se esse proclamans, quos tunc affligi uerberibus non licebat.
Itemq̃ ne Iudæis eum interimere cupientibus traderetur, Cæsaris poposcit auxiliũ, Roma Act.25.
ni quidẽ principis sed non Christiani. Vbi satis ostendit quid facere deberent postea Chri
sti dispensatores, quando imperatores Christianos periclitante ecclesia reperirent. Hinc er-
go factum est, ut imperator religiosus & pius perlatis in noticiam suam talibus causis, mal-
let pijssimis legibus illius impietatis errorem omnino corrigere, & eos qui cõtra Christum
Christi signa portarent, ad unitatem catholicã terrendo & coërcendo redigere, q̃ꝫ sæuiendi
tantũmodo auferre licentiam & errandi ac pereundi relinquere. Iam uero cum ipsæ leges
uenissent in Africam, præcipue illi qui quærebãt occasionẽ, aut sæuiciã furentiũ metuebãt,
aut suos uerecũdabantur offendere, ad ecclesiã cõtinuo transierunt. Multi etiã qui sola illic
à parentibus tradita consuetudine tenebãtur, qualẽ uero causam ipsa hæresis haberet nun
quam antea cogitauerant, nunquã quærere & cõsiderare uoluerant, mox ubi cœperunt ad-
uertere, & nihil in ea dignum inuenire propter quod tanta damna paterẽtur, sine ulla diffi
cultate catholici facti sunt. Docuit em̃ eos solicitudo, quos negligentes securitas fecerat. Isto
rum autem omnium præcedentiũ autoritatem & persuasionẽ secuti sunt multi, qui minus
B idonei erant per seipsos intelligere, quid distaret inter Donatistarũ errorem, & catholicam
ueritatem, Ita cum magna agmina populorũ uera mater in sinũ gaudens reciperet, reman
serunt turbæ duræ, & in illa peste infelici animositate sistẽtes, Ex his quoqꝫ plurimi simulan
do cõmunicauerunt, alij paucitate latuerunt. Sed illi qui simulabant paulatim assuescendo,
& prædicationem ueritatis audiendo, maxime post collationẽ & disputationem quæ inter
nos & episcopos eorũ apud Carthaginẽ fuit, ex magna parte correcti sunt. In quibusdam
uero locis, ubi pertinacior & impacatior præualuit multitudo, cui resistere non poterãt pau
ciores quorum erat melior de communione sententia, aut turbæ autoritati paucorũ poten-
tiorum subditæ in malam partem, obtemperarũt, aliquanto diutius laboratum est. Ex his Donatistarũ
sunt in quibus adhuc laboratur, in quo labore multi catholici, & maxime episcopi & clerici immanitas.
horrenda & dura perpessi sunt, quæ cõmemorare longum est, quando quorundã & oculi
extincti sunt, & cuiusdã episcopi manus & lingua præcisa est, nõnulli etiã trucidati sunt. Ta
ceo crudelissimas cædes, & domorũ deprædationes, per nocturnas aggressiones, & incẽdia,
non solum priuatorũ habitaculorum, uerumetiã ecclesiarum, in quas flammas non defue-
runt qui & codices dominicos mitterẽt. Sed nos huiusmodi afflictos malis, consequens cõ-
solatus est fructus. Nam ubicunqꝫ à perditis ista cõmissa sunt, ibi feruẽtius atqꝫ perfectius
unitas Christiana profecit, & uberius laudat̃ dñs qui donare dignatus est ut serui eius pas-
sionibus suis lucrarentur fratres suos, & oues eius mortifero errore dispersas in pacẽ salutis
æternæ suo sanguine cõgregarent. Potẽs est dominus & misericors, quẽ quotidie rogamus
ut etiã cæteris det pœnitentiam, & resipiscant de diaboli laqueis, à quo captiui tenentur se-
cundum ipsius uoluntatem, qui non quærunt nisi unde nobis calumnientur, & retribuant
mala pro bonis: quia nec intelligere nouerũt, quẽ circa eos animũ dilectionẽq̃ꝫ seruemus,
& quomodo eos uelimus secundũ domini præceptũ, quod per Ezechielẽ prophetã pastori
bus dedit, reuocare errãtes, et ꝑditos inuenire. Illi aũt, quod & alibi aliquãdo diximus, & qd̃
nobis faciunt, sibi non imputant, & quod sibi faciunt, nobis imputant. Quis enim nostrum 23.q.5.quis enim.

uelit non ſolum aliquem illorum perire,uerumetiam aliquid perderet? Sed ſi aliter non me C
ruit pacem habere domus Dauid,niſi Abſalon filius eius in bello quod contra patrem ge
rebat fuiſſet extinctus,cuius magna cura mandauerit ſuis, ut eum quantum poſſent uiuũ
ſaluumq; ſeruarent,ut eſſet cui pœnitenti paternus affectus ignoſceret, quid ei reſtitit, niſi
perditum flere,& ſui regni pace acquiſita ſuam mœſticiam cõſolari? Sic ergo catholica ma
ter bellantibus aduerſus eam quid aliud quàm filijs ſuis,quia utiq; ex ipſa magna arbore,
quæ ramorum ſuorum porrectione toto orbe diffunditur, iſte in Africa ramuſculus fra/
ctus eſt,cum eos charitate parturiat ut redeant ad radicem, ſine qua ueram uitam habere
non poſſunt,ſi aliquorum perditione cæteros tam multos collegit,præſertim quia iſti non
ſicut Abſalon caſu bellico,ſed ſpontaneo magis interitu pereunt, dolorem materni cordis
lenit & ſanat tantorum liberatione populorum. Quorum ſi uideas in Chriſti pace lætici/
as,frequentias,alacritates,& ad hymnos audiendos & canendos, & ad uerbum dei perci/
piendum celebres hilaresq; conuentus,multorumq; in eis cum dolore magno recordatio/
nem præteriti erroris,& cum gaudio conſiderationem cognitæ ueritatis,& cum indignatio
ne & deteſtatione mendacium magiſtrorum,quod modo cognoſcãt de noſtris ſacramen/
tis quàm falſa iactauerint, multorum etiam in eis confeſſiones, quod olim uellent eſſe ca/
tholici,nec inter homines tanti furoris auderent: horum ergo populorum congregationes
per plurimas Africæ regiones,ab illa perditione liberatorum, ſi ſub uno cõſpectu uideres,
tunc diceres nimiæ fuiſſe crudelitatis,ſi dum timeretur ne homines deſperati & iſtorum in/
numerabili multitudini nulla æſtimatione comparandi ſuis & uoluntarijs ignibus crema/
23.q.4.ipſa pietas. rentur,iſti in æternum perdendi & ſempiternis ignibus cruciandi relinquerentur. Si enim
duo aliqui in una domo habitarent quam certiſſime ſciremus eſſe ruiturã, nobisq; id præ/
nunciantibus nollent credere,atq; in ea manere perſiſterẽt, ſi eos inde poſſemus eruere uel
inuitos,quibus imminentem illam ruinam poſtea demonſtraremus, ut redire ulterius ſub
eius periculũ non auderẽt,puto niſi faceremus nõ immerito crudeles dijudicaremur. Porrò D
ſi unus illorum nobis diceret,qñ intraueritis eruere nos,meipſum cõtinuo trucidabo, alter
autẽ nec exire quidem inde nec erui uellet,ſed neq; necare ſe auderet,quid eligeremus:utrũ
ambos ruinæ opprimendos relinquere,an uno ſaltem per miſericordiæ noſtrã operam li/
berato,alterum nõ noſtra culpa,ſed ſua potius interire? Nemo eſt tam infelix, qui non qd
fieri in talibus rebus oporteat facillime iudicet. Et de duobus hominibus,uno ſcilicet perdi
to & uno liberato ſimilitudinem iſtam propoſui. Quid ergo ſentiẽdum eſt de quibuſdam
paucis perditis, & innumerabili multitudine populorum liberatorum? Non enim uel tot
ſunt illi homines qui ſua uolũtate pereunt, quot liberantur per iſtas leges ab illa peſtifera
23.q.4.ipſa pietas. æternaq; pernicie fundi,pagi,uici,caſtella,municipia,ciuitates. Si autem diligentius rem de
qua loquimur cogitemus,puto quod ſi plurimi eſſent in domo ruitura,et inde ſaltem unus
liberari poſſet,atq; id cum facere conaremur,alij ſeipſos præcipitio necarẽt, dolorem de cæ
teris noſtrum, de unius ſaltem ſalute conſolaremur, non tamen ne ſeipſos alij perderent,
perire uniuerſos nullo liberato pmitteremus. Quid igitur de opere miſericordiæ,quod pro
uita æterna adipiſcẽda & pœna æterna uitanda hominibus debemus impendere,iudican
dum eſt,ſi pro ſalute iſta nõ ſolum temporali,ſed etiam breui, ad ipſum tempus exiguum
23.q.7. quod autem. liberanda,ſic nos hominibus ſubuenire,ratio uera & benigna compellit? Quod autem no
bis obijciunt,quod res eorum concupiſcamus & auferamus, Vtinam catholici fiant,& non
ſolum quæ dicunt ſua,ſed etiam noſtra in pace nobiſcum & charitate poſſideant. Vſque/
adeo autem calumniandi cupiditate cæcantur,ut non attendant,quàm ſint inter ſe contra/
ria quæ loquuntur. Ipſi certe dicunt & inuidioſiſſime ſibi conqueri uidẽtur, quod eos in no
ſtram communionem uiolento legum imperio coarctamus. Hoc utiq; nullo modo facere/
mus, ſi res eorum poſſidere uellemus. Quis auarus quærit compoſſeſſorem? Quis domi/
nandi cupiditate inflammatus, uel faſtu dominationis elatus deſiderat habere cõſortem?
Ipſos certe attendãt quondã ſuos iã noſtros ſocios,& fraterna nobis dilectione cõiunctos,
quemad/

A quemadmodũ ſua teneant,non ſolum quæ habebant,ſed etiam noſtra quæ non habebãt, quæ tamẽ ſi pauperum compauperes ſumus & noſtra ſunt & illorum. Si autem priuatim quæ nobis ſufficiant poſſidemus, non ſunt illa noſtra ſed pauperum, quorum procuratio- *Sacerdotes di ſpẽſatores nõ proprietarij.*
nem quodammodo gerimus,non proprietatẽ nobis uſurpatione damnabili uendicamus. Quicquid ergo nomine eccleſiarũ partis Donati poſſidebatur, Chriſtiani imperatores legibus religioſis cum ipſis eccleſijs ad catholicam tranſire iuſſerũt. Cum ergo nobiſcum ſint plebes earundem eccleſiarum,nobiſcum pauperes qui ab eiſdem poſſeſſiunculis alebantur, ipſi potius foris poſiti,deſinant concupiſcere aliena,ſed intrent in unitatis ſocietatem,ut pariter gubernemus,non illa tantum quæ dicunt ſua,uerumetiam quæ dicũtur & noſtra.Scriptum eſt enim: Omnia ueſtra ſunt,uos autem Chriſti,Chriſtus autem dei.Sub illo capite *1.Cor.3.*
in uno eius corpore unum ſimus, & de iſtis talibus rebus faciamus quod ſcriptũ eſt in actibus apoſtolorum:Erat illis anima una & cor unum,& nemo dicebat aliquid proprium,ſed *Act.4.*
erant illis omnia cõmunia.Amemus quod cantamus:Ecce q̃ bonũ & quàm iocundũ habitare fratres in unum,ut ſic experiantur,& ſciant q̃ ueraciter ad eos clamet mater catholica, *Pſal.132.*
quod ſcribit beatus apoſtolus ad Corinthios:Non quæro quæ ſunt ueſtra ſed uos.Si autem cõſideremus quod ſcriptum eſt in libro ſapientiæ,Ideo iuſti tulerũt ſpolia impiorum, *2.Cor.12. Sap.10.*
Item quod legitur in Prouerbijs:Theſaurizantur autẽ iuſtis diuitiæ impiorũ, tunc uidebimus nõ eſſe quærendum qui habeant res hæreticorũ,ſed qui ſint in ſocietate iuſtorum. Sci- *23.q.7.quem admodum.*
mus quidem illos tantam ſibi arrogare iuſticiã,ut eam ſe iactent nõ ſolũ habere, ſed etiam aliĳs hominibus dare. A ſe quippe dicunt iuſtificari eum,quem baptizauerint,ubi nihil eis reſtat,niſi dicere illi qui baptizatur ab eis ut in baptizatorem ſuum credat. Cur enim nõ faciat,quando Apoſtolus dicit: Credenti in eum qui iuſtificat impium, deputatur fides eius *Rom.4.*
ad iuſticiam? In ipſum ergo credat ſi eum ipſe iuſtificat, ut deputetur fides eius ad iuſticiam. Sed puto quod etiam ipſi ſeipſos horreãt, ſi tamen iſta uel cogitare dignantur. Iu-
B ſtus enim & iuſtificans non eſt niſi deus. Poteſt autem & de iſtis dici quod dicit Apoſtolus de Iudæis, quia ignorantes dei iuſticiam & ſuam uolentes conſtituere,iuſticiæ dei non *Roma.10.*
ſunt ſubiecti. Abſit autem ut quiſquam noſtrum ita ſe iuſtum dicat,ut aut ſuam iuſticiam uelit cõſtituere,id eſt,quaſi à ſeipſo ſibi datã,cum dicat ei, Quid enim habes quod nõ acce- *1.Corinth.4.*
piſti? aut ſine peccato ſe eſſe iactare audeat in hac uita, ſicut ipſi in noſtra collatione dixerũt in ea ſe eſſe eccleſia quæ iam nõ habet maculã aut rugã aut aliquid huiuſmodi:neſcien- *Ephe.5.*
tes hoc modo in eis compleri,qui uel poſt baptiſmum continuo uel dimiſſis debitis quæ di- *2.Retract. 6.*
mittẽda in oratione poſcuntur de hoc exeunt corpore,in tota uero eccleſia tunc futurum ut ſit omnino non habens maculam aut rugam aut aliquid eiuſmodi,quando dicẽdum erit: *Eccleſia quomodo ſine macula & ruga.*
Vbi eſt mors uictoria tua? Vbi eſt mors aculeus tuus? Aculeus enim mortis eſt peccatum. In hac autem uita ubi corpus quod corrumpitur aggrauat animam,ſi eccleſia eorũ iam talis eſt,non ergo dicant deo,quod dominus nos orare docuit, Dimitte nobis debita noſtra. Cum emẽ in baptiſmo cuncta dimiſſa ſunt,ut quid hoc poſcit eccleſia,ſi iam etiã in hac uita nõ habet maculã aut rugam aut aliquid huiuſmodi? Cõtemnant & apoſtolũ Ioannẽ dicentem in epiſtola ſua:Si dixerimus quia peccatũ nõ habemus,noſipſos decipimus,& ue- *1.Ioan.1.*
ritas in nobis non eſt. Si autem cõfeſſi fuerimus peccata noſtra,fidelis eſt & iuſtus, qui dimittat nobis peccata, & mundet nos ab omni iniquitate.Propter hanc ſpem dicit uniuerſa eccleſia, Dimitte nobis debita noſtra:ut nõ ſuperbientes ſed confitentes mundet nos ab *Matth.6.*
omni iniquitate,atq; ita ſibi dominus Chriſtus exhibeat in illa die glorioſam eccleſiam nõ habentem maculam aut rugã aut aliquid eiuſmodi,Quã modo mundat lauacro aquæ in uerbo:quia neq; aliquid remanet in baptiſmo, quod non dimittatur omniũ præteritorum peccatorũ,ſi tamen ipſe baptiſmus non fruſtra foris habeatur,ſi aut intus detur,aut ſi iam foris datus eſt,non foris cum illo remaneat: & quicquid ab eis qui poſt acceptũ baptiſmũ hic uiuunt infirmitate humana contrahitur quarumcq; culparum,propter ipſum lauacrum dimittitur.Neq; enim aliquid prodeſt non baptizato dicere,Dimitte nobis debita noſtra.

Ita

Ephe.5 Ita modo mundat ecclesiam suam lauacro aquæ in uerbo, ut tunc eam sibi exhibeat, non C
habentem maculam neq; rugam,aut aliquid eiusmodi, totam scilicet pulchram atq; perfe
ctam,quando absorbebitur mors in uictoriam.Nunc ergo inquantum uiget in nobis qđ
ex deo nati sumus,ex fide uiuentes,iusti sumus. Inquãtum autem reliquias mortalitatis ex
1.ioan.3 Adam trahimus,sine peccato non sumus.Et illud enim uerũ est:Qui natus est ex deo non
1.Ioan.1 peccat.Et illud uerum est:Si dixerimus quia peccatum non habemus,nosipsos decipimus,
Rom.3. & ueritas in nobis non est. Dominus itaq; Christus & iustus est & iustificans,nos autẽ iu/
23.q.7.quem admodum. stificati gratis per gratiam ipsius. Non aũt iustificat nisi corpus suum,quod est ecclesia. Et
ideo si corpus Christi tollit spolia impiorum,& corpori Christi thesaurizantur diuitiæ im
piorum,non debent impij foris remanere,ut calumnientur,sed intrare potius ut iustificen/
Sapien.5 tur. Vnde & illud quod de die iudicij scriptum est: Tunc stabunt iusti in magna cõstantia
aduersus eos qui se angustiauerunt,& abstulerunt labores eorum,nõ utiq; sic intelligendũ
est,quia stabit Chananæus aduersus Israël,cum Chananæi abstulerit labores Israël,sed
stabit Nabuthæus aduersus Achab,qm̃ labores Nabuthæi abstulit Achab. Chananæus
quippe impius,Nabuthæus iustus.Eodem modo non stabit paganus aduersus Christia/
num qui abstulit labores eius,qñ idolorũ expoliata uel donata sunt templa:sed stabit chri
stianus aduersus paganũ,qui abstulit labores eius,qñ martyrũ prostrata sunt corpora.Sic
ergo non stabit hæreticus aduersus catholicũ qui abstulit labores eius,qñ prævaluerunt le
ges catholicorum imperatorum:sed stabit catholicus aduersus hæreticum, qui abstulit la/
bores eius,qñ furores prævalebant impiorum circũcellionum. Ipsa quippe scriptura soluit
quæstionem,quæ non ait:Tunc stabunt homines,sed tunc stabunt iusti.Et ideo in magna
constantia,quia in bona conscientia.Iustus autem hic nemo est iusticia sua,id est tanq; sibi
Rom.12 à seipso facta,sed ut dicit apostolus:Sicut unicuiq; deus partitus est mensurá fidei.Sequitẽ
autem & adiungit: Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia aũt mem
bra non eosdem actus habẽt,Ita multi unum corpus sumus in Christo. Ac per hoc nemo D
poterit esse iustus q̃diu fuerit ab unitate huius corporis separatus.Quemadmodum enim
membrum,si præcidatur ab hominis uiui corpore,non potest tenere spiritum uitæ, Sic ho
mo qui præciditur de Christi iusti corpore,nullo modo potest spiritum tenere iusticiæ,etiã
si figuram membri teneat quã sumpsit in corpore.In huius ergo cõpagem corporis ueniãt,
& labores suos non dominandi cupiditate,sed bene utendi pietate possideãt.Nos aũt uo/
luntatem nostram,ut iam dictum est,ab huius cupiditatis sordibus, quolibet inimico iu/
dicante purgamus,qñ eos ipsos quorũ labores dicũtur,ut nobiscum & illis & nostris in so/
cietate catholica utantur,quantũ ualemus inquirimus.Sed hoc est inquiunt quod nos mo
uet.Si iniusti sumus,quare nos quæritis?Quibus respõdemus. Quærimus uos iniustos,ne
Luc.15 pmaneatis iniusti.Quærimus perditos,ut de inuẽtis gaudere possimus dicentes:Mortuus
erat frater & reuixit,perierat & inuentus est.Quare ergo me inquit nõ baptizas, ut abluas
me à peccatis?Respondeo.Quia non facio iniuriã characteri imperatoris, cũ erroré corri/
go desertoris.Quare inqt apud te uel pœnitentiã nõ ago? Immo nisi egeris saluus esse nõ
poteris.Quõ em̃ gaudebis te esse correctũ,nisi doleas fuisse peruersum?Quid ergo inquit
apud uos cũ ad uos transimus accipimus?Respondeo.Nõ quidem accipitis baptismũ,qui
uobis extra cõpagem corpis Christi inesse potuit,prodesse non potuit:sed accipitis unitatẽ
spũs in uinculo pacis,sine qua nemo poterit uidere deũ,& charitatẽ,quæ sicut scriptum est,
1.petri.4 cooperit multitudinem peccatorũ. Quod tã magnũ bonũ,sine quo nec linguas hominũ &
angelorũ,nec scientiã omniũ sacramentorũ,nec prophetiam,nec tantam fidẽ qua montes
transferantur,nec omnia quæ possidet homo distributa pauperibus,nec corpis in ignibus
1.Cor.13. passionem prodesse aliquid,Apostolus testis est, Hoc ergo tam magnũ bonũ, si paruũ &
nullum putatis,merito infeliciter erratis,merito si in unitatẽ catholicam nõ transitis,peritis.
Si ergo inqunt oportet ut nos extra ecclesiã & aduersus ecclesiã fuisse pœniteat,ut salui esse
possimus,quomodo post istam pœnitentiam apud uos clerici uel etiã episcopi permane/
mus?

A mus? Hoc non fieret,quoniam reuera,quod fatendum eſt,fieri nō deberet,niſi pacis ipſius compenſatione ſanarentur.Sed ſibi hoc dicant & multo maxime humiliter doleant,qui in tanta morte præciſionis iacent,ut iſto quodam uulnere matris catholicæ reuiuiſcant.Cum enim præciſus ramus inſeritur,fit aliud uulnus in arbore,quo poſſit recipi ut uiuat, qui ſine uita radicis peribat,Sed cum receptus recipienti coaluerit,& uigor conſequetur,& fructus. Si autem non coaluerit,ille quidem areſcit,ſed uita arboris permanebit.Eſt enim & tale inſerendi genus, ut nullo præciſo ramo qui intus eſt, ille qui foris eſt inſeratur, non tamen nullo ſed uel leuiſſimo arboris uulnere. Ita ergo & iſti cum ad radicem catholicam ueniunt,nec eis quamuis poſt erroris ſui pœnitentiā honor clericatus uel epiſcopatus aufertur, ſit quidem aliquid tanquam in cortice arboris matris contra integritatem ſeueritatis. Verumtamē quia neq; qui plantat eſt aliquid neq; qui rigat,ad dei miſericordiam precibus ſuis coaleſcente inſitorum pace ramorum,charitas cooperit multitudinem peccatorum. Vt enim cōſtitueretur in eccleſia,ne quiſquam poſt alicuius criminis pœnitentiam clericatū accipiat,uel ad clericatum redeat,uel in clericatu maneat,nō deſperatione indulgentiæ,ſed rigore factum eſt diſciplinæ, Alioquin contra claues datas eccleſiæ diſputabitur, de quibus dictum eſt:Quæ ſolueritis in terra ſoluta erunt & in cœlo,ſed ne forſitan etiā de cæteris criminibus,ſpe honoris eccleſiaſtici animus intumeſcens ſuperbe ageret pœnitentiam,ſeueriſſime placuit ut poſt actam de crimine damnabili pœnitentiam, nemo ſit clericus, ut deſperatione temporalis altitudinis medicina maior & uerior eſſet humilitatis. Nam & ſanctus Dauid de criminibus mortiferis pœnitentiam egit,& tamen in honore ſuo perſtitit. Et beatum Petrum quando amariſſimas lachrymas fudit, utique dominum negaſſe pœnituit, & tamen apoſtolus manſit. Sed non ideo ſuperuacua putanda eſt poſteriorum diligentia, qui ubi ſaluti nihil detrahebatur humilitati aliquid addiderunt, quo ſalus tutius munire-
B tur,experti credo aliquorum fictas pœnitentias per affectatas honorum potentias.Cogūt enim multas inuenire medicinas,multorum experimenta morborum. Verum in huiuſmodi cauſis ubi per graues diſſenſionum ſciſſuras non huius aut illius hominis eſt periculum, ſed populorum ſtrages iacent, detrahendum eſt aliquid ſeueritati, ut maioribus malis ſanandis charitas ſyncera ſubueniat. Habeant ergo iſti de præterito deteſtabili errore,ſicut Petrus habuit de mendaci timore amarum dolorem, & ueniant ad eccleſiam Chriſti uerā,hoc eſt matrem catholicam,Sint in illa clerici,ſint epiſcopi utiliter,qui contra illam fuerunt hoſtiliter. Non inuidemus, imò amplectimur, optamus, hortamur, & quos in uiis aut ſepibus inuenimus, intrare cogimus,& ſic nondum quibuſdam perſuademus, quia nō res eorum, ſed ipſos quærimus. Apoſtolus Petrus quando ſaluatorem negauit & fleuit & apoſtolus manſit,nondum acceperat promiſſum ſpiritum ſanctum.Sed multo magis iſti eum non acceperūt,ubi à corporis compage diuiſi,quod ſolum corpus uiuificat ſpiritusſanctus,extra eccleſiam & contra eccleſiam,eccleſiæ ſacramēta tenuerunt,& tanquam ciuili bello noſtris contra nos erectis ſignis armisq; pugnauerunt. Veniāt,fiat pax in uirtute Hieruſalem, quæ uirtus charitas eſt. Cui ſanctæ ciuitati dictum eſt: Fiat pax in uirtute tua,& abundantia in turribus tuis. Nō ſe extollant aduerſus maternam ſolicitudinem, quam pro ipſis & pro tantis populis quos decipiunt uel decipiebant colligendis & habuit & habet: non ſuperbiant, quia ſic eos ſuſcepit: non referant ad elationis ſuæ malum quod facit ipſa propter pacis bonum. Sic multitudinibus per ſchiſmata & hæreſes pereuntibus ſubuenire conſueuit. Hoc diſplicuit Lucifero,quia factum eſt in eis ſuſcipiendis atq; ſanandis, qui ueneno perierant Arriano: & cui diſplicuit in tenebras cecidit ſchiſmatis, amiſſo lumine charitatis. Hoc erga iſtos ab initio ſeruauit Africana catholica & epiſcoporum ſententia, qui in eccleſia Romana inter Cæcilianum & partem Donati iudicauerunt, damnatóque uno quodam Donato,qui autor ſchiſmatis fuiſſe manifeſtatus eſt, cæteros correctos etiam ſi extra eccleſiam ordinati eſſent in ſuis honoribus ſuſcipiendos eſſe cenſuerunt: non quo etiam foris ab unitate corporis Chriſti poſſent habere ſpiritum ſanctum,ſed maxime

propter

1. Corinth. 5.
Diſ. 50. ut cō ſtitueretur.
Matth. 16.
25.q. 4. ipſa pietas.
Diſ. 50. ut cō ſtitueretur.
Pſal. 121.

propter eos quos foris positi possent decipere,& à susceptione illius muneris impedire. De C
inde ut etiam ipsorum infirmitas lenius excepta intus sanabilis fieret,iam nulla pertinacia
claudente oculos cordis aduersus euidentiam ueritatis. Quid autem aliud etiam ipsi cogi-
tauerunt,quando Maximianistas quos in sacrilego sicut eorum concilium indicat schisma
te damnauerant, & in quorum iam locum alios ordinauerant, postea quàm uiderant ab
eis populos non recedere,ne omnes perderent in suis honoribus receperunt, & baptismo
quem foris ab eis damnati dederant,nullam contradictionem quæstionemq; mouerunt?
Quare ergo mirantur aut queruntur aut calumniantur quod eos sic suscepimus pro uera
pace Christi,& non recordantur quid ipsi fecerint pro uana quæ contra Christum est pa-
ce Donati? Quod eorum factum si contra eos teneatur & intelligenter asseratur, quid o-
mnino respondeant non habebunt. Quod autem dicunt: si peccauimus in spiritum san-
ctum,quia exufflauimus baptismum uestrum,ut quid nos quæritis,cum remitti nobis hoc
peccatum omnino non possit, dicente domino: Qui peccauerit in spiritum sanctum, non
remittetur ei, neq; in hoc seculo neq; in futuro, non attendunt, quia secundum istum sen-
sum nemo liberandus est. Quis enim non loquitur aduersus spiritum sanctum & peccat
in eum,siue qui nondum est Christianus, siue qui est hæreticus Arrianus, aut Eunomia-
nus, aut Macedonianus qui eum dicũt esse creaturam, aut Photinianus qui eius omnino
negat aliquam esse substantiam,sed unum tantummodo esse deum patrem,siue alij hære-
tici quos commemorare longum est? Nulli ergo istorum liberandi sunt? Aut ipsi Iudæi
quibus dominus hoc obiecit,si in eum crederent non erant baptizandi? Non enim ait sal
uator: In baptismo remittetur,sed non remittetur inquit,neq; in hoc seculo neq; in futuro.
Intelligant ergo non omne, sed aliquod significatum esse peccatum in spiritum sanctum.
quod omnino non remittetur. Sicut enim cum dixisset: Si non uenirem peccatum non ha
berent, utiq; non omne peccatum intelligi uoluit, quandoquidem pleni erant multis ma-
gnisq; peccatis,sed aliquod proprium peccatum,quod si non haberent possent illis omnia D
dimitti quæ habebant,id est,quod in eum uenientem non crediderunt,Hoc enim non ha
berent peccatum,si non uenirent: Sic etiam cum dixit, Qui peccauerit in spiritum san
uel qui uerbum dixerit aduersus spiritum sanctum, non utiq; omne quod in spiritum san
ctum peccatur facto siue dicto,sed aliquod certum & proprium intelligi uoluit. Hoc est au
tem duricia cordis usq; ad finem huius uitæ,qua homo recusat in unitate corporis Chri-
sti,quod uiuificat spiritussanctus,remissionem accipere peccatorum. Cum enim dixisset di
scipulis: Accipite spiritum sanctum,continuo subiecit, Si cui dimiseritis peccata dimitten-
tur ei,si cui tenueritis tenebuntur. Huic ergo dono gratiæ dei quicũq; restiterit & repugna
uerit,uel quoquo modo fuerit ab eo alienus, usq; in finem huius temporalis uitæ non re-
mittetur ei,neq; in hoc seculo neq; in futuro. hoc scilicet tam grande peccatum ut eo tenean
tur cuncta peccata,quod non probatur ab aliquo esse commissum,nisi cum de corpore ex
ierit. Quàmdiu uero hic uiuit,eum sicut dicit Apostolus patientia dei ad pœnitentiam ad-
ducit. Sed si ipse perseuerantissima iniquitate, sicut consequenter adiungit Apostolus, Se-
cundum duriciam cordis sui,& cor impœnitens thesaurizat sibi iram in die iræ & reuelatio
nis iusti iudicij dei,non remittetur ei neq; in hoc seculo neq; in futuro. Isti autem cum qui-
bus agimus, uel de quibus agimus non sunt desperandi, Adhuc enim sunt in corpore: sed
non quærant spiritum sanctum nisi in Christi corpore,cuius habent foris sacramentum,
sed rem ipsam non tenent intus cuius est illud sacramentum,& ideo sibi iudicium mandu-
cant & bibunt. Vnus enim panis sacramentum est unitatis, quoniam sicut Apostolus di-
cit: Vnus panis unum corpus multi sumus. Proinde ecclesia catholica sola corpus est Chri
sti,cuius ille caput est saluator corporis sui. Extra hoc corpus neminem uiuificat spiritussan
ctus,quia sicut ipse dicit Apostolus: Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiri-
tumsanctum qui datus est nobis. Non est autem particeps diuinæ charitatis,qui hostis est
unitatis. Non habent itaq; spiritumsanctum,qui sunt extra ecclesiam. De illis quippe scri-
ptum

P eccatum in spiritumsanctum irremissibile.

Substantiam dixit pro persona.

4. senten. dis. 43.

De fide & operibus c. 28.

ἀμετάνοια.

A ptum est: Qui seipsos segregant animales,spiritum non habẽtes. Sed nec ille eum percipit, qui fictus est in ecclesia,& quomodo deinde scriptum est: Sanctus enim spiritus disciplinæ effugiet fictum. Qui ergo uult habere spiritumsanctum,caueat foris ab ecclesia remanere, caueat in eam simulate intrare. Aut si iam talis intrauit,caueat in eadem simulatione persistere,ut ueraciter coalescat arbori uitæ.Prolixum tibi librum direxi,& tuis fortasse occupationibus onerosum.Si ergo potuerit tibi uel partibus legi,dabit tibi dominus intellectum, ut habeas quid respondeas eis corrigendis atque sanandis,quos etiam tibiipsi tanquam fideli filio,mater ecclesia ubi potueris,& quomodo potueris,siue ipse loquẽdo & respondendo, siue ad doctores ecclesiæ perducendo, in adiutorio domini corrigendos sanandosq; commendat.

Macedonius iudex Cæsareus Augustino, testans se statim fecisse quod ille petierat,eo quod uerecunde peteret, seq; legisse libros quos ad se miserat,& eorum ingenium ac sententiam prædicat. Epistola LI.

DOMINO merito uenerabili,& uere suscipiẽdo patri Augustino episcopo,Macedonius. Miro modo afficior sapiẽtia tua, & in illis quæ ædidisti,& in his quæ interueniẽs pro solicitis mittere non grauaris. Nam & illa tantum habent acuminis scientiæ sanctitatis,ut nihil supra sit.Et hæc tantum uerecundiæ,ut ni si faciam quod mandas,culpam penes me remanere,non in negocio esse dñudicem,domine merito uenerabilis, & uere suscipiende pater. Non enim instas (quod pleriq; homines istius loci faciunt) ut quodcunq; solicitus uolueris,extorqueas:sed quod tibi à iudice tot curis obstricto petibile uisum fuerit,admones subseruiente uerecundia, quæ maxima difficilium inter bonos efficacia est.Proinde statim commendatis effectum desiderij tribui:nam sperandi uiam ante patefeceram.Explicui tuos libros (neq; enim tam languidi aut inertes erant, ut me aliud quàm se curare paterentur) iniecerunt manum, ereptumq; alijs solicitudinum causis,suis uinculis illigauerunt.Ita enim mihi deus propitius sit, ut ego anceps sum B quid in illis magis mirer,sacerdotij perfectionem,philosophiæ dogmata, historiæ plenam noticiam,an facundiæ plenam iucunditatem,quæ ita imperitos etiam illicere potest,ut donec explicent,non desistant, & cum explicauerint,adhuc requirant. Conuicti namque sunt impudenter pertinaces, iam inde à bonis quæ memorant seculis,pro naturæ rerum obscuritate cõtigisse peiora,falsosq; omnes illitis quadam dulcedine fœlicitatibus suis, per quas non ad beatitudinem,sed ad prærupta sunt ducti: Hæc uero nostra præcepta, & simplicis ueriq; dei mysteria, præter uitam perpetuam quam purissimis uirtutibus pollicẽtur, etiam hæc secularia & necessario qui nati sumus euentura mitigare:& usus es ualidissimo exemplo recentis calamitatis,quo licet firmissime causam muniueris,tamen si utrumuis licuisset, id tibi noluissem suffragari. Sed quando orta inde fuerat conuincendorum stulticiæ querela,necesse erat inde argumẽta ueritatis accersere.Hæc interim occupatus alijs curis,quæ &si uanæ sunt,cum rerum exitum cogitamus,tamen quasi necessariæ pro nascendi conditione, rescripsi. Si ocium fuerit & superstes uita, etiam de Italia rescribã,ut tantæ doctrinæ opus debitis,& si non satisfacientibus remuneretur officijs. Incolumem lætamq; sanctitatem tuam deus omnipotens æuo largissimo tueatur, domine merito desiderabilis & uere suscipiende pater.

Augustinus Macedonio,docẽs nec Epicureos nec Stoicos recte docuisse uiam ad ueram felicitatem.Nõ enim esse uirtutes nisi relatas ad charitatem dei & proximi, quæ à deo donatur, complectens omnes uirtutes, nec in hac uita contingere perfectam felicitatem, sed in futura. Epistola LII.

AVGVSTINVS episcopus famulus Christi familiæq; eius, dilecto filio Macedonio in domino salutem. Quamuis sapientiam, quam mihi tribuis, in me non agnoscam,tantæ tamen erga me beneuolẽtiæ tuæ, tamq; synceræ gratias ago debeoq; plurimas,& meorum studiorum labores,tali ac tãto uiro placuisse

cuisse delector. Multo uero amplius, quod animum tuum charitate æternitatis & ueritatis C
atq; ipsius charitatis affectum diuinæ illi cœlestiq; reip. cuius regnator est Christus, & in
qua sola semper beateq; uiuendum est, si recte hic pieq; uiuatur, agnosco inhiantem, uideo
propinquantẽ, eiusq; potiundæ amplector ardentem. Inde quippe manat etiam uera ami
citia, non pensanda temporalibus cõmodis, sed gratuito amore potienda. Nemo enim po
test ueraciter amicus esse hominis, nisi fuerit ipsius primitus ueritatis: quod si gratis non fi
at, nullo fieri pacto potest. De qua re etiam philosophi multa dixerunt, sed apud eos uera
pietas, id est uerax ueri dei cultus (unde omnia recte uiuendi duci oportet officia) non inue
nitur: non ob aliud, quantum intelligo, nisi quia beatam uitam, ipsi sibi quodammodo fa
bricare uoluerunt, potiusq; patrandam quàm impetrandam putauerunt, cum eius dator
non sit nisi deus. Neq; enim facit beatum hominem, nisi qui fecit hominem: nam qui tanta
creaturæ suæ bona, bonis malisq; largitur, ut sint, ut homines sint, ut uigentes sensibus, ua
lentes uiribus, affluentes opibus sint, seipsum bonis dabit ut beati sint, quia eius etiam hoc
munus est ut boni sint. Illi uero, qui in hac erumnosa uita, in his moribundis membris, sub
hac sarcina corruptibilis carnis, autores suæ beatæ uitæ & quasi conditores esse uoluerunt,
uelut proprijs eam uirtutibus appetentes, iamq; retinentes, non ab illo fonte uirtutum pe
tentes atq; sperantes, deum superbiæ suæ resistentem sentire minime potuerunt. Vnde in
Phalaris. errorem absurdissimum lapsi sunt, ut cum asseuerant, etiam in Phalaridis tauro beatum es
se sapientem, cogantur fateri uitam beatam aliquando esse fugiendam. Exaggeratis enim
malis corporis cedunt, atq; in eorum molestijs grauissimis abscedẽdum ex hac uita esse de
cernunt: Vbi nolo dicere quantum sit scelus seipsum hominem occidere insontẽ, cum omni
De uita beata lib. 1 no nõ debeat uel nocentem. Vnde in primo libro trium illorum, quos benignissime & stu
diosissime perlegisti, multa iam diximus. Sed certe cõsideretur, nec superbe sed sobrie iudi
cetur, quomodo uita beata sit, qua non sapiens retenta fruitur, sed illatis sibi manibus care
re compellitur. Est apud Ciceronem in extrema, ut scis, parte quinti Tusculanarum libri lo D
cus, propter hoc quod dico animaduertendus. Cum enim de cæcitate corporis ageret, atq;
affirmaret etiam cæcum beatum esse posse sapientem, multa dixit quæ per aures percipien
do gauderet. Itemq; si surdus esset, ea quibus oblectaretur ad oculos transtulit. Si autem
utroq; sensu orbaretur, & cæcus surdusq; fieret, non est ausus hinc ferre sententiam, eumq;
beatum dicere. Sed addidit etiam dolores grauissimos corporis, qui eum si non intereme
rint, ipse se interimat, & ad portum nõ sentiendi hac liberatus uirtute perueniat. Cedit igi
tur sapiẽs immanissimis cladibus, atq; succumbit, intantum ut eis cogatur & in seipsum ho
micidium perpetrare. Cui iam parcat ut illis careat malis, qui sibijpse nõ parcit? Certe sem
per beatus est, certe beatam uitam in sua potestate constitutam, nulla ui potest ullius cala
mitatis amittere. Ecce in cæcitate & surditate & atrocissimis cruciatibus corporis, aut ami
sit beatam uitam: aut si & in istis afflictionibus adhuc beata est, sit per huiuscemodi doctis
simorum hominũ disputationes, ut sit aliquãdo beata uita, quam sapiens ferre non possit:
uel quod est absurdius, quam sapiens ferre non debeat, eamq; fugiat, abrumpat, abijciat,
sesecq; ab ea ferro etiam seu ueneno, uel alia uoluntaria morte subducat: ut in portu nõ sen
tiendi uel nullus omnino sit, quod Epicurei & si qui alij simili stultitia putauerunt, uel ideo
al superba iactantia. beatus, quoniam fuerit ab illa beata uita, tanquam ab aliqua peste liberatus. O nimium ia
ctans superbia, si beata uita est in cruciatibus corporis, cur in ea non manet sapiens ut frua
tur? si autem misera est, quid obsecro te nisi typhus impedit ne fateatur, ne oret deum, ne iu
sto & misericordi supplicet, qui potens est & uitæ huius mala uel auertere uel mitigare, uel
ad ea tolerãda fortitudine armare, uel ab eis omnimodo liberare, & post hæc uere beatam
uitam dare, quò nullum malum admittatur, & ubi sumũm bonum nunq; amittatur? Hoc
piorum præmium est, cuius adipiscendæ spe uitam istam temporalem atq; mortalem, non
tam delectabiliter quàm tolerabiliter ducimus, & mala eius tunc bono cõsilio & diuino mu
nere fortiter ferimus, cum bonorum æternorum fideli dei promissione, & fideli nostra expe
ctatione

A ſtatione gaudemus. Ad hoc nos Apoſtolus exhortatus, ait: Spe gaudentes, in tribulatione patientes. Oſtendit enim quare in tribulatione patientes, præmittendo, ſpe gaudentes. Ad hanc ſpem exhortor per Ieſum Chriſtum dominū noſtrum. Hoc enim deus ipſe magiſter, latente maieſtate diuinitatis, & carnis infirmitate apparente, non ſolum ſermonis oraculo docuit, uerumetiam ſuæ paſſionis & reſurrectionis exemplo roborauit. In altera enim qualia tolerare, in altera qualia debeamus ſperare monſtrauit. Cuius & illi gratiam mererētur, niſi elati inflatiq; ſuperbia, inaniter conarentur iſtam uitam beatam ipſi ſibi facere, quod ſolus deus ueraciter cultoribus ſuis poſt hanc uitam ſe largiturum eſſe promiſit. Sanior quippe eſt eiuſdem Ciceronis illa ſentētia, ubi ait: Nam hæc uita quidem mors eſt, quam lamentari poſſem ſi liberet. Quomodo ergo ſi recte lamentatur, beata comprobatur, ac non potius quoniam recte lamentatur, miſera eſſe conuincitur? Quare aſſueſce, obſecro te uir bone, beatus eſſe interim ſpe, ut ſis etiam re, cum pietati perſeuerātiſſimæ retribuetur merces felicitatis æternæ. Si prolixa epiſtola, oneroſus ſum, tute hoc impetraſti tibi, qui me ſapientem appellaſti. Hinc enim auſus ſum hæc ad te loqui, ut tibi ſapientiam, nō qualis mihi ſit, oſtentarem, ſed qualis eſſe debeat oſtenderem. Hæc eſt autem in præſenti ſeculo uerus ueri dei cultus, ut ſit eius in futuro ſeculo certus atq; integer fructus. Hic conſtantiſſima pietas, ibi ſempiterna felicitas. Ex iſta ſapiētia, quæ una & uera eſt, ſi quid habeo, à deo ſumpſi, nō à me præſumpſi: atq; ab illo in me perfici fideliter ſpero, à quo inchoatū eſſe humiliter gaudeo, nec in eo quod adhuc non donauit incredulus, nec in eo quod iam donauit ingratus. Nō em̄ meo uel ingenio uel merito, ſed eius dono ſum ſi quid laudabiliter ſum. Nam quædam acutiſſima & excellentiſſima ingenia tanto in maiores errores ierunt, quanto præfidētius tanquam ſuis uiribus cucurrerunt, nec ſuppliciter ac ueraciter deum, ut ſibi uiam oſtenderet, petiuerunt. Merita uero quorumlibet hominum quæ ſint, quandoquidem ille qui nō cum mercede debita, ſed cum gratuita gratia uenit, omnes peccatores ſolus à peccatis liber
B atq; liberator inuenit. Si ergo nos uirtus uera delectat, ei dicamus, quod in eius ſacris litteris legimus: Diligam te domine uirtus mea. Et ſi uere beati eſſe uolumus (quod nolle non poſſumus) id quod in eiſdē litteris didicimus, fido corde teneamus. Beatus uir, cuius eſt nomen domini ſpes eius, & non reſpexit in uanitates & inſanias mēdaces. Quanta eſt autem uanitas, quanta inſania, quantumq; mendacium, hominem mortalem, erumnoſam uitam mutabili ſpiritu & carne ducentem, tot peccatis oneratum, tot tentationibus ſubditum, tot corruptionibus obnoxium, pœnisq; iuſtiſſimis deſtinatū, in ſeipſo fidere ut beatus ſit, quādo ne illud quidem, quod habet in naturæ ſuæ dignitate præcipuum, id eſt mentem atque rationem, poteſt uendicare ab erroribus, niſi deus aſſit lux mentium? Abiiciamus itaq;, obſecro te, falſorum philoſophorū uanitates & inſanias mendaces: quia nec uirtus nobis erit, niſi aſſit ipſe quo iuuemur, nec beatitudo, niſi aſſit ipſe quo fruamur, & totū mutabile atq; corruptibile noſtrum, quod per ſeipſum imbecille & quædam materies miſeriarum eſt, dono immortalitatis atq; incorruptionis abſorbeat. Quoniam uero te reipub. ſcimus amatorem, non aliunde eſſe beatum hominem, aliunde ciuitatem, uide quàm ſit in illis ſacris litteris clarum. Nam quidam in eis ſanctoſpiritu plenus hæc loquitur orans: Exime me de manu filiorum alienorum, quorum os locutū eſt uanitatem, & dextera eorum dextera iniquitatis: Quorum filij uelut nouellæ cōſtabilitæ in iuuentute ſua. Filiæ eorum compoſitæ & ornatæ ſicut ſimilitudo templi: Cellaria eorum plena eructantia ex hoc in illud: Oues eorum fœcundæ, multiplicantes in exitibus ſuis, boues eorum craſſæ. Non eſt ruina maceriæ neq; tranſitus, neq; clamor in plateis eorum: Beatum dixerunt populum, cui hæc ſunt, beatus populus cuius dominus deus ipſius. Vides exaggeratiōe terrenæ felicitatis, beatum populum non dici, niſi à filijs alienis: id eſt non pertinentibus ad regenerationem, qua efficimur filij dei, à quorum manu iſte ſe exiſtimi precatur, ne ab eis in hanc opinionem atq; in peccata impia pertrahatur. Loquendo quippe uanitatem, beatum dixerunt populum, cui hæc ſunt quæ ſupra commemorauit, quibus ea felicitas cōſtat, quam ſolam dilectores huius mundi

Rom. 12

Pſal. 39

Pſal. 143

inquirunt. Et ideo dextera eorum dextera iniquitatis, quia hæc præpoſuerunt quæ fuerant C
poſtponenda, ſicut ſiniſtræ præponitur dextera. Si enim habentur, non in eis beata uita
ponenda eſt, ſed ſubdita debent eſſe, non prædita: ſequentia, nõ ducentia. Huic autem qui
ſic orabat, & à filijs alienis, qui beatum dixerũt populũ cui hæc ſunt, eximi diſcerniq; cupie/
bat, tanq; diceremus? Ipſe quid ſentis? Quem beatum populũ dicis? Nõ ait: Beatus popu
lus, cuius eſt uirtus animi eius. Quod ſi dixiſſet, diſcreuiſſet quidem etiã iſtum populum ab
illo qui beatam uitam in iſta uiſibili & corporali felicitate cõſtituit, ſed nõdum tranſcendiſ/
Hiere. 17 ſet omnes uanitates & inſanias mẽdaces. Maledictus em̃ omnis (ſicut alibi eædem litteræ
docẽt) qui ſpem ſuam ponit in homine. Ergo nec in ſeipſo quiſq; debet, quia & ipſe homo
eſt. Proinde ut tranſiret omnium uanitatum & inſaniarum mẽdacium limites, atq; ibi bea/
tam uitam poneret, ubi uere eſt: Beatus, inquit, populus, cuius dominus deus ipſius. Cernis
igitur unde petẽdum ſit, quod omnes docti indoctiq; deſiderant, & multi errando ac ſu/
perbiendo unde petatur, & ubi accipiatur ignorant. Vtriq; autem in quodã diuino pſalmo
pſal. 48 ſimul reprehenduntur, & qui cõfidunt in uirtute ſua, & qui in abundantia diuitiarũ ſuarum
gloriãtur: id eſt & philoſophi huius ſeculi, & abhorrentes uel à tali philoſophia beatumq;
dicentes populũ, cui ſuppetit terrena opulentia. Ac per hoc à domino deo noſtro, à quo fa
cti ſumus, & uirtutẽ petamus, qua huius uitæ mala ſuperemus, & beatam uitam, qua poſt
iſtam uitam in eius æternitate perfruamur, ut & in uirtute & in præmio uirtutis, ſicut Apo/
2. Cor. 10 ſtolus dicit, qui gloriatur, in domino glorietur. Hoc nobis uelimus, hoc ciuitati cuius ciues
ſumus. Nõ enim aliunde beata ciuitas, aliunde homo, cum aliud ciuitas non ſit, quàm con/
cors hominum multitudo. Itaq; ſi omnis prudentia tua, qua conſulere conaris rebus huma
nis: ſi omnis fortitudo, qua nullius iniquitate aduerſante terreris: ſi omnis temperãtia, qua
in tanta labe nequiſſimæ cõſuetudinis hominum te à corruptionibus abſtines: ſi omnis iu
ſticia, qua recte iudicãdo ſua cuiq; diſtribuis, id laborat, id nititur, ut hi quibus uis ut bene D
ſit, ſalui ſint corpore, & ab omni cuiuſquam improbitate tuti atq; pacati, habeãt filios ſicut
nouellas conſtabilitas, filias ornatas ſicut ſimilitudinem templi, cellaria plena eructuantia
ex hoc in hoc, fœcundas oues, craſſos boues, nec mæceriæ ruina deformet prædium, nec liti/
gantium clamor perſonet in plateis eorum: ita non erunt uere uirtutes tuæ, ſicut nec iſtorũ
beatitudo. Hic enim ad uerum dicendũ, illa mea uerecundia quam in tua epiſtola benigno
ſermone laudaſti, me impedire non debet, ſi quælibet inquam adminiſtratio tua, illis quas
commemorauí inſtructa uirtutibus, hoc intẽtionis fine determinatur, ut homines ſecundũ
carnem nullas iniquas moleſtias patiãtur: nec ad te exiſtimas pertinere, quò iſtam quietem
quam præſtare niteris, referant, id eſt ut uerbis nõ ambiam, quomodo deum uerum, ubi eſt
quietæ uitæ omnis fructus, colant, nihil tibi prodeſt ad uitam uere beatam tãtus labor. In/
uerecundius hoc dicere uideor, & oblitus quodammodo conſuetudinẽ interceſſionum mea
rum. Sed ſi nihil eſt uerecundia, niſi quidam diſplicendi metus, ego in hac cauſa metuendo
non uereor. Metuo enim ne primum deo, deinde ipſi amicitiæ (quam mecum inire digna/
tus es) iure diſpliceam, ſi minus liber in admonẽdo fuero, quàm me admonere ſaluberrime
exiſtimo. Sum certe uerecundior cum tibi pro alijs intercedo: Cum uero pro teipſo, tanto
liberior quanto amicior, quia tanto amicior quanto fidelior: quanquam hæc ipſa non dice/
rem, niſi uerecundius agerem. Quæ ſi maxima eſt, ut ipſe ſcripſiſti, difficilium inter bonos
efficacia, adiuuet me pro te apud te, ut in illo te fruar, qui mihi hanc ad te ianuam fiduciãq;
præſtitit: præſertim quia id quod ſuggero, iam facile arbitror eſſe animo tuo tot diuinis mu
neribus adminiculato & inſtructo. Si enim uirtutes quas accepiſti, à quo acceperis ſentiens,
eiq; gratias agens, eas ad ipſius cultum etiam in tuis iſtis ſecularibus honoribus conferas,
tuæq; poteſtati ſubditos homines ad eum colẽdum exemplo tuæ religioſæ uitæ, & ipſo ſtu
dio conſulendi, ſeu fouendo ſeu terrendo erigas & adducas: nihilq; aliud in eo, quod per te
ſecurius uiuunt, uelis, niſi ut hinc illum promereantur, apud quem beate uiuant: & ueræ il/
læ uirtutes erunt, & illius opitulatione, cuius largitate donatæ ſunt, ita creſcent & perficien/
tur,

A tur,ut te ad uitam uere beatam,quæ non niſi æterna eſt,ſine ulla dubitatione perducāt: ubi iam nec prudenter diſcernantur à bonis mala,quæ non erunt:nec fortiter tolerētur aduerſa, quia non ibi erit,niſi quod amemus,non etiam quod toleremus:nec temperanter libido frenetur,ubi nulla eius incitamenta ſentiemus:nec iuſte ſubueniatur ope indigentibus,ubi inopem atq; indigum non habebimus. Vna ibi uirtus erit,& idipſum erit uirtus, præmium q; uirtutis,quod dicit in ſanctis eloquijs homo qui hoc amat. Mihi autem adhærere deo bo/ Pſal.72
num eſt.Hæc ibi erit plena & ſempiterna ſapientia,eadem q; ueraciter uita iam beata. Per/
uētio quippe eſt ad æternum ac ſummum bonum,cui adhærere in æternum eſt finis noſtri
boni.Dicatur hæc & prudentia,quia proſpectiſſime adhærebit bono quod non amittatur:
& fortitudo,quia firmiſſime adhærebit bono unde non auellatur: & temperātia,quia caſtiſ
ſime adhærebit bono,ubi iam non corrumpatur: & iuſticia, quia rectiſſime adhærebit bo/
no,cui merito ſubijciatur.Quanquam & in hac uita uirtus non eſt,niſi diligere quod diligē
dum eſt.Id eligere,prudentia eſt:nullis inde auerti moleſtijs, fortitudo eſt: nullis illecebris,
temperantia eſt: nulla ſuperbia,iuſticia eſt. Quid aūt eligamus quod præcipue diligamus,
niſi quo nihil melius inueniam9? Hoc deus eſt,cui ſi diligēdo aliquid uel præponimus,uel
æquamus,noſipſos diligere neſcimus. Tāto em̄ nobis melius eſt,quātomagis in illū imus,
quo nihil melius eſt.Imus autem non ambulando,ſed amando. Quem tanto habebimus
præſentiorem,quanto eundem amorem,quo in eum tendimus,potuerimus habere purio/
rem.Nec enim locis corporalibus uel extēditur uel induditur.Ad eum ergo,qui ubiq; præ/
ſens eſt,& ubique totus,non pedibus ire licet,ſed moribus. Mores autem noſtri non ex eo
quod quiſq; nouit,ſed ex eo quod quiſq; diligit,dijudicari ſolēt.Nec faciunt bonos uel ma
los mores,niſi boni uel mali amores.Prauitate ergo noſtra à rectitudine dei longe ſumus.
Vnde rectum amando corrigimur,ut recto recti adhærere poſſimus.Ad illum ergo quan/
ta opera poſſumus,etiam illi ut perueniant agamus,quos tāquam noſmetipſos diligimus,
B ſi noſmetipſos diligere illum diligēdo iam nouimus. Chriſtus nanq; (id eſt ueritas) dicit, In Matth.22.
his duobus præceptis totam legem prophetas q; pendere, ut diligamus deum ex toto cor/
de,ex tota anima,ex tota mēte,& diligamus proximos tanq; noſmetipſos. Proximus ſanè
hoc loco non ſanguinis propinquitate, ſed rationis ſocietate pēſandus eſt,in qua ſocij ſunt
omnes homines.Nam ſi pecuniæ ratio ſocios facit,quanto magis ratio naturæ, non nego/
ciandi,ſed naſcendi lege communis.Hinc & ille comicus (ſicut luculentis ingenijs non deſit
teſplendentia ueritatis) cum ab uno ſene alteri ſeni dictum componeret, Tantum̄ ne ab re
tua eſt ocij tibi,aliena ut cures,ea quæ nihil ad te adtinent? Reſponſum ab altero reddidit:
Homo ſum,humani nihil à me alienum puto.Cui ſententiæ ferunt etiam theatra tota ple/
na ſtultis indoctis q; applauſiſſe.Ita quippe omnium affectum naturaliter attigit ſocietas
humānorum animorum, ut nullus ibi hominum niſi cuiuſlibet hominis proximum ſe eſſe
ſentiret. Cum ergo illa dilectiōe,quam diuina lex imperat,debeat homo diligere deum,&
ſeipſum & proximum,non tamen ex hoc tria præcepta data ſunt: nec dictum eſt in his tri/
bus,ſed in his duobus præceptis tota lex pendet & prophetæ: id eſt in dilectiōe dei ex toto
corde,ex tota anima,& ex tota mente,& proximi tanquam ſuijpſius:uidelicet ut intelligere
tur nullā eſſe aliam dilectionē,qua quiſq; diligit ſeipſum, niſi quod diligit deum. Qui em̄
aliter ſe diligit,potius ſe odiſſe dicendus eſt.Fit quippe iniquus,priuaturq; luce iuſticiæ,qui
à potiore ac præſtantiore bono auerſus, atq; inde uel ad ſeipſum conuerſus, ad inferiora Pſal.10
& egena utiq; conuertitur: fitq; in ipſo quod ueraciſſime ſcriptum eſt: Qui autem amat ini
quitatem,odit animam ſuam. Quia igitur nemo niſi deum diligendo,diligit ſeipſum, non
opus erat ut dato de dei dilectiōe præcepto, etiā ſeipſum homo diligere iuberetur, cum in
eo diligat ſeipſum quod diligit deum.Debet ergo & proximum diligere tanq; ſeipſum,ut 23.q.4. d. bet
quem potuerit hominem uel beneficētiæ conſolatiōe,uel informatiōe doctrinæ,uel diſcipli
næ coërtione adducat ad colendum deum, ſciens in his duobus præceptis totam legē pro/
phetas q; pēdere.Hoc qui ſobria diſcretione eligit,prudēs eſt:qui nulla hinc afflictiōe auer

titur,fortis eſt: qui nulla alia delectatiõe,temperãs eſt: qui nulla elatiõe,iuſtus eſt.His uirtu C
tibus diuinitus inſpiratis,per gratiã mediatoris dei cũ patre, & nobiſcũ hominis Ieſu Chri
ſti,per quem poſt inimicitias iniquitatis recõciliamur deo in ſpiritu charitatis, His inquam
uirtutibus diuinitus impartitis,& bona uita nũc agit̃,& poſtea præmiũ eius,quæ niſi æter/
na eſſe nõ poteſt,beata uita perſoluitur. Hic enim ſunt eædẽ uirtutes in actu,ibi in effectu:
hic in opere,ibi in mercede:hic in officio,ibi in fine.Itaq; oĩes boni & ſancti,ctiã in tormẽ/
tis quibuſlibet diuino fulti adiutorio,ſpe illius finis beati uocãtur,quo fine beati erũt.Nam
ſi in eiſdẽ tormẽtis & atrociſſimis doloribus ſemper eſſent cum quibuſlibet uirtutibus, eos
eſſe miſeros nulla ſana ratio dubitaret.Pietas igit̃, id eſt uerus ueri dei cultus ad oĩa pro/
deſt, & quæ moleſtias huius uitæ auertat aut leniat,& quæ ad illam uitã ſalutem q̃ perdu/
cat,ubi nec aliquid iam mali patiamur,& bono ſumo ſempiterno q̃ perfruamur.Ad hãc te.
perfectius aſſequendã & perſeuerãtiſſime retinẽdam exhortor,ut meipſum: cuius niſi iam
particeps eſſes,tuos q̃ iſtos honores tẽporales ei ſeruire oportere iudicares, nõ Donatiſtis
hæreticis ad eos in unitatẽ Chriſti pacẽq; redigẽdos, per edictũ diceres: Pro uobis hoc agi
tur, pro uobis ſacerdotes incorruptæ fidei, pro uobis imperator Auguſtus, pro uobis nos
quoq; eius iudices laboramus.Et alia multa quæ in eodẽ edicto ita poſuiſti, ut te appareat
in terreni iudicis cingulo,nõ parua ex parte cœleſtem remp. cogitare.Quare ſi de ueris uir/
tutibus & uere beata uita uolũi diutius loqui tecum, quæſo ne oneroſus deputer tuis occu/
pationibus:Imò uero me non eſſe confido,quando tu adeo magnum animum & mirabili
ter laudandum geris,ut nec illas curas deſeras,& his libentius ac familiarius occuperis.

Macedonius Auguſtino,quærẽs num ex pietate ſit, quod iudex precibus epiſcoporũ con
donat pœnam reis,præſertim ſi probabile ſit illos iterum peccaturos. Epiſtola LIII.

DOMINO merito uenerabili,& unice colẽdo patri Auguſtino,Macedonius. D
Optatas admodum ſanctitatis tuæ litteras accepi per Bonifacium uenerandæ
legis antiſtitem,quem eo magis receptum dilexi,quod ad me deſideratum per/
tulerat ſermonem ſanctitatis tuæ, & incolumitatem,domine merito uenerabi/
lis,& unice colẽde pater.Itaq; ſine mora quod optabat obtinuit,uerum quoniã exiſtit occa
ſio,hoc ipſum quantulũcunq; eſt quod admonitus indulſi,nolo ſine mercede remanere.Cu
pio em̃ accipere eam,quæ mihi cõmodet ſine pendẽtis incõmodo, imò quæ mihi cõmodet
cum gloria dependẽtis.Officium ſacerdotij ueſtri eſſe dicitis,interuenire pro reis,& niſi ob/
tineatis,offendi:quaſi quod erat officij ueſtri,minime reportetis.Hic ego uehemẽter ambi/
go utrum iſtud ex religiõe deſcẽdat.Nam ſi à domino peccata adeò prohibẽtur,ut ne pœ/
nitendi quidẽ copia poſt primã pœnitentiam tribuatur: quemadmodũ nos poſſumus ex
religione cõtendere,ut nobis qualecũq; illud crimen fuerit,dimittatur: quod utiq; cum im/
punitum uolumus,probamus.Et ſi conſtat non minus autorem quàm probatorem teneri
in omnibus quæ peccantur,certum eſt nos culpæ ſocietate uinciri, quoties eum impunitum
eſſe cupimus,qui culpæ tenetur obnoxius.Tum præterea accedit hoc quod grauius eſt, nã
omnia peccata uidentur ueniabiliora,cum is qui reus eſt correctionẽ promittit. Verũ nunc
ut mores noſtri ſunt,& ſceleris pœnam cupiũt homines ſibi relaxari,& id propter quod ſce
lus admiſſum eſt,poſſidere.Pro his quoq; interueniendum putat ſacerdotium ueſtrum,de
quibus adeò futuri nulla ſpes eſt, ut etiã in præſenti eadẽ criminis ratio perſeueret. Nã qui
tam peruicaciter tenet propter quæ crimen admiſit,oſtendit ſe ubi licentia fuerit,ſimilia pec
caturum.Ob hæc igitur conſulo prudẽtiam tuam,& me hoc ambiguo quo laboro,abſolui
deſidero,nec ob aliam cauſam conſultum te putes. Cæterũ hoc mihi propoſitum eſt,ut in/
terceſſoribus,præſertim talis meriti qualis tu es,etiam gratiam agam.Pleraq; cm̃ quæ ſpõ/
te facere uideri nolo,ne remiſſio ſeueritatis alios armet in crimina, opto bonis interceſſori/
bus relaxare,ut quod libens concedo,ſalua ſeueritate iudicij alterius merito uideatur indul
tum.De ſcriptis ſanctitatis tuæ aliqua mihi promiſeras,& nõ accepi,quæſo ut uel nunc mit
tas,& ad hanc meam epiſtolam reſpondeas, ut quia ſanctitatem tuam interim uidere non
datur,

Non iteranda pœnitentia.

ὡς ἥπιος.

A datur,saltem sermonibus tuis pascar.Incolumem sanctitatem tuam diuinitas æterna tuea
tur æuo largissimo,domine merito uenerabilis & uere colende pater.

Augustinus Macedonio,declarãs sacerdotes pie intercedere pro ꝓmittẽtibus pœni
tentiam ecclesiasticam,& quare hæc pœnitentia non soleat nisi semel cõcedi, quin &
prophani iudicis seueritatem clementia temperatam esse debere. Multa obiter de re
stitutione fraude quæsitorum. Epistola LIIII.

AVGVSTINVS episcopus famulus Christi familiáq; eius,dilecto filio Mace
donio in domino salutẽ. Negociosissimũ in republica uirũ,& nõ suis sed ali
orum utilitatibus attentissimũ,qualem te esse,& tibi gratulamur & rebus huma
nis,nec deserere debemus alloquio,nec occupare procemio. Accipe itaq; quod Quæstio.
per me uel nosse uoluisti,uel utrũ ipse nossem experiri.Quod si paruũ aut superfluũ iudica
res,nullo modo inter tam magnas tamq; necessarias curas tuas curandũ esse cẽseres.Quæ
ris à me cur officij sacerdotij nostri esse dicamus interuenire pro reis,& nisi obtineamus of
fendi,quasi quod erat officij nostri minime reportemus, Vbi uehemẽter te dicis ambigere
utrũ istud ex religione descendat.Deinde adiungis,qua ratione ita mouearis.Nam si à do
mino peccata inquis adeo prohibentur,ut nec pœnitẽdi quidẽ copia post primã pœniten
tiam tribuat',quemadmodũ nos possumus ex religione cõtendere, ut nobis qualecunq; il
lud crimẽ fuerit dimittat'? Adhuc grauius urges,& dicis nos probare quod uolumus impu
nitũ,& si cõstat non minus autorẽ q; probatorẽ teneri in omnibus quæ peccãtur, certũ esse
nos culpæ societate uinciri,quotiẽs eũ impunitũ esse uolumus,qui culpæ tenetur obnoxius.
His uerbis quẽ nõ terreas tuæ lenitatis & humanitatis ignarũ? Vnde nos qui te nouimus,
& hæc quærẽdi gratia nõ decernẽdi scripsisse minime dubitamus,alijs uerbis tuis ad ista ci
tius respõdemus. Tanq; enim nos hæsitare in hac quæstione uolueris,aut præuidisti quid Solutio.
dicturi essemus,aut admonuisti quid dicere deberemus.Et aisti,Tum præterea accidit hoc
B quod grauius est.Nam omnia peccata uidẽtur ueniabiliora,cũ is qui reus est correctiõem
promittit. Anteq; ergo discutiam, quid sit illud grauius,quod in epistola tua sequitur,hoc
interim quod dedisti accipiã, eóq; utar ad molem hanc amouendũ,qua nostræ intercessio
nes posse reprimi uidebãtur.Ideo quippe quantũ facultas datur pro peccatis omnibus in
tercedimus,quia omnia peccata uident' ueniabiliora,cũ is qui reus est correctionẽ ꝓmittit.
Hæc tua est,hæc & nostra sentẽtia.Nullo modo ergo culpas quas corrigi uolumus,appro
bamus,nec quod perperam committitur, ideo uolumus impunitũ esse, quia placet:sed ho
minem miserãtes,facinus autem seu flagicium detestantes, quanto magis nobis displicet
uitium,tanto minus uolumus inemendatum interire uitiosum. Facile enim est atq; prodi
ue malos odisse,quia mali sunt,rarum autem & pium eosdem ipsos diligere quia homines
sunt, ut in uno simul & culpam improbes, & naturã approbes, ac propterea culpã iustius
oderis,quod ea fœdatur natura quam diligis.Nõ est igitur iniquitatis, sed potius humani 23.q.5. iã
tatis societate deuinctus,qui propterea est criminis persecutor,ut sit hominis liberator.Mo iniquitatis.
rum porrò corrigendorum,nullus alius quàm in hac uita locus: nam post hãc quisq; id ha
bebit,quod in hac sibimet conquisierit. Ideo compellimur humani generis charitate inter
uenire pro reis,ne istam uitam sic finiant per supplicitũ, ut ea finita non possint finire suppli
cium. Noli ergo dubitare hoc officium nostrum ex religione descendere, cum deus apud
quem nulla est iniquitas, cuius summa potestas est, qui non tantum qualis quisque sit ui
det,uerumetiam qualis futurus sit præuidet,qui solus potest iudicãdo non labi,quia in co
gnoscendo non potest falli , facit tamen sicut Euangelium loquitur, solem suum oriri su
per bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos . Cuius mirabilis bonitatis ut simus
imitatores,dominus Christus exhortans:Diligite,inquit,inimicos uestros,& benefacite eis Matth.5.
qui uos oderunt,& orate pro eis qui uos persequuntur,ut sitis filij patris uestri qui in cœlis
est,qui facit solem suum oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Hac
indulgentia & lenitate diuina multos abuti ad perniciem suam quis nesciat? Quos argues

Rom.2 Apoſtolus,& grauiter increpãs,dicit: Exiſtimas aũt ô homo omnis,qui iudicas eos qui ta/ C
lia agunt, & facis ea,quoniam tu effugies iudicium dei? An diuitias benignitatis eius & pa
tientiæ & lõganimitatis cõtemnis? Ignoras quoniã benignitas dei ad pœnitẽtiam te addu/
cit? Secũdum aũt duriciam cordis tui & cor impœnitens theſaurizas tibi iram in die iræ &
reuelationis iuſti iudicij dei,qui reddet unicuiq; ſecundũ opera eius. Nũquid quoniã iſti in
ſua nequicia perſeuerant, ideo deus in ſua patientia non perſeuerat,perpauca in hoc ſeculo
puniens,ne diuina prouidentia non eſſe credatur, & multa ſeruans ultimo examini,ut futu
rum iudicium commendetur? Non,ut opinor,magiſter ille cœleſtis impieratem nos dilige
re præcepit,quũ præcipit ut noſtros diligamus inimicos,benefaciamus eis qui nos oderunt,
oremus pro eis qui nos perſequuntur,cum proculdubio ſi pie deum colimus, inimicos atq;
odijs aduerſum nos acerrimis incitatos ac perſecutores, niſi impios habere non poſſimus.
Num igitur diligendi ſunt impij? Num impijs benefaciendum eſt? Num pro impijs etiã
orandum eſt? Ita plane. Qui enim hoc præcepit,deus eſt: nec tamẽ nos hoc pacto ſocietati
adiungit impiorum,quibus & ipſe parcendo,& uitam ſalutemq; largiendo,non utiq; ſocia
tur. Cõſilium quippe eius,quantum homini pio noſſe donatum eſt, exponit Apoſtolus di/
cens: Ignoras quia patientia dei ad pœnitẽtiam te adducit? Ad hanc uolumus adduci pro
quibus interuenimus,nõ eorum peccatis uel parcimus uel fauemus. Nam quoſdã,quorum
crimina manifeſta ſunt, à ueſtra ſeueritate liberatos, à ſocietate tamen remouemus altaris,
ut pœnitendo placare poſſint,quem peccando contempſerant, ſecq; ipſos puniendo. Nam
nihil aliud agit,quem ueraciter pœnitet,niſi ut id quod mali fecerit,impunitum eſſe non ſi/
nat. Eo quippe modo ſibi nõ parcenti ille parcit,cuius altum iuſtumq; iudicium nullus con
temptor euadit. Quod ſi iniquis & ſceleſtis ille parcendo,eisq; uitam ſalutemq; largiendo,
etiam plerisque eorum, quos nouit non acturos pœnitentiam,tamen exhibet patientiam:
quantomagis nos in eos, qui correctionem promittunt,& utrum faciant quod promittũt, D
incerti ſumus, miſericordes eſſe debemus,ut rigorem noſtrum pro eis intercedendo flecta/
mus,pro quibus & dominum, quem nihil de moribus eorum etiam futuris latet,non tamẽ
impudenter, quia hoc ipſe præcepit,oramus? Intantum autem hominum aliquando ini/
quitas progreditur,ut etiam poſt actam pœnitentiam,poſt altaris reconciliationem uel ſi/
milia uel grauiora committant, & tamen deus facit etiam ſuper tales oriri ſolem ſuum:nec
minus tribuit q; ante tribuebat largiſſima munera uitæ ac ſalutis. Et quãuis eis in eccleſia lo
cus humillimæ pœnitentiæ nõ concedatur,deus tamen ſuper eos ſuæ patientiæ non obliui/
ſcitur. Ex quorum numero ſi quis nobis dicat: Aut date mihi eundem iterum pœnitendi lo/
cum,aut deſperatum me permittite,ut faciam quicquid libuerit,quantum meis opibus ad/
iuuor,& humanis legibus non prohibeor, in ſcortis omniq; luxuria damnabili quidem a/
pud dominum,ſed apud homines pleroſque etiam laudabili: Aut ſi me ab hac nequicia re/
uocatis,dicite utrum mihi aliquid proſit ad uitam futuram,ſi in iſta uita illecebroſiſſimæ uo
luptatis blandimenta contempſero,ſi libidinum incitamenta frenauero,ſi ad caſtigandum
corpus meum multa mihi etiam licita & conceſſa ſubtraxero, ſi me pœnitendo uehemẽtius
q; prius excruciauero, ſi miſerabilius ingemuero, ſi fleuero uberius, ſi uixero melius,ſi pau/
peres ſuſtentauero largius, ſi charitate (quæ operit multitudinem peccatorum) flagrauero
ardentius: quis noſtrum ita deſipit, ut huic homini dicat, Nihil tibi iſta proderunt in po/
ſterum, uade ſaltem uitæ huius ſuauitate perfruere? Auertat deus tam immanem ſacrile/
gamq; dementiam. Quamuis ergo caute ſalubriterque prouiſum ſit,ut locus illius humil/
limæ pœnitentiæ ſemel in eccleſia concedatur, ne medicina uilis minus utilis eſſet ægrotis,
quæ tantomagis ſalubris eſt,quanto minus contemptibilis fuerit, quis tamen audeat dice/
re deo: Quare huic homini,qui poſt primam pœnitentiam rurſus ſe laqueis iniquitatis ob/
ſtringit, adhuc iterum parcis? Quis audeat dicere erga iſtos non agi quod Apoſtolus ait:
Ignoras quia patientia dei ad pœnitentiam te adducit? Aut iſtis exceptis eſſe definitũ quod
ſcriptum eſt: Beati omnes qui confidunt in eum? Aut ad iſtos non pertinere quod dicitur:

Viriliter

De pœnit. diſ. 3. Intantum. 4. ſenten. diſ. 14. ca. Quod uero.

Iterata pœnitentia.

Nõ dabatur ſecundus pœnitentiæ publicæ locus.

A Viriliter agite & cõfortetur cor ueſtrũ,omnes qui ſperatis in dominum? Cum igitur ſuper peccatores tanta ſit patientia,tanta miſericordia dei,ut in hac tẽporali uita,moribus emendatis,nõ damnentur in æternum,qui nullius quæ ſibi præbeatur expectat miſericordiam, quoniam nemo eſt illo beatior,nemo potẽtior,nemo iuſtior,quales nos eſſe oportet homines erga homines,qui hanc uitam noſtram,quãtacunq; laude cõmendemus,eam ſine peccato eſſe non dicimus? Quod ſi dixerimus,noſipſos,ſicut ſcriptum eſt,decipimus,& ueritas in nobis non eſt. Proinde licet accuſatoris alia perſona ſit,alia defenſoris,alia interceſſoris, alia iudicis,de quorum propriis officijs nimis longum eſt & non neceſſarium hoc ſermone differere, Sic tamen etiam ipſos criminum ultores,atq; in hoc officio non ira propria concitatos, ſed legum miniſtros,nec ſuarum ſed alienarum examinatarum iniuriarum uindices,quales iudices eſſe debent,terruit cenſura diuina ut cogitarent ſibi propter ſua peccata dei miſericordiam neceſſariam, nec putarent ad culpam ſui officij pertinere, ſi quid erga eos miſericorditer agerent,quorum uitæ necisq; haberent legitimam poteſtatẽ. Nam cum ad dominum Chriſtum Iudæi adduxiſſent mulierem in adulterio comprehenſam,eumq; tentantes dicerent, quod iuſſa eſſet lege lapidari,ac deinde quærerent,quid de illa ipſe præciperet, Reſpondit eis: Qui ſine peccato eſt ueſtrum, prior in eam lapidem iaciat. Ita nec legem improbauit, quæ huiuſmodi ream iuſſit occidi, & illos terrendo ad miſericordiam reuocauit,quorum iudicio hæc poſſet occidi,Puto quod hac ſentẽtia domini audita,ſi præſens fuit etiã maritus ipſe qui uiolatam ſui thori fidem uindicari poſtulabat,exterritus animum ad uoluntatem parcendi ab ulciſcendi cupiditate deflexit. Nam quomodo eſt admonitus accuſator ne ſuas perſequeretur iniurias,quando ipſi iudices ita ſunt à iudicando prohibiti, qui in adultera punienda, non priuato dolori compellebantur ſeruire,ſed legi? Vnde Ioſeph cui uirgo Maria domini mater fuerat deſponſata, cum eam comperiſſet eſſe prægnantem, cui ſe nouerat non eſſe commixtum, & ob hoc nihil aliud quàm adulte-
B ram credidiſſet, puniri tamen eam noluit,nec approbator flagitij fuit. Nam hæc uoluntas eius etiam iuſticiæ deputatur. Ita quippe de illo ſcriptum eſt, Et cum eſſet homo iuſtus, & nollet eam diuulgare,ſtatuit eam occulte dimittere. Hæc eo cogitãte, apparuit illi angelus, qui doceret eſſe numinis, quod ille putauerat criminis. Si ergo cogitata infirmitate communi,& accuſatorius dolor,& iudicatorius rigor frangitur,quod tandem cenſes pro reis eſſe debere, uel defenſoris uel interceſſoris officium: quandoquidem & uos uiri boni qui nunc iudices eſtis, & in foro aliquando uerſati cauſas hominum ſuſcepiſtis, ſatis quàm libentius defendere quàm accuſare ſoletis? Et tamen defenſor ab interceſſore plurimum diſtat. Nam ille diluendis uel obtegendis criminibus operam maxime impendit, Interceſſor autem etiam cum de culpa conſtat, pro pœna remouenda uel temperanda curã gerit. Hoc ſunt apud deum pro peccatoribus iuſti, hoc pro ſe ipſi peccantes inuicem ut faciant admonentur. Nam ſcriptum eſt: Confitemini inuicem peccata ueſtra, & orate pro uobis. Has ſibi partes humanitatis,ubi poteſt,omnis homo apud hominem uendicat. Nam quod ipſe quiſque domi ſuæ puniret admiſſum, in alterius domo uult impunitum. Siue enim adhibeatur apud amicum,ſiue ille cuiquã in quem poteſtas ulciſcendi eſt ſe præſente ſuccenſeat, ſiue iraſcẽti fortuito ſuperueniat,nõ iuſtiſſimus ſed inhumaniſſimus iudicatur,ſi nõ interueniat. Scio ego teipſum cũ alijs amicis tuis in eccleſia Carthaginenſi interceſſiſſe pro clerico, cui merito ſuccenſebat epiſcopus, & utiq; nullũ ibi diſcrimen ſanguinis,ſub incruenta diſciplina timebatur, Nec cum id quod etiã uobis diſplicebat inultum eſſe uelletis,tanquã deliẽti approbatores uos iudicabamus,ſed tãquam humaniſſimos interceſſores audiebamus. Si ergo uobis fas eſt eccleſiaſticam correptionem intercedendo mitigare,quomodo epiſcopus ueſtro gladio non debet intercedere, cum illa exeratur, ut in quem exeritur bene uiuat,iſtẽ ne uiuat? Poſtremo ipſe dominus,apud homines interceſſit ne lapidaretur adultera,& eo modo nobis interceſſionis cõmendauit officiũ,niſi quia ille terrẽdo fecit, quod nos petẽdo. Ille em̃ dñs,nos ſerui ſumus, Verũtamẽ ille ſic terruit ut omnes timere debeamus.

Pſal.30.

1.Ioan.1.

Miſericordia domini.

Ioan.8.

Suſpitio Ioſeph de Maria.

Matth.1.

Traducere.

Iacobi.5.

Ioan.8.

Quis

Quis enim eſt noſtrum ſine peccato? Quod cum illis dixiſſet,à quibus ei offerebatur puni C
enda peccatrix,ut qui ſciret ſe eſſe ſine peccato,prior in illam lapidem mitteret, cecidit ſæui/
cia,tremente conſcientia. Tunc enim ex illa iam congregatione dilapſi, ſolam miſericordi
miſeram reliquerunt. Cedat huic ſententiæ pietas Chriſtianorum, cui ceſſit impietas Iu/
dæorum. Cedat humilitas obſequentium,cui ceſſit ſuperbia perſequentium. Cedat confeſ/
ſio fidelis, cui ceſſit ſimulatio tentatoris. Malis parce uir bone: quanto melior, tanto eſto
mitior: quanto fis celſior poteſtate,tanto humilior fias pietate. Ego quidem intuens mores
Marci 10 tuos,appellaui te uirum bonum: ſed tu intuens uerba Chriſti,dic tibiipſi: Nemo bonus ni
ſi unus deus. Quod cum uerum ſit (hoc enim ueritas dicit) nec ego tamen illud exiſtimari
debeo fallaci aſſentatione dixiſſe, & dominicis uerbis quaſi contrarius extitiſſe, ut cum ille
dicat, Nemo bonus niſi unus deus, ego te appellauerim uirum bonum. Non enim & ipſe
Lucæ 6 dominus contraria ſibi locutus eſt, ubi ait: Bonus homo de bono theſauro cordis ſui pro/
Deus quomõ fert bona. Deus ergo ſingulariter bonus eſt, & hoc amittere non poteſt. Nullius enim bo/
ſolus bonus. ni participatiõe bonus eſt, quoniam bonum quo bonus eſt ipſe ſibi eſt: homo autem cum
bonus eſt, ab illo bonus eſt, quod à ſeipſo eſſe non poteſt. Illius enim ſpiritu bona fiunt,
cuius capax creata eſt noſtra natura per propriam uolũtatem. Pertinet ergo ad nos ut bo/
ni ſimus,accipere & habere quod dat qui de ſuo bonus eſt. Quo quiſque neglecto, de ſuo
malus eſt. Proinde inquantũm homo recte agit, id eſt ſcienter & amanter, & pie bonum
operatur,intantum bonus eſt: inquantum autem peccat,id eſt à ueritate & charitate & pie
tate deuiat, intantum malus eſt. Quis autem eſt in hac uita ſine aliquo peccato? Sed eum
dicimus bonũ,cuius præualent bona: eumq; optimum,qui peccat minimũ. Idcirco ipſe do
minus, quos dicit bonos propter participationẽ gratiæ diuinæ, eoſdem etiam malos dicit
propter uitia infirmitatis humanæ,donec totum quo conſtamus, ab omni uitioſitate ſana
tum,tranſeat in eam uitam,ubi nihil omnino peccabitur. Nam utique bonos docebat ora/
re,non malos,quibus præcepit ut dicerent: Pater noſter qui es in cœlis. Ex hoc enim boni, D
quo filij dei non natura geniti,ſed gratia facti, tãquam hi quibus recipientibus eum,dedit
Ioan. 1 poteſtatem filios dei fieri. Quæ generatio ſpiritalis more ſcripturarum etiam adoptio no/
minatur, ut diſtinguatur ab illa generatione dei de deo, coæterni de coæterno. Vnde ſcri/
Eſaiæ 53 ptum eſt: Generationem eius quis enarrabit? Cum ergo bonos eſſe demonſtrauerit, quos
uoluit deo ueraciter dicere: Pater noſter qui es in cœlis,præcepit tamen ut in eadem orati
one inter cætera dicerent: Dimitte nobis debita noſtra,ſicut & nos dimittimus debitoribus
noſtris. Quæ debita,eſſe peccata quamuis manifeſtum ſit,poſtea tamen manifeſtius decla
rauit, dicens: Si enim dimiſeritis peccata hominibus,dimittet uobis & pater ueſter peccata
ueſtra. Hanc orationem baptizati orãt, nec eſt prorſus præteritorum aliquid peccatorum,
quod non baptizatis in ſancta eccleſia dimittatur. Sed poſtea uiuendo in hac fragilitate
mortali, niſi contraherent quod dimittendum eſſet, non ueraciter dicerent: Dimitte nobis
debita noſtra. Boni ergo inquantum non peccant,filij dei ſunt: inquantum autem peccant
(quod ſua non mendaci confeſſione teſtantur) utiq; mali ſunt. Niſi forte quis dicat,alia bo
norum,alia malorum eſſe peccata,quod non uſquequaque improbabiliter dicitur. Verum
tamen dominus Ieſus ſine ulla ambiguitate malos appellauit eoſdem ipſos, quorum pa/
trem dicebat deum. Nam in eodem ſermone,ubi illam docet orationẽ,alio loco exhortans
Matth. 7 ad precandum deum, ait: Petite & accipietis,quærite & inuenietis,pulſate & aperietur uo/
bis. Omnis enim qui petit accipit,& qui quærit inuenit,& pulſanti aperietur. Et paulo poſt:
Si ergo uos,inquit,cum ſitis mali,noſtis bona data dare filijs ueſtris, quãtomagis pater ue
ſter qui in cœlis eſt,dabit bona petentibus ſe? Num igitur deus pater malorum eſt? Abſit.
Quomodo ergo dicitur pater ueſter cœleſtis, quibus dicitur, Cũ ſitis mali, niſi quia utrũq;
ueritas monſtrat,quid ſimus dei dono, quid humano uitio, hoc commendans,illud emen
Seneca ad dãs? Merito ait Seneca (qui temporibus apoſtolorum fuit,cuius etiam quædam ad Paulũ
Paulum. apoſtolũ leguntur epiſtolæ) omnes odit qui malos odit: & tamen ideo diligẽdi ſunt mali,
ut non

A ut non ſint mali:quemadmodum non ut permaneant, ſed ut ſanentur diliguntur ægroti. Quicquid autem poſt eam quæ fit in baptiſmo ablutionẽ peccatorum in hac uita manendo peccamus,etiam ſi nõ tale ſit,quod à diuinis remouere cõpellat altaribus,nõ dolore ſterili,ſed miſericordiæ ſacrificijs expiatur. Quod ergo agimus ut faciatis intercedentibus nobis,deo nos noueritis offerre pro uobis.Indigetis enim miſericordia quam præbetis, Et uidete quis dixerit:Dimittite & dimittetur uobis.Quanquam etiam ſi ita uiueremus,ut non eſſet quare diceremus,Dimitte nobis debita noſtra,quãto à nequicia purior animus eſſet, tanto clementia plenior eſſe deberet,ut ſi non compungeremur ſententia domini dicentis, Qui ueſtrum eſt ſine peccato, prior in illam lapidem iaciat,Ipſius qui hoc dixit ſectaremur exemplum,qui cum eſſet utiq; ſine peccato,ait mulieri quam perterriti illi reliquerant, Nec ego te condẽnabo,uade iam deinceps noli peccare.Potuit enim metuere flagitioſa mulier, ne illis diſcedentibus qui ſua peccata cognouerant ut peccato parcerent alieno, illam iuſtiſſime iam ipſe damnaret qui erat ſine peccato. At ille non conſcientia pauidus,ſed plenus clementia, cum illa reſpondiſſet à nemine ſe fuiſſe damnatam, nec ego te,inquit damnabo. Tanquam diceret: Si malicia tibi parcere potuit,quid metuis innocentiam? Et ne delictorum non doctor, ſed ne approbator uideretur,uade ait iam deinceps noli peccare,ut ſe homini peperciſſe, non hominis culpam ſibi placuiſſe monſtraret. Iam uides igitur de religione deſcendere,nec nos ſocietate criminum obſtringi,quod intercedimus plerũq; etiam pro ſceleratis,& ſi non ſcelerati, tamen pro peccatoribus peccatores,& quod ueraciter potius cẽſ iniurioſe dictum accipias, puto quod apud peccatores.Nec ideo ſanè fruſtra inſtituta ſunt poteſtas regis,uis gladij cognitoris,ungulæ carnificis, arma militis,diſciplina dominantis, ſeueritas etiã boni patris. Habent iſta omnia modos ſuos,cauſas,rationes, utilitates. Hæc cum timentur, & coërcentur mali, & quietius inter malos uiuunt boni, non quia boni pronunciandi ſunt,qui talia metuendo nõ peccant (Non enim bonus eſt quiſpiam timore pœ

B næ,ſed amore iuſticiæ)ueruntamen non inutiliter etiam metu legum humana coërcetur audacia,& ut tuta ſit inter improbos innocentia, & in ipſis improbis dum formidato ſuppliçio frenatur facultas,inuocato deo ſanetur uoluntas.Sed huic ordinationi rerum humana rum,contrariæ non ſunt interceſſiones epiſcoporum,Imò uero nec cauſa nec locus intercedendi ullus eſſet, ſi iſta non eſſent . Tanto enim ſunt intercedentium & parcentium beneficia gratiora,quanto peccantium iuſtiora ſupplicia. Nec ob aliud quantum ſapio,in uetери teſtamento,antiquorum temporibus prophetarum ſeuerior legis uindicta feruebat, niſi ut oſtenderetur recte iniquis pœnas conſtitutas:ut quod eis parcere noui teſtamẽti indulgentia commonemur, aut remedium ſit ſalutis quo peccatis parcatur & noſtris, aut commendatio manſuetudinis, ut per eos qui parcunt ueritas prædicata, non tantum timeatur, uerumetiam diligatur. Plurimum autem intereſt, quo animo quiſque parcat. Sicuti enim eſt aliquando miſericordia puniens,ita & crudelitas parcens. Nam, ut exempli gratia manifeſtum aliquid ponam, quis non crudelem uerius dixerit eum, qui puero pepercerit uolenti obſtinatiſſime de ſerpentibus ludere? quis autem non miſericordem qui talia prohibens,contemptorem uerborum etiam uerberibus emendauerit? Et ideo nõ uſque ad mortem protendenda eſt diſciplina,ut ſit cui prodeſſe poſſit:quanquã etiam cum homo ab homine occiditur, multũ diſtet utrum fiat nocendi cupiditate,uel iniuſte aliquid auferendi,ſicut fit ab inimico,ſicut à latrone:an ulciſcẽdi uel obediẽdi ordine,ſicut à iudice,ſicut à carnifice,an euadẽdi uel ſubueniendi neceſſitate,ſicut interimitur latro à uiatore,hoſtis à milite. Et aliquando qui cauſa mortis fuit, potius in culpa eſt,quàm ille qui occidit:uelut ſi quiſq; decipiat fideiuſſorẽ ſuum,atq; ille pro iſto ſupplициũ legitimũ luat:nec tamẽ omnis qui cauſa alienæ mortis eſt,reus eſt. Quid ſi emẽ quiſq; ſtuprũ petat,ſeſeq; ſi non impetrauerit interato, uel ne alius liberet,ſibiipſe mortẽ inferat? Num ꝓpter iſtas alienarũ mortiũ cauſas, aut ſceleri conſentiendũ eſt, aut uindicta peccati quæ nõ fit nocendi ſed corrigendi ſtudio,

23.q.5.non fruſtra.

Crudelitas parcens.

23.q.5.cum homo.

Militem comparat latroni

etiam

etiam paterna tollenda,aut opera miſericordiæ cohibenda ſunt? Hæc cum accidunt,debe/ C
mus eis humanum dolorem,non propter illa ne accidant,recte factorum reprimere uolun
tatem.Sic etiam cum intercedimus pro peccatore damnãdo, ſequuntur aliquando quæ no
lumus,ſiue in ipſo,qui noſtra interceſſione liberatur, ut uel imanius impunita craſſetur au/
dacia,ſubdita cupiditati,ingrata lenitati,atque unus morti ereptus plurimos necet,uel ipſo
per beneficium noſtrum in melius commutato,moribusq; correpto,alius male uiuẽdo pe/
reat,ſibiq; huius impunitate propoſita,talia uel grauiora committat:nõ ut opinor hæc ma
la imputãda ſunt nobis,cum intercedimus uobis,ſed potius illa bona,quæ,cum id facimus,
intuemur & uolumus,id eſt cõmendatio manſuetudinis,ad conciliandam dilectionem uer
bo ueritatis: & ut qui liberantur à temporali morte, ſic uiuant, ne in æternam (unde nun/
23.q. 5. pro. deſt. quam liberentur) incurrant.Prodeſt ergo & ſeueritas ueſtra,cuius miniſterio quies adiuua
tur & noſtra: prodeſt & interceſſio noſtra, cuius miniſterio ſeueritas temperatur & ueſtra.
Nõ uobis diſpliceat quod rogamini à bonis,quia nec bonis diſplicet quod timemini à ma/
lis: nam hominum iniquitatem etiam Apoſtolus Paulus nõ tantum de iudicio futuro,ue/
rumetiam de poteſtatibus ueſtris ſecularibus terruit, aſſerens & ipſas ad diſpẽſationem di
Rom.13 uinæ prouidẽtiæ pertinere.Omis,inquit,anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit,Nõ
eſt enim poteſtas niſi à deo.Quæ autem ſunt,à deo ordinata ſunt.Quapropter qui reſiſtit
poteſtati,dei ordinationi reſiſtit.Qui autem reſiſtunt,ipſi ſibi iudicium acquirũt. Principes
eñ non ſunt timori boni operis,ſed mali.Vis autẽ non timere poteſtatem? Bonũ fac,& ha
bebis laudem ex illa.Dei enim miniſter eſt tibi in bonum.Quod ſi malum feceris,time: nõ
enim fruſtra gladium portat, dei enim miniſter eſt, uindex in ira ei qui male agit. Ideoq;
Ira pœnam uocat. neceſſitate ſubditi eſtote,non ſolum propter iram, ſed & propter conſcientiam: ideo enim
& tributa præſtatis.Miniſtri enim dei ſunt,in hoc ipſum perſeuerantes. Reddite omnibus
debita,cui tributum tributum,cui uectigal uectigal,cui timorem timorem,cui honorem ho
norem,nemini quicquam debeatis niſi ut inuicem diligatis.Hæc uerba Apoſtoli utilitatem D
ueſtræ ſeueritatis oſtendunt. Proinde ſicut dilectionem iuſſi ſunt terrentibus debere qui ti
ment,ita dilectionem iuſſi ſunt timentibus debere qui terrent.Nihil nocẽdi cupiditate fiat,
ſed omnia cõſulendi charitate,& nihil fiat immaniter,nihil inhumaniter.Ita formidetur ul
tio cognitoris,ut nec interceſſoris religio contemnatur, quia & plectendo & ignoſcẽdo hoc
ſolum bene agitur,ut uita hominum corrigatur, Quod ſi tanta eſt peruerſitas & impietas,
ut ei corrigendæ nec diſciplina poſſit prodeſſe nec uenia, à bonis tamen itentione atq; con
ſcientia,quam deus cernit, ſiue ſæueritate ſiue lenitate,nõ niſi officio dilectionis impleatur.
Quod autem in epiſtola tua ſequitur,ubi dicis: Verum nunc ut mores noſtri ſunt, & ſcele/
ris pœnam cupiũt ſibi homines relaxari, & id propter quod ſcelus admiſſum eſt,poſſidere,
peſſimum hominum genus commemoras,cui pœnitendi medicina omnino nõ prodeſt.Si
14. q. 6. ca. 1 De uſuris. cũ tũ. De reg. iu. li. 6. peccatũ. enim res aliena, propter quam peccatum eſt,cum reddi poſſit non redditur,non agitur pœ
nitentia,ſed fingitur: ſi autem ueraciter agitur,non remittetur peccatum,niſi reſtituatur ab/
latum: ſed ut dixi,cum reſtitui poteſt.Plerumq; enim qui aufert,amittit, ſiue alios patiẽdo
malos,ſiue ipſe male uiuendo,nec aliud habet unde reſtituat.Huic certe non poſſumus di/
cere,redde quod abſtuliſti,niſi cum habere credimus & negare. Vbi quidem ſi aliquos ſuſti
net repente cruciatus,dum exiſtimatur habere quod reddat,nulla eſt iniquitas:quia & ſi nõ
eſt unde luat ablatam pecuniam,merito tamẽ,dum eam per moleſtias corporales adhibe/
re compellitur,peccati quo male ablata eſt,pœnas luit. Sed inhumanum non eſt etiam pro
talibus intercedere,tanquam pro reis criminum:non ad hoc ut minime reſtituantur aliena,
ſed ne fruſtra homo in hominem ſæuiat, ille præſertim,qui iam remiſit culpam, ſed quærit
pecuniam,& ſi fraudari metuit,non expetit uindicari.Deniq; in talibus cauſis,ſi perſuadere
potuerimus,eos pro quibus interuenimus,non habere quod poſcitur,continuo nobis eorũ
moleſtiæ relaxantur. Aliquando autem miſericordes, & in ipſo dubio nolunt homini pro
incerta pecunia certa inferre ſupplicia:ad hãc miſericordiam etiam nos prouocare & exhor/
tari

A tari decet,Melius enim etiam ſi habet,amittis, q̄ ſi nō habet, aut excrucias aut occidis.Sed pro iſtis magis apud eos qui repetunt,q̄ apud eos qui iudicant intercedere cōuenit,ne ipſe uideat auferre qui cum habet poteſtatē nō cogit reddere, quāuis in cogendo ita debeat ad hibere integritatem,ne amittat humanitatē.Illud uero fidentiſſime dixerim, eū qui pro homine ad hoc interuenit,ne male ablata reſtituat, & qui ad ſe confugientem quantum honeſte poteſt ad reſtituendum non cōpellit,ſocium eſſe fraudis & criminis.Nam miſericordius opē noſtram talibus ſubtrahimus,q̄ impendimus. Non enim opē fert qui ad peccandum adiuuat,ac nō potius ſubuertit atq; opprimit.Sed nunquid ideo nos aut exigere aut ad exigendū tradere uel poſſumus uel debemus? Agimus quantū epiſcopalis facultas datur, & humanū quidem nonnunq̄,ſed maxime ac ſemper diuinum iudiciū cōminantes. Nolētes aūt reddere,quos nouimus & male abſtuliſſe,& unde reddant habere, arguimus, increpamus & deteſtamur,quoſdam clàm,quoſdā palàm,ſicut diuerſitas perſonarū diuerſam uidetur poſſe recipere medicinam,nec in aliorum perniciē ad maiorē inſaniā cōcitari. Aliquā do etiam ſi res magis curanda nō impedit, ſancti altaris cōmunione priuamus. Verū ſæpe accidit ut nos fallant,uel negando ſe abſtuliſſe,uel affirmando ſe unde reſtituant non habere:Sæpe etiam & uos fallamini putando uel nos non agere ut reddant,uel ipſos habere unde reddant:& omnes aut penè omnes homines amamus noſtras ſuſpitiōes uel uocare uel exiſtimare cognitiones,quando credibilibus rerū ſignis mouemur, cum credibilia nonnulla ſint falſa,ſicut incredibilia nōnulla ſunt uera. Ideo quoſdam commemorans, qui & ſceleris pœnam ſibi cupiunt relaxari, & id propter quod ſcelus admiſſum eſt poſſidere, addidiſti & aiſti:Pro his quoq; interueniendum putat ſacerdotium ueſtrum. Fieri enim poteſt,ut tu ſcias quod ego neſcio,& propterea putem pro aliquo interueniēdum, quod ſi me fallere potuit,cum te non potuerit,ut ego eum non credam poſſidere,quod tu poſſidere noſti. Ita fit ut cum de reo ſententia non una ſit noſtra,neutri tamen noſtrum placeat,q; res non reddi-
B tur aliena.De homine ut homines,diuerſa ſentimus,ſed i ipſa iuſticia ſimul ſumus. Eo modo etiam fieri poteſt,ut quod ſcio aliquem non habere, hoc eum tu habere non certiſſime teneas,ſed credibiliter ſuſpiceris, & ob hoc tibi uidear interuenire pro eo qui & ſceleris pœnam ſibi cupiat relaxari,& id propter quod ſcelus admiſſum eſt poſſidere.Ad ſummam igitur neq; apud tales(ſi qui reperiuntur qualem te eſſe gaudemus) neq; apud ipſos qui magno ſtudio aliena ac nihil profutura, multoq; etiam periculoſa ac pernicioſa petunt,neque apud cor meum,cuius teſtis eſt deus,auſim dicere, ſentire,decernere,interueniendū eſſe pro aliquo,ut quod ſcelere abſtulit,ſceleris impunitate poſſideat. Sed ut remiſſa iniuria, quod iniurioſe abſtulit reddat,ſi tamen habet quod abſtulit, uel aliud unde illud reſtituat.Non ſanè quicquid ab inuito ſumitur,iniurioſe aufertur. Nam plerique nec medico uolunt reddere honorem ſuum,nec operario mercedē, nec tamen hæc qui ab inuito accipiunt,per iniuriam accipiunt,quæ potius per iniuriam non darentur. Sed non ideo debet iudex uendere iuſtum iudicium,aut teſtis uerum teſtimonium, quia uendit aduocatus iuſtum patrocinium & iuriſperitus uerum conſilium.Illi enim inter utranq; partem ad examina adhibentur: iſti ex una parte conſiſtunt. Cum autem iudicia & teſtimonia,quæ nec iuſta nec uera uenduntur, multo ſceleratius utiq; pecunia ſumitur, quia ſcelerate, etiam quamuis à uolentibus datur.Ille tamen ſolet tanquam male ſibi ablatam pecuniam repetere,qui iuſtum iudicium emit, quoniam uenale eſſe non debuit. Qui uero pro iniquo iudicio dedit,uellet quidem repetere,niſi timeret uel puderet emiſſe. Sunt aliæ perſonæ inferioris loci,quæ ab utraq; parte non inſolenter accipiunt, ſicut officialis, & à quo amouetur, & cui admouetur officium: ab his extorta per immoderatam improbitatem repeti ſolent, data per tolerabilem conſuetudinem non ſolent,magis q; reprehendimus,qui talia inuſita te repetiuerunt,quàm qui ea de more ſumpſerunt, quoniam multæ neceſſariæ perſonæ rebus humanis,uel inuitantur huiuſmodi commodis,uel tenentur.Iſti ſi uiam uitæ mutauerint,aut excellentioris conſcenderint ſanctitatis gradum,facilius ea quæ hoc modo acquiſi-

Quare parcendū magnatibus interdū.

14.q.5.non ſane.

11.q.3.nō licet

erunt,tanꝯ ſua pauperibus largiuntur,quàm eis à quibus accepta ſunt tanꝯ aliena reſtitu C
ant. Qui uero contra ius ſocietatis humanæ,furtis,rapinis,calũnĩjs,oppreſſionibus,inuaſio/
nibus abſtulerit,reddenda potius quàm donanda cenſemus. Zachæi publicani euangelico
exemplo,qui cum hoſpitio dominum ſuſcepiſſet,in uitam ſanctam repente mutatus, Dimi
Lucæ 19. diũ inquit rerum mearũ do pauperibus,& ſi cui aliquid abſtuli,quadruplum reddo. Verũ
tamẽ ſi iuſticia ſyncerius conſulatur, iuſtius dicitur aduocato: Redde quod accepiſti,quãdo
contra ueritatem ſtetiſti,iniquitati affuiſti, iudicem fefelliſti, iuſtam cauſam oppreſſiſti, de
falſitate uiciſti, Quod uides multos honeſtiſſimos & diſertiſſimos uiros,non ſolũ impune,
uerumetiam glorioſe uideri ſibi committere, ꝯ cuiquã in quolibet officio militanti, Redde
quod accepiſti,quando iubente iudice cuicũq; cauſæ neceſſarium hominẽ tenuiſti,ne reſiſte
ret uinxiſti,ne fugeret incluſiſti,poſtremo aut permanẽte lite exhibuiſti, aut finita dimiſiſti.
Sed illud cur aduocato non dicatur in prõptu eſt,quia ſcilicet ita non uult homo repetere,
q̃d patrono ut male uinceret dedit,ſicut nõ uult reddere,quod ab aduerſario,cũ male uiciſ/
ſet,accepit. Quis tandẽ aduocatus,aut ex aduocato ita uir optimus facile reperitur,qui ſuſce
pto ſuo,dicat, Recipe quod mihi cũ tibi male adeſſem dediſti,& redde aduerſario tuo,qd̃
me agente inique abſtuliſti? Et tamen quem prioris non rectæ uitæ, rectiſſime pœnitet,eti
am hoc facere debet: ut ſi ille qui inique litigauit, non uult admonitus corrigere iniquitatẽ,
eius tamen iniquitatis nolit iſte habere mercedem: niſi forte reſtituendũ eſt alienum,quod
per furtum clanculo aufertur, & reſtituendum nõ eſt alienum,quod in ipſo foro ubi pecca/
ta puniuntur,decepto iudice,& circũuentis legibus obtinetur? Quid dicã de uſuris, quas eti
14.q.4. quiã dicam. am ipſæ leges & iudices reddi iubent? An crudelior eſt qui ſubtrahit aliquid uel eripit diui/
ti,ꝯ qui trucidat pauperem fœnore? Hæc atq; huiuſmodi male utiq; poſſidentur, & uellẽ
ut reſtituerentur,ſed non eſt quo iudice repetantur. Iam uero ſi prudẽter intueamur,quod
ſcriptum eſt,Fidelis hominis totus mundus diuitiarum eſt,infidelis autem nec obolus,nõn
ne omnes qui ſibi uidentur gaudere licite conquiſitis, eiſq; uti neſciunt,aliena poſſidere cõ D
uincimus? Hoc enim certe alienum non eſt, quod iure poſſidetur,hoc autem iure quod iu/
ſte,& hoc iuſte quod bene. Omne igitur quod male poſſidetur alienum eſt,male aũt poſſi
det,qui male utitur. Cernis ergo ꝯ multi debeant reddere aliena,ſi uel pauci quibus reddã/
tur reperiuntur,qui tamen ubi ſunt,tanto magis iſta contemnunt, quanto ea iuſtius poſſi/
dere potuerunt. Iuſticiam quippe & nemo male habet,& qui non dilexerit non habet. Pe/
cunia uero & à malis male habetur,& à bonis tanto melius habetur, quanto minus amat.
Sed inter hæc toleratur iniquitas male habentiũ,& quædã inter eos iura conſtituũtur, quæ
Leges ciuiles mediæ inter Chriſtum & diabolum. appellantur ciuilia,non quod hinc fiat ut bene utentes ſint, ſed ut male utentes minus mo/
leſti ſint: donec fideles & pñ (quorum iure ſunt omnia) qui uel ex illis fiunt,uel inter illos tan
tiſper uiuentes,malis eorum non obſtringuntur,ſed exercentur,perueniant ad illã ciuitatẽ,
ubi hæreditas æternitatis eſt, ubi non habet niſi iuſtus locum, non niſi ſapiens principatũ,
ubi poſſidebunt quicunq; ibi erunt,uere ſua. Sed tamen etiam hic non intercedimus, ut ſe/
cundum mores legesq; terrenas non reſtituantur aliena: quamuis placabiles nos uelimus
malis,non ut placeant uel permaneant mali,ſed quia ex illis fiũt quicunq; fiunt boni, & ſa/
crificio miſericordiæ placatur deus, quem niſi propitium haberent mali, nulli eſſent boni.
Diu eſt q̃ occupationibus tuis loquen do uideor oneroſus,cum tibi homini acuto & docto
cito ſolui potuerit quod quærebas. Iam dudum autem finire deberem, ſi te tantum ſcirem
fuiſſe lecturum quod flagitaſti ut reſcriberem. Felix in Chriſto uiuas fili chariſſime.

Dioſcorus Auguſtino proponit multas quæſtiones ex libris de philoſophia Cice/
ronis,& ex oratore eiuſdem, orans ut mature ad eas reſpondeat. Epiſt. LV.

PRO OEMIARE apud te non ſolum ſuperfluum eſt, ſed etiam moleſtum, qui
rem nõ uerba deſideras. Ideoq; ſimpliciter audi. Senex Alipius rogatus à me,
ſæpius pollicitus erat,tecum reſpondere dialogorum pauculis interrogatiuncu/
lis: & quoniã in Mauritania dicit̃ hodieq; eſſe, peto uiribus omnibus & rogo,
ut tu ſo/

A ut tu ſolus reſpondere digneris,quod etiam præſente ipſo fratre tuo,ſine dubio facturus eras. Non eſt pecunia,nō eſt aurum,quod pro quouis daturus eras proculdubio ſi haberes, nunc uero ſine labore loqueris,quod requiro. Poſſem te plus & per multos charos tuos exorare,ſed noui animum tuum,qui non rogari deſiderat, ſed omnibus præſtare,ſi tantum abſit quod dedecet,quod in hac re penitus nihil eſt dedecoris,tamen quodcunq; eſt,peto præſtes nauigaturo. Noſti q̄; mihi moleſtiſſimum eſt oneri eſſe, non dicō ſyncerítati tuæ, ſed cuipiam. Solus aūt deus nouit,quoniam nimia neceſſitate impulſus hoc feci. Vobis enim ſaluis & fauente domino nauigaturus ſum, & mores hominum nō ignoratis, qui procliues ſunt ad uituperandū,& quoniā ſi interrogatus quis nō reſpōderit,indoctus & hebes putabitur. Vides ergo obſecro te ad omnia ſine cunctatione reſpōde, ne me triſtē dimittas. Sic uideā parentes meos,qa propter hoc ſolū Cerdonē miſi & ipſum expecto ſolū. Frater Zenobius,magiſter memoriæ factus eſt,& miſit nobis euectionem cū annonis. Sí ego dignus nō ſum,ut reſpōdeas interrogatiūculís meis,ſaltē timeant annonæ. Incolumē te ſumma diuinitas longa nobis tueatur ætate. Papas plurimum dignationem tuam ſalutat.

Auguſtinus Dioſcoro,docens eiuſmodi quæſtiones nec decore tractari ab epiſcopo,nec utiliter diſci à Chriſtiano,præſertim quū iā aduerſus Ethnicos nobis nō ſit cōflictatio,atq; hoc ſtudiorū genus ubique frigeat: hortatur aūt ad Chriſti philoſophiam,quæ ſola docet uerum,ſed nō percipitur niſi ab ijs,qui poſuerunt faſtum humanum. Epiſt. LVI.

VT me innumerabiliū quæſtionum turba repēte circumuallandum,uel potius obruendum putaſti,etiam ſi uacantem ocioſumq; credidiſti: Quando enim ego in quolibet ocio,tot rerum nodos tam feſtinanti, & ut ſcribis, iā penè proficiſcenti poſſem diſſoluere? Numero enim rerum ipſarū impedirer, etiā ſi non difficiles ad ſoluendum forent. Tanta ſunt aūt perplexitate inuoluti,& tenacitate conſtricti, ut etiā ſi pauci eſſent,ocioſiſſimū me occupantes,magna mora tēporis fatigarent intentionē, atq; B attererent ungues meos. Ego autem uellem te abripere de medio delitioſarum inquiſitionum tuarum, & conſtipare inter curas meas,ut uel diſceres non eſſe inaniter curioſus,uel curioſitatem tuam cibandam atq; nutriēdam imponere non auderes eis,quorum inter curas uel maxima cura eſt reprimere ac refrenare curioſos. Quanto enim melius, quanto q̄; fructuoſius,ſi in dandis ullis litteris tempus atq; opera impenditur,ad hoc potius impenditur ut reſecentur uanæ atq; fallaces cupiditates tuæ,quæ tantomagis cauendæ ſunt,quanto facilius decipiunt,neſcio qua umbra honeſtatis & liberaliū ſtudiorū nomine uelatæ atq; palliatæ,q̄; ut noſtro miniſterio,atq; ita dixerim,ſatellitio induratæ,quo tam bonā tuā mentē premant uehemētius excitent. Ecce enim tot dialogi lecti,ſi ad uidendum finem & capeſſendum omnium actionū tuarum nihil te adiuuerūt,quid proſunt,dic mihi? Nam ubi finem conſtitueris totius hūius flagrantiſſimi ſtudij tui,& tibi infructuoſi & nobis moleſti,epiſtola tua ſatis indicas. Cum enim de ſoluendis quæſtionibus quas miſiſti tu ad me,per litteras ſatageres,ita ſcripſiſti. Poſſem te inquis plus & per multos charos tuos exorare,ſed noui animum tuū,qui nō rogari deſiderat,ſed omnibus præſtare, ſi tantū abſit quod dedecet, q̄d in hac re penitus nihil eſt dedecoris, tamen quodcūq; eſt peto præſtes nauigaturo. In his uerbis epiſtolæ tuæ recte quidem de me exiſtimas,quod omnibus præſtare deſiderē,ſi abſit quod dedecet. Sed in hac re nihil eſſe dedecoris,non mihi uidetur. Non enim decora facies rerum attingit ſenſum meū, cum cogito epiſcopum eccleſiaſticis curis circumſtrepentibus diſtrictum atq; diſtentū,repente quaſi obſurdeſcentē cohiberi ab his omnibus, & dialogorū tullianorum quæſtiunculas, uni ſcholaſtico exponere. Quod quātum dedeceat, q̄; quam tuorū ſtudiorū raptus ardore prorſus nolis attendere, tu etiam ſentis tamen. Quid enim aliud indicat,quod cum dixiſſes,in hac re penitus nihil eſſe dedecoris,ſtatim adiunxiſti,tamen quodcunq; eſt peto præſtes nauigaturo. Hoc enim ſonat,uideri tibi quidē nihil in hac re eſſe dedecoris,tamen quodcūq; eſt dedecoris petere te ut præſtē nauigaturo. Sed quid eſt quæſo te,quod addidiſti nauigaturo? An ego,niſi nauigaturus eſſes, præſtare tibi

aliquid dedecoris nõ deberem? Nimirum putas, q̃ aqua marina dedecus abluatur? Quod ç
si ita esset, mecum certe qui nauigaturus non sum, inexpiatum remaneret. Scribis etiam nos
se me, cq̃ tibi molestissimum sit oneri esse cuipiam, & attestaris solum deum nosse, quod ni/
mia necessitate impulsus hoc feceris. Hic sanè cum epistolam tuam legerẽ, satis aduerti ani/
mum cognoscere necessitatẽ tuam. Cum ecce mihi affers & dicis, mores hominum nõ igno
ratis, qui prodiues sunt ad uituperandum, & quoniam si interrogatus quis non respon/de/
rit, indoctus & hebes putabitur. Hoc loco uero exarsi ad rescribendum tibi, Hoc enim lan/
guore animi tui penetrasti mihi pectus, & irrupisti in curas meas, ut dissimulare non pos/
sem, quantum me deus adiuuaret mederi tibi, non ut de tuis quæstionibus enodandis ex/
plicandisq̃ cogitarem, sed ut felicitatem tuam pendentem ex linguis hominum atq̃ nutã/
tem à tam infelici retinaculo abrumperem, & cuidam sedi omnino inconcussæ stabilicq̃ reli
Persius. garem. Tu ne o Dioscore nec Persium tuum respicis insultãtem tibi contorto uersiculo, sed
planè puerile caput, si sensus assit, idoneo colapho contundentem atq̃ coercentem: Scire tu
um nihil est nisi te scire hoc sciat alter. Tot ut superius dixi, legisti dialogos, tot philosopho
rum altercationibus cor inseruisti. Dic mihi quis eorum finem actionum suarum constitue
rit in fama uulgi, aut in lingua hominum uel bonorum atq̃ sapiẽtium? Tu autem, & quod
magis pudendũ est, iam nauigaturus, satis præclare te in Africam proficiscere testaris, cum
aliam ob causam te oneri non esse asseris negocios issimis, & in alia longe distantia intentis
episcopis, ut tibi exponam Ciceronem, nisi quia times homines procliues ad uituperandũ,
ne interrogatus ab eis, si non responderis, indoctus & hebes puteris. O rem dignam uigi/
lijs & lucubrationibus episcoporum. Non mihi uideris aliunde dies noctesq̃ cogitare, nisi
ut studijs tuis atq̃ doctrina æque lauderis ab hominibus. Quod &si semper ad certa & re/
cta tendentibus, periculosum esse iudicaui, nunc tamen in te maxime experior. Non enim
aliunde quàm ex eadem pernicie non uidisti, qua tandẽ re possemus moueri, ut tibi quod D
petebas daremus. Quàm enim peruerse tuipse non ob aliud ad ea discẽda quæ interrogas
raperis, nisi ut lauderis, aut non uitupereris ab hominibus, tam peruerse etiam nos putas in
tua petione talibus causis allegatis moueri: & utinam possemus efficere, ut tu quoq̃ tã ina/
ni atq̃ fallaci humanæ laudis bono minime moueris, cum tibi nos indicaremus non ad
præstandum tibi quod petis, quoniã hæc de te scribis, sed ad te corrigendum moueri. Mo/
res hominũ inquis prodiues sunt ad uituperandũ. Quid deinde? Si interrogatus quis nõ
responderit inquis, indoctus & hebes putabitur. Ecce ego te interrogo non de Ciceronis li/
bris aliquid, cuius sensum fortasse legentes indagare non possunt, sed de epistola ipsa tua,
& de sententia uerborũ tuorũ. Quæro enim cur non dixeris, qui non responderit, indoctus
& hebes manifestabitur, sed potius dixeris, qui non responderit indoctus & hebes putabi/
tur, nisi quia satis etiam ipse intelligis, eum qui talia non responderit, non esse indoctũ & he
betẽ, sed putari. At ego te admoneo eũ qui talium putatorũ linguis tancq̃ falcibus cõcidi ti/
met, lignum esse aridum, & ideo non putari tantũ indoctum & hebetem, sed uere esse atq̃
conuinci. Fortasse dixeris, Sed cũ hebes animo non sim, & præcipue non esse studeam, nolo
hebes animo uel putari, Recte, sed quo fine nolis, id quæro. Quod enim illis quæstionibus
aperiendis tibi & explicandis, nec nobis oneri esse dubitasti, hanc causam & hunc finem esse
dixisti, & tam necessarium ut eam nimiã necessitatẽ appellares, ne scilicet de his interroga/
tus neq̃ respondens, ab hominibus ad uituperandum procliuis, hebes indoctusq̃ pute/
ris. Ego autem quæro, hoccine totũ sit, cur à nobis ista desideres, an etiam indoctus & hebes
putari propter aliud aliquid nolis? Si hoc totum est, cernis ut arbitror hunc esse finem tam
uehementis intentionis tuæ, qua nobis quoq̃ oneri es, ut fateris. Quid aũt à Dioscoro po/
test nobis esse oneri, nisi q̃ ipsum Dioscorũ etiã nescientẽ onerat, quod non sentiet nisi cum
surgere uoluerit: atq̃ utinam non sic alligarẽt hæc onera, & frustra etiam humeros conetur
excutere: quod non ideo dico, quia istæ discũtur quæstiones, sed quia tali fine discunt. Hũc
Nõ dãnat stu/ diũ Ciceroïs. enim finem iam certe sẽtis esse nugatorium, inanem, uẽtosum. Habet & tumorem, sub quo
etiam

A etiam tabes gignitur,& pupilla mentis ad nō uidendam opulentiam ueritatis offunditur. Crede ſic eſt mi Dioſcore,ita te fruar in ipſa uoluntate, & in ipſa cuius umbra auerteris dignitate ueritatis. Vnde enim tibi,niſi uel hoc modo de hac re fidē faciam,non inuenio. Nō enim uides eam,aut ullo modo quamdiu linguis humanis ruinoſa gaudia conſtruis,potes eam uidere,Si autem ibi non finis eſt harum actionū,atq; intentionis tuæ, ſed propter aliud aliquid indoctus & hebes non uis putari,quæro quid illud ſit:ſi propterea ne anguſtior tibi aditus ad acquirendas temporales diuitias, uxorem impetrandam, honores capeſſendos, & cætera huiuſmodi, præcipiti fluxu tranſcurrētia,atq; in ſe lapſos in unum rapiētia? Neq; ad hunc finem tibi ſeruire nos decet,immo decet etiam hinc te amouere. Non enim ſic te prohibemus in incerto famæ finem ponere, ut tanq; de Mintio in Eridanū emigres, quò te ipſe fortaſſe Mintius etiā non emigrantē impingeret. Cū enim nō ſatiauerit auidum ſpiritum uanitas laudis humanæ,quia nihil ad cibandum affert niſi inane & inflatum, cogetur eam ipſa auiditas referre in aliud,quaſi uberius atq; fructuoſius, quod nihilominus ſi temporali lapſu præterfluit,ita eſt quaſi fluuius ducat in fluuium,ut non ſit finis miſeriæ, quamdiu finis officiorum noſtrorum in re inſtabili collocatur. In aliquo igitur firmo atque incommutabili bono te figere uolumus conſtantiſſimæ intentionis domum, & ſecuriſſimā requiem omnis bonæ atq; honeſtæ actionis tuæ. Aut forte iſtam ipſam terrenam felicitatē quam cōmemoraui,ſi proſperi rumoris aura,aut etiam flatibus uela pandendo ad eā poteris peruenire,hanc etiam cogitas referre in aliud certum & uerum & plenum bonū? At mihi non uidetur atq; omnino ipſa ueritas negat, uel tantis ad ſe anfractibus, quæ tā proxima eſt,uel tātis ſumptibus,quæ tam gratuita eſt,perueniri. An ipſa humana laude,tanq; inſtrumento utendum exiſtimas, ut aditum per hanc præpares ad animos hominum ,per ſuadendo uera atq; ſalubria,& caues te ne cum indoctum atq; hebetem putauerint, indignum arbitrentur,cui aurem uel intentiſſimam uel patientiſſimam præbeant, ſiue ad rectē B facta quenq; exhorteris,ſiue maliciam atq; nequiciam peccantis obiurges? Hunc tu finem iuſticiæ ac beneficentiæ,ſi in illis interrogandis quæſtionibus cogitaſti,nos de te male meruimus, quibus in epiſtola tua, non id potius quo moueremur poſuiſti, ut aut libenter daremus quod petebas,aut ideo non daremus ,quia cauſa quælibet alia fortaſſe prohiberet. Non tamen quia tuæ uanæ cupiditati,nō ſolum ſeruire,uerumetiam non reſiſtere puderet. Quāto enim melius atq; ſalubrius quæſo te ipſas ueritatis regulas, multo certius & breuius per ſeipſas accipis,quibus falſa omnia poſſis ipſe refellere, ne quod falſum & pudendū eſt, ſi multorum annoſas & decrepitas falſitates,ſtudio iactantiori q̄ prudentiori didiceris, doctum atq; intelligentem te eſſe arbitreris,quod iam non exiſtimo tibi uideri,Non enim fruſtra tam diu tā uera Dioſcoro diximus,ex q̄ in hac epiſtola gradimur. Quapropter iā illud uideamus,cum te iſtarum rerum ignorantia nequaquam indoctum atq; hebetem iudices, ſed ipſius potius ueritatis,ut quiſquis de his rebus ſcripſit uel ſcripſerit, aut ea ſint quæ iam certus tenes, aut ſi falſa ſunt, ſecurus ignores, neq; de diuerſitate cognoſcenda ſententiarū alienarū,quaſi ne indoctus & hebes remaneas, inani ſollicitudine macereris: Cū ergo hæc ita ſint,etiam illud ſi placet uideamus, utrum aliorum falſa exiſtimatio, qui ſunt ut ſcribis, ad uituperandum procliues,ita ut ſi te iſta ignorare perſenſerint, indoctum atq; hebetem, falſō quidem,ſed tamen putent,ſic te mouere debeat, ut etiam ab epiſcopis tibi hæc exponi non incogruenter petas:quandoquidem eo fine iam te iſta cupere credimus, quo illis cōſulas ad perſuadendam ueritatem uitamq; eorum corrigendam, qui te ſi in illis Ciceronis libris indoctum hebetemq; putauerint,indignum habebunt, à quo aliquid utilis ſalubriſque ſcientiæ ſibi accipiendum eſſe arbitrentur? Quod non ita eſt,mihi crede. Primum quia eſſe aliquos in illis terris,ubi imperitus minimeq; acutus uideri times,qui te de iſtis quæſtionibus quicquam interrogent omnino non uideo: quandoquidem hic quò ad ea diſcenda uenisti, & Romæ expertus es,q̄ negligenter habeantur, & ob hoc neq; doceantur neq; diſcantur,& in Africa uſq; adeo de his interrogatorem pateris neminem, ut nec teipſum qui

patiatur inuenias,eaq; inopia episcopis exponẽda ea mittere cogaris: quasi uero episcopi C
isti etiã si adolescentes eodẽ quo tu raperis animi ardore,uel potius errore,quasi aliqd ma/
gnũ hæc discere curarunt,usq; ad canos episcopales,& usq; ad cathedras ecclesiasticas,ea si
bi in memoria durare putarent: aut si ipsi uellent,nõ illa,etiam dẽ inuitorũ cordibus, curæ
maiores grauioresq; seduderent, aut si aliqua ex eis in animis eorũ nimia cõsuetudine re/
manerent,nõ etiã ipsa obliuione sepelire mallent recordata, cq; ineptia respondere quæsita:
cum in ipsa etiam scholari leuitate & rhetoricis cathedris, ita obmutuisse atq; obtorpuisse
uideantur,ut à Carthagine Hipponẽ,quo exponi possint mittenda existiment:ubi tam in
solita atq; omnino peregrina sunt, ut si uellem respondendi curã inspicere, aliquid uolens
uidere,quomodo ad sententiam quæ mihi exponẽda esset,desuper ueniatur, aut ab ea de/
inceps quæ contexeretur oratio,codicem prorsus inuenire non possem. Illi autem carthagi/
nenses rhetores,si huic tuo studio defuerunt,non modo à me non reprehenduntur,sed etiã
approbantur,si forte iam recolunt,non Romanorum fororum,sed græcorum gymnasiorũ
ista solere esse certamina. Tu uero cũ & in gymnasia cogitationẽ iniecisti, & ea quoq; ipsa
inueneristi talibus rebus nuda atq; frigida,ubi has curas tuas deponeres, Christianorum ti/
bi basilica Hipponensis occurrit, quia in ea nunc sedet episcopus,qui aliquando ista pueris
uendidit:sed nec te uolo esse adhuc puerum,& me iam esse puerilium rerum,sicut non uen/
ditorem,ita nec largitorem decet. Quæ cum ita sint,id est cum duæ tantæ urbes latinarũ lit
terarũ artifices, Roma atq; Carthago,nec tedio tibi sint,ut à te ista perqrant,nec tedia tua
curẽt,ut te ista perquirentẽ exaudiant, miror tantũ quãtũ dici non potest, uereri te tã boni
ingenij iuuenẽ,ne in græcis atq; orientalibus urbibus quencq; de his rebus molestũ interro/
gatorẽ feras.Facilius quippe corniculas in Africa audieris, cq; in illis partibus hoc genus uo
cis.Deinde si fallor,& quisq; ibi forte huiusmodi quæstionũ tanto utiq; odiosior,quãto in
illis locis ineptior percontator extiterit, nónne magis caues ne multo facilius existãt, qui te D
græci homines in græcia constitutũ,& græca imbutũ primitus lingua, de ipsis philosopho/
rum libris aliqua interrogarent, quæ Cicero in suis litteris nõ posuit? Quod si acciderit, qd
respõsurus es,potius te ista in latinorum autorum libris,cq; in græcorũ nosse uoluisse? Qua
responsione,primo græciæ facies iniuriam,& nosti quàm illi homines hoc non ferant. De/
inde iam exulcerati & irati,cq; cito te,quod nimis non uis,& hebetem iudicabunt,qui græco
rum philosophorum dogmata,uel potius dogmatum particulas quasdam discerptas atq;
dispersas in latinis dialogis, cq; in ipsorum autorum libris græcis tota atq; contexta discere
maluisti,& indoctum qui cum tam multa in tua lingua nescias,earum rerum frusta in alie/
na colligere ambisti.An forte illud respondebis, non te græcos de his rebus libros contem/
psisse,sed prius latinos curasse cognoscere, nũc autem uelle te in latinis doctum, iam græce
quærere? Si hoc non pudet hominem græcũ latina puerũ didicisse, nunc uelle discere græca
barbatum,pudebit ne tandem in ipsis latinis ignorare aliqua quæ quàmmulti latini docti
tecum nesciant? Vel hoc ipso sentis,quod te nobis magna necessitate dicis oneros um,in tã/
ta doctorũ multitudine apud Carthaginem cõstitutus. Postremo fac te de omnibus quæ
à nobis quæris interrogatum,respõdere potuisse, ecce iam doctissimus atq; acutissimus di/
ceris,ecce iam te laudibus in cœlum græculus flatus attollit,tu tantum memento grauitatis
tuæ,& illam mereri laudem quo fine uolueris,ut scilicet eos leuiter leuia ista miratos, & beni
uolentissime atque auidissime iam in tua ora suspensos, grauissimum aliquid & saluberri/
mum doceas:idipsum quicquid est grauissimum & saluberrimũ,utrum teneas,& recte tra/
dere noueris,uellem cognoscere.Ridiculum est enim cum propterea superflua multa didi/
ceris,ut tibi aures hominum ad necessaria præparentur, ipsa necessaria non tenere, quibus
excipiendis eas per superflua præparaueris: & dum occuparis ut discas unde facias intẽtos,
nolle discere quod infundatur intentis.Sed si hoc te scire iam dicis , idque ipsum Christia/
nam doctrinam esse respondes,quã te omnibus præponere nouimus, & in ea sola esse præ
sumere spem salutis æternæ,non opus est ei cognitione dialogorum Ciceronis,& collectio/
ne emen/

A ne emendicatarũ discordantiũ sententiarũ alienarũ procurari auditores, ut oribus tuis in
tẽri fiãt, qui abs te aliquid tale accepturi sunt. Nolo prius aliquid doceas, quod dediscendũ
est, ut uera doceas. Nã si alienarum sententiarum dissidentium & repugnantium cognitio
aliquid adiuuat insinuatorem Christianæ ueritatis, ut nouerit quõ aduersantes destruat fal
sitates, ad hoc duntaxat ne quis cõtra differẽs, nõ nisi in refellendis tuis figat oculũ, sua ue
ro sedulo occultet. Nã cognitio ueritatis, oia falsa, si modo proferant, etiã quæ prius inaudi
ta erãt, & dijudicare & subuertere idonea est. Sed ut non solũ aperta feriant, sed etiã abscõ
dita eruantur, si alienos opus est cognoscere errores, erige oculos auresq; oro te, & uide atq;
ausculta, utrũ aliquis aduersus nos de Anaximene & de Anaxagora proferat aliquid: quã
do iã ne ipsorũ quidẽ multo recentiorũ, multũq; loquaciũ Stoicorũ aut Epicureorũ cineres
caleant, unde aliqua contra fidem Christianam scintilla excitetur: sed circuli atq; conuenti
cula partim fugacia, partim etiam audacter prompta, uel donatistarum, uel maximianen
sium, uel Manichæorum, uel etiam ad quorum greges turbámq; uenturus es Arianorum,
Eunomianorum, Macedonianorum, Cataphrygarũ, cæterarũq; bestiarũ innumerabiliter
perstrepant: quorum omnium errores si cognoscere piget, quid nobis est propter defensio
nem Christianæ religionis, quærere quid senserit Anaximenes, & olim sopitas lites inani
curiositate recoquere, cum quorundam etiam hæreticorum, qui nomine Christiano gloria
ri uoluerunt, ut Marcionistarum & Sabellianorum, multorumq; præterea iam dissensiões
quæstionesq; sileantur: tamen si opus est ut dixi ueritati aduersantes prænoscere aliquas, &
prætractatas habere sentẽtias, de hæreticis potius qui se Christianos uocãt, quàm de Ana
xagora & Democrito nobis cogitandũ fuit. Ille aũt quisquis abs te quæsierit, quæ tu à no
bis quæris, audiat q, ea doctius & prudentius nescias. Si enim Themistocles non curauit *Themistocles*
quod est habitus indoctior, cum canere neruis in epulis recusasset, ubi cum se nescire illa di
xisset, atq; ei dictum esset, quid igitur nosti? respondit, Rẽpublicam ex parua magnam fa
B cere: dubitandum est tibi dicere, te ista nescire, cum ei qui rogarit quid noueris, respondere
possis, nosse te, quoniam etiam sine istis homo esse possit beatus? Quod si adhuc non te
nes, tam peruerse ista conquiris, quàm peruerse si aliquo corporis periculoso morbo gra
uareris, delitiosas & tenerrimas uestes potius quàm medicamenta medicosq; conquireres.
Non enim ullo modo differenda est ista cognitio, aut illa huic, à te præsertim iam in hac
ætate, uel discendi ordine præferenda est. Vide autem quàm facile possis hoc scire si uelles.
Qui enim quærit quomodo ad beatam uitam perueniat, nihil aliud profecto quærit, nisi
ubi sit finis boni, hoc est ubi constitutum sit, non praua opinione atq; temeraria, sed certa
atq; incõcussa ueritate summũ hominis bonũ, quod à quolibet ubi constituat non inueni
at, nisi aut in corpore, aut in animo, aut in deo, aut in duobus aliquibus horũ, aut certe in o
mnibus. Quod si didiceris, neq; summum bonum, nec aliquam partem summi boni omni
no esse in corpore, duo restabũt, animus & deus, quorum uel in uno, uel in ambobus sit. Si
autem adieceris & didiceris hoc idem de animo quod de corpore, quid aliud iam nisi deus
occurret, in quo summũ hominis bonũ constitutũ sit, nõ quo alia bona nõ sint, sed summũ
id dicitur quò cuncta referuntur. Eo enim fruendo quisq; beatus est propter quod cætera
uult habere, cum illud iam non propter aliud, sed propter seipsum diligatur. Et ideo finis
ibi dicitur, quia iam quò occurrat, & quò referatur non inuenitur. Ibi requies appetendi, ibi
fruẽdi securitas, ibi tranquillissimum gaudiũ optimæ uoluntatis. Da igitur qui cito uideat,
non corpus esse animi bonum, sed animum potius esse corporis bonum. Recedetur iam
ab inquirendo, utrum summum illud bonũ, uel aliqua eius pars sit in corpore. Quod enim
stultissime negatur meliorẽ esse animum corpore, item stultissime negat meliorem esse eũ
qui dat beatam uitam uel partem aliquam beatæ uitæ, quàm eum qui accipit. Non igitur
accipit animus à corpore uel summum bonum uel partem aliquam summi boni. Hoc qui
nõ uident, cæcati sunt dulcedine carnalium uoluptatũ, quã ex indigentia sanitatis uenire nõ
intuent. Sanitas aũt perfecta corporis, illa extrema totius hominis imortalitas erit. Tã po

tenti enim natura deus fecit animam, ut ex eius pleniſſima beatitudine quæ in fine tempo/
rum ſanctis promittitur, redundet etiã in inferiorem naturam quod eſt corpus, nõ beatitu/
do, quæ fruentis & intelligentis eſt propria, ſed plenitudo ſanitatis, id eſt, incorruptionis ui
gor. Quod qui non uident, ut dixi, bellant inquietis altercationibus, uarie pro ſuo quiſq; ca
ptu, in corpore cõſtituentes ſummum hominis bonum, & carnalium ſeditioſorũ turbas cõ
Epicurei. citant. Inter quos Epicurei apud indoctam multitudinẽ excellentiore autoritate uiguerũt.
Da item qui cito uideat animum quõq; ipſum non ſuo bono beatum eſſe, cum beatus eſt,
Alioquin nunquam eſſet miſer, & recederetur à quærẽdo, utrum in animo ſit ſummũ illud,
atq;, ut ita dixerim, beatificum bonum, uel aliqua pars eius. Nam cum ſeipſo ſibi quaſi ſuo
bono animus gaudet, ſuperbus eſt. Cum uero perſpicit ſe eſſe mutabilem, uel hoc uno ſal/
tem quod de ſtulto ſapiens efficitur, ſapientiamq; eſſe incõmutabilem cernit, ſimul oportet
cernat eſſe illam ſupra ſuam naturam, eiusq; participatione atq; illuſtratione ſe uberius &
certius gaudere, quàm ſeipſo: ita ceſſans atque detumeſcens à iactatione atque inflatione
propria, inhærere deo, atq; ab illo incommutabili refici & reformari nititur à quo eſſe iam
capit, non ſolum omnem ſpeciem rerum omnium, ſiue quæ ſenſu corporis, ſiue quæ intelli/
gentia mẽtis attinguntur, ſed etiam ipſam capacitatẽ formationis ante formationem, cum
uel informe aliquid dicitur quod formari poteſt. Itaque tanto minus ſe eſſe ſtabilem ſen/
tit, quanto minus hæret deo qui ſumme eſt. Et ideo illum ſumme eſſe, quia nulla mutabili
tate proficit ſeu deficit, ſibi autem illam commutationem expedire qua proficit, ut perfecte
illi cohæreat, eam uero commutationem quæ in defectum eſt, eſſe uitioſam, omnem autem
defectum ad interitum uergere, quò utrum aliqua res perueniat, tam & ſi non appareat, ta/
men apparere omnibus eò ducere interitũ, ut non ſit quod erat. Vnde colligit nõ ob aliud
res deficere, uel poſſe deficere, niſi quod ex nihilo factæ ſunt, ut quod in eis eſt quod ſunt &
manent, & pro defectibus etiam ſuis ad uniuerſitatis complexum ordinantur, ad eius boni
tatem omnipotentiamq; pertineat qui ſumme eſt & conditor, qui potens eſt etiam ex nihi
lo, non tantum aliquid, ſed etiam magnum aliquid facere. Primum autem peccatum, hoc
eſt primum uolũtarium defectum eſſe, gaudere ad propriam poteſtatem. Ad minus enim
gaudet, quàm ſi ad poteſtatem dei gaudeat, quæ utique maior eſt. Hoc non uidentes, &
potentias intuentes animi humani, magnamq; pulchritudinem factorum atque dictorũ,
etiam ſi in corpore puduit ponere ſummum bonum, in ipſo tamen animo ponentes, infra
utique poſuerunt, quàm ubi ſynceriſſima ratione ponendum eſt. Inter hos qui ita ſentiũt
Stoici. apud Græcos philoſophos, & numero & diſputandi ſubtilitate Stoici prævaluerũt, qui ta/
men in naturalibus corporea omnia eſſe arbitrantes, magis à carne q; à corpore animum
auertere potuerunt. Inter eos autem qui fruendum deo, à quo & nos & omnia facta ſunt,
Platonici. unum atque ſummum bonum noſtrum eſſe dicunt, apud illos eminuerunt Platonici, qui
non immerito ad officium ſuum pertinere arbitrati ſunt, Stoicis & Epicureis maxime &
Academici. propè ſolis omnino reſiſtere. Iidem quippe Academici qui Platonici, quod docet audito
Arceſilaus. rum ipſa ſucceſſio. Arceſilaus enim qui primus occultata ſententia ſua, nihil aliud iſtos
Polemon. quàm refellere ſtatuit, quære cui ſucceſſerit, Polemonẽ inuenies, Quære cui Polemon, Xe/
Xenocrates. nocratem. Xenocrati autem diſcipulo Academiam ſcholam ſuam reliquit Plato. Quan/
Plato. tum igitur pertinet ad quæſtionem de ſummo hominis bono, remoue perſonas hominũ,
atque ipſam diſceptationem conſtitue, profecto reperies duos errores inter ſe aduerſa fron
te collidi, Vnum conſtituentem in corpore, alium conſtituentem in animo ſummum bo/
num. Rationem autem ueritatis, qua ſummum bonum noſtrum, deus eſſe intelligitur, reſi/
ſtere, ſed non prius docentem uera quàm praua dedocentem. Idipſum rurſum adiunctis
perſonis conſtitue, reperies Epicureos & Stoicos inter ſe acerrime dimicantes. Eorum ue/
ro litem conantes dijudicare Platonicos, occultantes ſententiam ueritatis, & illorum uanã
in falſitate fiduciam conuincentes & rearguentes: ſed non ſicut illi errorũ ſuorũ, ita Platoni
ci ueræ rationis perſonã implere potuerunt. Omnibus em̃ defuit diuinæ humilitatis exem
plum,

A plũ,quod oportunissimo tempore per dominũ nostrũ Iesum Christũ illustratũ est: cui uni exẽplo in cuiusuis animo ferociter arrogãtis,omnis superbia cedit & frangitur & emoritur. Ideoq; non ualentes illi autoritate turbas terrenarum rerum delectatione cæcatas ad inuisibilium fidem ducere,cũ eas uiderent Epicureis maxime contentionibus cõmoueri,non solum ad hauriẽdam, quò ultro ferebantur, sed etiam ad defensitãdã corporis uoluptatẽ, ut in ea summũ bonum hominis constitueretur,Eos aũt qui aduersus hanc uoluptatẽ,uirtutis laude mouerẽtur,minus difficulter eam contẽplari in animis hominũ,unde facta bona, de quibus utcunq; poterant iudicare, procederent: simul uidebant si eis conarentur insinuare aliquam rem diuinam,& super omnia incõmutabilem,quæ nullo attingeretur corporis sensu,sed sola mente intelligeretur,quæ tamen etiam naturã ipsius mentis excederet, eũq; esse deum propositũ animo humano ad fruendũ, purgatum ab omni labe humanarum cupiditatum,in quo uno acquiesceret omnis beatitudinis appetitus, & in quo nobis uno bono tum omniũ finis esset,nõ eos intellecturos,sed repugnantibus uel Epicureis uel Stoicis,multo q̃ sibi facilius palmã daturos:id est uera salubrisq; sententia, quod pernicioſissimum est generi humano,imperitorum populorũ irrisione sordescceret: & hoc in moralibus. In naturalibus autem quæstionibus si isti dicerent effectricem omnium naturarũ esse incorporeã sapientiam , Illi autẽ à corpore nusq; discederent,cum alij atomis,alij quatuor elemẽtis, in quibus ad efficienda omnia ignis prævaleret,principia rerum darent, quis non uideret stultorum abundantiam corpori deditã,cum incorpoream potentiam conditricẽ rerum nequaquam ualeret intueri, in quorũ potius suffragium raperetur? Restabat pars rationalium quæstionũ.Nosti enim quicquid propter adipiscendam sapientiã quæritẽ, aut de moribus, aut denatura,aut de ratione quæstionẽ habere.Cũ ergo epicurei nunq; sensus corporis fallì dicerent,Stoici aũt falli aliquando concederent,utriq; tamen regulã cõprehendendæ ueritatis in sensibus ponerent,quis istis contradicentibus audiret Platonicos? Quis non modo B in sapientium sed omnino in hominum numero habendos putaret,si ab eis prompte diceretur,nõ solum esse aliquid quod neq; tactu corporis,neq; olfactu uel gustatu, neq; his autibus aut oculis percipi possit, neq; omnino talium rerũ quæ ita sentirentur aliqua imaginatione cogitari:sed id solum uerum esse atq; id solũ posse percipi,quia incõmutabile & sempiternum est,percipi autem sola intelligentia qua una ueritas quomodo attingi potest attingitur? Cum ergo talia sentirent Platonici quæ neq; docerent carni deditos homines, neque tanta essent autoritate apud populos, ut credenda persuaderent , donec ad eum habitum perduceretur animus quo ista capiuntur,elegerunt occultare sententiam suam, & cõtra eos disserere , qui uerum se inuenisse iactarent, cum inuentionem ipsam ueri in carnis sensibus ponerent ; & eorum quidem consilium quale fuerit quid attinet quærere, diuinum certe uel diuina aliqua autoritate præditum non fuit. Tantum illud attende, quoniam Plato à Ciceronem multis modis apertissime ostenditur in sapientia nõ humana,sed planè diuina , unde humana quodammodo accenderetur , in illa utiq; sapientia prorsus immutabili atq; eodẽ modo semper se habente ueritate constituisse,& finem boni & causas rerum & ratiocinãdi fiduciam, Oppugnatos autem esse nomine Epicureorum & Stoicorum à Platonicis eos q in corporis uel in animi natura ponerent & finem boni & causas rerum:& ratiocinãdi fiduciam eò successione temporũ esse deuolutam, ut quũ Christianæ etiam ætatis exordio,rerum inuisibilium atq; æternarum fides per uisibilia miracula salubriter prædicaretur hominibus,qui nec uidere nec cogitare aliquid præter corpora poterant, beato apostolo Paulo, qui eãdem fidem gentibus præseminabat, ijdem ipsi Epicurei & Stoici,in actibus apostolorũ contradixisse inueniant. Qua in re satis mihi uidetur demonstratum esse, errores gentium,siue de moribus,siue de natura rerum,siue de ratione inuestigandæ ueritatis,qui quãtis essent multi atq; multiplices,in his tamen maxime duabus sectis eminebant, expugnãtibus doctis & tanta differendi subtilitate atq; copia subuertentibus, durasse tamen usq; in tempora Christiana. Quos iam certe nostra ætate sic obmutuisse conspicimus, ut uix

iam in

iam in ſcholis rhetorum commemoretur tantum quæ fuerint illorum ſententiæ, certamina C
tamen etiã de loquaciſſimis Græcorum gymnaſijs eradicata atq; compreſſa ſunt, ita ut ſi
qua nunc erroris ſecta contra ueritatem, hoc eſt, contra eccleſiam Chriſti emerſerit, niſi no/
mine cooperta Chriſtiano, ad pugnandum proſilire non audeat. Ex quo intelligitur ipſos
quoq; Platonicæ gẽtis philoſophos, paucis mutatis quæ Chriſtiana improbat diſciplina,
inuictiſſimo uni regi Chriſto, pias ceruices oportere ſubmittere, & intelligere uerbũ dei ho/
mine indutũ, qui iuſſit & creditũ eſt, quod illi uel proferre metuebãt. Huic te mi Dioſcore
ut tota pietate ſubdas uelim, nec aliam tibi ad capeſſendã & obtinendam ueritatem uiam
munias, quàm quæ munita eſt ab illo qui greſſuum noſtrorum tanquam deus uidet infir/
mitatem. Ea eſt autem prima humilitas, ſecunda humilitas, tertia humilitas, & quoties in/
terrogares hoc dicerem, non quo alia non ſint præcepta quæ dicantur, ſed niſi humilitas o/
mnia quæcunq; benefacimus & præceſſerit & comitetur & cõſecuta fuerit, & propoſita quã
intueamur, & appoſita cui adhæreamus, & impoſita qua reprimamur, iam nobis de ali/
γνῶμη quo bono facto gaudentibus, totũ extorquet de manu ſuperbia: uitia quippe cætera in pec
catis, ſuperbia uero etiã in recte factis timẽda eſt, ne illa quæ laudabiliter facta ſunt, ipſius
Demoſthenes laudis cupiditate amittãtur. Itaq; ſicut rhetor ille nobiliſſimus cum interrogatus eſſet, quid
ei primum uideretur in eloquentiæ præceptis obſeruari oportere, pronũciationem dicitur
reſpondiſſe, cum quæreret quid ſecundo, eandẽ pronunciationẽ, quid tertio, nihil aliud q̃
pronunciationem dixiſſe: ſi interrogares, & quotiẽs interrogares de præceptis Chriſtianæ
religionis, nihil me aliud reſpõdere niſi humilitatẽ liberet, & ſi forte alia dicere neceſſitas co
geret. Huic humilitati ſaluberrimæ quã dominus noſter Ieſus Chriſtus, ut doceret humilia
tus eſt, huic, inquã, maxime aduerſat quædã, ut ita dicã, imperitiſſima ſciẽtia, dum nos ſcire
gaudemus, quid Anaximenes, quid Anaxagoras, quid Pythagoras, quid Democritus ſen
ſerit, & cæteri huiuſmodi, ut docti eruditiq; uideamur, cum hoc à uera doctrina & eruditio D
ne longe abſit. Qui enim didicerit deũ nõ diſtendi aut diffundi per locos neq; finitos neq;
infinitos, quaſi in aliqua parte maior ſit, in aliqua minor, ſed totũ ubiq; eſſe præſentẽ, ſicut
ueritatem, cuius nemo ſobrie dicit partem eſſe in iſto loco, & partẽ in illo, quoniam ueritas
utiq; deus eſt, nequaquam eum mouebit quod dẽ infinito aëre ſenſit quicunq; ſenſit quod
ipſe deus eſſet. Quid ad illũ ſi neſciat quã dicant iſti corporis formã, eam quippe dicũt quæ
undiq; finita ſit: Et utrũ refellẽdi cauſa tanq̃ Academicus Anaximeni Cicero obiecerit, for
mam & pulchritudinẽ deum habere oportere, quaſi corporeã ſpeciẽ cogitãs, quia ille corpo
reum deũ eſſe dixerat, Aër enim corpus eſt: an ne ipſe ſentiebat eſſe formã & pulchritudinẽ
incorporeã ueritati, qua ipſe animus informatur, & per quã omnia ſapientis facta pulchra
eſſe iudicamus: ut non tantum refellendi gratia, ſed etiã ueriſſime dixerit, quod deum pul/
cherrima ſpecie deceat eſſe, qua nihil eſt pulchrius ipſa intelligibili atq; incõmutabili ueritã
te. Quod autẽ ait ille gigni aërem, quẽ tamen deum eſſe cenſebat, nullo modo mouet hunc
uirũ, qui intelligit non ſicut aër gignitur, id eſt, aliqua cauſa ut ſit efficitur, cum omnino de/
us nõ ſit, ita genitum eſſe uerbum dei, deum apud deũ, ſed longe alio modo, quem nemo
niſi cui ipſe deus inſpirarit intelligit. Illum autem etiam in ipſis corporalibus deſipere quis
non uideat, cum aërem gigni dicat, & deum uelit, eum autem à quo aër gignitur, non enim
à nullo gigni poteſt, no dicat deum? Cum autem dicitur aër eſſe ſemper in motu, nequaq̃
conturbat hominem, ut propterea illum deum putet, qui nouit omnis corporis motum in/
feriorem eſſe, quàm eſt motus animi. Motum autem animi longe pigriorem, quàm eſt mo
tus ſummæ atq; incommutabilis ſapientiæ. Item Anaxagoras ſiue quilibet, ſi mentem dicit
ipſam ueritatem atq; ſapientiam, quid mihi eſt de uerbo cum homine contendere? Mani
feſtum eſt enim omnium rerum deſcriptionem & modum de illa fieri, eamq; non incon/
grue dici infinitam, non per ſpacia locorũ, ſed per potentiam quæ cogitatione humana cõ/
prehendi non poteſt: Neque quod informe aliquid ſit ipſa ſapientia, hoc enim corporum
eſt ut quæcunq; infinita fuerint, ſint & informia. Cicero autẽ ſtudio refellendi quantum ui/
detur

A detur propter aduersarios corporaliter sentientes, negat infinito aliquid iungi potuisse, qa ex ea parte qua quicq̃ adiungitur, necesse est esse in corporibus aliquem finem. Ideo ait nõ eũ uidisse neq; motũ sensui iunctũ & continentẽ, id est cõtinua copulatione adhærentẽ infinito, id est infinitæ rei ullũ esse potuisse, quasi de corporibus ageret, qbus nihil iũgi, nisi per fines locorũ potest. Sic aũt addidit. Neq; sensum omnino quo non tota natura pulsa sentiret, quasi ille dixisset mentẽ illã ordinatricẽ & moderatricẽ rerũ omniũ habere sensum, qualem haberet anima per corpus. Nã manifestũ est totã sentire animã, cũ per corpus aliquid sentit. Nã totã utiq; non latet, qcquid illud est quod sentit. Ad hoc aũt dixit totã naturã sentire, ut illi quasi auferret, q̃d ait mentẽ infinitã. Quomodo enim tota sentit si infinita est? Sensus enim corporis ab aliquo loco incipit, nec percurrit totũ nisi ad cuius finem peruenerit, quod in infinito dici non potest. Sed neq; ille de sensu corporis aliquid dixerat. Et aliter dicitur totũ quod incorporeum est, quia sine finibus locorũ intelligit, ut & totũ & infinitũ dici possit: Totũ propter integritatẽ, infinitum propter hoc, quia locorũ finibus non ambitur. Deinde inquit, Si mentem ipsam quasi animal aliquod esse uoluit, erit aliquid interius ex quo illud animal nominetur, ut mens ista quasi corpus sit, & habeat intus animam unde animal appelletur. Vide quẽadmodũ corporali consuetudine loquitur. Quomodo enim solent uideri animalia propter sensum grossum, ut opinor eorum contra quos disserit, & tamen dixit rem quæ illos si euigilare possent satis admoneret, omne quod sicut corpus uiuũ animo occurrit, magis animã habere & esse animal, q̃ animam esse cogitari oportere. Hoc est enim quod ait, Erit aliquid interius, ex quo illud animal nominetur, sed adiungit, Quid autem interius mente? Non ergo potest mens habere interiorem animam ut sit animal, qa ipsa est interior. Ergo corpus habeat extrinsecus cui sit interior, ut sit animal, Hoc est enim quod ait, Cingatur igitur corpore externo: quasi Anaxagoras dixerit, nisi animalis alicuius esset, mentem esse non posse. Si mentem ipsam solam sapientiam esse sentiebat, quæ nullius quasi animantis propria est, quia omnibus animis se frui ualẽtibus ueritas communiter præsto est. Et ideo uide quàm urbane concludat. Quod quoniam nõ placet inquit, hoc est non placet Anaxagoræ, ut illa mens quam dicit deum, cingatur corpore externo quo animal esse possit, aperta simplexq̃ mens nulla re adiuncta qua sentire possit, id est nullo corpore adiuncto per quod sentire possit, fugere intelligentiæ nostræ uim & notionem uidet. Nihil uerius, quàm fugere hoc uim & notionem intelligentiæ stoicorum & epicureorum, q nisi corporalia cogitare non possunt. Quod autem ait, Nostræ, humanæ intelligi uoluit, & bene nõ ait fugit, sed fugere uidetur. Hoc enim illis uidetur, neminem hoc posse intelligere, & ideo nihil tale esse arbitrantur. Sed quorundam intelligentiã quantum homini datũ est, non fugit esse apertam simplicemq̃ sapientiam atq; ueritatem, quæ nullius animantis sit propria, sed qua cõmuniter omnis quæ id potest anima, sapiens & uera efficitur. Quam si sensit esse Anaxagoras, eámq; deum esse uidit mẽtemq̃ appellauit, non solũ nomen Anaxagoræ, quod propter litteratam uetustatem, omnes, ut militariter loquar, litteratiores libẽter sufflant, nos doctos & sapientes non facit, sed ne ipsa quidem eius cognitio qua id uerũ esse cognouit. Non enim mihi propterea ueritas chara esse debet quia non latuit Anaxagoram, sed quia ueritas est, etiam si nullus eam cognouisset illorum. Si igitur nec eius hominis qui uerum forsitan uidit, cognitio nos inflare debet, ut ea quasi docti esse uideamur, sed ipsius ueri soliditate, qua uere docti esse possumus, quanto minus eorum hominum, qui falsa senserunt, nomina & dogmata, nostram possunt adiuuare doctrinam, & latentia cognita facere? Cum si homines simus, magis nos contristari deceat, tot & tam nobilitatorum hominum erroribus, si eos audire contigerit, quàm hæc propterea studiose quærere, ut inter eos qui illa nesciunt iactatione inanissima uentilemur. Quanto enim melius ne audissem quidẽ nomẽ Democriti, q̃ cum dolore cogitarem, nescio quem suis temporibus magnum putatum, qui deos esse arbitraretur imagines, quæ de solidis corporibus fluerent, solidæque ipsæ non essent, eásque hac atque hac motu proprio circumeundo atque

al. crassum

Democritus de deo.

illa

illabẽdo in animos hominũ facere ut uis diuina cogitetur,cum profecto illud corpus unde C
imago flueret,quãto ſolidius eſt,præſtãtius quoq; eſſe iudicetur? Ideóq; fluctuauit eius,ſi/
cut iſti dicunt nutauitq; ſentẽtia,ut aliquando naturam quandã de qua fluerent imagines
deum eſſe diceret,qui tamen cogitari non poſſet,niſi per eas imagines quas fundit ac emit/
tit,id eſt,quæ de illa natura,quam neſcio quã corpoream & ſempiternam,ac etiam per hoc
diuinam putat,quaſi uaporis ſimilitudine continua uelut emanatione ferrentur, & uenirẽt
atq; intrarẽt in animos noſtros ut deum uel deos cogitare poſſemus. Nullam enim aliam
cauſam cuiuſlibet cogitationis noſtræ opinantur iſti,niſi cum ab his corporibus quæ cogi
tamus,ueniũt atq; intrant imagines in animos noſtros:quaſi non multa ac propè innume
rabilia cogitẽtur incorporaliter atq; intelligibiliter ab eis qui talia cogitare nouerunt, ſicut
ipſa ſapientia & ueritas. Quam ſi iſti non cogitant,miror quomodo de illa utcunq; diſpu/
tent. Si autem cogitant,uellem mihi dicerent,uel de quo corpore,uel qualis in eorũ animos
ueniat imago ueritatis. Quanquam Democritus etiam hoc diſtare in naturalibus quæſtio
nibus ab Epicuro dicitur,quod iſte ſentit ineſſe cõcurſioni atomorum uim quãdam anima
lem & ſpiritalem:qua ui eum credo & imagines ipſas diuinitate prædĩtas dicere,nõ omnes
omnium rerum,ſed deorum,& principia mentis eſſe in uniuerſis quibus diuinitatẽ tribuit,
& animantes imagines,quæ uel prodeſſe nobis ſoleant uel nocere. Epicurus uero neq; ali/
quid in principijs rerum ponit præter atomos, id eſt, corpuſcula quædam tam minuta, ut
etiam diuidi nequeant,neq; ſentiri,aut uiſu,aut tactu poſſint:quorum corpuſculorum con
curſu fortuito, & mundos innumerabiles, & animantia, & ipſas animas fieri dicit, & deos
quos humana forma non in aliquo mundo, ſed extra mundos, atque inter mundos con/
ſtituit:& non uult omnino aliquid præter corpora cogitare: quæ tamẽ ut cogitet,imagines
dicit ab ipſis rebus, quas atomis formari putat defluere, atq; in animum introire ſubtilio/
res quàm ſunt illæ imagines quæ ad oculos ueniunt. Nam & uidẽdi cauſam hãc eſſe dicit, D
ingentes quaſdam imagines,ita ut uniuerſum mũdum cõplectantur extrinſecus. Intelligis
autẽ iam ut arbitror quas iſti opinentur imagines. Miror non admonuiſſe Democritũ uel
hoc ipſum falſa eſſe quæ dicit,quia uenientes tam magnæ imagines in tam breuem animũ
noſtrum,ſi corporeus, ut illi uolunt,tam paruo corpore includitur,totæ illum tangere non
poſſunt. A magno enim corpore cum paruum corpus attingitur,à toto ſimul attingi nullo
pacto poteſt,Quomodo igitur totæ ſimul cogitantur,ſi intantum cogitantur,in quantum
uenientes atq; intrãtes animum attingunt, quæ nec totæ intrare poſſunt per tam paruum
corpus,nec totæ tam paruum animum attingere? Memento me ſecundum illos hæc dice/
re:non enim ego talem animum ſentio:aut ſi incorporeum Democritus animũ exiſtimat,
Epicurus quidem ſolus iſta ratione urgeri poteſt. Sed etiam ille quare non uidit, non opus
eſſe nec fieri poſſe,ut incorporeus animus aduentu atq; contactu corporearum imaginum
cogitet. De uiſu certe oculorum,ambo pariter redarguũtur, Tam breues enim oculos, tam
grãdium imaginum corpora tota attingere nullo modo poſſunt. Cum autem quæritur ab
eis,quare una imago uideat corporis alicuius,à quo innumerabiliter imagines fluunt,Re/
ſpondent,eoipſo quo frequenter fluunt & tranſeunt imagines,quaſi quadam earum cõſti/
patione & denſitate fieri,ut ex multis una uideatur. Quam uanitatem Cicero ita refellit,ut
eoipſo neget æternum deum eorum poſſe cogitari, quo innumerabiliter fluentibus & la/
bentibus imaginibus cogitatur. Et quoniam innumerabilitate atomorum ſuppeditãte,di/
cunt fieri formas deorũ ſempiternas,cum ita diſcedunt quædam corpuſcula de diuino cor/
pore ut alia ſuccedant,& diſſolui illam naturam eadem ſucceſſione nõ ſinant,Omnia ergo,
inquit,æterna eſſent, quia nulli deeſt iſta innumerabilitas atomorũ, quæ ꝓpetuas ruinas
ſubinde ſuppleat,Deinde quomodo nõ uereat iſte deus ne intereat,cũ ſine ulla intermiſſi
one pulſetur, agiteturq; atomorũ incurſione ſempiterna? Pulſari enim dicit illud corpus,
quod irruentibus atomis feriatur, & agitari quod penetretur, Deinde cũ ex ipſo imagines
de quibus iam ſatis dictũ eſt,ſemper affluãt,quomodo poteſt de immortalitate cõfidere?

In quibus

A In quibus omnibus deliramentis hæc opinantium, illud præcipue dolendum est, quod nō
sufficit enarrari, ut nulla cuiusquam disputatione aduersante respuantur. Sed acutissimo-
rum hominum ingenia, id etiam negocium susceperunt, ut copiose ista refellerent, quæ sta
tim dicta etiam à tardissimis derideri abiicique debuerunt. Si enim concesseris esse atomos,
si concesseris etiam concursu fortuito seipsas pellere & agitare, num & illud eis fas est con
cedere, ut inter se atomi fortuito concurrentes, rem aliquā ita conficiant, ut eam forma mo
dificent, figura determinent, æqualitate poliant, colore illustrent, anima uegetent? quæ om-
nia nullo modo, nisi arte diuinæ prouidentiæ fieri uidet quisquis magis mente quàm ocu-
lis amat uidere, idque ab eo expetit à quo factus est. Nam nec ipsos atomos esse ullo mo-
do concedendum est, quod omissa subtilitate quæ de diuisione corporum à doctis tradi-
tur, uide quàm facile secundum ipsorum opinionem possit ostendi. Certe enim ipsi dicunt
omnia quæ sint naturæ, nihil esse aliud quàm corpora & inania quæque his accidant, quod
credo motum & pulsum dicere & consequentes formas. Dicant ergo in quo genere ponāt
imagines, quas de corporibus solidioribus affluere putant, ipsas minime solidas, ita ut ta-
ctu nisi oculorum cum uidemus, & animi cum cogitamus, sentiri non possint, si & ipsa cor-
pora sunt? Nam ita censent, ut exire à corpore & uenire ad oculos uel ad animum possint,
quem nihilominus dicunt esse corporeum. Quæro utrum etiam ab ipsis atomis affluant
imagines? Si affluunt, quomodo iam sunt atomi à quibus aliqua corpora separantur? Si
non affluunt, aut potest aliquid sine imaginibus cogitari quod uchementer nolunt, aut un
de norunt atomos quas nec cogitare potuerunt? Sed iam pudet me ista refellere, cum eos
non puduerit ista sentire. Cum uero ausi sint etiam defendere, nō iam eorum, sed ipsius ge
neris humani me pudet, cuius aures hæc ferre potuerunt. Cum igitur tanta sit cæcitas men
tium per ingluuiem peccatorum amoremque carnis, ut etiam ista sententiarum portenta do
B ctores conterere disputando potuerint, dubitabis tu Dioscore, uel quisquam uigilanti in-
genio præditus, ullo modo ad sequendā ueritatē melius consuli potuisse generi humano,
q̄ ut hō ab ipsa ueritate susceptus ineffabiliter atque mirabiliter, & ipsius in terris personam
gerēs, recta præcipiendo, & diuina faciendo, salubriter credi persuaderet, quod nondū pru-
denter posset intelligi? Huius nos gloriæ sumus, huic te immobiliter atq; constanter crede
re hortamur, per quem factum est, ut non pauci, sed populi etiá qui non possunt ista dīju-
dicare ratione, fide credant, donec salutaribus præceptis adminiculati euadant ab his per-
plexitatibus in auras purissimæ atq; synceríssimæ ueritatis. Cuius autoritati tanto deuo-
tius obtemperari oportet, quāto uidemus nullum iam errorem se audere extollere, ad con
gregandas sibi turbas imperitorum, qui non Christiani nominis uelamenta cōquirat. Eos
autem solos ex ueteribus præter Christianum nomen in conuenticulis suis aliquanto fre-
quentius perdurare, qui scripturas eas tenent, per quas annunciatum esse ipsum dominum
Iesum Christum, se intellígere & uidere dissimulant. Porrò illi qui cum in unitate atq; com
munione catholica non sint, Christiano tamen nomine gloriantur, coguntur aduersari cre
dentibus, & audent imperitos quasi ratione traducere, quando maxime cum ista medicina
dominus uenerit, ut fidem populis imperaret. Sed hoc facere coguntur, ut dixi, quia iacere
se abiectissime sentiunt, si eorum autoritas cum autoritate catholica conferatur. Conantur
ergo autoritatem stabilissimam fundatissimæ ecclesiæ quasi rationis nomine & pollicitatio
ne superare. Omnium enim hæreticorū quasi regularis est ista temeritas. Sed ille fidei im
perator clementissimus, & per conuentus celeberrimos populorum atq; gentium, sedesq;
ipsas apostolorum arce autoritatis muniuit ecclesiam, & per pauciores pie doctos & uere
spiritales uiros copiosissimis apparatibus etiam inuictissimæ ratiōis armauit. Verum illa
rectissima disciplina est, in arcem fidei quàm maxime recipi infirmos, ut pro eis iam tutissi
me positis, fortissima ratione pugnetur. Platonici uero, qui falsorum philosophorum erro-
ribus illo tempore circūlatrantibus, non habentes diuinam personam qua imperarent fi-
dem, sententiam suam tegere quærendam, quàm polluendam proferre maluerunt, cū iam

Christi nomen terrenis regnis admirãtibus pturbatisq; crebresceret, emergere cœperãt, ad C
proferẽdum atq; aperiendum quid Plato sensisset. Tunc Plotini schola Romæ floruit, ha
buitq; condiscipulos multos acutissimos & solertissimos viros. Sed aliqui eorum magica
rum artium curiositate deprauati sunt, aliqui dominũ Iesum Christũ ipsius ueritatis atq;
sapientiæ incommutabilis quam conabantur attingere cognoscẽtes gestare personam, in
eius militiam transierunt. Itaq; totũ culmen autoritatis lumenq; rationis in illo uno salu
ri nomine atq; in una eius ecclesia, recreando atq; reformando humano gẽneri cõstitutum
est. Hæc me tibi diutissime in hac epistola locutũ, & si alia forte tu malles, omnino non pœ
nitet: Probabis enim hæc magis quanto magis in ueritate proficies, & tunc probabis consi
lium meum, quod nunc utilitati studiorum tuorum minus obsecutum putas. Quanq; etiã
illis ipsis quæstionibus tuis, non solum quibusdam in hac epistola, sed etiã cæteris penè om
nibus in ipsis membranis, in quibus eas misisti, ut potui breuiter annotando respõderim.
In quibus me si parum egisse, aut aliud quàm uolebas egisse arbitraris, non recte cogitas
mi Dioscore, à quo nunc ista quæsieris. Oratoris autem libros, & quæ sunt de oratore, om
nes prætermisi. Nescio quis enim nugator mihi esse uisus sum si ea exponẽda persequerer.
Nam de cæteris possem etiam decenter interrogari, si mihi quisquã res ipsas, non de libris
Ciceronis, sed per seipsas tractandas dissoluendasq; proferret. In illis autem res ipsæ nunc
nostræ professioni minus congruunt. Hæc autem omnia non facerem, nisi me post ægritu
dinem in qua eram cum homo tuus uenisset, aliquantũ ab Hippone remouerem. Quibus
item diebus perturbatione ualetudinis febribusq; repetitus sum. Inde factum est ut tardi
us quàm possent tibi hæc mitterentur. Quæ quomodo acceperis, rescripta flagito.

Augustinus Dardano respondet ad duas quæstiones, ostendens quomodo deus dicatur alicubi esse, aut non esse, & quõ Christus non sit ubiq;, & rursus sit ubiq;. Epistola. LVII.

FATEOR me frater dilectissime Dardane, illustrior mihi in charitate Christi, q̃ D
in huius seculi dignitate, literis tuis tardius respõdisse quàm debui. Cuius rei cau
sas nollem quæreres, ne molestius me feras diutius excusantem, q̃ pertulisti tar
dius rescribentem. Cum ergo te malim offensioni meæ facile ignoscere, q̃ de mea defensio
ne iudicare, quæcunq; illæ causæ fuerint, crede nullũ tui apud me esse potuisse contemptũ.
Immo enimuero citissime rescripsissem, si te cõtempsissem. Nec modo quia tandẽ aliquan
do rescripsi, ideo saltem tandem aliquãdo dignum aliquid te lectore molitus sum, & quod
merito possim tuo nomine prænotare. Sed rescribere utcunq; iam malui, q̃ pati & hanc
ætatem me huius officij debitore transire. Nec tua me dignitas terruit fecitq; cunctantem,
cum sit humanitas tua gratior q̃ illa suspectior. Sed unde te magis amo, hinc difficilius
unde sufficiam tantæ auiditati religiosi tui amoris inuenio. Huc accessit quod præter mu
tuæ charitatis flammam, qua fit ut etiam eos quos nunquam uidimus diligamus, dum eos
habere quod diligimus credimus, ubi me utiq; præueneris, feceristiq; ut uerear in me decipi
opinionem atq; expectationem tuam: Præter hoc ergo mihi tales quæstiones in tua epi
stola proposuisti, quæ si à quolibet propositæ forent, ocio quoq; meo quod mihi defit, nõ
paruum negocium facerent. Cũ uero abs te proponuntur cui profunda rimanti solutionis
earum superficies nequaquam sat est, & proponuntur occupatissimo aliarumq; curarum
molibus uallato & obstricto, tuæ prudentiæ est & beneuolentiæ cogitare, q̃ te placatũ ha
bere debeam, uel quod diu non respondi, uel si etiam nunc pro tuæ intentionis granditate
Quæstio prima. non respondero. Quæris igitur: Mediator dei & hominum homo Christus Iesus, quomo
do nunc esse credatur in cœlo, cum pendens in ligno, iamq; moriturus latroni credenti di
xerit: Hodie mecum eris in paradiso. Et hinc fortasse intelligendum dicis paradisum, quasi
in aliqua cœli parte compositum, aut quia ubiq; deus sit, hominem quoq; illum qui in deo
sit ubiq; diffusum, ex hoc nimirum intelligi uolens, etiã in paradiso esse potuisse qui ubiq;
Solutio. sit. Vbi ego quæro uel potius agnosco, quemadmodum accipias hominem Christum, non
utiq; sicut quidam hæretici uerbum dei & carnem, hoc est sine anima humana, ut uerbum
esset

A esset carni pro anima:uel uerbum dei & animam & carnem,sed sine mente humana,ut uerbum dei esset animæ pro mente humana.Non utiq; sic accipis hominem Christum,sed sicut superius locutus es,ubi aisti, Christum omnipotentem deum,ea te ratione credulitatis accipere ut deum non crederes,nisi perfectum etiam hominem credidisses, profecto cū discis hominem perfectum,totam illic naturam humanam uis intelligi. Nō est autem homo perfectus,si uel anima carni,uel animæ ipsi mens humana defuerit.Si ergo secundū hominem quem uerbum deus suscepit,putamus dictum esse:Hodie mecum eris in paradiso,nō ex his uerbis in cœlo existimandus est esse paradisus. Neq; enim ipso die in cœlo futurus erat homo Christus Iesus,sed in inferno secundum animam, in sepulchro autem secundū carnem.Et de carne quidem quod eo die in sepulchro sit posita,manifestissimum est euangelium.Quod uero illa anima in infernū descenderit,apostolica doctrina prædicat.Quandoquidem beatus Petrus ad hanc rem testimonium de psalmis adhibet,ubi de ipso prædictum esse demonstrat: Quoniam non derelinques animam meam in inferno, neq; dabis sanctum tuum uidere corruptionem.Illud de anima dictum est, quia non ibi est derelicta unde tam cito remeauit, illud de corpore quod in sepulchro corrumpi celeri resurrectione non potuit. Sed in sepulchro paradisum nullus intelligit. Et si quisq; esset ita absurdus, ut hoc sapere conaretur,eo quod illud sepulchrū in horto erat,certe hinc ab ista opinione reuocaretur,quod ille cui dictum est,Hodie mecū eris in paradiso,non illo die fuit cum Christo in illo sepulchro:nec eius fidei pro magno munere offerretur sepultura carnis,nihil gaudij uel doloris in morte sentientis,cum ille de requie ubi sensus est cogitaret. Restat igitur ut si secundum hominem dictum est: Hodie mecum eris in paradiso, in inferno intelligatur esse paradisus, ubi erat eo die futurus secundum humanam animam Christus. Vtrum autem sinus ille Abraæ ubi diues impius cum in tormentis esset inferni,requiescentem pauperem uidit,uel paradisi censendus uocabulo, uel ad inferos pertinere existimandus sit,non facile dixerim.De illo quippe diuite legimus dictum esse : Mortuus est autem & diues,& sepultus est in inferno:Et cum apud inferos in tormentis esset. In pauperis autē morte uel requie non sunt inferi nominati,Sed contigit inquit mori inopem illum & offerri ab angelis in sinum Abraæ.Deinde ardenti diuiti dicit Abraam:Inter nos & uos chaos magnum firmatum est,tanquam inter inferos sedesq; beatorum. Non enim facile alicubi scripturarum inferorum nomen positum inuenitur in bono. Vnde etiam quæri solet, si nō nisi pœnalia recte intelliguntur inferna,quomodo animam domini Christi pie credamus fuisse in inferno? Sed bene respondetur,ideo descēdisse,ut quibus oportuit subueniret. Vnde beatus Petrus eum dicit soluisse dolores inferni,in quibus impossibile erat teneri eum. Porrò si utraq; regio & dolentium & requiescentium,id est,& ubi diues ille torquebatur,& ubi pauper ille lætabatur in inferno esse credenda est, quis audeat dicere dominum Iesum ad pœnales inferni partes uenisse tantummodo, nec fuisse apud eos qui in Abraæ sinu requiescunt? ubi si fuit,ipse est intelligendus paradisus, quem latronis animæ illo die dignatus est polliceri. Quæ si ita sunt,generale paradisi nomen est, ubi feliciter uiuit. Neq; enim quia paradisus est appellatus ubi Adam fuit ante peccatum,propterea scriptura prohibita est etiam ecclesiam uocare paradisum cum fructu pomorum.Est autem sensus multo expeditior,& ab his omnibus ambiguitatibus liber,si non secundum id quod homo erat,sed secundum id quod deus erat dixisse accipiatur:Hodie mecum eris in paradiso.Homo quippe Christus illo die secundum carnem in sepulchro, secundum animam in inferno futurus erat,deus uero idem ipse Christus ubiq; semper est. Est enim lux quæ lucet etiā in tenebris quamuis eam tenebræ non comprehendant.Est uirtus & sapientia dei, de qua scriptum est quod attingat à fine usq; ad finem fortiter,& disponat omnia suauiter, & attingat ubiq; propter suam mundiciam,& nihil inquinatum in eam incurrat. Vbicunque ergo sit paradisus,quisquis beatorum ibi est,cum illo ibi est qui ubiq; est. Cum enim sit Christus deus & homo, deus utiq; unde dicit,Ego & pater unum sumus,homo autem unde dicit,Pater

Act.2. psal.15.

Aliter distinguunt Græci

Abraam in inferno.

Christus ubiq;.

maior me est, idemq; filius dei unigenitus à patre, & filius hoīs ex semine Dauid secūdum carnem, utrunq; in illo obseruandum est cum loquitur, uel cum de illo scriptura loquitur, & quid secundū quid dicatur intuēdum. Nam sicut unus homo est anima rationalis & caro, sic & unus Christus est uerbum & homo. Proinde quod ad uerbū attinet, creator est Christus, Omnia enim per ipsum facta sunt. Quod uero ad hominē, creatura est Christus. Factus est enim ex semine Dauid secundum carnem, & in similitudinem hominū factus. Itē quia in homine duo sunt, anima & caro, secūdum animam tristis fuit usq; ad mortē, secundum carnem passus est mortem. Nec tamen cum filium dei Christum dicimus, hominem separamus, aut cum eundē Christum filium hominis dicimus, separamus deum. Secundū hominem nāq; in terra erat, non in cœlo ubi nunc est, quando dicebat, Nemo ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit, filius hominis qui est in cœlo: q̄uis secundum id quod filius dei erat esset in cœlo, secundū id uero quod filius hominis erat adhuc esset in terra, nō dumq; ascendit in cœlum. Similiter cum secundū id quod filius dei est sit dns gloriæ, secundum id aūt qđ est filius hominis crucifixus sit, ait tamē apostolus: Si enim cognouissent, nunq̄ dn̄m gloriæ crucifixissent. Ac per hoc & filius hominis secundū deum erat in cœlo, & filius dei secundū hominē crucifigebat̄ in terra. Sicut ergo potuit recte dici, dns gloriæ crucifixus, cum ad solam carnem illa passio pertineret, ita recte dici potuit, Hodie mecū eris in paradiso: cum iuxta humanā humilitatē, per carnē in sepulchro, per animā in inferno illo die futurus esset, iuxta diuinam uero immutabilitatē nunq̄ de paradiso, quia ubiq; est semper, recessisset. Noli itaq; dubitare ibi nunc esse hominem Christum Iesum, unde uēturus est, memoriterq; recole & fideliter tene Christianam cōfessionem, quoniā resurrexit à mortuis, ascendit in cœlum, sedet ad dexteram patris, nec aliunde q̄; inde uēturus est ad uiuos mortuosq; iudicandos. Et sic uenturus est illa angelica uoce testante, quemadmodū ire uisus est in cœlum, id est in eadem carnis forma atq; substantia, cui profecto immortalitatē dedit, naturam non abstulit. Secundum hanc formam non est putādus ubiq; diffusus. Cauendum est enim, ne ita diuinitatem astruamus hominis, ut ueritatē corporis auferamus. Non est autem consequēs, ut quod in deo est, ita sit ubiq; ut deus. Nā & de nobis ueracissima scriptura dicit, quod in illo uiuimus, mouemur & sumus, nec tn̄ sicut ille ubiq; sumus, sed aliter homo ille in deo, quoniam aliter & deus ille in homine proprio quodam & singulari modo. Vna enim persona deus & homo est, & utrunq; est unus Christus Iesus, ubiq; per id quod deus est, in cœlo aūt per id quod homo. Quanq̄ & in eo ipso q̄d dicitur deus ubiq; diffusus, carnali resistendum est cogitationi, & mens à corporis sensibus auocāda, ne quasi spaciosa magnitudine opinemur deum per cūcta diffundi, sicut humus, aut humor, aut aër, aut lux ista diffunditur (omnis enim huiuscemodi magnitudo minor est in sui parte q̄; in toto) sed ita potius sicuti est magna sapiētia etiam in homine cuius corpus est paruum. Et si duo sunt sapientes, quorum sit alter corpore grandior, neuter sapientior, non est illa in maiore maior, minor in minore, aut minor in uno q̄ in duobus, sed tāta in hoc quanta in illo, & tanta in unoquoq; quanta in utroq;. Neq; enim si æqualiter sunt omnino sapientes, plus sapiūt ambo q̄; singuli, quemadmodum si æqualiter sint immortales, nō plus uiuūt q̄; singuli. Ipsa deniq; immortalitas corporis quæ in Christi carne præcessit, nobisq; in fine futura promittitur, cum magna sit res, nō est profecto mole magna. Sed licet corporaliter habeatur, incorporea quædam excellentia est. Nā cum ipsum immortale corpus minus sit in parte quàm in toto, immortalitas eius tam plena est in parte q̄; in toto, & cū sint alijs alia maiora, non tamen alijs alia immortaliora sunt membra. Sicut nunc quando ex omni parte sani sumus secundum modum præsentis in corpore sanitatis, non quia maior est manus tota q̄; digitus, ideo manus totius sanitatem maiorem dicimus esse q̄ digiti: sed in illis inæqualibus æqualis est ipsa, quando ita breuiora grandioribus cōparantur, ut qđ tam magnum esse non potest, q̄; est aliud, possit tamē esse tam sanum. Esset autem maior sanitas in maioribus mēbris, si essent maiora saniora. Cum uero nō est ita, sed maiora atq; minora

Christus quomō creatura.

Secundum hominē pro eo quod est secundum humanam naturam.

Christus non ubiq;.

3. senten. dist. 22. ca. solet.

1. senten. dist. 37. fateamur.

A minora tam ſana ſunt,diſpar eſt profecto in membrorum molibus quantitas, ſed par eſt in diſparibus ſanitas.Cum ergo ſit corpus aliqua ſubſtantia, quantitas eius eſt in magnitudine molis eius, ſanitas uero eius non quantitas ſed qualitas eius eſt. Non ergo potuit obtinere quantitas corporis,quod potuit qualitas. Nam ita diſtantibus partibus quæ ſimul eſſe non poſſunt,quoniam ſua quæq; ſpacia locorum tenent, minores minora, & maiora maiores,non potuit eſſe in ſingulis quibuſq; partibus tota uel tanta, ſed amplior eſt quantitas in amplioribus partibus,breuior in breuioribus, & in nulla parte tanta quanta per totum. Qualitas uero corporis quæ ſanitas dicitur,cum ſanum corpus eſt totum, tanta eſt in maioribus, quanta in minoribus partibus. Non enim quæ minus magnæ ſunt, ideo minus ſanæ ſunt,aut quæ ampliores ideo ſaniores.Abſit ergo,ut quod poteſt in corpore qualitas creati corporis, non poſſit in ſeipſa ſubſtantia creatoris. Eſt ergo deus per cuncta diffuſus. Ipſe quippe ait per prophetam: Cœlum & terram ego impleo. Et *Hiere. 23*
quod pauloante poſui de ſapientia eius, Attingit à fine uſq; ad finem fortiter, & diſponit *Sap.8.*
omnia ſuauiter.Itemq; ſcriptum eſt, Spiritus domini repleuit orbem terrarum. Eiq; dici- *Sap.1*
tur in quodam pſalmo: Quo abibo à ſpiritu tuo, & à facie tua quo fugiam? Si aſcendero *pſal.138.*
in cœlum tu ibi es: ſi deſcendero ad infernum ades: quia ſubſtantialiter deus ubiq; diffuſus. Sed ſic eſt deus per cuncta diffuſus,ut non ſit qualitas mundi, ſed ſubſtantia creatrix mundi,ſine labore regens,& ſine onere continens mundum. Non tamen per ſpacia loco- *1.ſenten.diſ.*
rum,quaſi mole diffuſa, ita ut in dimidio mundi corpore ſit dimidius, & in alio dimidio *37. fateamur*
dimidius,atq; ita per totum totus,ſed in ſolo cœlo totus,& in ſola terra totus,& in cœlo & in terra totus ſolus,& nullo contentus loco,ſed in ſeipſo ubiq; totus. Ita pater,ita filius, ita ſpirituſſanctus, ita trinitas unus deus. Neq; enim mundum inter ſe in tres partes diuiſerunt,quas ſingulas ſinguli implerent,quaſi non haberet ubi eſſet filius, aut ſpirituſſanctus in mundo,ſi totum occupaſſet pater. Non ita ſe habet uera incorporea immutabiliſq; di-
B uinitas.Non enim corpora ſunt quorum amplior ſit in tribus quàm in ſingulis magnitudo,nec loca ſuis molibus tenent ut diſtantibus ſpacijs ſimul eſſe non poſſint. Si enim anima in corpore conſtituta,non ſolum nullas anguſtias,uerumetiam quandam latitudinem inuenit,non corporalium locorum,ſed ſpiritualium gaudiorum, cum fit quod ait apoſtolus, Neſcitis quoniam corpora ueſtra templum in uobis ſpirituſſancti eſt, quem habetis à deo,nec dici niſi ſtultiſſime poteſt,non habere locum in noſtro corpore ſpiritumſanctum, quod totum noſtra anima impleuerit:quãto ſtultius dicitur illis anguſtijs impediri alicubi trinitatem,ut pater & filius & ſpirituſſanctus, ubiq; ſimul eſſe non poſſint? Verum illud *Deus quomodo alicubi non eſt.*
eſt multo mirabilius, q̃d cum deus ubiq; ſit totus,nõ tamen in omnibus habitat.Non eñ omnibus dici poteſt,quod ait apoſtolus, uel quod iam dixi, uel etiam illud, Neſcitis quia templum dei eſtis,& ſpiritus dei habitat in uobis. Vnde econtrario de quibuſdam idem dicit,Quiſquis autem ſpiritum Chriſti non habet hic non eſt eius. Quis porrò audeat opi- *Rom.8.*
nari, niſi quiſquis inſeparabilitatem penitus trinitatis ignorat, quod in aliquo habitare poſſit pater aut filius, in quo non habitat ſpirituſſanctus, aut in aliquo ſpirituſſanctus in quo non pater & filius? Vnde fatendum eſt ubiq; eſſe deum per diuinitatis præſentiam, ſed non ubiq; per habitationis gratiam. Propter hanc enim habitationem, ubi proculdubio gratia dilectionis eius agnoſcitur, non dicimus, Pater noſter qui es ubiq;, cum & hoc uerum ſit,ſed Pater noſter qui es in cœlis,ut templum eius potius in oratione commemo- *Matth. 6*
remus,quod & noſipſi eſſe debemus,& inquantum ſumus intantum ad eius ſocietatem & adoptionis familiam pertinemus.Si enim populus dei nõdum factus æqualis angelis eius adhuc in iſta peregrinatione dicitur templum eius, quantomagis eſt templum eius in cœlis ubi eſt populus angelorum,quibus aggregãdi & coæquandi ſumus, cum finita peregrinatione quod promiſſum eſt ſumpſerimus? Cum igitur qui ubiq; eſt non in omnibus habitet,etiam in quibus habitat,non æqualiter habitat. Nam unde eſt illud quod Heliſæus popoſcit, ut dupliciter in eo fieret ſpiritus dei qui erat in Helia. Et unde in omnibus ſan-

ctis ſunt alij alijs ſanctiores,niſi abundantius habendo habitatorem deum? Quomõ ergo c
uerũ ſupra diximus,q̃d deus ubiq; ſit totus, quãdo in alijs eſt amplius,in alijs minus? Sed
non eſt negligenter intuendũ quod diximus,in ſeipſo eſſe ubiq; totũ. Non ergo in eis,quia
alij plus eum capiũt,alij minus. Ideo enim ubiq; eſſe dicitur,quia nulli parti rerum abſens
eſt,Ideo totus,quia non parti rerum partem ſuam præſentem præbet, & alteri parti alterã
partem,æquales æqualibus,minori uero minorem,maioriq; maiorem,ſed non ſolum uni/
uerſitati creaturæ,uerumetiam cuilibet parti eius totus pariter adeſt.Hiq; ab eo longe eſſe
dicuntur,qui peccando diſſimillimi facti ſunt:& hi ei propinquare, qui eius ſimilitudinem
pie uiuendo recipiunt.Sicut recte dicuntur oculi tanto eſſe ab hac luce longius,quanto fue
rint cæciores. Quid enim tam longe eſt à luce quàm cæcitas, etiam ſi lux præſto ſit, atque
oculos perfundat extinctos? Propinquare autem luci merito perhibentur oculi, qui ſanita
tis acceſſu aciem recipiendo lucem recipiunt. Porrò autem quod parum diſtincte putaui/
mus poſſe intelligi,cum diceremus deum eſſe ubiq; totum,niſi adderemus in ſeipſo,uideo
diligentius exponendum.Quomodo enim ubiq;,ſi in ſeipſo? Vbiq; ſcilicet,quia nuſquam
eſt abſens. In ſeipſo autem, quia non continetur ab eis quibus eſt præſens tanquam ſine
eis eſſe non poſſit.Nam ſpacia locorum tolle corporibus,nuſquam erũt, & quia nuſquam
erunt,nec erunt. Tolle ipſa corpora qualitatibus corporum,non erit ubi ſint, & ideo neceſſe
eſt ut non ſint.Etenim cum per totam ſuam molem corpus æqualiter ſanum eſt,aut æqua/
liter candidum, non eſt in una quàm in alia parte eius ſanitas maior, aut candor, nec ma/
ior in toto quàm in parte eius, quia non ſanius aut candidius totum conſtat eſſe quàm
partem.Si autem inæqualiter ſit ſanum aut inæqualiter candidum,fieri poteſt ut in mino/
re parte ſit ſanitas maior aut candor,tam minora quàm maiora ſaniora uel candidiora
ſunt membra: uſqueadeo non mole conſtat quod in qualitatibus magnum dicitur eſſe uel
paruum. Veruntamen ſi moles ipſa corporis, quantacunq; uel quantulacunq; ſit,penitus
auferatur,qualitates eius non erit ubi ſint, quamuis non mole metiendæ ſint. At uero de/ D.
us non ſi minus capitur ab illo cui præſens eſt,ideo ipſe minor eſt. Totus enim in ſeipſo
eſt,nec in quibus eſt ita eſt ut indigeat eis,tanquam non poſſit eſſe niſi in eis. Sicut autem
nec ab illo abeſt in quo non habitat, & totus adeſt quamuis eum ille non habeat: ita & illi
in quo habitat,totus eſt præſens,quamuis eum non ex toto capiat. Neq; enim ad habitan
dum diuidit ſe per hominum corda ſeu corpora,aliam ſui partem huic tribuens, illi aliam,
ſicut lux iſta per aditus & per feneſtras domorum:ſed potius ſi quemlibet ſonum cum cor
Li.83.q.42 porea res ſit ac tranſitoria ſurdus non capit,ſurdaſter non totum capit, atq; in his qui au/
diunt cum pariter ei propinquent,tantomagis alius alio capit,quanto eſt acutioris, tanto
autem minus, quanto eſt obtuſioris auditus, cum ille non uarie magis minusue inſonet,
1.ſenten.diſ. ſed in eo loco in quo ſunt, omnibus æqualiter præſto ſit: quanto excellentius deus natura
37.ne autem. incorporea & immutabiliter uiua,qui non ſicut ſonus per moras temporum tendi & diui/
di poteſt,nec ſpacio aëreo tanquam loco ſuo indiget, ubi præſentibus præſto ſit, ſed æter/
na ſtabilitate in ſeipſo manens,totus adeſſe rebus omnibus poteſt,& ſingulis totus: quam
uis in quibus habitat, habeant eum pro ſuæ capacitatis diuerſitate, alij amplius, alij mi/
nus,quos ipſe ſibi dilectiſſimum templum gratia ſuæ bonitatis ædificat? Et donationum
quidem dictæ ſunt diuiſiones tanquam per partes & membra unius corporis, ubi & ſimul
omnes unum templum, & ſinguli ſingula templa ſumus, quia non eſt deus in omnibus
quàm in ſingulis maior. Et fit plerunq; ut plures cum minus capiant, unus amplius. Sed
1.Cor.12 cum dixiſſet Apoſtolus,Diuiſiones autem donationum ſunt,continuo ſubiecit: Idem au/
tem ſpiritus. Item cum ipſas donationum diuiſiones commemoraſſet,Omnia autem hæc
inquit operatur unus atq; idem ſpiritus, diuidens propria unicuiq; prout uult. Diuidens
ergo non ipſe diuiſus,quia ipſe unus atque idem. Illæ uero diuiſiones dictæ ſunt,ſicut mem
brorum in corpore: quia non idem ualent aures quod oculi, atq; ita membra cætera di/
uerſis

A uersis officijs concorditer distributa: quæ tamen cum sani sumus, una neq; diuersa, nec alibi maiore, alibi minore, sed cum sint ipsa disparia communi & parili salute congaudent. Huius corporis caput est Christus, huius corporis unitas nostro sacrificio commendatur, Quod breuiter significauit Apostolus dicens: Vnus panis unum corpus multi sumus. Per caput nostrum reconciliamur deo, quia in illo est diuinitas unigeniti facta particeps mortalitatis nostræ, ut & nos participes eius immortalitatis essemus. Hoc sacramentum longe est à cordibus sapientium superborum, & ideo non Christianorum, ac per hoc necuere sapientium. Illorum etiam dico sapientium, qui cognouerunt deum, quia cognoscentes deum, sicut dicit Apostolus, non sicut deum glorificauerunt aut gratias egerunt. Nosti autem in quo sacrificio dicatur, Gratias agamus domino deo nostro. A cuius sacrificij humilitate longe abest typhus & cothurnus illorum. Et ideo multum mirabilis res est, quemadmodum quorundam nondum cognoscẽtium deum sit inhabitator deus, & quorũdam cognoscentium non sit. Nec illi enim ad templum dei pertinent, qui cognoscentes deum non sicut deum glorificauerunt, aut gratias egerunt: & ad templum dei pertinent paruuli sanctificati sacramento Christi, regenerati spiritu sancto, qui certe regenerati per ætatem nondum possunt cognoscere deum. Vnde quem potuerunt illi nosse nec habere, isti potuerunt habere antequam nosse. Beatissimi autem sunt quibus hoc est deum habere quod nosse. Ipsa quippe noticia plenissima, uerissima, felicissima est. Hinc iam oportet etiam illam quam post epistolæ tuæ subscriptionem addidisti, pertractare quæstionem, Si adhuc ignorant paruuli deum, quomodo Ioannes etiam antequam nasceretur, ad aduentum & præsentiam matris domini, in suæ matris utero potuit exultare, Cum enim commemorasses te legisse librum meum de baptismo paruulorum, addidisti & aisti, de prægnantibus quid sentias opto cognoscere, cum credulitatis fidem pro puero mater Ioannis Baptistæ responderit. Hæc sunt certe uerba Helizabet matris Ioannis: Beata tu inter mu-
B lieres, & beatus fructus uentris tui, Et unde hoc mihi, ut ueniat mater dñi mei ad me? Ecce enim ut facta est uox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in utero meo. Hoc autem ut diceret, sicut Euangelista prælocutus est, repleta est spiritu sancto, quo proculdubio reuelante cognouit quid illa exultatio significasset infantis, id est, illius uenisse matrem, cuius præcursor ipse & demonstrator esset futurus. Potuit ergo esse ista significatio rei tantæ à maioribus cognoscendæ, non à paruulo cognitæ. Nam neque cum hoc ante in Euangelio narraretur dictum est, credidit infans in utero eius, sed exultauit. Neque ipsa dixit, exultauit in fide infans in utero meo, sed exultauit in gaudio. Videmus autem exultationem non solum paruulorum, sed etiam pecorum, non utique de aliqua fide uel religione, uel quacunq; rationali cognitione uenientem. Sed hæc planè inusitata & noua extitit, quia in utero, & ad eius aduentũ, quæ hominum saluatorẽ fuerat paritura. Ideo mira, ideo in magnis signis deputanda. Ideo hæc exultatio, & tãquam matri domini reddita resalutatio, tanq; solẽt miracula fieri, facta est diuinitus in infante, nõ humanitus ab infante. Quanquã etiam si usq; adeo est in illo puero acceleratus usus rationis & uolũtatis, ut intra uiscera materna iam posset agnoscere, credere, consentire, quod in alijs paruulis ætas expectatur ut possint, etiam hoc in miraculis habendum diuinæ potentiæ, non ad humanæ tra hendum est exemplar naturæ. Nam quando deus uoluit, etiã iumentum mutũ rationabili ter est locutũ: Nec ideo sunt admoniti homines in deliberationibus suis, etiã asinina expectare consilia. Quo circa nec quod factum est in Ioanne contemno, nec inde regulam quid sentiendum sit de paruulis figo, Immo id in illo propterea mirabiliter prædico, quia in alijs non inuenio. Habet quidem aliquid simile etiam illa in Rebeccæ utero lucta geminorum. Verum & hoc usqueadeo prodigium fuit, ut diuinum propterea mulier oraculum quæreret, & audiret duobus illis infantulis, duos populos fuisse figuratos. Scire aũt diuina paruulos qui nec humana adhuc nouerint, si uerbis uelimus ostendere, uereor ne ipsis sensibus

1.Cor.10.

Rom.1.

τύφος κόθορνος pro arrogantia.

1.senten.dis. 37.ca.illud.

Baptismus paruulorum.

Secunda quæstio.

Solutio.

Luc.1.

4.senten. dis. 6.ca.illud.

Num.22.

Super Gene. ad litterã. 11. ca.29.

Gen.25.

nostris facere uideamur iniuriã,quando id loquendo suademus,ubi oẽs uires officiũq; ser-
monis facillime superat euidentia ueritatis. An non uidemus etiam cum articulatæ uocis
qualiacũq; signa edere cœperint,atq; ad initium fandi transire ab infantia,adhuc eos talia
sentire ac dicere,in quibus si remansissent,annisq; accedentibus tales esse persisterẽt,nullus
eos uel fatuus,nimium fatuos esse dubitaret? Nisi forte id restat,ut in uagitu infantiæ, uel
in ipso adhuc uteri silentio credamus paruulos fuisse sapientes,postea uero quàm nobiscũ
cœperunt loqui,ad hanc ignorantiam quam ridemus crescendo uenisse. Quod opinari ui-
des quàm sit absurdum,cum puerorum sensus in qualiacunq; uerba prorumpens, qui cer-
te ad ea quæ maiores sapiunt penè nullus est,tamen comparatus illi in quo nascũtur intelli
gentia dici potest. Vnde autem in ipso tanto salutis præsidio, quando eis Christiana gra-
tia subuenitur,q̃d uocibus quibus possunt & motibus reluctantur,non eis imputatur,atq;
omnis renisus ipsorum nihili penditur,donec in eis sacramenta peragãtur,quibus id quod
de originali damnatione tractum est expietur,nisi quia in tantum nescíunt quid faciunt,ut
nec facere iudicentur? Porrò si iam uterentur rationis & uoluntatis arbitrio,quo illi sancti-
ficationi adhiberi deberet assensus, quantum mali esset resistere tantæ gratiæ,quamq;
non solum nihil prodesset quod fieret,uerumetiã inde reatus accresceret, quis Christianus
ignoret? Dicimus ergo in baptizatis paruulis, cuius id nesciant, habitare spũmsanctum.
Sic enim cum nesciunt cuius sit in eis, quemadmodũm nesciunt & mentem suam:cuius in
eis ratio quã uti nondum possunt,uelut quædã scintilla sopita est,excitanda ætatis accessu.
Neq; hoc in paruulis mirum debet uideri,cum apostolus quibusdam etiam maioribus di-
1.Cor.6. cat: Nescitis quia templum dei estis,& spũs dei habitat in uobis? De qualibus paulo ante
1.Cor.2 dixerat,Animalis autem homo nõ percipit quæ sunt spiritus dei,quos etiam paruulos uo-
cat,non carnis ætate,sed mentis. Non itaq; percipiebãt cognitione spũm sanctum qui ha
bitabat in eis,& habitante in se spiritusancto,adhuc animales nondum spiritales erant,qa
nondum poterant inhabitatorem suum spũm cognitione percipere. Habitare autẽ ideo & D
in talibus dicitur,quia in eis occulte agit,ut sint templum eius,idq; in proficiẽtibus & profi-
Rom.8 ciendo perseuerantibus perficit. Spe enim salui facti sumus,sicut apostolus dicit,cũ alio lo-
Titum.3 co dicat: Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis. Cum ergo hic dicat,saluos nos fecit,
tanc̃q; salus ipsa iam data sit,quemadmodum intelligẽdum sit,illic exponit,ubi ait: Spe eñ
salui facti sumus. Spes autẽ quæ uidetur non est spes. Quod enim uidet quis,quid sperat?
Facta quæ sperantur. Si autem quod non uidemus,speramus,per patientiam expectamus. Multa itaq; dicun-
tur in scripturis tanquam facta sint,cum in spe adhuc esse intelligantur. Vnde est & illud
Ioan.15 quod dominus discipulis ait: Omnia quæ audiui à patre meo,nota feci uobis. Quod us-
Ioan.16 que adeo secundum spem dictum est futurorum, ut eis postmodum dicat: Multa habeo
uobis dicere,sed nõ potestis illa portare modo. Agit ergo in quibus mortalibus adhuc ha-
bitat,ipsam ædificationem habitaculi sui,quam non in ista sed in alia post hanc uitam per-
ficit,quando absorbebitur mors in uictoria,diceturq; illi: Vbi est mors uictoria tua? Vbi
est mors aculeus tuus? Quid est autem mortis aculeus nisi peccatum? Propter quod nunc
etiam renati ex aqua & spiritu, omnibusq; peccatis siue originis ex Adam, in quo omnes
peccauerunt,siue factorum,dictorum,cogitationumq; nostrarum, in illius lauacri munda
tione deletis, tamen quia manemus in hac uita humana, quæ tentatio est super terram,
Matth.6 merito dicimus, Dimitte nobis debita nostra. Et hanc orationem dicit uniuersa ecclesia,
Ephe.5 quam mundat saluator lauacro aquæ in uerbo, ut eam sibi exhibeat gloriosam, non ha-
bentem maculam, aut rugam, aut aliquid eiusmodi. Tunc utiq; perficietur in re, ubi nunc
proficiendo ambulatur in spe. Nam quomodo est nunc non habens maculam, aut ru-
gam,aut aliquid eiusmodi,quæ uel in omnibus ad eam pertinentibus hominibus,qui iam
ratione mentis utuntur,& uoluntatis arbitrio,mortalisq; carnis sarcinam portant,uel cer-
te quod etiam ipsos cõtentiosos necesse est fateri,in multis suis membris ueraciter dicit,Di-
mitte nobis debita nostra? Cum itaq; proficientes in quibus mortalibus habitat dũ de die
in

A in diem renouantur, magis magisq; iustificet, exaudiat orantes, mundet confitentes, ut exhibeat sibi templum immaculatum in æternum, merito dicitur non habitare in eis qui cognoscentes deum, non sicut deum glorificauerunt, uel gratias egerũt. Colendo enim & seruiendo creaturæ potius quàm creatori, non unius ueri dei templum se esse uoluerunt. Atq; ita dum uolunt cum habere cum multis, facilius effecerunt ut eum non haberent, quàm ut diis multis falsisue miscerent. Et merito dicitur habitare in eis, quos secundum propositum uocatos, iustificandos glorificandosq; suscepit, etiam antequam incorpoream quæ ubique tota est ualeant eius nosse naturam, quantum nosci ex parte per speculum & ænigmate ab homine in hac ũita cum plurimum profecerit potest. Sunt enim in quibus habitat multi tales, qualibus dicit apostolus: Non potui uobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus, tanquam paruulis in Christo lac uobis potum dedi non escam. Nondum enim poteratis, sed nec adhuc quidem potestis. His quippe etiam illud dicit: Nescitis quia templum dei estis, & spiritus dei habitat in uobis? Hos tales si etiam antequam perueniant ad spiritalem mentis ætatem, ubi non lacte alantur, sed solido cibo, dies uitæ huius extremus inuenerit, perficiet in eis habitator illorum, quicquid hic intelligentiæ minus habuerunt, quoniã & ab unitate corporis Christi, qui nobis uia factus est, & à templi dei societate non recesserunt. Vnde ut non recedant, regulam fidei pusillis magnisq; communem in ecclesia perseueranter tenent, & in quod peruenerunt in eo ambulant, donec eis deus reuelet, si quid aliter sapiunt, cogitationes suas carnales non dogmatizant: quia non obdurant contentiosis defensionibus immanendo, sed quodammodo ambulando, id est, proficiendo desudant, intelligentiæ perspicuitatem impetrantes per fidei pietatem. Quæ cum ita sint, duo ista quæ in uno fiunt homine, nasci & renasci, ad duos homines pertinẽt. Vnum ad illum primum Adam, alterum ad secundum qui dicitur Christus. Sed non prius, ait apostolus, quod spiritale est, sed quod animale postea spiritale. Primus homo de terra terrenus, se-

B cundus homo de cœlo cœlestis. Qualis terrenus tales & terreni, & qualis cœlestis tales & cœlestes. Sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem eius qui de cœlo est. Item dicit: Per unum hominem mors, & per unum hominem resurrectio mortuorum. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes uiuificabuntur. Omnes & omnes ideo dixit, quia in mortem nemo nisi per illum, in uitam nemo nisi per istum. In primo patuit quod hominis arbitrium ualeret ad mortem, in secundo autem quod dei adiutoriũ ualeret ad uitam. Deniq; primus homo non nisi homo, secundus uero deus & homo. Peccatum enim factum est relicto deo, iusticia non fit sine deo: ac per hoc nec moreremur nisi per carnalem propaginem de membris illius ueniremus, nec uiueremus nisi per spiritalem connexionem membra huius essemus. Ideo nobis opus fuit nasci & renasci, Illi autem propter nos tantũmodo nasci. Nos enim à peccato ad iusticiã renascẽdo trãsimus, Ille aũt à nullo peccato ad iusticiam transitum fecit, sed in eo quod baptizatus est, nostræ regenerationis sacramentum, sua humilitate altius commẽdauit, Veterem tamen hominem nostrũ passione, nouum autem resurrectione significans. Inobedientia namq; concupiscentiæ quæ habitat in carne mortali, qua fit ut eadem etiam mẽbra præter uoluntatis moueantur arbitrium, ad eum modum redigitur iusticia cõiugali, ut licite copulatis parentibus generentur, quibus sit necessarium regenerari. Non tamẽ per huiusmodi cõuenientiam maris & fœminæ uenire uoluit carnem suam Christus, sed de uirgine nihil tale in eius conceptu concupiscente, similitudinẽ carnis peccati sumpsit ille pro nobis, qua caro peccati mundaretur in nobis. Sicut eñ per unius delictũ, ait apostolus, in omnes homines ad cõdemnationẽ, ita per unius iustificationẽ in omnes homines ad iustificationẽ uitæ. Nemo eñ nascit nisi operãte cõcupiscentia carnali, quæ tracta est ex primo homine q est Adã: & nemo renascit nisi operante gratia spiritali, quæ data est per secundũ hominẽ qui est Christus. Quapropter si ad illum nascendo pertinemus, ad hunc renascendo, nec renasci quisquã potest antecq; natus sit, profecto ille singulariter natus est, cui renasci non opus fuit: quia non ex peccato in quo nuncq;

Rom. 1.

1. Cor. 3.

1. Corinth. 6.

Rom. 5.

1. Cor. 15.

4. senten. dis. 6. ca. illud.

nunquam fuit, tranſitum fecit,neq; in iniquitate conceptus eſt, aut cum in delictis mater C
Luc.1. eius in utero aluit:quia ſpirituſſanctus ſuperuenit in eam, & uirtus altiſſimi obumbrauit
eam,unde quod natum eſt ex ea ſanctum uocatur filius dei. Nuptiarum enim bonum nō
extinguit,ſed modificat inobedientium membrorum malum, ut limitata quodammodo
concupiſcentia carnalis, fiat ſaltem pudicitia coniugalis. Virgo autem Maria cui dictum
eſt: Et uirtus altiſſimi obumbrabit tibi,in ſanctam concipiendo prolem, ſub tali umbracu
lo nullo ardore concupiſcentiæ huius æſtuauit.Hoc ergo excepto lapide angulari, non ui/
deo quomodo ædificentur homines in domum dei ad habendum in ſe inhabitantem de/
um,niſi cum fuerint renati,quod non poſſunt eſſe antequam nati. Quamlibet itaq; ſenten
tiam de prægnātibus, immo de hominibus habeamus adhuc intra materna uiſcera con/
ſtitutis,utrum exiſtimemus eos nec ne donari poſſe aliquo ſanctificationis modo: Vel pro
pter Iohannem,qui nondum in hanc æditus lucem,tamen exultauit in gaudio,quod utiq;
Hiere.1 niſi operatiōe ſpirituſſancti fieri potuiſſe qs credat? Vel propter Hieremiam cui dominus
dicit: Priuſquam exires de uulua ſanctificaui te: Tamen illa ſanctificatio qua efficimur, &
ſinguli templa dei,& in unum omnes templum dei, non eſt niſi renatorum, quod niſi nati
homines eſſe non poſſunt.Nullus autem uitam in qua natus eſt bene finiet,niſi renatus an
tequam finiat. Quod ſi quiſquam dicit iam eſſe natum hominem, etiam cum adhuc eſt in
utero matris,teſtimoniumq; adhibet ex euāgelio, quia dictum eſt ad Ioſeph de prægnan
Natus pro te uirgine domini matre:Quod enim in ea natum eſt,de ſpiritu ſancto eſt,Nunquid nam
conceptus. huic natiuitati accedit ſecunda natiuitas? Alioquin non erit iam ſecunda,ſed tertia. Domi
Ioan.3 nus autem cum hinc loqueretur: Niſi quis inquit renatus fuerit denuo,eam ſcilicet compu
tans primam natiuitatem,quæ fit matre pariente,non concipiente atq; prægnante,quæ fit
ex ea,non quæ fit in ea.Neq; enim renatum dicimus hominem quem mater peperit, tan/
quam iterum natus ſit,qui iam ſemel natus fuerat in utero. Sed illa natiuitate non compu D
tata quæ grauidam facit,natus dicitur homo partu,ut poſſit renaſci ex aqua & ſpiritu. Se/
Matth. 1. cūdum quam ex matre natiuitatem,etiam ipſe dominus in Bethleem Iudæ dicitur natus.
Si igitur homo regenerari per gratiam ſpiritus in utero poteſt, quoniam reſtat illi adhuc
naſci,renaſcitur ergo antequam naſcitur,quod fieri nullo modo poteſt. Proinde in compa
gem corporis Chriſti tanquam in uiuam ſtructurā templi dei quæ eſt eius eccleſia, nati ho
mines non ex operibus iuſticiæ quæ fecerunt,ſed renaſcendo per gratiam tranſferūtur,tan
quam de maſſa ruinæ ad ædificiī firmamentum.Præter hoc enim ædificium, quod beatifi
candū conſtruitur ad æternam habitationē dei,uita hominis omnis infelix,& mors eſt po
tius appellāda cū uita.Quiſquis ergo inhabitabitur à deo,ne ira dei maneat ſuper eum,ab
hoc corpore,ab hoc templo,ab hac ciuitate nō erit alienus.Omnis aūt non renatus alienus
eſt. Sacramentum porrò regenerationis noſtræ manifeſtum eſſe uoluit,manifeſtatus me/
diator.Erat aūt antiquis iuſtis aliquod occultū,cum tñ & illi eadē fide ſalui fierent, quæ fue
rat ſuo tpe reuelanda.Non.n.audemus fideles tpis noſtri præferre amicis dei per quos no/
bis iſta prophetata ſunt,cū deum Abraam,& deū Iſaac,& deū Iacob, ita ſe deus eſſe com
mendet,ut hoc dicat ſuū nomen æternū.Quod ſi circūciſio antiquis ſanctis pro baptiſmo
fuiſſe creditur,quid reſpondebitur de his,qui anteq̄ hoc præceptū eſſet,deo placuerunt,nō
Heb.11 tñ ſine fide? Quia ſine fide,ut ſcriptū eſt ad Hebræos,impoſſibile eſt deo placere. Habētes
2.Cor.4 aūt inquit aplus eundē ſpūm fidei,propter quod ſcriptum eſt: Credidi propter q̄d & locu
pſal.115 tus ſum,& nos credimus,propter q̄d & loquimur.Non diceret eundē,niſi & illorū idē ipſe
eſſet ſpūs fidei. Sicut aūt illi qñ idē ſacramentū occultū erat,credebāt Chriſti incarnationē
futurā,ſic & nos credimus factā. Et à nobis aūt & ab alīs, futurus expectatur ad iudicium
eius aduentus. Non eſt enim aliud dei myſterium niſi Chriſtus, in quo oportet uiuificari
mortuos in Adam,quia ſicut in Adam oēs moriuntur,ſic & in Chriſto oēs uiuificabuntur,
quemadmodū ſuperius diſſeruimus.Quāobrem de⁹ qui ubiq; præſens eſt, & ubiq; totus,
non in oībus habitat,ſed in eis tm̄ quos efficit beatiſſimum templum ſuum,uel beatiſſima
templa

templa ſua,eruẽs eos à poteſtate tenebrarum, & tranſferens in regnum filij charitatis ſuæ, quod incipit à regeneratione. Aliter autem dicitur templum eius in ſignificatione, cum fit per manus hominum de rebus inanimis,ſicut tabernaculum,lignis,uelis,pellibus atque huiſmodi mobilibus, ſicut etiam per Salomonem regem, templũ lapidibus, lignis, metallis conſtructum,Aliter uero re ipſa uera,quæ illis ſignificationibus figurata eſt. Vnde dicitur: Et uos tanq̃ lapides uiui,ædificamini domus ſpiritalis.Et unde item ſcriptũ eſt:Nos enim templa dei uiui ſumus,ſicut deus dicit: Quoniam inhabitabo in illis & inambulabo, & ero illorum deus,& ipſi erunt mihi plebs.Nec mouere nos debet quod per quoſdã ad hoc templum non pertinentes uel nondum pertinentes,id eſt,in quibus non habitat, uel nondum habitat deus aliquid uirtutis operatur:ſicut per illum qui in nomine Chriſti expellebat dæmonia,cum Chriſtũ non ſequeretur,quẽ permiti iuſſit propter multis utilem cõmendationem nominis ſui. Multos quoq; ait ſibi in nouiſſima die dicturos: In nomine tuo uirtutes multas fecimus.Quibus utiq; non reſponderet:Nõ uos noui,ſi ad templũ dei quod inhabitando beatificat pertinerẽt. Cornelius etiã Centurio antecq̃ regeneratione incorporaretur huic templo,miſſum ad ſe angelũ uidet,auditq̃ dicentẽ,quod exaudite ſint oratiões eius, & eleemoſynæ acceptæ. Agit enim hæc deus tanq̃ ubiq; præſens,uel per ſanctos angelos ſuos.Nam illa priuſq̃ exiret de uulua ſanctificatio Hieremiæ, quanq̃ nõnulli hoc in typũ ſaluatoris accipiant, qui regeneratione non eguit, tamen etiam ſi de ipſo propheta accipiatur, poteſt & ſecundum prædeſtinationem non inconuenienter intelligi: ſicut filios dei appellat Euangeliũ nondũ regeneratos, ubi Cayphas dum de domino dixiſſet: Expedit uobis ut unus moriatur homo pro populo,& non tota gens pereat,mox Euangeliũ ſecutũ adiunxit: Hoc autẽ à ſemetipſo nõ dixit,ſed cũ eſſet pontifex anni illius prophetauit,quia Ieſus moriturus erat pro gẽte,& nõ tantũ pro gẽte ſed ut filios dei,qui erãt diſperſi cõgregaret in unum,Filios dei appellauit utique præter Hebræam gentem, in cæteris etiam omnibus gentibus conſtitutos, nondum fideles, nondum baptizatos. Quomodo ergo dei filios,niſi ſecundum prædeſtinationem,ſecundum quam & apoſtolus dicit,quod nos elegerit deus in Chriſto,ante conſtitutionem mundi? Illa uero in unum congregatio,factura eos erat filios dei. Neq; enim in unum dictũ eſt aliquem corporalem locum,cum de tali uocatione gentium propheta prædixerit, Et adorabunt eum unuſquiſque de loco ſuo, omnes inſulæ gentium, Sed congregaret in unum dictum eſt, in unum ſpiritum, & in unum corpus, cuius unum caput eſt Chriſtus. Talis congregatio ædificatio eſt templi dei. Talem congregationem non generatio carnalis, ſed regeneratio ſpiritalis facit. Habitat itaque in ſingulis deus tanquam in templis ſuis,& in omnibus ſimul in unum congregatis,tanquam in templo ſuo. Quod templum quandiu ſicut arca Noë in hoc ſeculo fluctuat, fit quod in pſalmo ſcriptum eſt:Dominus diluuium inhabitat.Quamuis & propter multos in omnibus gentibus populos fidelium,quos aquarum nomine Apocalypſis ſignificat, poſſit intelligi congruenter, Dominus diluuium inhabitat. Sequitur autem: Et ſedebit dominus rex in æternum, Vtique in ipſo templo ſuo iam in uita ſua æterna poſt fluctuationem huius ſeculi conſtituto. Deus igitur ubique præſens eſt, & ubique totus præſens, nec ubique habitans,ſed in templo ſuo,cui per gratiam benignus eſt & propitius. Capitur autem habitans ab alijs amplius, ab alijs minus. De ipſo uero capite noſtro apoſtolus ait: Quia in ipſo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Non ideo corporaliter,quia corporeus eſt deus, ſed aut uerbo tranſlato uſus eſt, tanquam in templo manufacto non corporaliter ſed umbraliter habitauerit, id eſt, præfigurantibus ſignis, Nam illas omnes obſeruationes, umbras futurorum uocat, etiam ipſo tranſlato uocabulo, Summus enim deus, ſicut ſcriptum eſt, non in manufactis templis habitat: Aut certe corporaliter dictum eſt,quia & in Chriſti corpore quod aſſumpſit ex uirgine,tanquam in templo habitat deus. Hinc eſt enim quod Iudæis ſignum petentibus, cum dixiſſet: Soluite templum hoc, & in triduo reſuſcitabo illud, Euangeliſta quid hoc eſſet conſequenter exponens ait:

Hoc

Col.1

1.Petri.2.
2. Cor.6.

Matth.7.

Act.10.

4.ſenten. diſt. 6.ca.illud

Ioan.11.

Ephe.1.

Pſal.28.

Col.2.

σωματικῶς.

Act.21.

Ioan.2.

Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Quid ergo est? Hoccine interesse arbitramur C
inter caput & membra cætera, quod in quolibet quamuis præcipuo membro, uelut in ali/
quo magno propheta aut apostolo, quamuis diuinitas habitet, non tamen sicut in capite
3. sentẽ. dis. 13. cap. 1. quod est Christus omnis plenitudo diuinitatis? Nam & in nostro corpore inest sensus sin
gulis membris, sed non tantus quantus in capite, ubi prorsus omnis est quinquepartitus.
Ibi enim & uisus, & auditus, & olfactus, & gustus, & tactus. In cæteris aũt solus est tactus.
An etiã præter hoc q; tanq; in templo in illo corpore habitat omnis plenitudo diuinitatis,
est aliud quod interfit inter illud caput, & cuiuslibet mẽbri excellentiã? Est planè, quod sin/
gulari quadam susceptione hominis illius una facta est persona cum uerbo. De nullo eñ
Ioan. 1. sanctorum dici potuit, aut põt, aut poterit, Verbũ caro factum est. Nullus sanctorũ, quali/
bet præstantia gratiæ, unigeniti nomẽ accepit, ut quod est ipsum dei uerbũ ante secula, hoc
simul cum assumpto homine diceret. Singularis est ergo illa susceptio, nec cũ hominibus
aliquibus sanctis quantalibet sapientia & sanctitate præstãtibus, ullo mõ potest esse cóis,
ubi diuinæ gratiæ satis perspicuũ clarumq; documentũ est. Quis eñ tam sit sacrilegus, ut
audeat affirmare, aliquã posse animã per meritũ liberi arbitrij, ut alter sit Christus efficere?
Vt ergo ad personã uerbi unigeniti ptinet, quo pacto per liberum arbitriũ cõmuniter om
nibus & naturaliter datũ una sola aia meruisset, nisi hoc singularis gratia præstitisset, quã
fas est prædicare, de qua nefas est uelle iudicare. Hæc si pro uiribus nostris quantũ dñs ad/
iuuit rite tractauimus, qñ deum ubiq; præsentem, & nõ spacijs distãtibus, quasi aliqua mo
le uel distensione diffusum, sed ubiq; totum cogitare te extẽdis, auerte mentẽ ab omnibus
imaginibus corporum, quas humana cogitatio uoluere cõsueuit. Non.n. sic sapientia, nõ iu
1. Ioan. 4 sticia, non sic deniq; charitas cogitatur, de qua scriptum est: Deus charitas est. Cũ uero ha/
bitationem eius cogitas, unitatem cogita congregationemq; sanctorum, maxime in cœlis:
ubi propterea præcipue dicitur habitare, quia ibi sit uoluntas eius perfecta eorũ in quibus
habitat obedientia. Deinde in terra, ubi ædificans habitat domũ suam, in fine seculi dedi/ D
candam. Christum aũt dñm nostrum unigenitum dei filiũ æqualem patri, eundemq; ho/
minis filium, quo maior est pater, & ubiq; totũ præsentẽ esse non dubites tanq; deũ, & in
eodem templo dei esse tanq; inhabitantẽ deũ, & in loco aliquo cœli propter ueri corporis
modum. Sed cum me delectat loqui tecum, nescio utrum seruauerim sermonis sufficientis
modum, quasi diuturnum silentium loquacitate compẽsem. Verum quia religione & bene
uolentia qua me præoccupasti, ita inuisceratus es cordi meo, ut tanq; cum amico uere collo
quar, quicqd in opere stili nostri utiliter elaboratũ esse cognoscis, deo gratias age. Si qua
autem uitia mea perspicis, uti charissimus amicus ignosce, eadẽ scilicet synceritate dilectio/
nis mihi optans medicinam, qua concedis & ueniam.

Paulinus Augustino proponit nouem quæstiones ex diuersis scripturarũ locis. In hac
epistola comperi quiddã ridiculum. Paulinus in loco quo Paulus refert alios datos prophe/
tas, alios apostolos, non putat eum sentire de prophetis ueteris testamenti, sed de alio gene
re prophetarum. Hic quidam assuerat pannum, ueluti pro Augustino respondens, quo nihil
uidi stultius. Inerant enim hæc uerba, Vt enim ad uim termini proficiscar, apostólus græcũ
dicitur ab apos quod notat augmentum uel præminentiam, & stolon quod est missio, quasi
præminẽter missus ad augmentationẽ scilicet fidei catholicæ. Habes gustum optime lector,
unde reliqua coniectes, leonem ut aiunt, ab unguibus. Assumentũ ridicule fuerat interiectũ
inter nomẽ appellatiuum & epitheton, tẽporis uidelicet & sequuturi. Hæc portenta quum
deprehendantur in libris orthodoxorum, tamen quidam indignantur nobis, quod audemus
quædam restituere.

Epistola. LVIII.

DE paucis quæ nunc iam ad nauem currente litterarum perlatore, & mihi in ipsius
festinatione properanti in mentẽ uenerunt, ne sine corollario mihi rescribas, ali/
qua proponam: Quæ si forte lucida sunt & mihi uidẽtur obscura, nemo pruden
tium filiorum, qui forte de nostris in hora lectiunculæ huius circa te steterint, de insipientia
mea rideat, sed potius beneuolentia fraternæ charitatis faueat instruendo, ut efficiar uiden
tium particeps, & ex doctrina tua illuminatis mentibus considerantium mirabilia de lege
domini.

A domini. Dic ergo mihi benedicte doctor Israël,quid sit quod dicitur in psalmo 15.Sanctis qui in terra sunt eius,mirificauit omnes uoluntates suas inter illos. Multiplicatæ sunt enim omnes infirmitates eorum,postea accelerauerunt: Quos ait sanctos qui in terra sint sancti. Num illos Iudæos, qui filij carnis Abraæ, & non filij repromissionis excluduntur à semine quod in Isaac uocatum est? Ideo sanctos in terra,quia sancti genere carnali,uita autem sen sucp terreni sunt, qui terrena sapiunt,& carnali obseruãtia in uetustate litteræ cõsenescunt: non renascentes in nouam creaturam, quia non receperunt eum per quem uetera transie/ runt,& facta sunt omnia noua.Sic enim forte eos in hoc psalmo sanctos appellat,quomo do & in Euangelio iustos,ubi dicit:Nõ ueni uocare iustos,sed peccatores: id est illos iustos, *Matth. 9* qui in sanctitate generis & littera legis gloriantur. Quibus dicitur: Nolite gloriari in patre *Matth.3* Abraam, quia potẽs est deus de lapidibus istis excitare filios Abraam. Quorum forma in illo pharisæo proponitur, qui iusticias suas tanquã nescienti domino recolens, prædicabat in templo: non orans ut exaudiretur, sed exigẽs quasi debitum meriti pro operibus bonis quidem,sed ingratis deo.Quia quod iusticia ædificauerat,superbia destruebat:nec idipsum silẽtio sed uoce damabat, ut appareret eum nõ diuinis auribus loqui, qui & ab hominibus uellet audiri. Atq; ideo nõ placuit deo,qui placebat sibi. Quoniam dissipauit dominus os/ *Psal.52* sa hominum sibi placentium. Confusi sunt,inquit,quia spreuit illos, qui cor humile & con/ tribulatum non spernit.Deniq; & in ipsa euangelij parabola,qua pharisæi & publicani per *Lucæ 18* sona confertur, euidenter ostendit ipse dominus quid in homine suscipiat,quid repellat, si/ cut scriptum est: Quia deus superbis resistit,humilibus autem dat gratiam. Ideo protesta/ *Iacob. 4* tur magis iustificatum abijsse e templo publicanum de confessione peccatorum suorum,cp; pharisæum de imputatiõe iusticiarũ suarum. Merito aũt ille laudator sui repudiatus abs/ cessit à facie dei,qui cum ipso nomine etiã peritiam legis præferret,oblitus fuerat in prophe ta dicẽtem dominum:Super quem habitabo nisi super humilẽ & quietum,& trementẽ ser/ *Esaiæ 66*
B mones meos.Ille autem in corde contrito sui accusator accipitur, & obtinet ueniam de con fessis peccatis propter gratiam humilitatis,sancto illo pharisæo (quales Iudæi sancti sunt) reportante sarcinam peccatorum de iactantia sanctitatis.Ipsius nimirum sunt forma Iudæi illi,quibus Apostolus ait,quod suam iusticiã statuere cupientes,quæ ex lege est, iusticiæ dei *Rom.10* non sunt subiecti,quæ est ex fide, quæ reputata est patri nostro Abraam ad iusticiam, non ex operibus, quia secundum omnipotentiam dei credidit deo: Apud quem ille uere iustus est,qui ex fide uiuit: nec sanctus in terra est,sed in cœlo, quia nõ carne,sed spiritu ambulat: cuius conuersatio in cœlis est,non gloriantis in circumcisione carnis,sed in circumcisione cor/ dis,quæ non littera, sed spiritu agitur inuisibiliter, unde laus eius non ex hominibus, sed ex deo. Deinde quod iungit in eodem uersiculo: Miras fecit uoluntates suas inter illos,credo ex eo dicit,quod ipsis primum lucernam legis accẽdit,& præcepta uiuendi dedit.Notas eã inquit fecit uias suas Moysi,& filijs Israël uoluntates suas.Deinde ipsum pietatis suæ sacra/ mentum in ipsis operatus est, natus in carne ex uirgine deus in gente ipsorum, & de carne ipsorum factus ex semine Dauid homo,Deinde uirtutes sanitatum,quas in ipsis & coram ipsis perfecit. Qui per hæc nõ modo creditus nõ est, sed & blasphematus est ab eis,cum di/ *Ioan.9.* cerent: Hic homo si à deo esset,nõ curaret sabbatis: Et nõ ejcit dæmonia nisi in Beelzebub *Matth.12* principe dæmoniorum. Propter hanc mentem obdurata impietate cæcatam,multiplicatæ sunt infirmitates & tenebræ eorũ. Sed quid est quod ait: Postea accelerauerũt? Vtrum in pœnitentiam,sicut illi in actibus apostolorum cap.2. qui beati Petri prædicatione compun cti,crediderunt in eum quem crucifixerunt:& festinantes tanto expiari peccato,ad domum gratiæ concurrerunt? An uero quia uirtutes animæ ex fide & charitate dei roborantur,illis impijs utroque uacuis multiplicatæ sunt infirmitates animæ ex impietate scelerum morti/ feris languoribus occupatæ? Christus etenim lumen & uita credentium est, & sanitas sub pennis eius. Vnde non mirum si & tenebræ & infirmitates eorũ multiplicatæ sunt in interi tum, qui uitam & lucem non receperunt, neq; sub pennis eius manere uoluerunt. Quos &

ipſe flens in euangelio proteſtatur,ſæpe uoluit congregare ipſos ſub alas ſuas, ſicut gallina C
congregat pullos ſuos,& noluerunt. Multiplicatis ergo infirmitatibus quò accelerauerunt,
forte in crucem domini conclamandam, & inuito Pilato nefarijs uocibus extorquendam,
ut adimplerent menſuram patrum ſuorum,ut iſti dominum prophetarum occiderẽt,quo/
rum patres ipſos prophetas interfecerunt, à quibus hic mundi ſaluator eſſe uenturus nun
Pſal.13 ciabatur.Poſtea accelerauerunt. Veloces enim pedes eorum ad effundendum ſanguinem.
Contritio & infelicitas in uijs eorum,& uiam pacis non cognouerunt, id eſt Chriſtum, qui
Ioan.14 dicit:Ego ſum uia.In conſequenti pſalmo illud mihi exponi deſidero,quid dicat:De abſcõ/
ditis tuis adimpletus eſt uenter eorum. Saturati ſunt porcina,uel ſicut in quibuſdam pſal/
terijs ſcriptum audio, Saturati ſunt filijs,& reliquerunt quæ ſuperfuerũt paruulis ſuis.Rur/
ſus in alio pſalmo admirari ſoleo,filium ad patrem loqui intelligens,in pſalmo quinquage
ſimooctauo, ubi de Iudæis inimicis,de quibus ſupra dixerat: Ecce ipſi loquẽtur in ore ſuo,
Pſal.58. & gladius in labijs eorum,Paulo infra dicit: Ne occideris eos, ne quando obliuiſcantur le/
gis tuæ. Diſperge illos in uirtute tua,& deſtrue eos domine. Quod in his uſque in hodier/
num diem uidemus impleri.Deſtructi ſunt enim à ueteri ſua gloria ſine templo & ſine ſa/
crificijs,ac ſine prophetis in omniũ gentium diſperſione uiuentes.Sed quid miramur quod
iam per prophetam pro eis non occidendis rogabat, pro quibus & ſub ipſo tempore paſ/
Luce 23 ſionis iam ad crucem eum ducentibus precabatur,dicens: Pater dimitte eis,nõ enim ſciunt
quid faciunt. Verum quod adiecit: Ne unquam obliuiſcãtur legis tuæ, tanquam propter
hoc neceſſaria eſſet etiam ſine fide euangelij uita eorum,obſcurum mihi fateor. Quid enim
his ad ſalutem,quæ ſola fide quæritur, prodeſt in legis memoria & meditatione uerſari,ni/
ſi forte propter honorem legis ipſius, uel generis Abraam, ut etiam in parte terrena carna/
lis ſeminis eius,qua uidẽtur ſecundum harenam maris computari,legis antiquæ littera per/
ſeueret,ne forte aliqui legendo legem,illuminentur ad fidem Chriſti, qui & legis & prophe
tarum finis eſt, & in omnibus eorum libris præfiguratus ac prophetatus elucet? Aut quia D
ex ipſis impijs eorum,generatio uentura eſt electorum, qui de ſingulis tribubus electi, in
duodenis milibus ſignabuntur,quibus ipſa reuelatio beati Ioannis ex uoce angeli prænun
ciantis hocteſtimonium perhibet, quia comitatui regis æterni familiarius adhærebunt pe/
Apoc.14. nitus immaculati,& humanæ coniunctionis expertes? De quibus ſpecialiter ait: Sequun/
tur agnum quocunq; ierit,quia cum mulieribus ſe nõ coinquinauerunt,uirgines enim ſunt.
Pſal. 67 In ſexageſimoſeptimo præter alia illud mihi obſcuriſſimum eſt quod ait: Veruntamen de
us conquaſſauit capita inimicorũ ſuorum,uerticem capilli perambulantium in delictis ſuis,
quid ſit uerticem capilli perambulantium in delictis.Non enim dixit: Verticem capitis,ſed
uerticem capilli,qui ſine ſenſu eſt.An repletum peccatis hominem uult oſtendere? Scriptũ
eſt: Omne cor in dolore à pedibus uſq; ad caput. Et paulo infra quod ait: Lingua canum
Matth.15 tuorũ ex inimicis ab ipſo.A quo ipſo? Et nunquid canes dei dici poſſunt gentiles,quos ipſe
in euangelio canes nominat? Aut ne forte ipſos canes dei dicat,quales æſtimari poſſunt, ſi
qui in nomine Chriſtiano gentiliter uiuant, quorum pars cum infidelibus ponitur, quia
deum quem uerbis colunt, factis negant? Hæc interim de pſalmis, nunc & de Apoſtolo,
1.Cor.12 quodcunq; proponam.Dicit ad Epheſios,quod in alia epiſtola dixerat de gradibus uel or/
Ephe. 4 dinibus diſpoſitionum dei operante ſpiritu ſancto diuiſiones gratiarum: Et quoſdam qui/
dem dedit apoſtolos,quoſdam autem prophetas,alios uero euangeliſtas, alios autem pa/
ſtores & doctores ad cõſummationem ſanctorum,& reliqua.Hoc opto diſtinguas mihi in
hac diuerſitate nominum,quæ ſit cuiq; nomini officiorum uel gratiarum proprietas.Quid
proprium ſit apoſtolorum, quid prophetarũ,quid Euangeliſtarum, quid paſtorũ,quidue
doctorum. In omnibus enim his diuerſis nominibus ſimilẽ & propè unum doctrinæ offi/
cium uideo fuiſſe tractatum. Hos autem prophetas,quos poſt apoſtolos poſuit,non puto
illos eſſe,qui ordine temporum ante apoſtolos fuerũt, ſed iſtos, quibus iam ſub apoſtolis
per gratiam donabatur,aut interpretatio ſcripturarum & inſpectio mẽtium,aut prædictio
temporis

A temporis ſecuturi,ut Agabus cernebat,qui & famem inſtantẽ prædixit,& quæ beatus Pau
lus in Hieroſolymis paſſurus eſſet,& uerbo denunciauit,& ſigno zonæ eius oſtendit. Inter
paſtores ſpecialiter & doctores quid interſit dinoſcere uolo, qa præpoſitis eccleſiæ utrunq;
nomen adſcribi ſolet. Item quod ait ad Timotheum: Obſecro igitur primum omnium fie/ 1. Tim. 2.
ri obſecrationes,orationes,poſtulationes,gratiarũactiones pro omnibus hominibus,quæ/
ſo exponas mihi quod diſcrimen ſit in hac diuerſitate uerborum,cum omnia mihi quæ ge
renda dixit, orationis officio conuenire uideantur. Item quod ad Romanos ait, inter/ cap. 2
rogo & rogo ut ediſſeras mihi. Multum enim cæcutire me fateor in hac Apoſtoli ſenten/
tia de Iudæis quod ait: Secundum euangelium quidem inimici propter uos,ſecundum ele/
ctionem autem chariſſimi propter patres, quomodo idem inimici propter nos, qui credi/
dimus ex gentibus,tanquã non potuerint gentes credere,niſi Iudæi non credidiſſent? Aut
ipſe unus omnium creator deus,qui omnes homines ſaluos fieri uult,& ad agnitionem ue
ritatis uenire,capax non fuit acquiſitionis utriuſque,niſi alterum pro altero poſſideret? De/
inde ſi chariſſimi propter patres, quomodo aut unde chariſſimi, ſi non credant, & inimici
deo eſſe perſiſtant? Nónne inquit: Qui oderant te deus,oderam illos,& ſuper inimicos tu/ pſal. 138
os tabeſcebam, perfecto odio oderam illos? Certè hoc puto paterna uox loquitur ad filiũ
per prophetam in eodem pſalmo,ubi ſupra de parte credentium dixerat: Mihi autem ni/
mis honorificati ſunt amici tui deus,nimis cõfortatus eſt principatus eorum. Quid autem
illis prodeſt ad ſalutem, quæ nõ niſi per fidem & gratiam Chriſti capitur, ſi propter fidem
patrum chariſſimi ſunt, cui bono diliguntur quos neceſſe eſt propter hoc damnari, quod
propter ſuam infidelitatem à prophetarum & patriarcharum parentum fide diſcrepantes,
inimici ſunt euangelio Chriſti? Si ergo chariſſimi deo, quomodo peribunt? & ſi non cre/
dunt,quomodo non peribunt? Si propter patres ſine ſuo merito diliguntur, quomodo &
propter quid non ſaluabuntur: ſed &ſi fuerint Noë, Daniel,& Iob in medio eorum, filios Ezech.14.
B impios non ſaluabunt, ſoli ſalui erunt. Adhuc aliud obſcurius mihi erue de profundo &
in uadum profer. In epiſtola Coloſſenſium omnino colligere non poſſum quod ait: Ne/ Col. 11
mo uos ſeducat, uolens in humilitate & religione angelorum, quæ nõ uidit,ambulans fru/
ſtra inflatus ſenſu carnis ſuæ, & non tenens caput, de quibus angelis dicit: ſi de inimicis &
malis, quæ illorum religio, aut quæ humilitas,aut quis ſit magiſter ſeductionis huius, qui
per obtentum neſcio cuius angelicæ religionis quaſi uiſa & comperta doceat quæ non ui/
dit. Sine dubio hæretici, qui doctrinas dæmoniorum & ſequuntur,& promunt conceptis
ab eorum ſpiritu adinuentionibus, quæ non uiderunt phantaſmata quaſi uiſa fingentes,&
peſtiferis diſputationibus in corda male credula ſeminantes, hi ſunt qui non tenent caput, Matth.15
id eſt Chriſtum fontem ueritatis,cuius doctrinæ quicquid aduerſatur,inſanum eſt. Et hi cæ Hiere.2.
ci duces cæcorum,de quibus dici puto: Me dereliquerunt fontem aquæ uiuæ,& foderunt ſi
bi lacus contritos,qui non tenent aquam. Deinde in ſequenti capite adiecit: Ne tetigeritis,
neque guſtaueritis,neque cõtrectaueritis,quæ ſunt omnia in interitum ipſo uſu ſecundum
præcepta & doctrinas hominum,rationem quidem habentia ſapientiæ in ſuperſtitione &
humilitate ad non parcendum corpori, non in honore aliquo ad ſaturitatem carnis. Qui
ſunt iſti, quibus rationem ſapientiæ ineſſe teſtatur magiſter ueritatis, & tamen ipſam ueri/
tatem religionis ineſſe abneget. Ne forte de talibus loquitur, de quibus ad Timotheum di 2. Tim. 3
cit: Habentes autem ſpeciem pietatis,uirtutem eius abnegãtes? Rogo ergo ſpecialiter hæc
capitula duo de Coloſſenſium epiſtola per ſingula mihi uerba diſſoluas,quia laudabilibus
execranda permiſcuit. Quid eſt enim tam laudabile, quàm ratio ſapientiæ? & quid tam ex/
ecrabile,quàm ſuperſtitio erroris? Humilitas quoque & deo placita,& maxime in uera reli
gione laudabilis, cum ratione ſapientiæ ipſis datur, De quorum doctrinis & actibus dici/
tur nobis: Ne tetigeritis,neque guſtaueritis quæ ſunt in interitum,quia non ſunt ex deo: &
omne quod non eſt ex fide,peccatum eſt. Deus autem diſſipauit conſilia ſapientium, qui
deo ſtulti ſunt per prudentiam carnis,quæ non poteſt legi dei eſſe ſubiecta. Scit enim cogi/

tationes hominum quoniam uanæ sunt. Qualem humilitatem, qualemq; rationem sapien C
tiæ superstitioni ex hominum doctrinis uenienti inesse dicat, requiro. Et quod ait: Ad non
parcendum corpori, non in honore aliquo ad saturitatem carnis, Prorsus hæc parum intel
ligo, quia in eadem sententia magna mihi uidetur esse discretio: arbitror enim eum de ab/
stinentia qualibet ficta uel inutili, qualis solet ab hæreticis affectari hoc dicere, Ad non par
cendum corpori. Quod autem adiecit: Non in honore aliquo, quia sancti operis speciem,
non in fide ueritatis exercentes, nullius gloriæ honore uel fructu agunt, quod in magna er/
roris peruersi reprehensione conficiunt, transfigurantes se in ministros iusticiæ. Sed quod
adiecit, Ad saturitatem carnis, contrarium mihi uidetur illi quo dicit Ad non parcendum
corpori: uidetur enim mihi ille non parcere corpori, qui carnem ieiunijs domat, sicut Apo/
Liuidū facio ὑπωπιάζω stolus dicit: Liuidum facio corpus meum, & in seruitutem redigo, à quo opere saturitas car
nis aliena est: nisi forte & ipsam saturandæ carnis curam, quæ maxime obseruantiam reli/
1. Thes. 4 gionis prætendentibus probrosa est, non parcere corpori, dixit secundum illud honestatis
præceptum, quod alibi dicit, ut unusquisque suum uas honorifice possidere nouerit, ut ho/
stiam uiuam & placentem deo suum corpus exhibeat: non in saturitate carnis, quia disser/
sio corporis animæ sobrietatem necat, & inimica est castitati. Restat ut aliquid & de euan/
gelicis locis suggeram beatitudini tuæ: non quidem quanta legenti per ocium occurrere so/
lent (Nec enim nunc uacabat, dispersa per libros quærere, aut in reminiscendis memoriam
uentilare) sed uel pauca, quæ ad horam dictationis huius in mentem ueniunt, sciscitabor.
De resurrectionis forma non grandem, sed plenam fidei instructione epistolam, qua secun
dæ consultationi meæ, dum Carthagini hyemarem, rescripseras, si habes relictam in sche/
dis, rogo ut mittas, aut certe retexas eam mihi, quod tibi facile est. Nam & si scripta non ex/
tat, quia forte breuis epistola ut tumultuaris tibi inter libros tuos haberi præsto sit, renoua
eam mihi in eodem sensu promptam de thesauro cordis tui, & mitte ad me inter alia respō
sa, quæ reddes mihi, ut spero, præstāte mihi ac tibi cōmeatum dierum Christo, ut eam, quo D
labor tuus in me fructificet, accipiam. Secundum hæc capitula scripturarum, de quibus te
qui uides quasi per deum interrogaui, ut audiam quid in te uel ex te mihi loquatur deus.
Hoc autem rogo lucere mihi facias, quomodo uel qua ratione dominus post resurrectio/
nem uel cum mulieribus, quæ primæ ad sepulchrum uenerūt, uel postea illis duobus in uia,
deinde discipulis suis, & nō agnitus sit, & agnitus. In eodem enim corpore resurrexit, in quo
& passus est. Et quomodo non eadem erat eiusdem corporis forma quæ fuerat: aut si ea/
dem erat, quomodo non agnoscebatur ab his qui eum nouerant. Illud uero sacramenti es/
Luce 24 se credo, quod qui in uia ambulantibus non fuerat agnitus, in fractione panis reuelatus est.
Ioan. 20 Idipsum tamen tuo sensu uolo tenere, non meo. Et quod ad Mariam ait: Noli me tange/
re, nondum enim ascendi ad patrem, Si cominus stantem non sinebatur attingere, quo/
modo eum tangeret cum ascendisset ad patrem, nisi forte fidei profectu & mentis ascensu,
qua deus homini fit longinquus aut proximus, & illa dubitauerit de Christo, quem hor/
tulanum putauerat. Ideo fortassis audire meruit: Noli me tangere. Indigna enim iudica/
batur ut tangeret manu Christum, quem necdum fide apprehenderat, nec intellexerat de/
um, cum hortulanum putasset, de quo pauloante ab angelis audierat: Quid quæritis uiuen
tem cum mortuis? Noli ergo me tangere, quia tibi nondum ascendi ad patrem, cui adhuc
tantum homo uideor: postea me tanges, cum ad agnoscendum me credendo conscende/
ris. De illis etiam beatissimi Symeonis uerbis quid sentias, edissere mihi, ut sequar sensum
tuum, quibus cum ad uidendum ex oraculo dei Christum agente spiritu ueniisset in tem/
Legendum ar bitror, Acce/ pto in sinu in/ fante, benedi/ xisset dominū plum, & acceptum sinu benedixisset infantem dominum, ait ad Mariam: Ecce hic positus
est in ruinam & resurrectionem multorum in Israël, & in signum cui contradicetur: & tuam
ipsius animam pertransibit gladius, ut reuelentur multorum cordium cogitationes. Nun/
quid de passione Mariæ, quæ nusquam scripta est, hoc prophetasse credendum est? An ue/
ro de materno eius affectu, quo postea in tempore passionis assistens cruci, qua hoc erat fi/
xum

A xum quod ipſa pepererat,maternorũ uiſcerum dolore cõfixa eſt,& animam illius,quæ eius ſecundũ carnem filium ipſa ſpectante confoderat,crucis rhomphæa penetrabat. Video em̃ & in pſalmis de Ioſeph ita dictum eſſe: Humiliauerunt in compedibus pedes eius, ferrum pertranſijt animam eius,ſicut in euangelio dixit Symeon: Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius. Non ait carnem,ſed animam,in qua pietatis affectio cõtinetur,& doloris aculeus quaſi gladius operatur: cum aut aliqua carnis ſuæ iniuria afficitur,ut Ioſeph, qui non mortis,ſed iniuriarum pertulit paſſiones, in ſeruum uenditus,& in reum uinculatus,& carceri datus: Aut cum affectiõis maternæ triſticia uel dolore cruciatur,ut in Maria, quam utique ad crucem domini,in quo tunc ſui tantum corporis filium cogitabat,materna mens duxerat, ut cum eum uidiſſet mortuum, humana infirmitate lugeret, ſepeliendumq; colligeret, nihil ſibi de ipſius reſurrectione præſumens, quia ſubſecuturæ admirationis fidem, in oculis poſita paſſionis pœna cæcabat. Quamuis eandem aſtantem cruci ſuæ,dominus non morientis infirmitate trepidans conſolatus ſit, ſed ipſam, qua obibat uolens, in poteſtate habens mortem, plena uirtute uiuentis, & conſtantia reſurrecturi de cruce admonet dicens de beato apoſtolo Ioanne: Mulier ecce filius tuus. Itemq; illi ibidem conſiſtenti, Ecce mater tua. Iam ſcilicet ab humana fragilitate,qua erat natus ex fœmina,per crucis mortem demigrans in æternitatem dei, ut eſſet in gloria dei patris, delegat homini iura pietatis humanæ,& ex diſcipulis ſuis adoleſcentiorem eligit, ut conuenienter aſſignet uirgini apoſtolo uirginem matrem: Duo pariter in eadem ſententia docens, formam pietatis relinquens nobis,cum eſt de matre ſolicitus,ut quam relinquebat corpore,nõ relinqueret cura. Sed nec corpore relictura,quem uidebat morientem, mox erat uiſura rediuiuum. Et illud quod ad fidem omnium pertineret,ſalutiferum pietatis ſuæ ſacramentum,arcana diuini ratiõe conſilij ſub hac uoce deſignans, ut & alij matrem delegaret pro matre habendam, & uice ſua conſolandam,atque illi uiciſſim nouum filium uice corporis ſui traderet, immo, ut ita dixe-

B rim,gigneret: quo oſtenderet eam præter ſe,qui ex ea uirgine natus eſſet, nec habuiſſe filiũ, nec habere,quia nec ſaluator tantopere curam deſolationis habuiſſet eius, ſi illi unicus non fuiſſet. Sed redeamus ad uerba Symeonis,in quorum clauſula intellectum meum caligare fateor. Et tuam,inquit,animam pertranſibit framea uel gladius,ut reuelẽtur multorum cordium cogitationes. Secundum literam hoc mihi penitus obſcurum eſt, quia nec Mariam beatiſſimam uſquam legimus occiſam, ut de corporali gladio ſanctus ille ei futuram paſſionem prophetaſſe uideatur. Sed & quod ſubiecit, Vt reuelẽtur multorum cordium cogitationes. Scrutans enim,inquit,corda & renes deus. Et de futuro iudicio Apoſtolus ait: Quia tunc manifeſtabit deus operta cordium & occulta tenebrarum. Itidem Apoſtolus, ſpiritaliter exprimens arma cœleſtia, quibus in interiori noſtro debeamus armari,gladium ſpiritus dicit uerbum dei. De quo ad Hebræos ait: Viuus eſt ſermo dei & efficax,& penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens,inquit, uſque ad diuiſionem animæ & ſpiritus,& reliqua quæ noſti. Quid ergo mirum,ſi iſtius uerbi ignita uis, & ancipitis gladij penetrabilior acies,& ſancti Ioſeph olim, & poſtea beatæ Mariæ animam pertranſiuit? Nam neque in illius neque in huius corpore ferrum tranſiſſe cognouimus: atque ut magis pateat ibi prophetam ferrum pro uerbi gladio poſuiſſe,ſtatim ſubſequente uerſiculo ait: Sermo domini igniuit illum. Sermo enim dei & ignis & gladius eſt, uerbo ipſo deo utrunque dicente de ſe: Ignem enim,inquit,ueni mittere in terram,& quid uolo niſi iam accendatur? Item alibi dicit: Nõ ueni pacẽ mittere,ſed gladium. Vides eum unam uim doctrinæ ſuæ diuerſo ignis & gladij nomine deſignaſſe. Aut quomodo Mariæ illata per gladium paſſio uel tribulatio perſtaret. Itaque hoc ſcire cupio quid ad Mariam pertineret,ut reuelarentur multorum cordium cogitationes,aut ubi apparuit: quia ex eo quod animam eius ſiue carnalis in ferro,ſiue ſpiritalis gladius in uerbo dei pertranſiuit, exinde multorum cordium cogitationes reuelatæ ſunt. Expone ergo hanc maxime de uerbis Symeonis clauſulam mihi, quia lucem

Pſal. 104.

σκληρὸν

Ioan. 19.

Luce 2

Pſal. 7

1. Cor. 4

Hebr. 4

Matth. 10

non dubito ſanctæ animæ tuæ,quæ de interioris oculi puritate meruit illuminationem ſpi/ C
ritusſancti,per quem ſcrutari & inſpicere poſſit etiã alta dei. Deus miſereatur mei per ora/
tiones tuas,& illuminet uultum tuum ſuper me per lucernam uerbi tui,ſancte domine bea
tiſſime frater in domino Chriſto unanime magiſter meus in fide ueritatis,& ſuſceptor me/
us in uiſceribus charitatis.

Auguſtinus Paulino reſpondet ad nouem propoſitas quæſtiones. Epiſt. LIX

BEATISSIMO & uenerabiliter deſiderabili,& deſiderabiliter uenerabili ſan/
cto ſancteq; chariſſimo fratri & coëpiſcopo Paulino, Auguſtinus in domino
ſalutem. Quod de peruentione tam proſpera fratris & conpresbyteri no
ſtri Quinti,& qui cum eo nauigauerunt,cito nos dominus exhilarauit,nunci/
antibus litteris ſanctitatis tuæ,gratias agens ei qui recreat afflictos, & humiles conſolatur,
& ſynceritati cordis tui occaſione filij & condiaconi noſtri Ruffini, quæ proxima occurrit,
nunc reſcripta perſoluo, De littore nanq; Hipponenſi profectus eſt:& approbo miſericor/
diæ cõſilium,qd' tibi dominus inſpirauit,mihiq; inſinuare dignatus es. Ipſe & hoc adiuuet,
ipſe proſperet,qui iam curam noſtram ex magna parte leniuit,quia peruectus & commen
datus eſt chariſſimus homo nõ ſolum bonis operibus, ſed etiam ſanctis orationibus tuis:
Litteræ ſanè uenerationis tuæ, ubi multa quæſiſti, & quærenda admonuiſti,& quærendo
docuiſti,ad me peruenerunt. Sed quas ipſe continuo reſcripſi per homines eorundem ſan/
ctorum ſolatiorum noſtrorum,ſicut his tuis recentioribus comperi,non ſunt redditæ uene
rationi tuæ. In quibus quidem,quatenus ad interrogata reſponderim, recolere non ualui:
nec earum exemplũ cum requiſiſſem,ubi hæc omnia poſſem recognoſcere,inueni. Ad non/
nulla tamen me reſpondiſſe certus omnino ſum, & ideo nõ ad omnia, quia ut cito finirem,
feſtinatio perlatoris urgebat. Simul etiam miseram, ſicut iuſſeras, & illius epiſtolæ exem/
plum,quam tuæ charitati apud Carthaginem de corporum reſurrectiõe reſcripſeram, ubi D
de uſu membrorum exorta erat quæſtio. Nũc ergo & hoc miſi,& alterum alterius,quia nec
ipſam in manus tuas peruenisſe conieci,eo quod iterum interrogaſti quædam,quæ iam me
in ea reſpondiſſe lego & agnoſco. Sed iſta per quem dixerim neſcio. Scripta quippe chari/
tatis tuæ, quibus ea reddidi, ſicut etiam ipſa indicant, miſſa ſunt mihi ab Hippone à no/
ſtris, cum eſſem apud ſanctum fratrem & coëpiſcopum noſtrum Bonifacium:nam eorum
perlatorem non uidi,& continuo reſcripta non diſtuli. Quia ergo, ſicut tunc ſcripſi, non po
tueram inſpicere codices Græcos propter quædam pſalmi xvi. inſpexi poſtea quos inueni.
Et unus habebat,quod & latini noſtri: Domine perdens de terra diſpertire eos. Alius ſicut
ipſe poſuiſti: A paucis de terra. Et illud quidem apertum habet ſenſum: Perdens de terra
quam eis dediſti, diſpertire eos in gentibus, quod & factum eis eſt, cum graui bello expu/
gnati atque ſubuerſi ſunt. Illud autem alterum quomodo accipiendum ſit,non mihi occur
rit,niſi quia in comparatione perditæ multitudinis eorum reliquiæ ſaluæ factæ ſunt utique
in paucis, à quibus eos diſpertiendos, hoc eſt diuidendos atque ſeparandos, ſcriptura præ
nunciauit dicens: Domine à paucis,id eſt à reliquijs,quas ex illa gente ſaluas feciſti,de terra
diſpertire eos,ut terram intelligamus eccleſiam hæreditatem q; fidelium atque ſanctorum,
quæ dicitur terra uiuentium,& quæ etiam illo loco recte intelligi poteſt: Beati mites,quoni/
am ipſi hæreditate poſſidebunt terram. Cum autem dictum eſſet: A paucis de terra diui
de eos;additum eſt, in uita eorum,ut in manifeſto futurum intelligeretur,dum hic uiuunt.
Separantur enim multi ab eccleſia, ſed cum moriuntur, qui tamen cum uiuunt per ſacra/
mentorum communionem unitatis q; catholicæ uidentur eccleſiæ copulati. Iſti ergo diuiſi
ſunt à paucis, qui diuiſi ſunt de terra, quam ſicut agrum ſuum excolit pater agricola. Di/
uiſi autem in uita ſua, id eſt hic in manifeſto ſicut uidemus. Sequitur autem: Et de ab/
ſconditis tuis adimpletus eſt uenter eorum,id eſt præter hoc quod in manifeſto diuiſi ſunt,
etiam

Solutio pri/ mæ quæſtiõis.

Auguſtinus conſulit Græ/ cos cõdices.

Matth. 5

A etiam de abſconditis tuis, quæ in occulto reddis, retributione malorum adimpletus eſt uenter eorum, Ventrem poſuit pro internorum latentiumque ſecretis. Quod uero ſequitur: Saturati ſunt porcina, Iam quid mihi ex hoc uideretur aperui. Sed quod alij codices habẽt, & uerius habere perhibentur diligentiora exemplaria, quæ per accentus notam eiuſdem uerbi Græci ambiguitatem Græco ſcribendi more diſſoluunt, obſcurius eſt quidem, ſed electiori ſententiæ uidetur aptius conuenire. Quia enim dixerat: Et de abſconditis tuis adimpletus eſt uenter eorũ, quibus uerbis occulta dei iudicia ſignificata ſunt, Occulta quippe ſunt miſeris, qui etiam gaudent in malis, quos tradidit deus in concupiſcentias cordis eorum: uelut quæreretur unde poſſint cognoſci, qui in abſcondito ira dei adimpleti ſunt, & reſponderetur quod in Euangelio dictum eſt: Ex fructibus eorum cognoſcetis eos, continuo ſubiũctum eſt, Saturati ſunt filijs, hoc eſt fructibus, quod euidentius dicitur operibus ſuis, Vnde alibi legitur: Parturiuit iniuſticiam concepit dolorem, & peperit iniquitatem. Et alibi: Dein concupiſcentia cum conceperit parit peccatum. Mali ergo filij, mala opera, quibus cognoſcuntur, & qui de abſconditis dei iudicijs internis cogitationum ſuarum tanquã in uentrem adimpleti ſunt. Bona opera boni filij ſunt. Vnde ad ſponſam eccleſiam dicitur: Dentes tui ſicut grex detonſarum aſcendẽs de lauacro, quæ omnes geminos creant, & ſterilis non eſt in illis, In quo gemino fœtu, geminum opus dilectionis agnoſcitur, dei ſcilicet & proximi. In quibus duobus præceptis tota lex pẽdet & prophetæ. Iſte autem ſenſus quo ita exponitur quod ſcriptum eſt, Saturati ſunt filijs, nõ mihi occurrerat, cum ante reſcriberem, ſed recenſui breuiſſimam quandam eiuſdem pſalmi expoſitionem quam iam olim dictaueram, & hoc ſatis breuiter à me poſitum reperi. Inſpexi etiam codices Græcos, utrum datiuus caſus eſſet quod dictum eſt, filijs, an genitiuus, quo illa lingua utitur pro ablatiuo, & inueni genitiuum. Quod ſi ad uerbum interpretaretur, ſcriptum eſſet, Saturati ſunt filiorum, ſed recte interpres ſententiam ſecutus eſt, & Latino more dixit, Saturati ſunt filijs. Quod uero ſequitur, Et reliquerunt reliquias paruulis ſuis, Exiſtimo paruulos accipiendos manifeſtos carnis filios. Vnde etiam ſecundum iſtam, non de porcina, ſed de filijs expoſitionem, manet illa ſententia qua dixerunt: Sanguis huius ſuper nos & ſuper filios noſtros. Ita enim reliquerunt operum ſuorum reliquias paruulis ſuis. In quindecimo autem pſalmo, quod ſcriptum eſt: Mirificauit, uel mirificet omnes uoluntates ſuas inter illos, nihil prohibet intelligi, immo & conuenientius uidetur non inter illos, ſed in illis. Sic enim & Græci codices habent. Sæpe autem quod habet illa lingua in illis, noſtri interpretãtur inter illos ubi uidetur ſentãtiæ cõuenire. Accipiamus ergo, Sanctis qui ſunt in terra eius, mirificauit omnes uoluntates ſuas in illis, quod plerique codices habent. Et intelligamus uoluntates eius, munera gratiæ, quæ gratis data eſt, id eſt, quia uoluit, non quia debebatur. Vnde eſt: Scuto bonæ uoluntatis tuæ cuſtodiſti nos, Et, in uoluntate tua deduxiſti me. Et, uoluntarie genuit nos uerbo ueritatis, Et, pluuiam uoluntariam ſegregans deus hæreditati tuæ, Et, diuidens propria unicuique prout uult, & alia innumerabilia. Proinde, Mirificauit omnes uoluntates ſuas in illis, in quibus niſi in ſanctis qui in terra ſunt eius? Si enim terra, ſicut ſupra oſtendimus, poteſt accipi in bono, & ubi non additum eſt eius, quanto magis ubi dicitur terra eius? Miras enim fecit omnes uoluntates ſuas in illis. Miras omnino fecit, quia eos ex deſperatione mirabiliter liberauit. Ex hac admiratione exclamat apoſtolus: O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ dei. Supra quippe dixerat: Cõcluſit ergo deus omnes in infidelitate ut omnium miſereatur. Nam hoc etiam hic ſequitur: Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum, poſtea acceleraverunt. Infirmitates poſuit pro peccatis, ſicut ad Romanos apoſtolus dicit, Si enim Chriſtus cum infirmi eſſemus adhuc iuxta tempus pro impijs mortuus eſt: hos dixit infirmos quos impios. Deinde paulo poſt eandem ſententiam repetens, Cõmendat, inquit, ſuam charitatem deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt.

Pro ὑῶν, ὗῶν legiſſe uidetur qui uertit porcinam.

Matth. 7.

Pſal. 7.

Iacob. 1.

Cant. 4.

Matth. 22.

ὡς γραμμα τίζει.

Matth. 27.

Solutio quæſtiõis ſecundæ

Rom. 11.

Rom. 5.

Quos infirmos ſupra,eos hic peccatores appellauit. Item in conſequentibus hoc idem aliis C
uerbis uerſans. Si enim cum inimici eſſemus, inquit, recõciliati ſumus deo per mortem filij
eius. Ac per hoc in eo quod dictum eſt:Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum,intelliguntur
multiplicata peccata eorum. Lex enim ſubintrauit, ut abundaret delictum. Sed quoniam
ubi abundauit delictum,ſuperabundauit gratia, ideo poſtea accelerauerunt.Non enim ue
nit ille uocare iuſtos,ſed peccatores,quia nõ eſt opus ſanis medicus, ſed ægrotantibus,quo
rum ſcilicet multiplicatæ ſunt infirmitates, ut eis ſanandis eſſet neceſſaria tantæ gratiæ me
dicina. & cui dimittuntur peccata multa diligeret multum.Hoc cinis uaccæ & aſperſio ſan
guinis,& cruentarum multiplicatio uictimarum ſignificabat,non efficiebat. Ideo deinceps
dicit:Non congregabo conuenticula eorum de ſanguinibus,id eſt illorũ ſacrificiorum,quæ
immolabantur in figura ſanguinis Chriſti.Nec memor ero nominũ eorum per labia mea.
Ephe. 5 Nomina quippe illorum erant in multiplicatione infirmitatum: Fornicatores,idolis ſerui
entes, adulteri, molles, maſculorum concubitores, fures, auari,raptores,ebrioſi,maledici,&
quicunque alij regnum dei non poſſidebunt. Sed ubi abundante peccato,ſuperabundauit
gratia,poſtea accelerauerunt. Hæc quidem fuerunt,ſed abluti ſunt, ſed ſanctificati ſunt,ſed
iuſtificati ſunt in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, & in ſpiritu dei noſtri. Ideo non me
mor erit nominum illorum per labia ſua.Sanè codices emendatiores & electioris autorita
Noſtri cõtrá tis, non habent uoluntates ſuas, ſed uoluntates meas, quod tantundem ualet,quia ex per
habent αὐτῶν. ſona filij dei dicitur. Ipſe quippe loquitur, quem uerba illa euidenter oſtendunt, quibus &
Act. 2. apoſtoli uſi ſunt: Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis ſanctum tuum ui
dere corruptionem.Eadem ſunt utique munera gratiæ patris & filij & ſpirituſſancti.Et ideo
rectiſſime & filius eas poteſt dicere uoluntates ſuas. Quod uero in pſalmo lviij. de Iudæis
intelligitur,dicente: Ne occideris eos,ne quando obliuiſcantur legis tuæ,conuenienter mihi
uidetur intelligi ita eſſe prænunciatum, eandem gentem etiam debellatam atque ſubuer
ſam, in populi uictoris ſuperſtitiones non ſuiſſe ceſſuram, ſed in ueteri lege manſuram, ut D
apud eam eſſet teſtimonium ſcripturarum toto orbe terrarum, unde eccleſia fuerat euocan
da. Nullo enim euidentiore documento oſtenditur gentibus, quod ſaluberrime aduerti
tur, non inopinatum & repentinum aliquid inſtitutum ſpiritu præſumptionis humanæ,ut
Chriſti nomen in ſpe ſalutis æternæ tanta autoritate præpolleat, ſed olim fuiſſe propheta
tum atque conſcriptum. Nam ipſa prophetia quid aliud niſi à noſtris putaretur eſſe confi
cta, ſi non de inimicorum codicibus probaretur? Ideo ne occideris eos, ne ipſius gentis no
men extinxeris,ne quando obliuiſcantur legis tuæ.Quod utique fieret,ſi ritus & ſacra genti
lium colere compulſi penitus qualecunq; nomen religionis ſuæ minime retinerent. Quod
Gen. 4. in eorum figura etiam de Cain ſcriptum eſt,quod cõſtituit in eo dominus ſignum, ne quis
occideret eum.Denique cum dixiſſet: Ne occideris eos,ne quando obliuiſcantur legis tuæ,
uelut quæreretur quid de illis eſſet faciendum,ut in aliquos uſus teſtimonij ueritatis nõ oc
cidantur,id eſt nõ conſumantur,neq; obliuiſcãtur legis dei,continuo ſubiunxit: Diſperge il
los in uirtute tua.Si enim in uno loco eſſent terrarum,nõ adiuuarẽt teſtimonio prædicatio
nem euangelij,quæ fructificat toto orbe terrarum.Ideo diſperge illos in uirtute tua, ut eius
ipſius,cuius fuerunt negatores,perſecutores,interfectores,ubiq; ſint teſtes per ipſam legem,
quam nõ obliuiſcuntur,in qua eſt ille prophetatus quẽ nõ ſequuntur. Neq; eñ eis aliquid
prodeſt,q; eam nõ obliuiſcũtur.Aliud eſt eñ legem dei habere in memoria,aliud in intelle
Quæſtionis & ſolutio. ctu & effectu.In lx. aũt vij. pſal.quod quæris quid ſit, Veruntamẽ deus cõquaſſabit capita
inimicorũ ſuorũ,uerticẽ capilli perambulantiũ in delictis ſuis, nõ mihi uidetur aliud dictũ,
q; deus cõquaſſabit capita inimicorũ ſuorum nimium ſuperbientium,nimium ſe extollen
Hyperbole. tium in delictis ſuis. Per hyperbolẽ quippe ſignificauit ſuperbiam, tantũ ſe extollentem,&
tanta elatiõe incedẽtem,quaſi capilli uerticem perambulãdo calcaret. Itẽ in eodẽ pſal.quod
ſcriptũ eſt: Lingua canũ tuorũ ex inimicis ab ipſo,nõ ſemper in malo accipiẽdi ſunt canes.

Alioquin

A Alioquin non reprehenderentur apud prophetam canes nescientes latrare,& amãtes dor/ mitare. Profecto enim laudabiles canes essent, si & latrare scirent, & uigilare amarent. Et certe illi trecenti in numero per crucis litteram sacratissimo nõ eligerentur ad uictoriam fa/ ciendam, qui tanquã canes lamberent aquam, nisi aliquid magnum significarent. Vigilant enim & latrant boni canes,& pro domo & pro domino,& pro grege & pro pastore. Deni/ que & hic in ecclesiæ laudibus, cum prophetia exereretur, lingua canum est commemorata non dentes, Tuorum autem canum dixit ex inimicis, id est, ut qui erant inimici tui fierent canes tui,& latrarent pro te qui sæuiebant in te. Addidit autem, Ab ipso, ut non à seipsis hoc factum intelligerent,sed ab ipso,id est,misericordia eius & gratia. De prophetis quod ait apostolus: Quosdam quidem dedit deus in ecclesia apostolos,quosdam autẽ prophe/ tas,hoc ita intelligo quod ipse scripsisti,prophetas eos dictos isto loco ex quibus Agabus erat,non illos qui uenturum in carne dominum prophetauerunt,Euangelistas uero inueni mus quos apostolos fuisse non legimus, Sicut fuerunt Lucas & Marcus. Pastores autem & doctores quos maxime ut discernerem uoluisti, eosdem puto esse sicut & tibi uisum est, ut non alios pastores, alios doctores intelligamus,sed ideo cum prædixisset,pastores,sub/ iunxisse doctores,ut intelligerent pastores ad officium suum pertinere doctrinam. Ideo e/ nim non ait: Quosdam autem pastores quosdam uero doctores, sed cum superiora ipso locutionis genere distingueret dicendo,quosdam autem apostolos,quosdam autem pro/ phetas,quosdam uero Euangelistas,hoc tanquam unum aliquid duobus nominibus am plexus est,quosdã autẽ pastores & doctores. Illa planè difficillime discernuntur,ubi ad Ti motheũ scribens ait: Obsecro itaq; primũ omniũ fieri obsecrationes,oratiões,interpellatio nes, gratiarumactiones. Secundum Græcum enim eloquium discernenda sunt. Nam no/ stri interpretes uix reperiuntur,qui ea diligenter & scienter tranferre curauerint. Ecce enim sicut ea ipse posuisti, Obsecro fieri obsecrationes,non eodem uerbo utrunque dixit aposto B lus, qui utique Græce illam scripsit epistolam, sed pro eo quod in Latino est obsecro, ille Græce dixit παρακαλῶ. Pro eo uero qd' Latinus uester habet obsecratiões,ille posuit δεήσεις. Proinde alij codices in quibus & nostri sunt,non habent obsecrationes, sed deprecationes. Tria porrò quæ sequuntur, orationes,interpellationes, gratiarumactiones, pleriq; Latini codices sic habent. Vnde si uelimus secundum Latinæ linguæ proprietates ista discernere more loquẽdi, nostram uel qualemcunq; scientiã fortasse tenebimus,sed mirum si senten/ tiam Græci sermonis uel consuetudinis obtinebimus. Precationem & deprecationem,mul/ ti nostri idem putant, & hoc quotidiano usu iam omnino prævaluit. Qui autem distin/ ctius Latine locuti sunt, precationibus utebantur in optandis bonis, deprecationibus ue/ ro in deuitandis malis. Precari enim dicebant esse precando & bona optare, Imprecari ma la, quod uulgo iam dicitur maledicere. Deprecari autem mala precando depellere. Sed usi tatum iam loquendi modũ potius sequamur,& siue precationes siue deprecationes inuene rimus, quod Græci δεήσεις uocant, non putemus emendandum esse. Orationes uero,quas Græcus habet προσευχὰς, distinguere à precibus uel precationibus omnino difficile est. Quod uero quidam codices non habent orationes sed adorationes, quia non dictum est in Græco εὐχὰς, sed προσευχὰς non arbitror scienter interpretatum: προσευχὰς enim oratio/ nes dici à Grecis notissimum est. Et utique aliud est orare,aliud est adorare. Denique nõ isto uerbo,sed alio legitur in Græco: Dominum deum tuum adorabis. Et adorabo ad tem plum sanctum tuum,& siqua similia. Pro interpellationibus autem quod nostri habent,se/ cundum codices credo uestros postulationes posuisti. Hæc interim duo,id est,quod alij po stulationes,alij interpellationes interpretati sunt, unum uerbum transferre uoluerũt quod Græcus habet ἐντεύξεις. Et profecto aduertis,Sed nosti aliud esse interpellare, aliud postu/ lare. Non enim solemus dicere, postulant interpellaturi, sed interpellant postulaturi. Ve/ runtamẽ ex uicinitate uerbum usurpatum, cui propinquitas ipsa impetrat intellectum,nõ est uelut censoria notatione culpandum. Nam & de ipso domino Iesu Christo dictum

Esa.56.

Iudic.7.

Quæst.4. so/ lutio.

Episcopus do/ ctor.

Quæstio.5

1.Timoth.2.

Græca laudã/ tur.

Matth.4.

Psal.5.

Postulationes

est,

Rom. 8. est, quod interpellat pro nobis. Nunquid interpellat, & non etiam postulat? Immo uero C
1. Ioan. 2. quia postulat, pro eo positum est interpellat. Euidēter quippe alibi de eo dicitur: Et si quis peccauerit, aduocatum habemus ad patrem Iesum Christum iustum, ipse est exoratio pro peccatis nostris. Quanquam fortassis codices apud uos etiam in eo loco de domino Iesu Christo non habent interpellat pro nobis, sed postulat pro nobis. In Græco enim quo uerbo hic positæ sunt interpellationes, quas ipse posuisti postulationes, ipsum & illic uerbum est, ubi scriptum est, interpellat pro nobis. Cum igitur & qui precatur & qui orat precetur, & qui interpellat deum, ad hoc interpellet, ut oret & precetur, quid sibi uult quod ista ita posuit Apostolus, ut non sit eorum negligenda distinctio? Excepto itaque nomine generali, & salua loquendi consuetudine, secundum quam siue dicas precationem, siue orationem, siue interpellationem, uel postulationem, una eademq; res intelligitur, aliqua etiam singulorum istorum proprietas inquirenda est, sed ad eam liquido peruenire difficile est. Multa quippe hinc dici possunt quæ improbanda non sint, sed eligo in his uerbis hoc intelligere,
Preces ante consecrationē quod omnis uel penè omnis frequentat ecclesia, ut precationes accipiamus dictas, quas facimus in celebratione sacramentorum, antequàm illud quod est in domini mensa, incipiat benedici: orationes cum benedicitur & sanctificatur, & ad distribuēdum cōminuitur, quam totam petitionem ferè omnis ecclesia dominica oratione concludit. Ad quem intellectum etiam uerbi græci origo nos adiuuat. Nam eam quam dicunt εὐχὴν, raro ita scriptura ponit ut intelligatur oratio, sed plerunque & multo usitatius uotum appellat εὐχὴν. προσευχὴν uero, quod uerbum ita positum est, unde tractamus, semper orationem uocat. Vnde hanc uerbi originem, sicut superius dixi, nonnulli minus erudite intuentes, προσευχὴν non orationem sed adorationem dicere uoluerūt, quæ potius προσκύνησις dicitur. Sed quia oratio interdum dicitur, quæ uocatur εὐχὴ, adoratio putata est προσευχὴ. Porrò si usitatius, ut dixi, in scripturis uotum appellatur εὐχὴ, excepto nomine generali orationis, ea proprie intelligenda est oratio, quam facimus ad uotum, id est πρὸς εὐχὴν. Vouentur autem omnia quæ offerun- D
tur deo, maxime sancti altaris oblatio, quo sacramento prædicatur nostrum aliud uotum maximum, quo nos uouimus in Christo esse mansuros, utique in compage corporis Chri-
1. Cor. 10 sti. Cuius rei sacramentum est, quod unus panis unum corpus multi sumus. Ideo in huius sanctificatiōe & distributionis præparatione, existimo Apostolū iussisse proprie fieri προσευχὰς, id est orationes, uel, ut nonnulli minus perite interpretati sunt, adorationes: hoc est enim ad uotum, quod usitatius in scripturis nūcupatur εὐχὴ. Interpellationes autem, siue, ut
Benedictio sacerdotis. uestri codices habent, postulatiōes, fiunt cum populus benedicitur. Tunc enim antistites uelut aduocati, susceptos suos per manus impositionem misericordissimæ offerunt potestati. Quibus peractis & participato tanto sacramento, gratiarum actio cuncta concludit, quam in his etiam uerbis ultimam commēdauit Apostolus. Hæc autem causa præcipua fuit ista dicendi, ut his breuiter perstrictis atq; significatis, non putaretur negligendum esse quod sequitur: Pro omnibus hominibus, pro regibus, & his qui in sublimitate sunt, ut quietam & tranquillam uitam agamus in omni pietate & charitate: ne quisquam sicut se habet humanæ cogitationis infirmitas, existimaret non esse ista facienda pro his, à quibus persecutionem patiebatur ecclesia, cum membra Christi ex omni essent hominum genere colligenda. Vnde adiungit & dicit: Hoc enim bonum & acceptum est coram saluatore nostro deo, qui omnes homines uult saluos fieri, & in agnitionem ueritatis uenire. Et ne quisquam diceret posse esse salutis uiam in bona conuersatione, & unius dei omnipotentis cultu, sine parti-
1. Timoth. 2 cipatione corporis & sanguinis Christi, Vnus enim deus inquit, & unus mediator dei
Ioan. 1 & hominum homo Christus Iesus: ut illud quod dixerat, Omnes homines uult saluos fieri, nullo alio modo intelligatur præstari, nisi per mediatorem, non deum quod semper uerbum erat, sed hominē Christum Iesum, cum uerbū caro factum est & habitauit in nobis.
Rom. 11. Vnde nec illud moueat te, quod de Iudæis idē Apostolus ait: Secūdum euangelium quidē inimici propter uos, secundum electionem aūt dilecti propter patres. Altitudo quippe illa diuitiarum

A diuitiarum ſapientiæ & ſciẽtiæ dei,& illa inſcrutabilia iudicia eius,& inueſtigabiles uiæ eius hinc fidelibus cordibus magnam ingerunt admirationẽ,qui de illius ſapientia pertingente à fine uſq; ad finem fortiter & omnia ſuauiter diſponente nõ dubitant,quid ſit quod ei placet,ut naſcantur,creſcant ac multiplicentur, hi quos &ſi malos ipſe non fecit, tamen malos futuros eſſe præſciuit. Nimis enim conſilium eius in abdito eſt, quo etiam malis bene utitur ad profectum bonorum, etiam in hoc mirificans omnipotentiam bonitatis ſuæ: quia ſicut illorum neq; iciæ eſt male uti bonis operibus eius, ſic illius ſapientiæ eſt bene uti malis operibus eorum. Hanc igitur altitudinem ſacramenti ſic commẽdat apoſtolus: Nolo uos ignorare fratres hoc ſacramentũ,ut non ſitis uobis ſapientes,quia cæcitas ex parte in Iſraël facta eſt, donec plenitudo gentium intraret, & ſic omnis Iſraël ſaluus fieret.Ex parte dixit, quia non omnes excæcati ſunt. Erant enim ex illis qui Chriſtum cognouerunt. Plenitudo autem gentium in his intrat, qui ſecundum propoſitum uocati ſunt:& ſic omnis Iſraël ſaluus fiet,quia & ex Iudæis & ex gentibus qui ſecundum propoſitum uocati ſunt, ipſi uerus ſunt Iſraël.De quo dicit idem apoſtolus:Et ſuper Iſraël dei.Illos autẽ dicit Iſraël ſecũdum carnem: Videte,inquit,Iſraël ſecũdum carnem.Deinde interponit teſtimonium prophetæ: *Eſa.59.* Veniet ex Sion qui eripiat & auertat impietatem ab Iacob, & hoc illis à me teſtamentum cum abſtulero peccata eorum,non utiq; omnium Iudæorum ſed electorum. Hinc adiũgit ea quæ inquirenda poſuiſti,Secundum Euangelium quidem inimici propter uos. Precium quidem redemptionis noſtræ ſanguis eſt Chriſti,qui utiq; non niſi ab inimicis potuit occidi.Hic eſt ille uſus malorum in profectum bonorum.Quod uero adiungit, Secundũ electionem autem dilecti propter patres,hinc oſtendit non illos inimicos, ſed electos eſſe dilectos. Sed ſcripturæ mos eſt ita loqui de parte tanquam de toto, Sicut Corinthios in primis epiſtolæ ſuæ partibus,ita laudat tanquam omnes tales ſint, cũ eſſent laudabiles qui *General's ſermo parẽ dum taxat deſignans.*

B damnorum: & poſtea in nonnullis epiſtolæ ipſius locis, ita reprehendit tanquam omnes culpabiles eſſent propter quoſdam qui tales erant. Iſtam diuinarum ſcripturarum conſuetudinem per omne corpus litterarum eius creberrime ſparſam, quiſquis diligenter aduerterit, multa diſſoluit quæ inter ſe uidentur eſſe contraria. Inimicos ergo alios dicit, alios dilectos.Sed qui in uno populo erant uelut eoſdem ipſos dicere uidetur,quanq; & ex ipſis inimicis qui crucifixerũt dominum pleriq; conuerſi ſunt & apparuerunt electi. Tunc electi quando conuerſi quantum ad ſalutis initium:quantum uero ad dei præſcientiã nõ tunc electi,ſed ante conſtitutionẽ mundi, ſicut idem dicit apoſtolus,quod elegerit nos ante mundi *Epheſ. 5* conſtitutionẽ.Duobus itaq; modis,ipſi inimici qui dilecti, ſiue quia in uno populo utrique fuerant,ſiue quia ex inimicis ſæuiẽtibus uſq; ad ſanguinem Chriſti,quidam eorum dilecti facti erant ſecũdum electionem quæ latebat in præſcientia dei. Ad hoc enim addidit,propter patres,quia id quod patribus promiſſum eſt oportebat impleri,ſicut circa finẽ epiſtolæ ad Romanos ait: Dico enim Chriſtum miniſtrum fuiſſe circunciſionis propter ueritatẽ *Roma.15.* dei ad confirmandas promiſſiones patrum, gentes autem ſuper miſericordia glorificare deum. Secundum iſtam miſericordiam dictum eſt: Inimici propter uos,quod & ſupra dixerat,illorum delicto ſalus gentibus. Cum autem dixiſſet: Secundum electionem propter *Rom.11.* patres,addidit:Sine pœnitentia enim ſunt dona & uocatio dei. Vides certe illos ſignificari, qui pertinent ad numerum prædeſtinatorum,De quibus alio loco dicit: Scimus quia di- *Rom.8.* ligentibus deum omnia cooperãtur in bonum, his qui ſecundum propoſitum uocati ſunt ſancti.Multi enim ſunt uocati,pauci uero electi.Qui uero electi,ipſi ſunt ſecundum propo- *Matth.11.* ſitum uocati, in quibus dei proculdubio præſcientia falli non poteſt. Hos præſciuit & prædeſtinauit conformes imaginis filij ſui, ut ſit ipſe primogenitus in multis fratribus:Quos autem prædeſtinauit, illos & uocauit. Hæc uocatio eſt ſecundum propoſitum, hæc eſt ſine pœnitentia. Quos autem uocauit, illos & iuſtificauit,Quos autem iuſtificauit, illos & glorificauit,Si deus pro nobis,quis cõtra nos? Non ſunt in iſta uocatione, qui in fide quæ per dilectionem operatur, etiam ſi aliquantulum ambulant,non perſeuerant uſque in finem:

& utiq;

& utiq; potuerunt rapi,ne malicia mutaret intellectum eorum,ſi ad illam prædeſtinationẽ C
& uocationem,quæ ſecundum propoſitum & ſine pœnitentia eſt,pertinerent. At ne quiſq;
præſumptor ita de occultis iudicet alienis, ut dicat: Ideo non rapti ſunt ex hac uita, anteq;
eſſent fidei deſertores,quia in eadem uita non fideliter ambulabant,& hoc in eorum cordi-
bus nouerat dominus, quamuis hominibus aliter appareret:quid dicturus eſt de infantu-
lis paruulis,qui plerique accepto in illa ætate chriſtianæ gratiæ ſacramento, cum ſine dubio
pertinerent ad uitam æternam regnumq; cœlorũ,ſi cõtinuo ex hac uita emigrarẽt,ſinuntur
creſcere,& nonnulli etiam apoſtatæ fiunt. Vnde? niſi quia non pertinent ad illam prædeſti
nationem, & ſecundum propoſitum ac ſine pœnitentia uocationem. Cur autẽ ad eam alij
pertineant alij non pertineant,occulta cauſa eſſe poteſt,iniuſta non poteſt. Nunquid enim
iniquitas apud deum? Abſit. Nam & hoc ad illam pertinet altitudinem iudiciorum, quam
mirans tanquam expauit Apoſtolus. Ideo quippe illa iudicia uocat,ne quiſquam talia fie-
ri putet,ſiue iniquitate,ſiue temeritate facientis, ſiue caſu & fortuito labẽtibus ullis partibus
Quæſtionis ſolutio. iam diſpoſitorum ſub tãta ſapientia dei ſeculorum. In epiſtola porrò ad Coloſſenſes,quod
Col. 2 ſcriptum eſt: Nemo uos ſeducat uolens in humilitate,& cætera quæ ſequuntur,quouſq; ti-
bi obſcura eſſe dixiſti,nec ego adhuc ſine caligine intelligo, atq; utinam præſens de me iſta
quæſiſſes. In eo quippe ſenſu, quem mihi in his uerbis habere uideor,adhibenda eſt quæ-
dam pronunciatio in uultu & modo uocis,qui exprimi litteris non poteſt,ut ex aliqua par
te aperiatur,quod ideo fit obſcurius,quia non recte ſicut exiſtimo pronunciatur. Quod eñ
ſcriptum eſt: Ne tetigeritis,ne guſtaueritis,ne attaminaueritis, tanquam præceptũ putatur
Apoſtoli,neſcio quid tangere,guſtare,attaminare prohibentis. Contra eſt autem,ſi tamen
μιμητικῶς in tanta obſcuritate iſta nõ fallor. Per irriſionem quippe uerba poſuit eorum, à quibus eos
nolebat decipi atq; ſeduci,qui diſcernẽtes cibos ſecundum culturam angelorum,atq; ita de
hoc mundo decernentes, dicunt: Ne tetigeritis,ne guſtaueritis,ne attaminaueritis,cum ſint D
omnia munda mundis,& omnis creatura dei bona ſit,Quod in alio loco ipſe euidenter cõ
mendat. Totam ergo ipſius ſententiæ circunſtantiam uideamus. Ita enim Apoſtoli inten-
tione perſpecta,ſenſum eius quãtum ualemus,fortaſſe tenebimus. Quibus enim ita ſcribit,
metuebat eos ſeduci umbris rerum dulci nomine ſciẽtiæ,& auerti à luce ueritatis, quæ eſt in
Chriſto Ieſu domino noſtro. Hanc autem ſub nomine ſapientiæ uel ſcientiæ curam uana-
rum ſuperfluarumue obſeruationũ,& de ſuperſtitiõe gentilitatis,maximeq; ab eis qui phi
loſophi ſunt nũcupati,& à Iudaiſmo cauẽdam eſſe cernebat,ubi erant umbræ futurorũ remo
uendæ,quoniam lumen earum iam Chriſtus aduenerat. Cum ergo cõmemoraſſet & com-
mendaſſet quantum certamen pro eis haberet,& pro his qui Laodicææ fuerant,& quicũq;
non uiderant faciem eius in carne,ut cordibus cõſolarentur copulati in charitate, & in oñi-
bus diuitijs plenitudinis intellectus, ad cognoſcendum myſterium dei, quod eſt Chriſtus,
in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi, Hoc dico,inquit,ut nemo uos
πιθανολογίᾳ circunueniat in ueriſimili ſermone:quia ueritatis amore ducebantur,ueriſimilitudinem illis
timuit ne deciperentur,Et ideo commendauit in Chriſto quod dulciſſimum habebant the
ſaurum,ſcilicet ſapientiæ & ſcientiæ,cuius nomine & promiſſione induci poterant in errorẽ.
Nam &ſi corpore,inquit,abſens ſum,ſpiritu uobiſcum ſum,gaudens & uidens ueſtram or-
dinationem, & id quod deeſt fidei ueſtræ in Chriſto. Ideo illis timebat, quoniam quid eis
adhuc deeſſet,uidebat. Sicut ergo accepiſtis,inquit,Ieſum Chriſtum dominum noſtrum,in
ipſo ambulate radificati & ſuperædificati in ipſo,& cõfirmati in fide,ſicut & didiciſtis,abun
dantes in ea gratiarumactione. Vult eos fide nutriri,ut capaces fiant participandorum the
ſaurorum ſapientiæ & ſcientiæ,qui ſunt abſcõditi in Chriſto,ne antequàm ſint ad hæc ido-
nei,ueriſimili ſermone capiantur,& à ueritatis itinere deuient. Deinde apertius quid eis ti-
meat oſtendens: Videte,inquit,ne quis uos decipiat per philoſophiam & inanem ſeductio
nem ſecundum traditionem hominum ſecundum elementa mundi,& non ſecundum Chri
ſtum, quia in ipſo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Ideo corporaliter di-
xit,

A xit,quia illi umbraliter ſeducebant,tranſlato uerbo uſus,ſicut etiam umbræ nomẽ in his re
bus non eſt utiq; uerbum proprium,ſed quadam ſimilitudinis ratione trãſlatum. Et eſtis Colo.2.
in illo inquit repleti,qui eſt caput omnis principatus & poteſtatis.Per principatus enim &
poteſtates ſuperſtitio gẽtilium uel philoſophi ſeducebant,prædicantes illam quam uocãt
theologiam per elementa huius mundi.Caput autem omniũ Chriſtum,principiũ omniũ
uoluit intelligi,ſicut ipſe ait cum ei dictum eſſet: Tu quis es? Reſpondit: Principium qui & Ioan.8.
loquor uobis. Omnia enim per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Mirabiliter
autem uult eos eſſe horum uelut mirabilium contemptores,cum eos oſtẽdit corpus factos
illius capitis,dicẽdo:Et eſtis in illo repleti,q eſt caput omnis principatus & poteſtatis. Hinc Col.2.
iam ne umbris Iudaiſmi ſeducantur adiungit,In quo etiam circunciſi eſtis,circunciſione nõ
manufacta in expoliatione corporis carnis,Vel ſicut aliqui habent,In expoliatione corpo/
ris peccatorum carnis circunciſionis Chriſti,conſepulti ei in baptiſmum, in quo & conſurre
xiſtis per fidem operationis dei,qui ſuſcitauit illum à mortuis. Vide quemadmodũ & hic
corpus Chriſti eos oſtendit,ut iſta cõtemnant, cohærentes tanto capiti ſuo,mediatori dei
& hominum Chriſto Ieſu,& nullum falſum uel inualidũ mediũ per quod deo cohæreant
requirentes.Et uos,inquit,cum eſſetis mortui in delictis & præputio carnis ueſtræ, Præpu/
tium uocauit quod ſignificat præputio,hoc eſt,delicta carnalia quibus expoliandi ſumus,
Viuificauit,inquit,cum illo donãs uobis omnia delicta,delens quod aduerſus nos erat chi/
rographum in decretis,quod erat contrarium nobis,quia reos lex faciebat,quæ ſubintraue
rat ut abundaret delictum. Tollens,inquit, illud de medio & affigens illud cruci, exuens ſe
carnem principatus & poteſtates exemplauit, fiducialiter triumphans eos in ſemetipſo:nõ Exemplare.
utiq; bonos ſed malos principatus & malas poteſtates, diabolicas ſcilicet & dæmoniacas ἐδειγμάτι
exemplauit,id eſt,exemplũ de illis dedit,ut quemadmodũ ipſe ſe exuit carne,ſic ſuos oſten σεμ.
deret exuendos carnalibus uitijs,per quæ illi eis dominabantur.Iam hic diligenter attende
B quemadmodum inferat propter quod cũcta iſta commemorauimus. Nemo ergo uos,in/
quit,iudicet in cibo,tanquam propterea omnia illa dixerit,quia iſti per huiuſmodi obſerua
tiones ſeducebantur à ueritate qua liberi fiebant. De qua dictum eſt in Euangelio: Et ue/ Ioan.8.
ritas liberabit uos, id eſt,liberos faciet. Nemo ergo uos,inquit, iudicet in cibo aut in potu ἐλευθερώσει
aut in parte diei feſti,aut neomeniæ aut ſabbatorum,quod eſt umbra futurorum:hoc pro/
pter Iudaiſmum.Deinde ſequitur propter ſuperſtitiones gentilium, Corpus autem Chri/
ſti,inquit,nemo uos conuincat. Turpe eſt,inquit,& nimis incongruum,& à generoſitate ue/ καταβρα/
ſtræ libertatis alienum,ut cum ſitis corpus Chriſti,ſeducamini umbris,& conuinci uideami βεύετω.
ni ueluti peccantes,ſi hæc obſeruare negligitis. Corpus ergo Chriſti, nemo uos conuincat
uolens in humilitate cordis. Hoc ſi per uerbum Græcum diceretur, & in Latina conſuetu/
dine populari, ſonaret uſitatius. Sic enim & uulgo dicitur, qui diuitem affectat thelodi/ ἐθελόδοφος
ues, & qui ſapientem theloſapiens, & cætera huiuſmodi. Ergo & hic thelohumilis, quod mixta eſt uox
plenius dicitur thelon humilis, id eſt, uolens humilis,affectans humilitatem, quod intelli/ Græca Lati
gitur,uolens uideri humilis,affectans humilitatem. Hoc enim in talibus obſeruationibus næ,ſicut in cõ
agitur, ut cor hominis uelut religione humile reddatur. Addidit autem & culturam an/ presbyter, co
gelorum, uel ſicut ueſtri codices habent, religionem angelorum, quæ Græce θρησκία di/ epiſcopus,ſub
citur, angelos uolens intelligi principatus, quos elementorum mundi huius præpoſitos, diaconus,con
in his obſeruationibus colendos eſſe arbitrantur. Nemo ergo uos, inquit,conuincat cum diaconus,re
ſitis corpus Chriſti,uolens uideri humilis corde in cultura angelorum,quæ non uidit incul baptizare,ſo/
cans, Vel ſicut quidam codices habent, Quæ uidit inculcans. Aut enim ſic dicere uoluit, lent quidam.
Quæ non uidit inculcans,quia homines iſta ſuſpitionibus & opinionibus agunt,nõ quod Inculcans
uiderint iſta eſſe facienda, Aut certe quæ uidit inculcans, ideo magna exiſtimans quia ui/ ἐμβατεύων
dit ea quibuſdam locis obſeruari alibi ab hominibus quorũ autoritati haberet fidem etiã
ratione nõ reddita: & ideo ſibi magnus uidetur,quia ei contigit quorundã ſacrorum uide/
re ſecreta.Sed plenior ſenſus eſt,quæ non uidit inculcans,fruſtra,inflatus mente carnis ſuæ.

Mirabiliter ibi eum dixit inflatum mẽte carnis ſuæ, ubi thelohumilẽ ſupra dixerat. Fit enim C
miris modis in anima hominis ut de falſa humilitate magis infletur, quàm ſi apertius ſu-
Col.2. perbiret. Et non tenens inquit caput, quod uult Chriſtum intelligi, ex quo omne corpus cõ-
pactum, & connexum ſubminiſtratũ & copulatum creſcit in incrementum dei. Si ergo mor
tui eſtis cum Chriſto ab elementis huius mundi, quid adhuc uelut uiuentes de hoc mundo
decernitis? His dictis inſerit uerba eorum qui decernunt de hoc mundo, per has obſeruati-
ones quaſi rationabiles affectata uanitate humilitatis inflati. Ne tetigeritis, ne guſtaueritis,
ne attaminaueritis. Recolamus quod dictum eſt ſuperius, ut hoc intelligamus. Nõ uult e-
nim eos in his obſeruationibus iudicari ubi dicitur: Ne tetigeritis, ne guſtaueritis, ne atta-
minaueritis, quæ ſunt omnia inquit in corruptionem per abuſionẽ. Omnia hæc inquit ma-
gis ad corruptionem ualent, cum ſuperſtitioſe ab his abſtinetur, ut eis homo abutat, id eſt
σκληρὸν non eis utatur ſecundum præcepta & doctrinas hominum. Hoc planum eſt, ſed quod ſe-
ἀφεσία. quitur multum requiris, Quæ ſunt quidem rationem habentia ſapientiæ in obſeruati-
one & humilitate cordis & uexatione corporis, Vel ſicut alij interpretati ſunt, Ad non par-
cendum corpori, non in honore aliquo ad ſaturitatẽ carnis: Cur inquis hæc dicit rationem
habere ſapientiæ, quæ ita reprehendit? Dicã quod & in ſcripturis potes aduertere, ſæpe ſapi
entiam poſitam etiam in ſedibus mundi huius, quam dicit expreſſius ſapientiam huius mũ
1.Cor.1 di. Nec moueat quod hoc non addidit, mundi. Non enim & alio loco, cum ait, Vbi ſapiens
ubi ſcriba, addidit huius mundi, ut diceret ubi ſapiens huius mundi, & tamen hoc intelligi
gitur. Sic & iſta ratio ſapientiæ. Nihil enim ab eis dicitur in huiuſmodi ſuperſtitioſis obſer-
uationibus, ubi non mundi huius elementa naturarumq; rerum, ratio quædam ſapientiæ
reddi uideatur. Nam & cum dicit, Cauete ne quis uos decipiat per philoſophiam, non ait,
huius mundi. Et quid eſt philoſophia latine niſi ſtudium ſapientiæ? Sunt ergo inquit iſta
rationem quidem habentia ſapientiæ, id eſt de quibus aliqua ratio reddatur, ſecundum ele
menta mundi huius, & principatus ac poteſtates in obſeruatione & humilitate cordis. Id e- D
nim agunt iſta, ut ſuperſtitionis uitio cor humilietur ad non parcendum corpori, dum frau
datur iſtis eſcis, quibus compellitur abſtinere, non in honore aliquo ad ſaturitatem carnis:
non quod honoratius illo magis quàm illo cibo caro ſaturaretur, cum ad eius neceſſitatem
Quæſtionis ſolutio. non pertineat, niſi à quolibet ualetudini apto alimento refici atq; fulciri. De euãgelio inqui-
ſitio tua ſolet multos mouere, quomodo dominus poſt reſurrectionem, cum in eodem cor-
pore ſurrexerit, à quibuſdam qui eum nouerant, utriusq; ſexus hominibus & agnitus non
ſit & agnitus ſit. Vbi primum quæri ſolet, utrum in eius corpore, an potius in illorum ocu-
Luc.24. lis aliquid factum ſit, quo non poſſet agnoſci? Cum enim legitur, Tenebantur oculi eorum
ne agnoſcerent eum, impedimentum quoddam agnoſcendi uidetur in luminibus factum
Marci 16 eſſe cernentium: Cum uero aperte alibi dicitur, Apparuit eis in alia effigie, utiq; in ipſo cor-
pore cuius alia erat effigies, aliquid factum fuiſſe, quo impedimento tenerentur, id eſt mo-
ram agnoſcendi paterentur oculi illorum. Sed ego miror cum duo ſint in corpore, quibus
cuiusq; ſpecies agnoſcatur, lineamenta & color, cur ante reſurrectionẽ, quod in monte ita
tranſfiguratus eſt ut fieret uultus eius ſplendidus ſicut ſol, neminem mouet eum uſq; ad tã-
tam excellentiam fulgoris & lucis colorem ſui corporis mutare potuiſſe: & poſt reſurrectio-
nem mouet aliquatenus lineamenta mutata eſſe ut non poſſet agnoſci, & rurſum eadẽ po-
tentiæ facultate, ſicut tunc priſtinum colorem, ſic & poſt reſurrectionem priſtina liniamẽta
reuocaſſe. Nam & illi tres diſcipuli ante quorum oculos in monte tranſfiguratus eſt, nõ eũ
agnoſcerent ſi ad eos talis aliunde ueniſſet: ſed quia cum illo erant ipſum eſſe certiſſime reti-
nebãt. At enim corpus ipſum erat in quo reſurrexit. Quid hoc ad rẽ? Nã illud utiq; ipſum
corpus erat, in quo in monte tranſfiguratus eſt, & ipſum erat iuuenis in quo natus eſt:
& tamen ſi quis eum repente iuuenem uidiſſet, qui nõ niſi infantulũ noſſet, non utiq; agno-
ſceret. An uero ad liniamenta mutanda non poteſt celeriter dei poteſtas, quod poteſt per
annorum moras hominis ætas? Quod autem Mariæ dixit, Noli me tangere nõdum enim
aſcendi

A aſcẽdi ad patrem,nihil aliud noueris me intellexiſſe quàm tu. Ita enim ſignificare uoluit tactũ ſpiritalem, id eſt acceſſum fidei ſe requirere, qua creditur eum excelſum eſſe cum patre, Et quod ab illis duobus in fractione panis eſt agnitus, ſacramentum eſſe quo nos in agnitionem ſuam congregat, nullus debet ambigere. De uerbis Symeonis, ubi ait uirgini matri domini, Et tuam ipſius animam pertranſibit framea, In alia epiſtola cuius exemplum etiam modo miſi,dixi quid mihi uideatur, quod etiam tibi inter cætera uiſum eſt. Et quod adiunxit, Vt denudentur multorum cordium cogitationes, hoc intelligendum puto, quia per domini paſſionem,& inſidiæ Iudæorum,& diſcipulorum infirmitas patuit. Tribulationem igitur,gladij nomine ſignificatam eſſe,credibile eſt,quo materna anima uulnerata eſt doloris affectu. Ipſe fuit gladius in ore perſecutorum,de quibus in pſalmo dicitur. Et gladius in ore eorum. Ipſi enim erant filij hominum, quorum dentes arma & ſagittæ,& lingua eorum gladius acutus. Nam & ferrum quod pertranſijt animam Ioſeph, pro dura tribulatione poſitum ferrum mihi uidetur. Aperte quippe dicitur, Ferrum pertranſijt animam eius donec ueniret uerbum eius, id eſt tamdiu fuit in dura tribulatione, donec fieret quod prædixit. Hinc enim magnus eſt habitus, & ab illa tribulatione liberatus. Sed ne humanæ ſapientiæ tribueretur quod uenit uerbum eius,id eſt factũ eſt quod prædixit, more ſuo ſcriptura ſancta deo inde dat gloriam,Et continuo ſubiungit: Eloquium domini iginiuit eũ. Vt potui non defui interrogationibus tuis,adiutus orationibus tuis,& ipſis quas miſiſti diſputationibus tuis. Cum enim interrogãdo diſputas,& quæris acriter, & doces humiliter. Vtile eſt autem ut de obſcuritatibus diuinarum ſcripturarũ,quas exercitationis noſtræ cauſa deus eſſe uoluit,multæ inueniantur ſententiæ,cum aliud alij uidetur, quæ tamen omnes ſanæ fidei doctrinæq; concordent. Dabis ſanè ueniam ſtilo meo multum feſtinanti,ut iam in naui conſtituto occurrerem perlatori. Filium autem noſtrum Paulinũ in Chriſti charitate dulciſſimum,in hac potius epiſtola reſaluto, & paucis ut feſtinus exhortor,ut
B miſericordiæ domini,qui ſciens dare auxilium de tribulatione, eum turbulentiſſima tempeſtate miſit in portum,quo tu pelago tranquilliore permeaſti,ipſi marinæ tranquillitati minime credens,& qui eius rudimentis excipiendis atq; nutriendis te dedit,gratias agat quantas poteſt,& omnia oſſa eius dicant, Domine quis ſimilis tibi? Non enim uberiore fructu legit uel audit me docentem ac diſſerentem, uel quibuslibet exhortationibus accẽdẽtem,q; inſpicit te uiuentem. Reſalutant ſanctam & ſynceriſſimam benignitatem tuã conſerui mei qui mecum ſunt. Condiaconus autem noſter Peregrinus,ex quo à me profectus eſt cũ ſancto fratre noſtro Vrbano,quando epiſcopatus ſarcinam ſubire perrexit, nondum remeauit Hipponem. Saluos eos tamẽ in nomine Chriſti & litteris eorum & fama nunciante cognoſcimus. Compresbyterum Paulinum, & omnes qui tua præſentia in domino perfruuntur germano ſalutamus affecto.

Auguſtinus Cæciliano præſidi, ut ſuo edicto coherceat Donatiſtas iuxta Hipponem,quemadmodum alibi fecerat. Epiſt. LX.

DOMINO eximio,& in Chriſti charitate uere merito honorabili ac ſuſcipiendo filio Cæciliano,Auguſtinus. Adminiſtrationis tuæ claritas & fama uirtutum,pietatis quoq; Chriſtianæ laudanda diligentia & fida ſynceritas, quæ tibi diuina munera eo donante gaudes tributa, à quo ſperas promittente potiora, excitauerunt me ut hoc epiſtolari alloquio, æſtus cauſarum mearum excellentiæ aperirem tuæ. Quantum enim per alias Africæ terras te unitati catholicæ mirabili efficacia conſoluiſſe gaudemus, tantum dolemus regionem hipponenſium,& ei uicinas partes confines Numidiæ, præſidali edicti tui uigore nondum adiuuari meruiſſe, domine eximie & in Chriſti charitate meritoq; honorabilis ac ſuſcipiende fili. Quod ne meæ potius negligentiæ deputetur,qui epiſcopalem ſarcinam Hippone ſuſtineo, tuæ magnificentiæ nõ tacendũ putaui. Quantum etiam in campo hipponenſi hæretica præſumat audacia, ſi ex fratribus & collegis meis,qui hæc tuæ ſublimitati narrare poterint, uel ex presbytero quem cum litteris mi-

Quæſtionis 9. ſolutio

pſal.58. Pſal.56.

si,fueris audire dignatus, adiuuante domino deo nostro, proculdubio prouidebis ut tu/ C
mor sacrilegæ uanitatis,terrendo sanetur potius,cꝫ ulciscendo resecetur.

Augustinus Dulcitio Tribuno ut Donatistas edicto suo corrigat,nõ occidat, decꝫ mira uesania quorundam qui sibi necem consciscebant. Epistola LXI.

De isto Dulcitio uide 2. retra. 59, & 63

DOMINO eximio & honorabili filio Dulcitio,Augustinus salutẽ in domino. Non debui contemnere petitionem tuam,qua desiderasti à me institui,quem/admodum te oporteat hæreticis respondere, quorum salus in domini miseri/cordia,instantia quoq; tuæ strenuitatis inquiritur. Quamuis enim ingentes eo/rum multitudines,unde plurimum gratulamur,quidam tamẽ eorum & deo & hominibus miserabili instinctu furoris ingrati,nisi suis cædibus nos uastare non possunt, suo nos exi/tio terrere se credunt,aut lætitiam suam quærentes de mortibus nostris, aut tristiciam no/stram de mortibus suis.Sed non debet tot tantorumcꝫ populorum salutem,furiosus error hominum impedire paucorum: quid eis uelimus,non solum deus & prudentes homines, uerumetiam ipsi cum sint nobis inimicissimi sentiunt. Cum enim suæ prouinciæ terrendos putant,non dubitant nos timere ne pereant.Sed quid faciamus, uidentes quod multi adiu uante domino per occasionem uestram uiam pacis inueniant? Nũquid prohibere nos pos/sumus uel debemus ab hac unitatis instantia,dum metuimus ne quidam durissimi & in se/ipsos crudelissimi,non nostra sed propria uoluntate se perdant? Optaremus quidem ut o/mnes qui contra Christum portant signum Christi, & contra euangelium de ipso euange/lio quod non intelligunt gloriantur,à sua peruersitate discederẽt.Sed quoniam deus occul/ta satis dispositione,sed tamen iusta,nonnullos eorum pœnis prædestinauit extremis,pro/culdubio melius incomparabili numerositate plurimis ab illa pestifera diuisione & disperſi one redintegratis atq; collectis, quidam suis ignibus pereunt, quàm pariter uniuersi sem/piternis ignibus gehennarum merito sacrilegæ dissensionis ardebunt. Sic enim pereuntes dolet ecclesia,quemadmodum rebellem filium sanctus Dauid, de cuius salute seruanda so/ D
licita dilectione mandauerat. Nam cum merito nefandæ impietatis extinctum,etiam cum testimonio lachrymosæ uocis ingemuit. Veruntamen superbo & maligno discedente in lo cum suum,populus dei qui fuerat illius tyrannide diuisus agnouit regem suum; Et de amis so filio mœrorem patris,perfectio consolata est unitatis. Nõ itaq; reprehenditnus domine eximie & honorabilis fili,quod tales homines apud Tamugadem,prius edicto admonen/dos existimasti:sed quod ibi dixisti,noueritis uos debitæ neci dandos, putauerunt sicut eo rum rescripta indicant,hoc te fuisse comminatum,quod tu illos apprehensos fueras occisu/rus,non intelligentes de illa nece,quam ipsi sibi uolunt ingerere te locutum. Nõ enim tu in eos ius gladij ullis legibus accepisti, aut imperialibus constitutis, quorum tibi iniuncta est executio,hoc præceptum est ut necentur.Secundo sanè edicto dilectionis tuæ planius quid uolueris aperuisti. Quod autem etiam ipsum episcopum illorum putasti litteris alloquen/dum,humanissime ostendisti,quanta mansuetudine temperati sint in catholica ecclesia,eti/am qui potestate Christiani imperatoris,siue terrendo siue plectendo corrigendis præfici/untur erroribus,nisi quod honorificentioribus eum uerbis tractasti quàm decebat hæreti/cum.Sed quod eius respõsioni me respondere uoluisti, credo te arbitratum etiam hoc Ta/mugadẽsibus debere præstare, ut fallax doctrina ipsius à quo seducebantur aliquanto dili gentius refellatur:uerum nos & occupatissimi sumus, & iam plurimis opusculis nostris hu/iusmodi uaniloquia refutauimus.Iam enim nescio quotiens disputando & scribendo mon strauimus,non eos posse habere martyrum mortem, quia Christianorum non habent ui/tam,cum martyrem non faciat pœna sed causa. Docuimus etiam liberum arbitrium sic ho mini datũ,ut tamen & diuinis legibus & humanis rectissime grauium supplicia constituta sint peccatorum:& pertinere ad religiosos reges terræ, non solum adulteria uel homicidia uel huiusmodi alia flagicia seu facinora,uerumetiam sacrilegia seueritate congrua cohibe/re,Multumcꝫ illos falli qui putant à nobis istos tales suscipi,quales sunt,quia non eos reba/

Mira in hæreticos clemẽtia

ptizamus

A ptizamus. Quomodo enim tales ſuſcipiuntur quales ſunt, cum ſint hæretici, & ad nos tranſeundo fiant catholici? Neq; enim propterea corda deprauata non licet corrigi, quia ſacramenta ſemel data nō licet iterari. De mortibus autem furioſiſſimis, quas quidā eorum ipſi ſibi inferunt, de quibus ſolent deteſtabiles & abominabiles eſſe multis, etiam ſuis quorum mentes dementia non tanta poſſedit, eis ſecundum ſcripturas rationemq; Chriſtianorum ſæpe reſpondimus, quoniam ſcriptum eſt, Qui ſibi nequam cui bonus? Aut certe in eiſdem poſitum tentationibus, mori uolētem occidat & proximum, qui ſibi expedire & licere putat occidere ſeipſum, quoniam ſcriptura dicit, Diliges proximum tuum tāquam teipſum. Nullis autem iubentibus legibus uel legitimis poteſtatibus, non licere alterum occidere, etiā uolentem & petentem, & uiuere iam non ualentem, ſatis indicat ſcriptura Regnorum. Vbi rex Dauid regis Saulis interfectorem iuſſit occidi, cum ille dixiſſet ab eo iam ſaucio atque ſemiuiuo petitum ſe fuiſſe ut hoc faceret, & animam corporis nexibus obluctantem ſoluiq; cupientem, uno ictu uulneris ab illis cruciatibus liberaret. Proinde quia omnis qui ſine ulla legitimæ poteſtatis autoritate hominem occidit, homicida eſt, quisquis ſeipſum occidit nō ſit homicida ſi non homo eſt. Hæc omnia multimodis in alijs plurimis noſtris ſermonibus & litteris diximus. Veruntamen, quod fatendū, de iſto Razio ſeniore, quem ſumma exemplorum inopia coartati ſe in Maccabæorum libris, quaſi ad autoritatē ſceleris quo ſeipſos perdunt, perſcrutatis omnibus eccleſiaſticis autoritatibus, uix aliquando inueniſſe gloriantur, adhuc eis nunquam reſpondiſſe me recolo: ſed quod tuæ charitati & prudentibus quibuſque ſufficiat ad iſtos redarguendos, ſi ad uitam Chriſtianorum de Iudæa gente, atq; illis litteris parati ſunt omnium ſanctorum exempla transferre, tunc & hoc transferāt: Si autem illic ſunt plurima eorum quoq; hominum, qui litterarum illarum ueritate laudati ſunt, uel huic iam tempori non conuenientia, uel etiam illo tempore non recte facta, tale etiam hoc eſt quod in ſeipſum Razius iſte commiſit: qui cum eſſet & apud ſuos nobilis & multū B in Iudaiſmo profeciſſet, quæ ſibi in comparatione iuſtitiæ Chriſtianæ, damna & ſtercora fuiſſe dicit apoſtolus, & propter hoc idem Razius Iudæorum pater appellatur, quid mirum eſt ſi tāquam homini elatio ſuperba ſubrepſit, ut mallet manu propria perimi, quàm poſt illam in ſuorum aſpectibus celſitudinem, ſuſtinere indignam in hoſtium manibus ſeruitutem? Solent in litteris gētilium iſta laudari. In his autem Maccabæorum libris, quāuis homo fuerit ipſe laudatus, factum tamen eius narratum eſt non laudatum, & iudicandum potius quàm imitandum, quaſi ante oculos conſtitutum: non ſanè noſtro iudicio iudicādum, quod nos quoq; ut homines habere poſſemus, ſed iudicio doctrinæ ſobriæ, quæ in ipſis q̄que libris ueteribus clara eſt. Lōge quippe fuit iſte Razius à uerbis illis ubi legitur: Omne quod tibi applicitum fuerit accipe, & in dolore ſuſtine, & in humilitate tua patientiā habe. Non ergo fuit iſte uir eligendæ mortis ſapiens, ſed ferendæ humilitatis impatiens. Scriptū eſt, quod uoluerit nobiliter & uiriliter mori, ſed nunquid ideo ſapienter? Nobiliter ſcilicet, ne libertatem ſui generis captiuus amitteret. Viriliter autem, quod tantas uires animi habuiſſet, quibus idoneus eſſet ut ſeipſe perimeret, quod gladio cum implere non poſſet, de muro ſe præcipitem dedit, & ſic adhuc uiuus abruptam cucurrit ad petram, atq; ibi exāguis inteſtina ſua produxit, quæ utraq; manu diſſipata ſpargebat in populum, ac deinde poſtea deceſſus occubuit. Magna hæc ſunt, nec tamen bona, Non enim bonum eſt omne quod magnum eſt, quoniam ſunt magna etiam mala. Deus dixit, Innocentem & iuſtum ne occidas. Si ergo iſte innocens & iuſtus non fuit, cur proponitur imitandus? Si autem innocens & iuſtus fuit, quare interfector innocentis & iuſti, id eſt, ipſius Raziȷ inſuper putatur eſſe laudādus? Hæc interim ne nimiū prolixa fiat huic epiſtolæ implēdæ ſatis ſint. Debeo aūt Tamugadenſibus eiuſmodi miniſterium charitatis, quoniā mihi & noto tuo & ab honorabili & chariſſimo filio meo Eleuſino, qui tribunatum apud eos egit bene inſinuati ſunt, ut ambabus epiſtolis Gaudentij donatiſtarum epiſcopi, & maxime poſteriori, quam ſecundum ſcripturas ſanctas ſe feciſſe arbitratur, ita reſpondeam ne aliquid prætermiſſum putetur.

Spontanea mors.

Eccle. 14.

Leuit. 19 Matth. 22

2. Regum 1.

2. Macha. 14

Razius.

Exod. 23.

Ecc. 12.

2. retract. 59

Auguſtinus Cœleſtino Diacono de mutua beneuolentia. Epiſt. LXII.

DOMINO uenerabili nimiumq; deſiderabili, ſancto fratri & condiacono Cœleſtino, Auguſtinus in domino ſalutem. Quamuis lõge abſens fuerim, quãdo per Proiectum clericũ ad me directa Hipponem ſanctitatis tuæ ſcripta uenerunt, tamen poſteaq; ueni, eiſq; lectis, reſcriptorum debitorem me factum eſſe cognoui, reddendi tempus operiebar: & ecce ſubito profecturi à nobis chariſſimi fratris noſtri Albini acoluthi, gratiſſima occurrit occaſio. De tua igit quæ mihi exoptatiſſima eſt ſalute lætatus, ſanctitati tuæ ſalutationem debitam reddo. Semper autem debeo charitatẽ, quæ ſola etiam reddita, ſemper detinet debitorem. Redditur enim cum impenditur, debetur autem etiam ſi reddita fuerit, quia nullum eſt tempus quando impendenda iam nõ ſit: nec cum redditur amittitur, ſed potius reddendo multiplicatur: habendo enim redditur nõ carendo. Et cum reddi nõ poſſit niſi habeatur, nec haberi poteſt niſi reddatur: immo etiam cum redditur ab homine creſcit in homine, & tanto maior acquiritur, quanto pluribus redditur. Quomodo aũt negetur amicis, quæ debetur & inimicis? Sed & inimicis tanta impenditur, amicis ſecura rependitur. Agit tamen quãtum poteſt, ut ab his etiam quibus pro malis bona retribuit, id recipiat quod impendit. Optamus quippe fieri amicum, quem ueraciter diligimus inimicum, quia non eum diligimus niſi uelimus bonum, quod utiq; non erit niſi amiſerit inimicitiarum malum. Non ergo ſic impenditur charitas ut pecunia. Excepto enim quod impendendo illa diminuitur hæc augetur, etiam illo inter ſe differunt: quod pecuniam cui dederimus tunc ei beneuolentiores erimus ſi recipere non quæramus: non aũt poteſt eſſe uerus charitatis impenſor, niſi fuerit benignus exactor: quoniam pecunia cũ recipitur accedit cui datur, ſed recedit à quo datur, charitas uero non ſolum apud eum creſcit qui hanc ab eo quem diligit exigit, etiam ſi non recepit, ſed etiam ille à quo eam recepit tũc incipit habere cum reddit. Proinde domine frater mutuam tibi charitatẽ libens reddo gaudensq; recipio: quam recipio adhuc repeto, quam reddo adhuc debeo. Vnum enim magiſtrum apud quem condiſcipuli ſumus, per eius apoſtolum docibiles audire debemus præ- D
Rom.13. cipientem ac dicentem, Nemini quicquam debeatis, niſi ut inuicem diligatis.

Auguſtinus Cœleſtino de triplici rerum ordine. Epiſt. LXIII.

AVGVSTINVS Cœleſtino. O utinam poſſem aſſidue tibi aliquid dicere, Id autem aliquid eſt, ut curis exueremur inanibus, & curis indueremur utilibus. Nam de ſecuritate neſcio utrũ quicquam in hoc mundo ſperandũ ſit. Scripſi nec recepi ulla reſcripta. Miſi aduerſum Manichæos libros quos paratos & emendatos mittere potui, nec quicquam ex illis iudicij motuſq; noſtri notum mihi factum eſt, Nunc eos repetere iam me, uos autem reſtituere conuenit. Peto itaque ne differatis eos remittere cum reſcriptis, quibus noſſe cupio quid de illis geritis, uel adhuc ad illum errorem expugnandum quid armaturæ uobis opus eſſe arbitremini. Sanè quoniam te noui, accipe hoc quoddam grande & breue. Eſt natura per locos & tempora mutabilis, ut eſt corpus. Et
8. de Gen. ad litteram cap. 25. & 26. eſt natura per locos nullo modo, ſed tantum per tempora etiam ipſa mutabilis, ut anima. Et eſt natura quæ nec per locos nec per tempora mutari poteſt, hoc deus eſt. Quod hic inſinuaui quoquo modo mutabile, creatura dicitur: quod immutabile creator. Cum autem o-
u. ſent. dif. 37. ca. et duob. ſe. mne quod eſſe dicimus, in quantum manet dicamus, & in quantum unum eſt, omnis porrò pulchritudinis forma unitas ſit, uides profecto in iſta diſtributione naturarũ, quid ſumme ſit: quid infime, & tamen ſit: quid medie, maiuſq; infimo & minus ſummo ſit. Summũ illud eſt ipſa beatitas. Infimum quod nec beatum eſſe poteſt nec miſerum. Quod uero medium, uiuit inclinatione ad infimum, miſere, cõuerſione ad ſummum beate uiuit. Qui Chriſto credit, non diligit infimum, nõ ſuperbit in medio, atq; ita ſummo inhærere fit idoneus: & hoc eſt totum quod agere iubemur, monemur, accendimur.

Auguſtinus presbyter Aurelio epiſcopo, lamentans temulentiam, contẽtiones ac dolos mire regnare apud Afros, etiam in ſolennibus conuiuijs in honorem martyrum fie-

A rum fieri ſolitis,oſtendens quibus modis poſſit illis mederi. Epiſt. LXIIII.

AVRELIO epiſcopo, Auguſtinus presbyter. Qua gratia reſponderē litteris ſanctitatis tuæ,cū diu hæſitās non reperirem: omnia enim uicit affectus animi mei,quem iam ſponte ſurgentem lectio epiſtolæ multo ardentius excitauit:commiſi me iam deo qui pro uiribus meis operaret in me, ut ea reſcriberē,quæ utriq; noſtrum ſtudio in domino & cura eccleſiaſtica pro tua præſtantia & mea obſecundatione cōgruerent. Atq; illud primū,quod orationibus meis te adiuuari credis, non ſolum non defugio,uerumetiam libenter amplector,Ita enim,& ſi nō meis,uel certe tuis,me dominus nunc exaudiet.Quod fratrem Alipium in noſtra coniunctione manſiſſe, ut exemplo ſit fratribus curas mundi huius uitare cupientibus,beneuolentiſſime accepiſti, ago gratias quas nullis uerbis explicare poſſim:dominus hoc repēdat in animam tuam. Omnis itaq; fratrū cœtus qui apud nos cœpit coaleſcere, tanta tibi prærogatiua obſtrictus eſt,ut locis terrarū tantum longe diſiunctis ita nobis cōſulueris tanquam præſentiſſimus ſpiritu.Quapropter precibus quantum ualemus incūbimus,ut locum tibi cōmiſſum tecū dominus ſuſtinere dignetur,nec te uſpiam deſerere,ſed adeſſe adiutor in oportunitatibus, faciēs cum eccleſia ſua miſericordiam per ſacerdotium tuū, quale ſpiritales uiri ut faciat lachrymis eum gemitibus q; interpellant.Scias itaq; domine beatiſſime & pleniſſima charitate uenerabilis, nō deſperare nos,immo ſperare uehementer,q; dominus & deus noſter per autoritatē perſonæ quā geris,quam non carni,ſed ſpiritui tuo impoſitam eſſe cōfidimus,multas carnales fœditates & ægritudines,quas Africana eccleſia in multis patitur in paucis gemit,conſiliorū grauitate & tua poſſit ſanare.Cum enim apoſtolus tria breuiter genera uitiorum deteſtanda & uitanda uno in loco poſuerit,de quibus innumerabilium peccatorum exurgit ſeges, unum horū quod ſecundo loco poſuit acerrime in eccleſia uidicatur,duo aūt reliqua,id eſt primū & ultimum,tolerabilia uidentur hominibus,atq; ita paulatim fieri poteſt,ut nec uitia iam putentur.Ait enim uas electionis.Non in comeſſationibus & ebrietatibus,non in cubilibus & impudicitijs,non in contentione & dolo,ſed induite uos dominum Ieſum Chriſtum, & carnis curam ne feceritis in cōcupiſcentijs. Horum ergo trium cubilia & impudicitiæ tam magnū crimen putantur,ut nemo dignus,nō modo eccleſiaſtico miniſterio,ſed ipſa etiam ſacramē totū communiōe uideatur,qui ſe iſto peccato maculauit.Et recte omnino. Sed quare ſolū? Comeſſationes enim & ebrietates ita conceſſæ & licitæ putantur,ut in honorem etiam beatiſſimorum martyrum,non ſolum per dies ſolennes, q; ipſum quis non lugendum uideat qui hæc non carnis oculis inſpicit,ſed etiam quotidie celebrentur.Quæ fœditas ſi tantū flagicioſa & non etiam ſacrilega eſſet,quibuſcunq; tolerantiæ uiribus ſuſtentandam putaremus.Quāq; ubi eſt illud, quod cū multa uitia enumeraſſet idē apoſtolus, inter quæ poſuit ebrioſos, ita concluſit,ut diceret cum talibus nec panem edere. Sed feramus hæc in luxu & labe domeſtica, & eorum conuiuiorum quæ priuatis parietibus continentur, accipiamusq; cum eis corpus cum quibus panem edere prohibemur,ſaltem de ſanctorum corporū ſepulchris,ſaltem de locis ſacrorum de domibus orationum tantum dedecus arceat. Quis enim audet negare priuatim,quod cum frequentatur in ſanctis locis, honor martyrum nominatur? Hæc ſi prima Africa tentaret auferre à cæteris terris, imitatione digna eſſe deberet. Cū uero & per Italiæ maximam partem, & in alijs omnibus aut propè omnibus tranſmarinis eccleſijs,partim quia nunq; facta ſunt,partim quia uel orta uel inueterata,ſanctorum & uere debita futura cogitantiū epiſcoporū diligentia & aniaduerſione extincta atq; deleta ſint, dubitamus quō poſſumus tantam morum labē, uel propoſito tā lato exemplo emendare: & nos quidē illarū partium hominē habemus epiſcopū,unde magnas agimus gratias deo: quanq; eius modeſtiæ atq; lenitatis eſt,eius deniq; prudētiæ & ſolicitudinis in dño, ut etiā ſi Afer eſſet,cito illi de ſcripturis perſuaderet curandū,quod licētioſa & male libera cōſuetudo uulnus inflixit.Sed tanta peſtilētia eſt huius mali,ut ſanari prorſus,quantum mihi uidetur,niſi concilij autoritate non poſſit.Aut ſi ab una eccleſia inchoāda eſt medicina, ſicut

B

Rom.13

44. diſ. cap. comeſſatiōes

1.Cor.5

Ebrioſi in honorem martyrum.

Conciliū contra ebrios.

uidetur audaciæ,mutare conari quod Carthaginenſis eccleſia tenet,ſic magnæ impudẽtiæ C
eſt,uelle ſeruare quæ Carthaginenſis eccleſia correxit. Ad hanc autem rem quis alius epiſco
pus eſſet optandus,niſi qui ea diaconus execrabatur? Sed quod erat tunc dolendum,nunc
auferendũ eſt,non aſpere,ſed ſicut ſcriptum eſt, in ſpiritu lenitatis & manſuetudinis. Dant
enim mihi fiduciam litteræ tuæ indices grauiſſimæ charitatis,ut tecum tanquam mecũ au/
Conſuetudo quomodo tollenda. deam colloqui. Non ergo aſpere,quantum exiſtimo,non duriter,nõ modo imperioſo iſta
tolluntur,magis docendo quàm iubendo,magis monẽdo quàm minando. Sic enim agen
dum eſt cum multitudine peccantiũ, Seueritas autem exercenda eſt in peccata paucorũ. Et
ſi quid minamur cum dolore fiat,de ſcripturis comminando uindictã futuram, ne noſipſi
in noſtra poteſtate,ſed deus in noſtro ſermone timeatur. Itáq; prius mouebũtur ſpiritales
uel ſpiritalibus proximi,quorum autoritate & leniſſimis quidem ſed inſtantiſſimis admo/
nitionibus cætera multitudo frangatur,Sed quoniam iſtæ in cœmiterijs ebrietates & luxu
rioſa conuiuia,non ſolum honores martyrum in carnali & imperita plebe credi ſolent, ſed
etiam ſolatia mortuorũ,mihi uidetur facilius illic diſſuaderi poſſe iſtam fœditatem ac tur/
Sacrificia pro mortuis. pitudinem,ſi & de ſcripturis prohibeatur,& oblationes pro ſpiritibus dormientiũ, quas ue
re aliquid adiuuare credendum eſt,ſuper ipſas memorias non ſint ſumptuoſæ,atq; omni/
bus petentibus ſine typho & cum alacritate præbeantur neque uendantur. Sed ſi quis ali/
quid pecuniæ offerre uoluerit, in præſenti pauperibus eroget. Ita nec deſerere uidebuntur
memorias ſuorum, quod poteſt gignere non leuem cordis dolorem,& id celebrabitur in ec
cleſia quod pie & honeſte celebratur. Hæc enim interim de comeſſatiõibus & ebrietatibus
Contentio & dolus. dicta ſint. De contentione autem & dolo quid me attinet dicere, quando iſta uitia non in
plebe,ſed in noſtro numero grauiora ſunt? Horum autem morborum mater ſuperbia eſt,
& humanæ laudis auiditas, quæ etiam hypocriſim ſæpe generat. Huic non reſiſtitur niſi
crebris diuinorum librorum teſtimonijs incutiatur timor & charitas dei, ſi tamen ille qui
hoc agit ſeipſum præbeat patientiæ atque humilitatis exemplum,minus ſibi aſſumẽdo cũ, D
offertur,ſed tamen ab eis qui ſe honorant nec totum nec nihil accipiendo, & id quod acci/
pitur laudis aut honoris, non propter ſe qui totus coram deo eſſe debet & humana con/
Autoritas. temnere, ſed propter illos accipiatur quibus conſulere non poteſt ſi nimia deiectione uile/
1. Timoth. 4 ſcat. Ad hoc enim pertinet quod dictum eſt, Nemo iuuentutem tuam cõtemnat, cum hoc
Gal. 1 ille dixerit,qui alio loco ait: Si hominibus placere uellem, Chriſti ſeruus non eſſem. Ma/
gnum eſt de honoribus & laudibus hominum non lætari, ſed omnem pompam inanem
præcidere, & ſi quid inde neceſſarium retinetur,id totum ad utilitatem honorantium ſa/
Pſal. 52 lutemque conferre. Non enim fruſtra dictum eſt, Deus confringet oſſa hominum place/
re uolentium. Quid enim languidius, quid tam ſine ſtabilitate ac fortitudine,quod oſſa
ſignificant, quàm homo quem male loquentium lingua debilitat cum ſciat falſa eſſe quæ
dicuntur? Cuius rei dolor nullo modo animæ uiſcera dilaniaret, ſi non amor laudis oſſa
eius confringeret. Præſumo de robore animi tui. Itaque iſta quæ tecum confero,mihi di/
co, dignaris tamen credo mecum conſiderare,quàm ſint grauia,quàm difficilia. Non enim
huius hoſtis uires ſentit,niſi qui ei bellum indixerit:quia & ſi cuiquam facile eſt laude care/
re dum denegatur,difficile eſt ea non delectari cũ offertur:& tamen tanta mentis in deum
debet eſſe ſuſpenſio,ut ſi nõ merito laudemur,corrigamus eos quos poſſumus:ne arbitrentẽ
aut in nobis eſſe quod non eſt,aut noſtrũ eſſe quod dei eſt, aut ea laudẽt quæ quãuis non
Laudes hominum quomodo accipiendæ. deſint nobis,aut etiã ſuperſint,nequaq; tamen ſunt laudabilia:uelut ſunt bona omnia quæ
uel cum pecoribus habemus cõmunia uel cũ impijs hominibus. Si autẽ merito laudamur,
propter deũ gratulemur eis quibus placet uerũ bonũ:non tamẽ pro his quia placemus ho
minibus,ſed ſi corã deo tales ſumus quales nos eſſe credunt,& nõ tribuitur nobis ſed deo,
cuius dona ſunt omnia quæ uere meritóque laudantur. Hæc mihi ipſe canto quotidie, uel
potius ille cuius ſalutaria præcepta ſunt, quæcunque ſiue in diuinis lectionibus inuenium/
tur, ſiue quæ intrinſecus animo ſuggeruntur: & tamen uehementer cum aduerſario dimi/
cans,

A tans,sæpè ab eo uulnera capio,cum delectationem oblatæ laudis mihi auferre nō possum. Hæc propterea scripsi,ut si tuæ senectuti iā non sunt necessaria,siue q; plura huiusmodi ipse cogites atq; utiliora, siue q; tuæ sanctitati medicina ista nō opus sit, mala tamen mea nota sint tibi,sciásq; unde pro mea infirmitate deū rogare digneris,quod ut impēsissime facias, obsecro per humanitatem illius qui præceptum dedit,ut inuicem onera nostra portemus. Multa sunt quæ de uita nostra & cōuersatione deflerē,quæ nollē per litteras ad te uenire, si inter cor meū & cor tuum,ulla essent ministeria præter os meum & aures tuas. Si autem uenerabilis nobis omniúq; nostrū tota synceritate charissimus, cuius in te uere fraternā cum præsens essem benignitatem studiumq; perspexi,senex Saturninus dignatus fuerit,quādo oportunum uidebit ad nos uenire,quicquid cum eius sanctitate & speciali affectu colloqui potuerimus, haud multum distabit,ac si cum tua dignatione id ageremus. Quod ut nobiscum ab eo petere atq; impetrare digneris,tantis precibus posco, quantis uerba nulla sufficiunt. Absentiam enim meam tantum longe Hipponenses uehemēter nimisq; formidāt, neq; ullo modo mihi sic uolunt credere,ut & ego uobis. Agrum fratribus datum prouisione & liberalitate tua didicimus ante epistolam tuam,per sanctum fratrem & conseruū nostrum Parthenium,à quo multa alia quæ audire desiderabamus audiuimus. Præstabit dominus ut etiam cætera quæ adhuc desideramus impleantur.

Augustinus Paulino,cupiens ab illo plenius explicari quomodo uolūtas hominis subditur uoluntati diuinæ. Epist. LXV.

SANCTIS & deo dilectis merito uenerabilibus, & multum desiderabilibus fratribus Paulino & Therasiæ,Augustinus in domino salutem. Charissimus frater Celsus cū rescripta repeteret,debitū reddere festinaui. Sed uere festinaui. Cum enim eū putarē adhuc aliquot dies nobiscū remoraturū, repente cōperta occasione nauigij,mihi pridianam suā profectionē iam nocte suggessit. Quid facerem cum eum tenere nō possem,& quia ad uos cum quibus ei melius esset properabat,nec si possem deberem. Proinde pauca ilico hæc arripui dictanda atq; mittenda, prolixioris epistolæ me confitens debitorem,cum post reditum uenerabilium fratrum nostrorum collegarū Therasij & Euodij,primū nostri ex parte satiatus fuero. Vberius enim ad uos in eorum pectoribus & orationibus nos esse uēturos, iamiāq; in Christi nomine atq; adiutorio speramus. Cū hæc scriberemus,etiam per unanimē filiū nostrū Carthaginensis ecclesiæ presbyterū Fortunatianum Romā nauigaturū,aliam epistolā paucis ante diebus iā dederā. Nūc ergo quod soleo rogo,ut quod soletis faciatis. Oretis pro nobis ut uideat deus humilitatem nostrā & laborem nostrū,& dimittat omnia peccata nostra. Colloqui aūt uobiscū talia cupio, si dignemini litteris,qualia colloqui possemus si corā uestris sensibus adessemus. Ecce illam quæstiunculā quam nuper proposueram,tanq; si præsens præsenti inter dulces loquelas oblitterē,planè Christiano intellectu & deuotione soluisti, sed nimis cursim & breuiter: posset quippe aliquāto diutius & uberius habitare gratia oris tui, si cū dixisses ita te illo quo felicius uteris loco perseuerare decreuisse, ut si quid de te aliud domino placuerit, eius uoluntatē præferas tuæ,idipsum aliquanto apertius explicares, quo nā modo uoluntatem dei quæ nostræ uoluntati præponenda est nouerimus, Vtrū tantū in ea re quam propterea præferre deberemus,quia & inuiti cogeremur. Ibi enim fit quidē quod uolumus. Sed ideo nos cogimur ut uelimus,quia ille uult cuius uoluntatis nec excellentiā fas est recusare, nec omnipotentiā licet euitare: sicut Petrū alter cinxit & tulit quò noluerat: ueruntamen quò nollet ijt, sed uolens mortem subijt. Asperrimum est,ibi ubi est potestas,nō mutare sententiā,quāuis aliud occurrat in quo potius appareat uolūtas dei ad mutandam sententiam nos uocātis, non qa nostra mala erat,sed in qua recte permaneret,nisi ab illo in alterā uocaremur. Neq; eē malū fuit Abrahæ nutrire & educare filiū,q; posset quantū in ipso esset usq; ad finē uitæ suæ: sed repēte iussus occidere,mutauit utiq; nō prius malā sententiā, sed quæ mala esset si potioribus mutata nō esset. Hinc quoque non dubito nihil aliud uideri tibi, sed plerūq;

non

non uoce de cœlo,non per prophetam,non per reuelationem, uel ſomnij uel exceſſu mentis,qui dicitur ecſtaſis,ſed rebus ipſis accidẽtibus, & ad aliud quàm ſtatueramus uocãtibus cogimur agnoſcere dei uoluntatẽ aliam quàm erat noſtra. Quod ſi proficiſci ſtatueremus, & aliquid oriretur quod conſulta de officio noſtro ueritas uetaret deſerere,aut decernentibus ibi manere, nunciaretur aliquid quod eadem ueritate cõſulta nos cõpelleret proficiſci, de hoc tertio genere cauſarum mutandæ ſententiæ,quid tibi uideatur peto mecum plenius & enodatius colloquaris. Sæpe nos quippe conturbat & difficile eſt nos aliquid quod magis faciendum erat omittere,dum illud mutare uolumus,in quo prius permanere ſtatueramus,nõ quidem malum,uerum iam ideo malum,quia id quod potius agendum eſt occurrens deſeritur. Quod ſi non occurreret,non ſolum ſine uituperatione ſed etiam cum laude, in illo priore perduraretur,Hic nonfalli difficile eſt, hic omnino uox prophetica prævalet, Pſal.18. Delicta quis intelligit,Hinc oro participem me facias cogitationum tuarũ, quid in talibus uel facere ſoleas uel faciendum eſſe reperias.

Auguſtinus Maximo medico,recens ad eccleſiam catholicam conuerſo, hortans illum ut ſtudeat & alios eodem adducere,præſertim quum nonnullos in errorem adduxiſſet autoritate ſua,Inſtruens illum aduerſus eos,qui de triũ perſonarũ eadem eſſentia impie diſputant. Epiſtola LXVI.

DOMINO eximio meritoq; honorabili & religioſo fratri Maximo,Alipius & Auguſtinus in domino ſalutem. Cum à ſancto fratre & coëpiſcopo noſtro Peregrino de tua tuorũq; non corporali ſed ſpiritali ſalute præcipue quæreremus,de tua quidem lætos,de tuorum uero triſtes nos eius reſpõſa fecerũt, quod non ſunt eccleſiæ catholicæ ſalubri correctione ſociati. Et quia id cito futurum ſperabamus, adhuc non eſſe factum dolemus, domine eximie meritoq; honorabilis & religioſe frater. Proinde charitatem tuam in domini pace ſalutantes, & præcipimus & rogamus, ut eos quod didiciſti docere non differas,unum ſcilicet deum eſſe ſolum cui ſeruitus illa debetur, quæ latria Græco uocabulo nuncupatur. Ipſum enim uerbum eſt in lege ubi ſcriMatth.4. ptum eſt:Dominũ deum tuũ adorabis,& illi ſoli ſeruies:quem ſi deum patrem tãtum modo dixerimus,reſpõdebitur nobis, ergo latria filio nõ debetur,quod nefas eſt dicere. Si autem debetur, quomodo ergo uni tantũ debetur deo,ſi & patri & filio debet,niſi quia unus cui per latriam ſeruire iuſſi ſumus, ita dicitur ſolus ut & pater intelligatur & filius,imò ue1. Corinth.6. ro etiã ſpirituſſanctus.De illo quippe dicit apoſtolus:Neſcitis quia corpora ueſtra templũ ſunt in uobis ſpirituſſancti quem habetis à deo & nõ eſtis ueſtri. Empti enim eſtis magno precio,glorificate deum & portate in corpore ueſtro. Quem deum niſi ſpiritum ſanctũ,cuius corpora noſtra dixerat eſſe templum? Debetur ergo latria ſpirituiſancto.Nam ſi templum facere,ſicut Salomon fecit de lignis & lapidibus iuberemur,utiq; faciendo templũ latriam exhibere cõuinceremur,quãto magis latriã debemus cui nõ templum facimus ſed ſumus? Ac per hoc ſi patri & filio & ſpirituiſancto latria debet & exhibetur à nobis, de quæ dictũ eſt: Dominũ deũ tuũ adorabis & ſoli illi ſeruies, proculdubio dominus deus noſter cui ſoli per latriam ſeruire debemus nõ eſt pater ſolus, nec filius ſolus,nec ſolus ſpirituſſanctus, ſed ipſa trinitas unus deus ſolus,pater & filius & ſpirituſſanctus: non ut pater ſit ipſe qui filius,uel ſpirituſſanctus ipſe ſit aut pater aut filius, cum ſit in illa trinitate pater filij ſolius, & filius patris ſolius, ſpiritus autem ſanctus & patris & filij ſit ſpiritus: ſed propter unam eandemq; naturam atque inſeparabilem uitam, ipſa trinitas quãtum ab homine poteſt fide præcedente intelligitur unus dominus deus noſter, de quo dictum eſt: DomiRom.11. num deum tuum adorabis & illi ſoli ſeruies,& quem prædicat Apoſtolus.Ait enim:Quoniam ex ipſo & in ipſo & per ipſum ſunt omnia,ipſi gloria in ſecula ſeculorum amen.Non enim ſic ex deo patre unigenitus filius,quemadmodum ex illo eſt uniuerſa creatura quam ex nihilo creauit. Hunc quippe de ſua ſubſtantia genuit non ex nihilo fecit: nec eum ex tempore genuit, per quem cuncta tempora condidit. Quoniam ſicut flamma ſplendorem

A tem quem gignit,tempore non præcedit,ita pater nunc̄ꝫ ſine filio fuit. Ipſe eſt quippe ſapi/
entia,de qua ſcriptum eſt:Splendor eſt enim lucis æternæ.Luci ergo cuius candor eſt, id eſt *Sap.4*
deo patri ſine dubio coæterna eſt.Et ideo nō ſicut in principio fecit deus cœlū & terram, ita
in principio fecit uerbum,ſed in principio erat uerbum.Spiritus quoqꝫ ſanctus nō ſicut cre/
atura ex nihilo eſt factus.Hæc trinitas unius eſt eiuſdemqꝫ naturæ atqꝫ ſubſtantiæ,non mi
nor in ſingulis quàm in omnibus,nec maior in omnibus c̄ꝫ in ſingulis,ſed tanta in ſolo pa/
tre uel in ſolo filio,quanta in patre ſimul & filio,& tanta in ſolo ſpiritu ſancto, quanta ſimul
in patre & filio & ſpiritu ſancto. Neqꝫ enim pater ut haberet filiū de ſeipſo, minuit ſeipſum,
ſed ita genuit de ſe alterū ſe, ut totus maneret in ſe,& eſſet in filio tantus quātus & ſolus.Si/
militer & ſpiritus ſanctus integer de integro, non præcedit unde procedit, ſed tantus cū illo
quantus ex illo,nec minuit eum procedendo nec auget hærendo.Et hæc omnia nec confuſe *Commode ac*
unum ſunt,nec diſtincte tria ſunt,ſed cum ſint unum tria ſunt,& cum ſint tria unū ſunt.Pro *cipe,tria unū*
inde qui tam multis cordibus fidelium ſuorū donauit ut eſſent cor unum,quātomagis con/ *quum tres*
ſeruat in ſeipſo ut ſint hæc tria, & ſingula deus, & ſimul omnia non tres diꝰ ſed unus deus. *ſint unum.*
Hic eſt unus dominus deus noſter, cui uniuerſa pietate ſeruitur,cui ſoli latria illa debetur:
qui cū in rebus quæ naſcuntur in tēpore ſua bonitate effecerit,ut ſuæ ſubſtantiæ prolē quæ/
libet res gignat,id eſt homo hominē,non alterius naturæ ſed eius cuius ipſe eſt, uide c̄ꝫ im/
pie dicat ipſe non genuiſſe id quod ipſe eſt.Hæc enim propinquitatis ſunt nomina non na
turæ,& ideo ad aliquid uel relatiue dicuntur,quæ aliquando eadem ſunt, aliquando diuer/
ſa.Eadē ſcilicet cū frater refertur ad fratrē,amicus ad amicū,uicinus ad uicinū, cognatus ad
cognatū, & ſi qua ſimilia,quæ infinitum eſt uelle omnia percurrerere. In his enim quod eſt
iſte ad illum,hoc eſt ille ad iſtū. Diuerſa ſunt autem,ſicut pater ad filium,filius ad patrē,ſo/
cer ad generū,gener ad ſocerū,dominus ad ſeruū,ſeruus ad dominū. Nō eſt quidē hoc iſte
ad illū,quod ille ad iſtum,ſed ambo tantum homines ſunt.Relatio diuerſa eſt non natura:
B quoniam ſi attendas quid ſit alter ad alterum,non eſt hoc ad illum iſte,quod ad iſtū ille:qa
iſte pater,ille filius,aut iſte ſocer,ille gener,aut iſte dominus, ille ſeruus. Si autem attendas
quid quiſqꝫ ſit,uel ad ſeipſum uel in ſe,hoc eſt & ille,quia ille homo eſt ſicut iſte. Vnde intel
ligit prudentia tua non ab eis rationabiliter dici quorum errore te dominus liberauit, ideo
dei patris & dei filij naturam eſſe diuerſam,quia iſte pater eſt,ille filius.Et deum patrem nō
genuiſſe id quod eſt ipſe,quia non genuit patrem filij ſui, quod eſt ad illum ipſe.Quis em̄
non uideat iſta uocabula non in ſeipſis demonſtrare naturas, ſed alterius ad alterum ſi/
gnificare perſonas? Tale eſt etiam illud quod ſimili loquuntur errore,Ideo filium alterius eſ
ſe naturæ,diuerſæqꝫ ſubſtantiæ,quia pater deus non eſt de altero deo,filius autem deus eſt
quidem ſed de patre deo:& hic enim non indicatur ſubſtantia ſed origo, id eſt non quid ſit
ſed unde ſit quiſqꝫ uel non ſit. Neqꝫ enim Abel & Adam ideo non unius naturæ atqꝫ ſub/
ſtantiæ fuerūt,quia iſte fuit homo de homine illo,ille de nullo. Si ergo utriusqꝫ natura quæ
ritur,homo Abel,homo Adam.Si autem origo,primus homo ex quo Abel, nullus homo
ex quo Adā.Itē in deo patre & deo filio,ſi utriusqꝫ natura quæratur,uterqꝫ deus,nec magis
magnus alter altero deus.Si autem origo,pater eſt deus de quo filius deus, de quo autem
pater,nullus eſt deus:fruſtra itaqꝫ ad hoc reſpondere conantes dicunt, ſed homo cum paſſi
one generat, deus autem ſine paſſione genuit filium. Hoc enim non ſolum ipſos nihil,ſed
nos adiuuat plurimum. Nam ſi temporalibus & paſſibilibus rebus deus tribuit, ut quod
ſunt hoc generent,quanto magis ipſe æternus & impaſſibilis, non aliud c̄ꝫ eſt ipſe genera/
uit unus unicum,ideo noſtra inenarrabili admiratione, quoniam ſine paſſione, & tanta ſe/
cum æqualitate,ut eum nec poteſtate præcederet nec ætate. Sed ideo totum quod habet,
quod poteſt,non tribuit ſibi ſed patri,quia nō eſt à ſeipſo ſed à patre,Æqualis eſt enim pa/
tri,ſed hoc quoque accepit à patre: nec ſic accepit unde eſſet æqualis,quaſi prius fuerit inæ/
qualis, ſed natus æqualis, ſicut ſemper natus, ita ſemper æqualis. Non utique inæqualem
genuit, & æqualitatem iam nato addidit:ſed gignendo eam dedit, quia æqualem non im/

parem

1. *senten. dis.* 16. *notandũ.*

parem genuit. Ideo in forma dei æqualem esse deo, non ei rapina fuerat sed natura, quoniã C
id nascendo sumpsit, non superbiendo præsumpsit. Propterea uero patrem dicit esse maiorem, quia seipsum exinaniuit, formam serui accipiens non amittens dei, propter quam formam serui, non tantum patre, uerũetiam seipso & spiritusancto minor factus est. Nec tantum hac excellentissima trinitate, sed etiam minoratus est paulominus ab angelis, hominibus quoq; minor fuit, quando parentibus subditus fuit. Propter hanc itaq; formam serui

Ioan. 14. Ioan. 10.

quam ueniente plenitudine temporis exinanitus accepit, dixit: pater maior me est. Propter illam formam uero quam nec exinanitus amisit, dixit, Ego & pater unum sumus, & homo scilicet factus, & permanens deus. Homo enim assumptus est à deo, non homine consumptus est deus. Ideo ualde rationabiliter & patre minor est homo Christus, & patri æqualis est idemipse deus Christus. Cum igitur huic rectæ atq; catholicæ fidei præsentibus nobis cum magna exultatione populi dei consociatum te esse gaudeamus, quare adhuc de tuorũ segnitia tristes sumus? obsecramus te per misericordiam dei, ut ipso adiuuante auferas istũ mœrorem de cordibus nostris. Neq; enim credendum est autoritatem tuam ad peruersitatem tuorum plurimum ualere potuisse, & ad correctionem nihil ualere posse. An forte contemnunt te, quia in ecclesiæ catholicæ participationem hac ætate uenisti, cum te amplius debeant admirari atq; uenerari, quia uetustissimum errorem senili quadam iuuentute uicisti. Absit ut ipsi resistant tibi uera dicenti, cui consenserant à ueritate deuianti. Absit ut nolint te cum recta sentire, cum quo eos delectauit errare, tu tantum ora pro eis & insta eis. Immo uero adduc eos ad domum dei tecum, qui in domo tua sunt tecum: uel te non pigeat in domum dei cum illis uenire, qui in domum tuam soliti fuerant conuenire, præsertim cũ catholica mater aliquos à te petit, aliquos repetit. Petit eos quos apud te inuenit, repetit eos quos per te perdidit. Non excrucietur damnis, sed potius lætetur lucris. Acquirat filios quos non habuit, nõ plangat quos habuit. Oramus ad deum ut facias quod hortamur, & speramus de misericordia eius, quod litteris sancti fratris & coepiscopi nostri Peregrini, & rescriptis dilectionis tuæ, cito de hac re gaudio replebitur cor nostrum, & lingua nostra exultatione. D

Augustinus Alipio seni, de Gabiniano miraculis conuerso ad Christianismum. Epistola. LXVII.

AVGVSTINVS Alipio seni. Frater Paulus hic est incolumis, apportat negociorum suorum secũdas curas, præstabit dominus ut etiam ipsæ ultimæ sint: multum nos salutat & narrat gaudia de Gabiniano, quod ab illa sua causa, misericordia dei liberatus, non solum Christianus sed etiam fidelis sit ualde bonus, per pascha proxime baptizatus, in corde atq; in ore habẽs gratiam quam percepit. Quantum eum desiderem quando explicabo? Sed nosti ut eum diligam. Architheater etiam Dioscorus Christianus fidelis est simul gratiam consecutus. Audi etiam quemadmodum, neq; enim ceruicula illa uel lingua nisi aliquo prodigio domaretur: filia eius in qua unica acquiescebat ægrotabat, & usq; ad totam desperationem salutis temporalis, eodẽ ipso patre renunciante peruenit. Dicitur ergo & constat, cum mihi hoc & ante fratris Pauli reditum, comes Peregrinus uir laudabilis & bene Christianus, qui cum eis eodem tempore baptizatus est, indicarit, Dicitur ergo ille senex tandem conuersus ad implorandã Christi misericordiam, uoto se obligasse Christianum fore si illam saluam uideret. Factum est. At ille quod uouerat, dissimulabat exoluere, sed adhuc manus excelsa. Nam repentina cæcitate suffunditur, statimq; uenit in mentem unde illud esset: exclamauit confitens, atq; iterũ uouit, se recepto lumine impleturum esse quod uouerat. Recepit, impleuit, & adhuc manus excelsa: Symbolum non tenuerat, aut fortasse tenere recusauerat & se non potuisse excusauerat, deus uiderat. Iam tum post festa omnia receptionis suæ in paralysim soluitur multis ac pene omnibus membris. Tunc somno admonitus confitetur per scripturam, ob hoc sibi dictum esse accidisse, quod symbolum non reddiderit. Post illam confessionem redduntur officia omnium membrorum nisi linguæ solius: se tamen didicisse symbolũ, ideoq; memor

A memoria iam tenere nihilominus in eadem tentatione litteris fassus est: omnis est ab eo deleta nugacitas, quæ ut scis multũ decolorabat naturalem quandam eius benignitatem, cumq; insultantem Christianis faciebat ualde sacrilegum. Quid dicam, nisi domino hymnum canamus & superexaltemus eum in secula?

Clerici Hippone catholici Ianuario primæ sedis episcopo, partis Donatianæ, De immanitate Circumcellionum aduersus catholicos. Stilus est Augustini, quanquam communi clericorum nomine scripta est epistola. • Epistola LXVIII.

IANVARIO Clerici catholici regionis Hipponensium. Clerici & Circumcellio/nes uestri noui generis & inauditæ crudelitatis persecutione in nos sæuiunt. Qui si malum pro malo redderent, etiam sic cõtra legem facerent Christi, Nunc uero consideratis omnibus factis nostris & uestris, inuenimur hoc pati quod scriptum est, Retribuebant mihi mala pro bonis. Et in alio psalmo, Cum his qui oderant pacem eram pacifi- *P sal. 34. psal. 119.*
cus, cum loquebar debellabant me gratis. Nam cum sis in tam grandi constitutus ætate, arbitramur te optime nosse, quod pars Donati quæ primo apud Carthaginem pars Maiorini dicebatur, ultro accusauit Cæcilianum tũc episcopum ecclesiæ Carthaginẽsis, apud imperatorem illum antiquum Cõstantinum. Sed ne forte aut oblita hoc sit grauitas tua, aut te nosse dissimules, aut etiam, quod nõ putamus, forsitan nescias, exemplum relationis tũc Anulini proconsulis, quem pars Maiorini tunc interpellauit, ut ea crimina quæ obijciebat Cæciliano ad memoratum imperatorem ab eodem proconsule mitterentur, his nostris litteris inseruimus. Anulinus tunc proconsul Africæ. Scripta cœlestia maiestatis *Exemplum epistolæ.*
uestræ, accepta atq; adornata, Cæciliano & his qui sub eodẽ agunt quiq; clerici appellantur, deuotio paruitatis meæ insinuare curauit, eosdemq; hortata est, ut unitate consensu omnium facta, cum omni omnino munere indulgentiæ maiestatis uestræ liberati esse uideantur catholici, custodita sanctitate legis debitæ reuerentiæ ac diuinis rebus inseruiant. Ve-
B rum post paucos dies extiterunt quidam adunata secum populi multitudine, qui Cæciliano contradicendum putarent, quiq; fasciculum in aluta insignatum obtulerunt dicationi nostræ, atq; impendio postularunt, ut ad sacrum & uenerabilem comitatum nominis uestri dirigerem, quæ manente Cæciliano in statu suo, subiectis eorundem actis, quæ cuncta maiestas uestra possit dinoscere, paruitas mea dirigere curauit. Transmissi libelli duo, *Hactenus uidetur exemplum epistolæ*
unus in aluta subscriptus ita, Libellus ecclesiæ catholicæ criminum Cæciliani traditus à parte Maiorini. Item alius sine sigillo cohærẽs eidem alutæ, datus die. XVII. Kal. Maias Carthagine, domino nostro Cõstantino Augusto * tertius. Post hãc relationem ad se missam *Suspicor fuisse scriptum, tertium cons. ut subnotarint annum.*
iussit imperator uenire partes ad episcopale iudicium in urbe Roma faciendum, ubi quem admodum causa dicta atq; finita sit, & Cæcilianus innocens iudicatus sit, indicant gesta ecclesiastica. Iam uticq; post pacificum moderamen iudicij episcopalis, omnis contentionis & animositatis pertinacia debebat extingui. Sed rursus maiores uestri ad imperatorem redierunt, & non recte iudicatam neq; omnem causam auditam esse conquesti sunt. Vnde ille alterum episcopale iudicium dedit habendum in Arelatensi Galliæ ciuitate, ubi multi uestri uana & diabolica dissensione damnata, cum Cæciliano in concordiam redierunt. Alij uero pertinacissimi & litigiosissimi ad eundem imperatorem appellauerunt, postea & ipse coactus episcopalem causam inter partes cognitam terminauit, & prius cõtra uestram partem legem constituit, ut loca congregationum uestrarum fisco uendicarentur, quarum omnium rerum documenta, si uellemus inserere, nimium longas litteras faceremus. Illud tamen nullo modo prætermittendum est, quomodo Felicis Aptungensis, quem fontem malorum in concilio Carthaginensi, ab Secũdo Tigisitano primate patres uestri fuisse dixerunt, urgentibus apud imperatorem uestris, publico iudicio causa discussa atq; finita sit. Nam memoratus imperator, in hac ipsa causa uestros apud se accusatores & assiduos interpellatores, litteris suis fuisse testatur, quarum exemplum infra scripsimus. Imperato- *Exemplũ epistolæ*
res Cæsares Flauij, Constantinus Maximus, & Valerianus Licinius, ad Probianum pro-

consulem Africæ. Helianus prædeceſſor tuꝰ, merito dũ uir pfectiſſimus, uerus uicarius præ C
fectorum tunc per Africam ueſtram, incommoda ualetudine teneretur, eiuſdem partibus
functus, inter cætera etiam id negocium uel inuidiam, quæ de Cæciliano epiſcopo eccleſiæ
catholicæ uidetur eſſe commota, ad examen ſuum atq; iuſſionem credidit eſſe reuocádam.
Etenim cum iam Superium centurionem & Cæcilianum magiſtratum Aptunginorũ &
Saturnium excuratorem & Calibium iuniorem eiuſdem ciuitatis curatorem, atq; ſolũ ſer/
uum publicũ ſupraſcriptæ ciuitatis, præſentes eſſe feciſſet, audientiam præbuit competen/
tem, adeo ut cũ Cæciliano fuiſſet obiectũ, quod à Felice eidẽ epiſcopatus uideretur eſſe de/
latus, cui diuinarum ſcripturarum proditio atq; exuſtio uideretur obiecta, innocentem de
eo Felicem fuiſſe conſtiterit. Deniq; cum Maximus Vigentium decurionem Ziquenſium
ciuitatis, epiſtolam Cæciliani ex diuino iure falſaſſe contenderet, eundem ipſum Vigentiũ
ſuſpenſum actis quæ ſuberant peruidimus, & ideo minime certum quod ſe decurionem
Ziquenſium aſſeuerauerit. Vnde uolumus ut eundem ipſum Vigentium ſub idonea pro
ſecutione ad comitatum meum Conſtantini auguſti mittas, ut illis qui impræſentiarum
agunt, atq; diurnis diebus interpellare non deſinunt, audientibus & coram aſſiſtẽtibus ap
parere & intimari poſſit, fruſtra eos Cæciliano epiſcopo inuidiam comparare, atq; aduer/
ſus eum uiolenter inſurgere uoluiſſe. Ita enim fiet ut omiſſis ſicut oportet eiuſmodi conten
tionibus, populus ſine diſſenſione aliqua religioni propriæ cum debita ueneratione deſer/
Hactenus epiſtola. uiat. Hæc cũ uideas ita ſe habere, quid eſt quod nobis de imperatorum iuſſionibus, quæ
contra uos conſtituuntur inuidiam concitatis, cum hoc totum uos potius antea feceritis?
Si nihil debent in his cauſis imperatores iubere, ſi ad imperatores Chriſtianos hæc cura
pertinere non debet, quis urgebat maiores ueſtros cauſam Cæciliani ad imperatorem per
proconſulem mittere, & epiſcopum contra quem abſentem iam ſentẽtiam quoquo modo
dixeratis, iterum apud imperatorem accuſare, quo innocente pronunciato, ordinatori eius
Felici alias apud eundem imperatorem calumnias machinari: & nunc quid aliud cꝫ ipſius D
maioris Conſtantini iudicium contra ueſtram partem uiuit, quod maiores ueſtri elegerũt,
quod aſſiduis interpellationibus extorſerũt, quod epiſcopali iudicio prætulerunt, Si diſpli
cent imperialia iudicia, qui primitus imperatores ad ea uobis excitanda coëgerunt? Sic
enim modo contra catholicam clamatis in his quæ cõtra uos ab imperatoribus decernun/
tur, quemadmodum ſi uellent aduerſus Danielem clamare, qui liberato illo, eiſdem leoni/
bus conſumendi miſſi ſunt, à quibus ipſum primitus conſumi uoluerunt. Scriptum eſt e/
Prouer. 19 nim, Nihil intereſt inter minas regis & iram leonis. Danielem calumnioſi inimici in lacum
leonum mitti coëgerunt: uicit innocentia eius illorum maliciam: illæſus inde leuatus eſt, ipſi
illuc miſſi perierunt. Similiter maiores ueſtri Cæcilianum & eius ſocietatem, regiæ iræ con/
ſumendam obiecerunt, cuius innocentia liberata, ab eiſdem regibus eadem uos patimini,
Eccĩ. 27. quæ illos ueſtri pati uoluerunt: quoniam ſcriptum eſt, Qui parat proximo foueam, ipſe in/
cidet in eam. De nobis ergo quod queramini nõ habetis, & tamen eccleſiæ catholicæ man/
ſuetudo, etiam ab his imperatorum iuſſionibus omnino conquieuerat, niſi ueſtri clerici &
circumcelliones, per ſuas immaniſſimas improbitates furioſaſq; uiolẽtias quietem noſtrã
perturbantes atq; uaſtantes, hæc in uos recoli & moneri coëgiſſent. Nam priuſquam recen
tiores leges iſtæ, de quibus modo querimini, ueniſſent in Africam, inſidias in itineribus no
ſtris epiſcopis tetenderunt, conclericos noſtros plagis immaniſſimis quaſſauerunt, laicis
quoque & plagas grauiſſimas inflixerunt, & intulerunt eorum ædificijs incendia. Preſ/
byterum etiam quendam, quia propria libera uoluntate unitatem noſtræ communio/
nis elegit, de domo ſua raptum, & pro arbitrio immaniter cæſum, in gurgite etiam cœnoſo
Burda. uolutatum, burda ueſtitum, cum quibuſdam dolendum, quibuſdam ridendum in pompa
ſui facinoris oſtentaſſent, abductum inde quò uoluerunt, uix poſt dies duodecim dimiſe/
runt. Vnde conuentus municipalibus geſtis à noſtro epiſcopo Proculianus, cum ab inqui/
renda cauſa diſſimulaſſet, & iterum continuo conuẽtus eſſet, nihil ſe dicturum amplius ge/

ſtis

A ſtis expreſſit. Et hodie illi qui hoc fecerunt, presbyteri uestri sunt, adhuc nos insuper terri/
tantes, & sicut potuerunt persequentes. Nec tamen de his iniurijs & persecutionibus, quas
ecclesia catholica in regione nostra tunc pertulit, imperatoribus conquestus est episcopus
noster. Sed facto concilio placuit ut pacifice conueniremini, quo, si fieri posset, haberetis in
ter nos collationem, & errore sublato, fraterna charitas pacis in uinculo lætaretur. Et in ipsa
conuentione quid Proculianus primo responderit quod concilium facturi essetis, & aliâs
& illic uisuri quid respondere deberetis, Deinde quid postea cum propter suam promissio/
nem denuo contentus esset, actis expresserit, recusans pacificam collationem, ipsa gesta in/
struant grauitatem tuam. Deinde cum uestrorum clericorum & circumcellionum notissi/
ma omnibus non cessaret immanitas, dicta causa est, cum Crispinus iudicatus hæreticus, *Pœna pecu/niaria in hæ reticos.*
nec pœna decem librarum auri quæ in hæreticos ab imperatoribus fuerat constituta per
manſuetudinem catholicam ferirí permissus est, & tamen ad imperatores appellandum
putauit. Cuius appellationi quod ita responsum est, nónne uestrorum præcedens impro/
bitas, & eadem ipsius appellatio extorsit ut fieret: nec tamen etiam post ipsum rescriptum,
intercedentibus apud imperatorem nostris episcopis, eadem auri condemnatione mulcta/
tus est. Ex concilio autem nostri episcopi legatos ad comitatum miserunt, qui impetrarent,
ut non omnes episcopi & clerici partis uestræ ad eandem condemnationem decem libra/
rum auri, quæ in omnes hæreticos constituta est tenerentur, sed hi soli in quorum locis ali/
quas à uestris uiolẽtias ecclesia catholica pateretur. Sed cum legati Romam uenerunt, iam
cicatrices episcopi catholici Vagitani horrendæ ac recentissimæ imperatorem commoue/
rant, ut leges tales mitterentur, quales & missæ sunt. Quibus in Africam uenientibus, cum
utiq; non ad malum sed ad bonum cœpisſetis urgeri, quid facere debebatis nisi & uos mit/
tere ad episcopos nostros, ut quomodo uos ipsi conuenerant, sic conuenirentur à uobis, &
potius collatione ueritas appareret? Non solum autem non feciſtis, sed peiora mala no/
B bis uestri nunc faciunt, non tantum nos fustibus quassant ferroq; concidunt, uerumetiam
in oculos extinguendos, calcem mixto aceto incredibili excogitatione sceleris mittunt. Do/ *Mira crudeli/tas circumcel/lionum.*
mus insuper nostras compilantes, arma sibi ingentia & terribilia fabricarunt, quibus ar/
mati per diuersa discurrunt comminantes atq; anhelantes cædes, rapinas, incendia, cæcita/
tes. Quibus rebus compulsi sumus tibi primitus conqueri. Consideret grauitas tua quàm
multi uestrum, immo uos omnes qui uos pati dicitis persecutionem, sub ipsis quasi terribi/
libus imperatorum catholicorum legibus, in possessionibus uestris & alienis securi sedea/
tis, & nos à uestris tam inaudita mala patiamur. Vos dicitis pati persecutionem, & nos ab
armatis uestris fustibus & ferro concidimur. Vos dicitis pati persecutionem, & nostræ do/
mus ab armatis uestris compilando uastantur. Vos dicitis pati persecutionem, & nostri
oculi ab armatis uestris calce & aceto extinguuntur. Insuper etiam si quas mortes sibi ultro
ingerunt, nobis uolunt esse inuidiosas, uobis glorioſas. Quod nobis faciunt sibi non impu
tant, & quod sibi faciunt nobis imputant. Viuunt ut latrones, moriuntur ut circumcellio/
nes, honorantur ut martyres: & tamen nec latrones aliquando audiuimus eos quos depræ
dati sunt excæcasse. Occisos auferunt luci, uiuis auferunt lucem. Nos interim si quando ue/
stros tenemus, cum magna dilectione seruamus illæsos, loquimur illis, & legimus omnia
quibus error ipse conuincitur, qui fratres à fratribus separat, facimus quod dominus per
Esaiam prophetam præcepit dicens: Audite qui pauetis uerbum domini, dicite fratres no
stri estis his qui uos oderunt, & qui uos execrantur, ut nomen domini honorificetur &
appareat illis in iocunditate, ipsi autem erubescant. Ac sic aliquos eorum considerantes eui
dentiam ueritatis & pulchritudinem pacis, non baptismo quem iam sicut regalem chara/
cterem tanquam desertores acceperant, sed fidei quæ illis defuit, & spiritussancti charitati
& Christi corpori sociamus. Scriptum est enim: Fide mundans corda eorum, Itemq; scri/ *Acto. 15*
ptum est: Charitas cooperit multitudinem peccatorum. Si autem uel nimia duricia, uel pu *1. petri. 4*
dore non ferentes eorum insultationem, cum quibus contra nos tam multa falsa iacta/

bant,& tam multa mala excogitabant,uel magis timore,ne qualia nobis antea faciebant, C
talia nobiſcum iam patiantur,unitati Chriſti conſentire noluerunt, ſicut illæſi retenti ſunt,
ſic à nobis dimittuntur illæſi: hoc quantum poſſumus monemus etiam laicos noſtros ut
eos illæſos teneant,& nobis corripiendos inſtruẽdosq; perducant. Sed aliqui nos audiunt,
& ſi poſſunt faciunt. Alij cum illis quemadmodum cum latronibus agunt, quia eos reue/
ra tales patiuntur. Aliqui ictus eorũ ſuis corporibus imminentes feriendo repellunt,ne ab
eis ante feriantur. Aliqui apprehenſos iudicibus offerunt, nec nobis intercedentibus eis
parcunt,dum ab eis pati mala immania pertimeſcunt. In quibus omnibus illi non depo/
nunt facta latronum, & honorem ſibi exigunt martyrum. Hoc eſt ergo deſiderium no/
ſtrum,quod tuæ grauitati per has litteras & per fratres quos miſimus allegamus. Primum
ſi fieri poteſt ut cum epiſcopis noſtris pacifice conferatis, ut in quibus fuerit inuentus, non
homines ſed error ipſe tollatur,ut homines non puniantur ſed corrigantur, ut uos modo
conueniatis,quia eorum conuentionem antea contempſiſtis. Quanto melius enim hoc in/
ter uos facitis,ut quod egeritis conſcriptum & ſubſcriptum imperatori mittatis, quàm ut
hæc apud terrenas poteſtates fiant,quæ non poſſunt niſi iam datis contra uos legibus ſæ/
Venit audiri ut audiatur uire? Veſtri enim collegæ qui nauigauerant apud præfectos dixerunt ſe audiri ueniſſe. Et
nominauerunt ſanctum patrem noſtrum catholicum epiſcopum Valentinum,qui tunc in
comitatu erat,dicentes cum illo ſe uelle audiri: quod eis non poterat iudex concedere, qui
Imperator ſupra leges, ſed non extra. iam ſecundum leges quæ contra uos conſtitutæ ſunt iudicabat: nec ille epiſcopus ita uene
rat, aut aliquod tale mandatum à ſuis epiſcopis acceperat. Quanto ergo melius ipſe impe
rator,qui non eſt eiſdem legibus ſubditus,& qui habet in poteſtate alias leges ferre,cum ei
collatio ueſtra fuerit recitata,de tota ipſa cauſa poterit iudicare, quamuis iam olim dicta
fuerit terminata? Sed ideo nos conferre uolumus,ut eis qui neſciunt iam finita monſtre/
tur. Quod ſi hoc facere ueſtri epiſcopi uoluerint,quid inde perditis,& non potius acquiri/
tis,quia uoluntas ueſtra innoteſcit,ne diffidentia merito reprehendatur? An forte putatis D
non licere fieri,cum non uos lateat,quod dominus Chriſtus etiam cum diabolo de lege lo/
cutus eſt? Quod cum Paulo non ſolum Iudæi,ſed etiam de hæreſi ſtoicorum & epicureo
rum philoſophi gentium contulerunt? An forte iſtæ leges imperatoris, uos non permit/
tunt noſtros epiſcopos conuenire? Ecce interim epiſcopos noſtros qui ſunt in regione Hip
ponenſi, ubi à ueſtris tanta mala patimur conuenire. Quanto enim licentius & liberius ad
nos,per ueſtros ueſtra ſcripta quàm eorum arma perueniunt? Poſtremo per iſtos ipſos
fratres noſtros quos ad uos miſimus talia reſcribite. Si autem & hoc nõ uultis, ſaltem cum
ueſtris à quibus talia patimur nos audite. Oſtendite nobis ueritatem pro qua uos pati di/
citis perſecutionem,cum patiamur nos ueſtrorum tantam crudelitatem. Si enim nos eſſe in
errore conuiceritis,forte conceditis nobis ut non rebaptizemur à uobis,iuſtum exiſtiman/
tes,ut nobis hoc præſtetis,qui baptizati ſumus ab eis quos nullo iudicio damnaſtis,quod
præſtitiſtis eis,quos Felicianus Muſticanus, & Prætextatus Aſſuritanus per tam longum
tempus baptizauerant,quando eos per iudicum iuſſa de Baſilicis pellere conabamini,quia
Maximiano communicabant, cum quo à uobis in concilio Bagaitano expreſſe nomina/
timq; damnati ſunt. Quæ omnia geſtis iudicialibus & municipalibus demonſtramus, ubi
& ipſum concilium ueſtrum allegaſtis,dum uultis iudicibus oſtendere, quod ſchiſmaticos
ueſtros de Baſilicis pelleretis. Et tamen qui ab ipſo ſemine Abraæ,in quo omnes gentes be
nedicuntur ſchiſma feciſtis,de Baſilicis pelli non uultis,non per iudices ſicut ſchiſmaticis uc/
ſtris uos feciſtis,ſed per ipſos reges terræ qui completa prophetia Chriſtum adorãt, apud
quos Cæcilianum accuſantes uicti receſſiſtis. Si aũt nec audire nec docere nos uultis,uenite
aut mittite nobiſcum in regionem Hipponenſium, qui uideant armatum exercitum ue/
ſtrum,quamuis nullus miles numero armorum ſuorum calcem & acetum addidit ad ocu/
los barbarorum. Si neq; hoc uultis, ſaltem ſcribite ad illos,ut iam iſta non faciant, ut iam
ſe à cædibus noſtris,à rapinis,ab excæcatione compeſcant. Nolumus dicere,damnate illos:

Vos

A Vos enim uideritis quomodo uos non inquinent,quos modo oſtendimus in ueſtra com
munione latrones,& nos inquinent quos nunquam potuiſtis oſtendere traditores. Ex his
omnibus eligite quod uolueritis. Si autem querelas noſtras contempſeritis, nos minime
pœnitebit ordine pacifico agere uoluiſſe. Aderit dominus eccleſiæ ſuæ,ut uos potius hu/
militatem noſtram contempſiſſe pœniteat.

Auguſtinus Reſtituto,quatenus mali tolerandi in eccleſia Epiſtola. LXIX.

DOMINO deſiderantiſſimo & honorifica ſynceritate chariſſimo fratri & diaco
no Reſtituto, Auguſtinus in domino ſalutem. Æſtus indicantes piam
flammam cordis tui, indicauit mihi fideliſſimus ut ſis particeps eorum frater
Deo gratias. Lege itaq; Tychonium quem bene noſti,nō quidem omnia pro
baturus, Nam quæ in illo cauenda ſint,bene noſti. Hanc tamen quæſtionem quomodo in
eccleſia dei ſi qua forte peruerſa uel etiam ſcelerata corrigere aut extinguere non ualemus,
ſaluo unitatis uinculo toleranda ſint,ſtrenue uidetur mihi tractauiſſe atq; ſoluiſſe: quan/
quam in eius litteris tantummodo intentione correcta, ad ipſos diuinarum ſcripturarum
fontes recurrere nos oportet, ut ibi uideamus quàm plurima de hac re teſtimonia ſenten/
tiarum,uel exempla geſtorum,& quoniam nemo poſſit omnia ponere, niſi qui penè om/
nes ſanctorum librorum paginas in ſua ſcripta tranſferre uoluerit. Ita propè nulla eſt,quæ
nos non admoneat intus in ipſa ſocietate ſacramentorum, quibus imbuimur ad uitam æ/
ternam,cum his qui oderunt pacem eſſe debere pacificos,donec ingemiſcendo noſtra lon/
ginqua peregrinatio tranſeat, atq; in uirtute Hieruſalem matris æternæ ſecuriſſima pace
perfruamur,& in turribus eius abundantia uerorum fratrum, quorum nunc inter multos
falſos gemimus paucitatem. Quæ eſt autem uirtus illius ciuitatis, niſi deus eius deus no/
ſter. Vides igitur in quo ſolo fiat pax, & ſingulis hominibus qui ſecum ſine illo bellum ge/
runt,& in nullo extrinſecus oborto ſcandalo, omnibus ſimul, qui quanquam in hac ſe ui/
B ta diligant & amicitiæ fidæ nexibus teneantur,tamen nec præſentia corporis nec confeſſio
ne animi ſumme perfecteq; copulantur. Confortetur cor tuum in domino, memor noſtri.

Auguſtinus Bonifacio Comiti,qui concepto prius uoto monachiſmi,poſt ex ipſius con
ſilio ſuſcepit comitis poteſtatem,ac duxit uxorem, præter ipſius conſilium, Multisq; bellis
feliciter geſtis,in multis peccauit. Hunc litteris ſecretis hortatur ad uetus propoſitum, ſi per
uxorem liceat,ſi non liceat,poteſtate mundana utatur in bonum non malum. Epiſt. LXX

DOMINO filio in præſenti & in æterna ſalute dei miſericordia protegendo & re
gendo Bonifacio, Auguſtinus. Fideliorem hominem & qui faciliores haberet
acceſſus ad aures tuas ferens litteras meas nunquam potui reperire, quàm nūc
obtulit dominus ſeruum & miniſtrum Chriſti,diaconum Paulum, ambobus
nobis chariſſimum: ut aliquid tibi loquerer,non pro potentia tua & honore quem geris in
iſto ſeculo maligno,nec pro incolumitate carnis tuæ corruptibilis atq; mortalis,quia & ipa
tranſitoria eſt,& quandiu ſit ſemper incertum eſt, ſed pro illa ſalute quam nobis promiſit
Chriſtus: qui propterea hic exhonoratus atq; crucifixus eſt, ut doceret nos bona huius ſe/ ἠτιμάσθη
culi magis contemnere quàm diligere,& hoc amare & ſperare ab illo, quod in ſua reſurre/
ctione monſtrauit. Reſurrexit enim à mortuis, iam nec moriturus,& mors ei ultra non Rom. 6
dominabitur. Scio non deeſſe homines, qui te ſecundum uitam mundi huius diligunt, &
ſecundum ipſam tibi dant conſilia,aliquando utilia,aliquādo inutilia, quia homines ſunt,
& ſicut poſſunt ad præſens ſapiunt,neſcientes quid contingat ſequenti die. Secundum au/
tem deum ne pereat anima tua,non facile tibi quiſquam conſulit, non quia deſunt qui hoc
faciant, ſed quia difficile eſt inuenire quādo tecum iſta poſſint loqui. Nam & ego ſemp de
ſideraui,& nūquam inueni locum uel tempus,ut agerem tecum, quod me agere oportebat
cum homine quem multum diligo in Chriſto. Scis autem qualem me apud Hipponem
uideris,quando ad me uenire dignatus es,quia uix loquebar imbecillitate corporis fatiga/
tus. Nunc ergo fili audi me, ſaltem per litteras tibi ſermocinantem, quas in periculis tuis

nunq̃ tibi mittere potui, periculum cogitans perlatoris, & cauẽs ne ad eos ad quos nollem C
mea epistola perueniret. Vnde peto ut ignoscas si me putas plus timuisse q̃ debui, tamen
dixi quod timui. Audi ergo me, immo dñm nostrum per ministeriũ infirmitatis meæ: Re-
cole qualis fueris adhuc in corpore constituta religiosæ memoriæ priore coniuge tua, & re-
centi eius obitu, quomodo tibi uanitas seculi huius horruerit, & quomodo concupieris ser-
17.q.2.nos uitutem dei. Nos nouimus, nos testes sumus quod nobiscum apud Tubunas de animo &
nouimus. uoluntate tua fueris collocutus. Soli tecum eramus ego & frater Alipius. Non enim existi-
mo tantum ualuisse terrenas curas quibus impletus es, ut hoc de memoria tua penitus de-
Monachi lere potuerint. Nempe omnes actus publicos quibus occupatus eras, relinquere cupiebas,
& te in ocium sanctum conferre, atq; in ea uita uiuere in qua serui dei monachi uiuunt. Vt
autem non faceres, quid te reuocauit, nisi quia considerasti ostendentibus nobis, quantum
prodesset Christi ecclesijs quod agebas, si ea sola intentiõe ageres, ut defensæ ab infestatio-
nibus barbarorum, quietam & tranquillã uitam agerẽt, sicut dicit apostolus, In omni pieta-
1. Tim.2. te & castitate. Tu aũt ex hoc mundo nihil quæreres, nisi ea q̃ necessaria essent huic uitæ su-
stentandæ tuæ ac tuorum, accinctus baltheo castissimæ continentiæ, & inter arma corpora-
lia spiritualibus armis tutius fortiusq; munitus. Cum ergo te esse in hoc proposito gaude-
remus, nauigasti, uxoremq; duxisti: sed nauigasse obedientiæ fuit, quã secundum aposto-
lum debebas sublimioribus potestatibus: uxorem autem nõ duxisses, nisi susceptam dese-
rens continentiam concupiscentia uictus esses: quod ego cum comperissem, fateor miratus
obstupui: dolorem autem meum ex aliqua parte cõsolabatur, quod audiui te illam ducere
Ariana noluisse, nisi prius catholica fuisset facta: & tamen hæresis eorum qui uerum filium dei ne-
hæresis gant tantũ præualuit in domo tua, ut ab ipsis filia tua baptizaretur. Iam uero si ad nos nõ
falsa perlata sunt, quæ utinam falsa sint, quod ab ipsis hæreticis quod etiã ancillæ à deo da-
tæ rebaptizatæ sint, quantis tantum malum plangendum est fontibus lachrymarũ: ipsam
quoq; uxorem non tibi suffecisse, sed concubinarum nescio quarum commixtione pollutũ D
loquuntur homines, & forsitan mentiuntur. Ista omnibus patent, tot & tanta mala, quæ te
posteaquam coniugatus es consecuta sunt. Quid ergo dicam? Christianus es, cor habes,
deum times, tu ipse considera quæ uolo dicere, & inuenies de quantis malis debeas agere
pœnitentiam, propter quam tibi credo dominum parcere, & à periculis omnibus liberare,
Eccĩ.5. ut agas eam sicut agenda est. Sed si illud audias quod scriptum est, Ne tardes conuerti ad
dominum, neq; differas de die in diem: Iustam quidem dicis habere causam cuius iudex
ego non sum: Sed qualiscunq; sit tua causa, de qua modo quærere uel disputare non opus
est, nunquid coram deo potes negare, quod in istam necessitatem non peruenisses, nisi bo-
na seculi huius dilexisses, quæ tanquam seruus dei, quem te ante noueramus, contemnere
omnino, & pro nihilo habere debuisti: & oblata quidem sumere ut eis utereris ad pieta-
tem, non autem negata uel delegata sic quærere, ut propter illa in istam necessitatem per-
ducereris: ubi cum amantur uana, perpetrantur mala, pauca quidem à te, sed multa pro-
pter te: & cum timentur quæ ad exiguum tempus nocent, si tamen nocent, committuntur
ea quæ uere in æternum noceant? De quibus ut unum aliquid dicam, quis non uideat,
quod multi homines tibi cohæreant ad tuendam tuam potentiam uel salutem, qui etiam
si tibi omnes fideles sint, nec aliquorum ullæ timeantur insidiæ, nempe tamen ad ea bo-
na quæ ipsi quoq; non secundum deum sed secundum seculum diligunt, per te cupiunt per-
uenire, ac per hoc qui refrenare & compescere debuisti cupiditates tuas, explere cogeris alie-
nas. Quod ut fiat, necesse est multa quæ deo displicent fiant, nec sic tamen explentur tales
cupiditates. Nam facilius resecantur, quàm in eis qui mundum diligunt aliquando sa-
1.Ioan.2. tiantur. Propter quod dicit diuina scriptura, Nolite diligere mundum, nec ea quæ in mun-
do sunt. Si quis dilexerit mundum, dilectio patris non est in eo, quia omne quod in mun-
do est, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum & ambitio seculi, quæ non est
à patre, sed ex mundo est. Et mundus transit & concupiscentia eius. Qui autem facit uolun-
tatem

A tatem dei manet in æternum. Quando ergo poteris tot hominum armatorum quorum fo
uenda est cupiditas, timetur atrocitas, Quando inquam poteris eorum concupiscentiam
qui diligunt mundum, non dico satiare, quod fieri nullo modo potest, sed aliqua ex parte
pascere, ne uniuersa plebs pereat, nisi tu facias quæ deus prohibet, & facientibus commi-
natur? Propter quod uides tam multa contrita, ut iam uile aliquid quod rapiatur uix in-
ueniatur. Quid autem dicam de uastatione Africæ, quam faciunt Afri barbari resisten-
te nullo, dum tu talis tuis necessitatibus occuparis, nec aliquid ordinas unde ista calamitas
auertatur? Qui autem crederet, quis timeret, Bonifacio domesticorum & Africæ comi-
te in Africa constituto cum tam magno exercitu & potestate, qui tribunus cum paucis fœ
deratis omnes ipsas gentes expugnando & terrendo pacauerat, nunc tantum fuisse bar-
baros ausuros, tantum progressuros, tanta uastaturos, tanta loca quæ plena populis fue-
rant deserta facturos? Qui nō dicebant quandocunq; tu comitiuam sumeres potestatem,
Afros barbaros, non solum domitos, sed etiam tributarios futuros Romanæ reipublicæ?
Et nunc quàm in contrarium uersa sit spes hominum uides, nec diutius hinc tecum loquen
dum est, quia plus ea tu potes cogitare quàm nos dicere. Sed forte ad ea respōdes, illis hoc
esse potius imputandum qui te læserunt, qui tuis officiosis uirtutibus nō paria, sed cōtraria
reddiderunt. Quas causas ego audire & iudicare non possum: tuā causam potius aspice &
inspice, quā nō cum hominibus quibuslibet, sed cum deo habere te cognoscis, quia in Chri-
sto fideliter uiuis, ipsum debes timere ne offendas. Nam causas ego superiores potius at-
tendo, quia ut Africa tāta mala patiat, suis debēt homines imputare peccatis. Veruntamē
nolim te ad eorum numerum pertinere, quos malos & iniquos deus flagellat pœnis tem-
poralibus quos uoluerit. Ipsis namq; iniquis si correcti non fuerint seruat æterna supplicia,
qui eorū malicia iuste utitur, ut alijs mala ingerat temporalia, Tu deū attende, Iesum Chri
stum considera, qui tanta bona præstitit, & tanta mala pertulit. Quicunq; ad eius regnū cu
B piunt pertinere, & cum illo ac sub illo semper beate uiuere, diligunt etiam inimicos suos, be Matth. 5
ne faciunt illis qui eos oderunt, & orant pro eis à quibus persecutionem patiūtur. Et si quan
do adhibent pro disciplina molestam seueritatem, non tamen amittunt synceriſſimam
charitatem. Si ergo tibi bona sunt præstita, quamuis terrena, transitoria ab imperio Ro-
mano, quia & ipsum terrenum est non cœleste, nec potest præstare nisi quod habet in po-
testate, Si ergo bona in te collata sunt, noli reddere mala pro bonis, Si autem mala tibi irro
gata sunt, noli reddere mala pro malis. Quid istorum duorum sit, nec discutere uolo, nec
ualeo iudicare, ego Christiano loquor: Noli reddere uel mala pro bonis, uel mala pro
malis. Dicis mihi fortasse, in tanta necessitate quid faciam? Si consilium à me secundum
hoc seculum quæris, quomodo ista salus tua transitoria sit, & potentia atque opulentia,
uel ista seruetur quam nunc habes, uel etiam maior addatur, quid tibi respondeam ne-
scio. Incerta quippe ista, certum consilium habere non possunt. Si autem secundum deum
me consulis, ne anima tua pereat, & times uerba ueritatis dicentis: Quid prodest homi- Luc. 9
ni si totum mundum lucretur, animæ autem suæ detrimētum patiatur, habeo planè quod
dicam, Est apud me consilium quod à me audias. Quid autem opus est ut aliud dicam
quàm illud quod supra dixi, Noli diligere mundum, nec ea quæ in mundo sunt. Si quis
autem dilexit mundū, non est charitas patris in illo, Quoniam omnia quæ in mundo sunt,
concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum & ambitio seculi, quæ non est expa-
tre, sed ex mundo est. Et mundus transit & concupiscentia eius. Qui autem fecerit uolun-
tatem dei manet in æternum, sicut & deus manet in æternum. Ecce consilium arripe &
age. Hic appareat si uir fortis es, uince cupiditates quibus iste diligitur mundus, age pœ-
nitentiam de præteritis malis, quando ab eis cupiditatibus uictus per desideria bona tra-
hebaris. Hoc consilium si acceperis, si tenueris, atque seruaueris, & ad bona illa certa per-
uenies, & cum salute animæ tuæ inter ista incerta uersaberis. Sed forte iterum quæris à
me, quomodo ista facias tantis mundi huius necessitatibus implicatus. Ora fortiter &

dic deo quod habes in psalmo: In necessitatibus meis erue me. Tunc enim finiuntur istæ ne C
cessitates, quando uincuntur illæ cupiditates. Qui exaudiuit te, & nos pro te, ut liberareris
de tot tantisq; periculis, uisibilium corporaliumq; bellorum, ubi sola ista uita quando q; si
nienda periditatur, anima uero non perit, si non malignis cupiditatibus captiua teneatur,
ipse te exaudiet ut interiores & inuisibiles hostes, id est, ipsas cupiditates inuisibiliter & spi/
ritaliter uincas, & sic utaris hoc mundo tanquam non utens, ut ex bonis eius bona facias,
non malus fias, quia & ipsa bona sunt, nec dantur hominibus nisi ab illo qui habet omni/
um cœlestium & terrestrium potestatem. Sed ne putentur mala, dantur & bonis: ne puten
tur magna uel summa bona, dantur & malis. Itemq; auferuntur ista & bonis ut proben/
tur, & malis ut crucientur. Quis enim nesciat, quis ita sit stultus ut non uideat, quod salus
huius mortalis corporis, & membrorum corruptibilium uirtus, & uictoria de hominibus
inimicis, & honor atq; potentia temporalis, & cætera istius mundi bona terrena, & bonis
dantur & malis, & bonis auferuntur & malis? Salus uero animæ cum immortalitate cor/
poris, uirtusq; iusticiæ, & uictoria de cupiditatibus inimicis, & gloria & honor & pax in æ/
ternum non dantur nisi bonis. Ista ergo dilige, ista concupisce, ista omnibus modis quære.
Propter hæc acquirenda & obtinenda fac eleemosynas, funde orationes, exerce ieiunia,
quantum sine læsione corporis tui potes. Bona uero illa terrena noli diligere quantalibet
tibi abundēt. Sic eis utere, ut bona multa ex illis, nullum autem malum facias propter illa.
Omnia quippe talia peribunt, sed bona opera non pereunt, etiam quæ de bonis parenti/
bus fiunt. Si enim coniugem non haberes, dicerem tibi quod & tribuno diximus, ut in san
ctitate continentiæ uiueres. Adderem quod tunc fieri prohibuimus, ut iam te quantum re
rum humanarum salua pace potuisses, ab rebus bellicis abstraheres, & ei uitæ uacares in so
cietate sanctorum, cui tunc uacare cupiebas, ubi in silentio pugnant milites Christi, non ut
occidant homines, sed ut expugnent principes & potestates & spiritalia nequiciæ, id est,
diabolum & angelos eius. Hos enim hostes sancti uincunt, quos uidere non possunt, & ta D
men quos non uident uincunt, ista uincendo quæ sentiunt. Sed ut te ad istam uitam non
exhorter, coniunx impedimento est, sine cuius consensione continenter tibi non licet uiue/
re: quia & si tu eam post illa tua uerba Tubunensi ducere non debebas, illa tibi tamen ni/
hil eorum sciens, innocenter & simpliciter nupsit. Atq; utinam posses ei persuadere conti/
nentiam, ut sine impedimento redderes deo quod te debere cognoscis. Sed si cum illa age
re non potes, serua saltem pudicitiam coniugalem, & roga deum, qui te de necessitatibus
eruat, ut quod non potes modo, possis aliquando. Veruntamen ut deum diligas, non dili/
gas mundum, ut in ipsis bellis (si adhuc in eis te uersari opus est) fidem teneas, pacem
quæras, ut ex mundi bonis facias bona opera, & propter mundi bona non facias opera
mala, aut non impedit coniunx, aut impedire non debet. Hæc ad te fili dilectissime ut scri/
berem, charitas iussit qua te secundum deum, non secundum hoc seculum diligo, quia &
cogitans quod scriptum est, Corripe sapientem & amabit te, Corripe stultum & adiiciet
Prouer. 9 odisse te, non te utiq; stultum, sed sapientem debui cogitare.

Nebridius Augustino proponit quæstionem de intellectu & memoria quæ phantasias accipit à sensibus. Epistola LXXI.

AVGVSTINO Nebridius. Epistolas tuas perplacet ita seruare ut oculos me
os. Sunt enim magnæ, non quantitate, sed rebus, & magnarum rerum ma/
gnas continent probationes. Illæ mihi Christum, illæ Platonem, illæ Ploti/
num sonabunt. Erunt igitur mihi, & ad audiendum propter eloquentiam
dulces, & ad legendum propter breuitatem faciles, & ad intelligēdum propter sapientiam
salubres. Curabis ergo quod tuæ menti sanctum bonumúe fuerit uisum, me docere. His au
tem litteris respondebis, cum de phantasia & memoria subtilius aliquid disputaris. Mihi
enim ita uidetur, quod quamuis non omnis phantasia cum memoria sit, omnis tamen me/
moria

A moria ſine phantaſia eſſe non poſſit. Sed dicis, quid cum recordamur nos intellexiſſe aut cogitaſſe aliquid? Cõtra hæc ergo reſpondeo & dico, propterea hoc euenisſe, quia cum intelleximus uel cogitamus, corporeũ aut temporale aliquid gerimus, quod ad phantaſiam pertinet, Nam aut uerba intellectui cogitationibuſq; noſtris adiunximus, quæ uerba ſine tẽpore nõ ſunt, & ad ſenſum uel phantaſiam pertinent, Aut tale aliquid intellectus noſter cogitatione paſſus eſt, quod in animo phantaſticã memoriã facere potuiſſet. Hæc ego inconſiderate ac perturbate, ut ſoleo, dixi, tu explorabis, & falſo reiecto, ueritatem in litteris cõferes. Audi aliud: Cur quæſo te, à ſe potius quàm à ſenſu phantaſiam habere omnes imagines dicimus? Poteſt enim, quemadmodum animus intellectualis ad intelligibilia ſua uidenda à ſenſu admonetur potius quàm aliquid accipit, Ita & phantaſticus animus ad imagines ſuas contẽplandas, à ſenſu admoneri potius quàm aliquid aſſumere. Nam forte contingit, ut ea quæ ſenſus non uidet, ille tamen aſpicere poſſit, quod ſignum eſt in ſe & à ſe habere omnes imagines. De hac re quoq; quid ſentias reſpondebis.

Auguſtinus Nebridio, aperit triplicem phantaſiarum naturam Epiſt. LXXII.

AVGVSTINVS Nebridio. Procemio ſuperſedebo, & cito incipiam quod iamiamq; uis dicere, præſertim nõ cito deſiturus. Memoria tibi nulla uidetur eſſe poſſe ſine imaginibus uel imaginarijs uiſis, quæ phãtaſiarum nomine appellare uoluiſti. Ego aliud exiſtimo. Primum ergo uidendum eſt, nõ nos ſemper rerum prætereuntium meminiſſe, ſed plerunq; manẽtium, cum ſibi memoria præteriti tẽporis uendicet tenacitatem: conſtat eam tamen partim eorum eſſe quæ nos deſerunt, partim eorum quæ deſeruntur à nobis. Nam cum recordor patrem meum, id utiq; recordor quod me deſeruit, & nunc non eſt, Cum autẽ Carthaginẽ, id quod eſt & quod ipſe deſerui. In utroq; tamẽ genere horum, præteritum tempus memoria tenet. Nam & illum hominem & iſtam urbem ex eo quod uidi, non ex eo quod uideo memini. Hic tu fortaſſe quæ-

B ris, quorſum iſta? præſertim cum animaduertas utrumlibet horum non poſſe in memoriã uenire, niſi uiſo illo imaginario. At mihi ſatis eſt ſic interim oſtẽdiſſe, poſſe dici earum etiam rerum quæ nondum interierunt memoriam, Verum quod me adiuuet facito intentus accipias. Nonnulli calumniantur aduerſus Socraticum illud nobiliſſimum inuẽtum, quo aſſeritur, non nobis ea quæ diſcimus ueluti noua inferri, ſed in memoriam reuocari: dicentes memoriam præteritarum rerum eſſe, hæc autem quæ intelligendo diſcimus, Platone ipſo autore, ſemper eſſe, nec poſſe interire, ac per hoc non eſſe præterita: qui non attendunt illam uiſionem eſſe præteritam, qua hæc aliquado uidimus mente, à quibus quia defluximus, & aliter alia uidere cœpimus, ea nos reminiſcendo reuiſere, id eſt per memoriam. Quamobrem ſi alia omittam, ipſa æternitas ſemper manet, nec aliqua imaginaria figmenta conquirit, quibus in mentem quaſi uehiculis ueniat, nec tamen uenire poſſet niſi eius meminiſſemus, poteſt etiã quarũdam rerum ſine ulla imaginatione memoria. Iam uero quod tibi uidetur anima etiam non uſa ſenſibus corporis corporalia poſſe imaginari, falſum eſſe conuincitur iſto modo. Si anima, priuſquam corpore utatur ad corpora ſentienda, eadem corpora imaginari poteſt, & melius quod nemo ſanus ambigit affecta erat antequam his fallacibus ſenſibus implicaretur, melius afficiuntur animæ dormientium quàm uigilantium, melius phreneticorum quàm tali peſte carentium: his enim affiũtur imaginibus, quibus ante iſtos ſenſus uaniſſimos nuncios afficiebantur: & uerior erit ſol quem uident illi, quàm ille quem ſani atque uigilantes, & erunt ueris falſa meliora. Quæ ſi abſurda ſunt, nihil eſt aliud illa imaginatio mi Nebridi, quàm plaga inflicta per ſenſus, quibus non ut tu ſcribis commemoratio quædam fit ut talia formentur in anima, ſed ipſa huius falſitatis illatio, ſiue ut expreſſius dicatur impreſſio. Quod ſanè te mouet, quo fiat ut eas facies formaſque cogitemus quas nunquam uidimus, acute mouet. Itaque faciam quod ultra ſolitum modum hanc epiſtolam porrigat, ſed non apud te, cui nulla eſt pagina gratior, quàm quæ me loquaciorẽ apportat tibi. Omnes has imagines, quas phantaſias cũ

Scientia, reminiſcentia.

multis

Phantasiarũ triplex genus

multis uocas, in tria genera cõmodissime ac uerissime distribui uideo. Quorum est unum C sensis rebus impressum, alterum putatis, tertium ratis. Primi generis exempla sunt, cum mihi tuam faciem, uel Carthaginem, uel familiarem quendam uestrum uerecundum, & si quid aliud manentium uel mortuarum rerum, quas tamen uidi atq; sensi, in se animus formatur. Alteri generi subiiciantur illa quæ putamus ita se habuisse uel ita se habere, uelut cum differendi gratia quædam ipsi fingimus nequaquam impedientia ueritatem, uel qualia figuramus cum legitur historia, & cum fabulosa uel audimus uel componimus uel suspicamur. Ego enim mihi ut libet atque ut occurrit animo, Æneæ faciem fingo, ego Medeæ cum suis anguibus alitibus iunctis iungo, ego Chremetis & alicuius Parmenonis. In hoc genere sunt etiam illa, quæ siue sapientes, aliquid ueri talibus inuoluentes figuris, siue stulti uariarum superstitionum conditores pro uero attulerunt, ut est tartareus Phlegethon, & quinq; antra gentis tenebrarum, & stilus septentrionalis continens cœlum, & alia poëtarum atq; hæreticorum mille portenta. Dicimus tamen & inter disputandum, puta esse tres super inuicem mundos, qualis hic unus est. Et, puta quadrata figura terram contineri, & similia. Hæc enim omnia ut se cogitationis tempestas habuerit, fingimus & putamus. Nam de rebus quod ad tertium genus attinet imaginum numeris maxime atq; dimensionibus agitur: quod partim est in rerum natura, uelut cum totius mundi figura inuenitur, & hanc inuentionem in animo cogitantis imago sequitur: partim in disciplinis tanquam in figuris geometricis & rhythmicis musicis, & infinita uarietate numerorum: quæ quamuis uera, sicut ego autumo, comprehendantur, gignunt tamen falsas imaginationes, quibus ipsa ratio uix resistit: tametsi nec ipsam disciplinam differendi carere hoc malo facile est, cum in diuisionibus & conclusionibus quosdam quasi calculos imaginamur. In hac tota imaginum sylua credo tibi non uideri primum illud genus ad animam priusquam inhæreat sensibus pertinere, neq; hinc diutius differendum: de duobus reliquis iure adhuc quæri posset, nisi manifestum esset, animam minus esse obnoxiam falsitatibus, nondum passam sensibilium D sensuumq; uanitatem. At istas imagines quis dubitauerit istis sensibilibus multo falsiores? Nam illa quæ putamus & credimus siue fingimus, & ex omni parte omnino falsa sunt, & certe longe ut cernis peiora sunt quæ uidemus atq; sentimus. Iam in illo tertio genere quodlibet spacium corporale animo figurauero, quanquam id rationibus disciplinarum minime fallentibus cogitatio peperisse uideatur, ipsis rursum rationibus arguentibus, falsum esse conuinco. Quo fit ut nullo pacto animam credam nondum corpore sentientem, nondum per sensus uanissimos mortali & fugaci substantia uerberatam, in tanta falsitatis ignominia iacuisse. Vnde ergo euenit ut quæ non uidimus cogitemus? Quid putas esse nisi uim quandam minuendi & augendi animæ insitam, quam quocunque uenerit necesse est afferat secum? Quæ uis in numeris præcipue animaduerti potest: hac fit, uerbi gratia, ut corui quasi ob oculos imago constituta, quæ uidelicet aspectibus nota est, demendo & addendo quædam, ad quamlibet omnino nunquam uisam imaginem perducatur. Hinc euenit, ut per consuetudinem uoluentibus sese in talibus animis, figuræ huiusce modi uelut sua sponte cogitationibus irruant. Licet igitur animæ imaginanti, ex his quæ illi sensus inuexit, demendo, ut dictum est, & addendo, ea gignere quæ nullo sensu attingit tota, partes uero eorum in alijs atque alijs rebus attigerat. Ita nos pueri apud mediterraneos nati atq; nutriti, uel in paruo calice aqua uisa, iam imaginari maria poteramus: cum sapor fragorum & cornorum, antequam in Italia gustaremus, nullo modo ueniret in mentem. Hinc est quod à prima natiuitate cæci, cum de luce coloribusq; interrogantur, quod respondeant non inueniunt. Non enim coloratas ullas patiuntur imagines, qui senserunt nullas. Nec mirare quo pacto ea quæ in rerum natura figurãtur & fingi possunt, non primo in anima quæ omnibus ineſt cõmixta uoluantur, cum ea nunquam extrinsecus senserit. Nam etiam nos cum indignando aut lætando, cæteriscq; huiusce modi animi motibus, multos in nostro corpore uultus coloresq; formamus, prius

nostra

A nostra cogitatio quod facere possumus tales imagines concipit. Consequuntur ista miris illis modis,& committendis cogitationi tuæ,cum in anima sine ulla corporali figura falsita tum numeri agitantur occulti.Ex quo intelligas uelim,cū tam multos animi motus esse sen tias expertes omnium de quibus nunc quæris imaginum,quolibet alio motu animam sor tiri corpus,quàm sensibilium cogitatione formarū,quas eam,priusquā corpore sensibusq; utatur,nullo modo arbitror pati posse. Quamobrē pro nostra familiaritate, & pro ipsius diuini iuris fide sedulo monuerim charissime mihi ac ocūdissime, nullam cum istis infer/ nis umbris copules amicitiam, ne uellam quæ copulata est cogaris diuellere. Nullo enim modo resistitur corporis sensibus, quæ nobis sacratissima disciplina est, si per eas inflictis plagis uulneribusq; blandimur.

Augustinus Possidio de cultu & fucis & inauribus,etiā uirorū. Epist. LXXIII.

DOMINO dilectissimo & uenerabili fratri & consacerdoti Possidio & qui tecū sunt fratribus, Augustinus & qui mecum sunt fratres in domino salutē. Ma gis quid agas cum eis qui obtemperare nolunt cogitandum est,quàm quemad modum eis ostendas non licere quod faciunt.Sed nūc epistola sanctitatis tuæ, & occupatissimum me reperit,& celerrimus baiuli reditus,neq; non rescribere tibi, neq; ad ea quæ consuluisti,ita ut oportet respondere permisit.Nolo tamen de ornamentis auri uel uestis præproperam habeas in prohibendo sententiam,nisi in eos qui neque coniugati ne/ que coniugari cupientes,cogitare debeant quomodo placeant deo,Illi autem cogitant quæ 1.Cor.7. sunt mūdi,quomodo placeant uel uiri uxoribus,uel mulieres maritis,nisi quod capillos nu dare fœminas(quas etiam caput uelare apostolus iubet)nec maritatas decet. Fucari autem pigmentis,quo uel rubicundior uel candidior appareat,adulterina fallacia est, qua non du Do conse.dis. bito etiam ipsos maritos se nolle decipi, quibus solis permittendæ sunt fœminæ ornari, se/ 5.fucare. cundum ueniam non secundum imperium. Nam uerus ornatus maxime Christianorum B & Christianarum,nō tantū nullus fucus mendax, uerum ne auri quidem uestisq; pompa, sed mores boni sunt.Execranda autem superstitio ligaturarum,in quibus etiam inaures ui rorum,in summis ex una parte auriculis suspensæ deputantur,non ad placendum homini/ bus, sed ad seruiendum dæmonibus adhibetur. Quis autem possit speciales nefariarum superstitionum prohibitiones in scripturis inuenire,cum generaliter apostolus dicat:Nolo 2. Cor.6. uos socios fieri dæmoniorum? Et iterum:Quæ enim consonantia Christi ad belial? Nisi forte quia belial nominauit,& generalem societatem dæmoniorū prohibuit,licet Christia/ nos sacrificare Neptuno,quia nihil proprie de Neptuno uetitum legimus. Moneātur inte/ rim miseri,ut si obtemperare nolunt præceptis salubrioribus,saltem sacrilegia sua nō defen dant,ne maiori se scelere implicent. Quid autem cum eis agendum sit, si soluere inaures ti/ Inaures sig/ ment,& corpus Christi cum signo diaboli accipere non timent? De ordinando autem qui num dia/ in parte Donati baptizatus est, autor tibi esse nō possum, Aliud est enim facere si cogaris, boli. aliud consulere ut facias.

Augustinus Deuterio episcopo significat se Victorinum hypodiaconum, qui clàm docuerat hæresim Manichæorum, deprehensum è clericorum ordine submouisse, admonens ne illic recipiatur ad pœnitentiam,nisi prodat quotquot nouit eodem infe ctos errore. Docet aūt q apud Manichæos fuerint auditores,q electi. Ep. LXXIIII.

DOMINO beatissimo & uenerabiliter charissimo fratri & coēpiscopo Deuterio, Augustinus in domino salutē. Nihil melius me facere posse arbitratus sum, quàm ut tuæ sanctitati potissimum scriberem,ne per negligentiā in nostra pro uincia domini nostri Iesu Christi ouile uastet inimicus,qui nō desinit insidiari, ut perdat animas tam magno precio cōparatas.Mallianēsem quēdā subdiaconū Victori nū, apud nos cōstitit esse Manicheū, & in tam sacrilego errore sub nomine clerici latitabat, Nam est etiam ætate iam senex. Ita est autem manifestatus, ut etiam ipse à me interroga/ tus, antequam à testibus coargueretur, negare non posset. Tot enim & tales esse sciebat,

quibus

quibus se incautus effuderat,ut nihil aliud si negare tentaret, quàm nō dico impudentissi- C
mus,sed insanissimus appareret:auditorem sanè Manichæorum, non electum se esse con
fessus est. Auditores autem qui appellantur apud eos, & carnibus uescūtur & agros colūt,
Auditores, electi qui. & si uoluerint uxores habent,quorum nihil faciunt qui uocantur electi. Sed ipsi auditores,
ante electos genua figunt,ut eis manus supplicibus imponat,nō à solis episcopis uel pres-
byteris aut diaconis,sed à quibuslibet electis. Solem etiam uel lunam, cum eis adorant &
orant. Die quoq; dominico cum illis ieiunant,& omnes blasphemias cum illis credunt,qui
bus Manichæorum hæresis detestanda est,negantes scilicet Christum natum esse de uirgi-
ne,nec eius carnem ueram confitētes fuisse,sed falsam:ac per hoc & falsam eius passionem,
& nullam resurrectionem fuisse contendūt: patriarchas prophetasq; blasphemant, legem
per famulum dei Moysen datam,non à uero deo dicunt,sed à principe tenebrarū:animas
non solum hominum,sed etiam pecorum,de dei esse substantia, & omnino partes dei esse
arbitrantur. Deum deniq; bonum & uerum,dicunt cum tenebrarū gente pugnasse,& par-
tem suam tenebrarum principibus miscuisse,eamq; toto mundo inquinatam & ligatam,
per cibos electorum suorum ac per solem & lunam purgari asseuerant:& quod purgari de
ipsa parte dei non potuerit,in fine seculi æterno ac pœnali uinculo colligari, ut non solum
uiolabilis & corruptibilis & contaminabilis credatur deus,cuius pars potuit ad malà tanta
perduci,sed non possit saltem totus à tanta coinquinatione & immundicia & miseria uel in
fine seculi purgari. Has cum illis intolerabiles blasphemias,subdiaconus iste quasi catholi-
cus,non solum credebat,sed quibus uiribus poterat edocebat. Nam docēs patefactus est,
cum se quasi discentibus credit. Rogauit me quidem postea q; se Manichæorum auditorē
esse confessus est,ut eum in uiam ueritatis doctrinæ catholicæ reuocarem. Sed fateor, eius
fictionem sub clerici specie uehementer exhorrui,eumq; cohercitum pellendum de ciuitate
curaui. Nec mihi hoc satis fuit,nisi & tuæ sanctitati eum meis litteris intimarem, ut à cleri-
corum gradu congrue & ecclesiastica seueritate deiectus,cauendus omnibus innotescat. Pe D
tenti autem pœnitentiæ locum,tunc credatur si & alios quos illic nouit esse manifestauerit
nobis,non solum Malliana,sed in ipsa omnino prouincia.

Augustinus senex Auxilio episcopo iuueni,ut aut anathematis sentētiam rescindat,aut doceat quibus adductus causis putet ob unius peccatum totam familiam excommunicari posse. Epistola. LXXV.

DOMINO dilectissimo & uenerabili fratri & consacerdoti Auxilio, Augustinus.
Vir spectabilis filius noster Classicianus,grauiter apud me litteris questus est,
quod sit anathematis iniuriam à tua sanctitate perpessus, Narrans quod uene-
rit ad ecclesiam,apparitione paucorum suæ potestati cōgrua comitatus, & egerit tecum,ne
contra salutem suam faueres eis,qui per euangelium peierando,adiutorium uiolandæ fi-
dei,in ipsa fidei domo requirebant. Quos tamen considerantes quid male fecerint,non in-
de uiolenter abductos,sed sponte dicit egressos, atq; hinc uenerationem tuam ita sibi suc-
censuisse,ut ecclesiasticorum confectione gestorum cum omni domo sua anathematis sen-
24.q.3.*si hēs* tentia feriretur. Quibus litteris lectis,non mediocriter æstuās cogitationibus, magna cor-
dis tempestate fluctuantibus, apud charitatem tuam tacere non potui: ut si habes de hac
re sententiam,certis rationibus uel scripturarum testimonijs exploratam,nos quoq; doce-
re digneris:quomodo recte anathematizetur pro patris peccato filius,aut pro mariti uxor
aut pro domini seruus,aut quisquam etiam in domo nondum natus, si eodem tempore
quo uniuersa domus est anathemate obligata nascatur,nec ei possit per lauacrum regene-
rationis, in mortis periculo subueniri. Neq; enim hæc corporalis est pœna, qua legimus
quosdam contemptores dei cum suis omnibus,qui eiusdem impietatis participes non fue
runt pariter interfectos:tūc quidem ad terrorem uiuentium mortalia corpora perimeban
tur,quandoq; utiq; moritura,Spiritalis autem pœna,qua fit quod scriptum est, Quæ liga
Ezech.18. ueris in terra erunt ligata & in cœlo,animas obligat, de quibus dictum est: Anima patris
mea

A mea est,& anima filij mea est. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Audisti fortasse aliquos magni nominis sacerdotes cum domo sua quenpiam anathematizasse peccantium, sed forte si essent interrogati, reperirentur idonei reddere inde rationē. Ego autem, quoniam si quis ex me quærat utrum recte fiat, quid ei respondeam non inuenio: nunquam hoc facere ausus sum, cum de quorūdam facinoribus immaniter aduersus ecclesiam perpetratis, grauissime permouerer. Sed si tibi quàm iuste fiat, dominus reuelauit, nequaquam iuuenilem ætatem tuam, & honoris ecclesiastici rudimenta contemno. En assum, senex à iuuene coēpiscopo, & episcopus tot annorum à collega necdum anniculo paratus sum discere, quomodo uel deo uel hominibus iustam possumus reddere rationem, si animas innocētes pro scelere alieno, ex quo non trahunt sicut ex Adam (in quo omnes peccauerunt) originale peccatū, spiritali supplicio puniamus. Etenim Classiciani filius, & si traxit ex parte primi hominis culpam, sacro fonte baptismatis expiandam, tamen quicquid postea quàm genuit peccati pater eius admisit, ubi particeps ipse non fuit, ad eum non pertinere quis ambigit? Quid de tot animabus in uniuersa familia? Vnde si una anima per istam seueritatem, qua tota domus ista anathematizata est, sine baptismate de corpore exeundo perierit, innumerabiliū mors corporum, si de ecclesia homines innocentes uiolenter abstrahantur & interficiantur, huic damno nō potest comparari. Si ergo de hac re potes reddere rationem, utinam & nobis rescribendo præstes ut possimus & nos: si autem non potes, quid tibi est inconsulta cōmotione animi facere, unde si fueris interrogatus, rectam rationem non uales inuenire? Hæc autem dixi, etiam si filius noster Classicianus aliquid admisit, quod tibi anathemate plectendum iustissime uideretur. Cæterum si ueras ad me litteras misit, nec solus in domo sua debuit ista sentētia coërceri. Sed hinc cum tua sanctitate nihil ago, nisi tantū peto ignoscas petenti ueniam, si agnouerit culpam: si autem nihil eum peccasse prudenter agnoscis, quoniam ipse in domo fidei iustius flagitabat fidem debere seruari, ne ibi frangeretur ubi
B docetur: fac quod sanctum uirum facere oportet, ut si tibi contigit tanquam homini, quod utiq; homo dei dicit in psalmo: Turbatus est præ ira oculus meus, exclames ad deum: Miserere mei domine, quoniam infirmus sum, ut porrigat dexteram suam, & comprimat iracundiam tuam, & tranquillet mentem tuam ad uidēdam faciendamq; iusticiam. Sicut em̄ scriptum est: Iracundia uiri iusticiam dei non operatur. Nec arbitreris ideo nobis non posse subrepere iniustam commotionem, quia episcopi sumus. Sed potius cogitemus inter laqueos tentationum nos periculosissime uiuere, quia homines sumus. Aufer itaq; gesta ecclesiastica, quæ perturbatior fortasse fecisti, & redeat inter uos charitas, quam cum illo & catechumenus habuisti. Aufer litē & reuoca pacē, ne tibi pereat homo amicus, & de uobis gaudeat diabolus inimicus. Potens est autem misericordia dei nostri, quæ & me exaudiat orantem, ne mea tristicia de uobis augeatur, sed potius quæ est exorta sanetur, & erigat per gratiam suam, & lætificet iuuentutem tuam non contemnentem senectutem meam. Vale.

psalm. 6

Iacob. 1.

Augustinus Aurelio, disputans an monachi, qui sponte sua de monasterijs recesserunt, recipi debeant alibi in numerum clericorum. Epistola LXXVI

DOMINO beatissimo & debita obseruātia uenerabili, synceriterq; charissimo fratri & consacerdoti papæ Aurelio, Augustinus in domino salutem. Litteras nullas tuæ uenerabilitatis, ex quo ab inuicem corporaliter digressi sumus, accepi. Nunc uero legi epistolam benignitatis tuæ de Donato & fratre eius, & quid responderem, diu fluctuaui. Sed tamen etiam atq; etiam cogitanti quid sit utile saluti eorum quibus in Christo nutriendis seruimus, nihil mihi aliud occurrere potuit, nisi non esse istam uiam dādam seruis dei, ut se facilius putent eligi ad aliquid melius, si facti fuerint deteriores. Et ipsis enim facilis lapsus, & ordini clericorum fit indignissima iniuria, si desertores monasteriorum ad militiam clericatus eligantur, cum ex his qui in monasterio permanent, non tamen nisi probatiores atq; meliores in clerum assumere soleamus: nisi forte, sicut uulgares dicūt, Malus choraula bonus symphoniacus est, ita ijdem ipsi uulgares de nobis

16. q. 1. legi epistolam.

iocabuntur dicentes,Malus monachus bonus clericus est.Nimis dolendum, si ad tam rui/ C
nosam superbiã monachos surrigamus,& tam graui contumelia clericos dignos putemus,
in quorum numero sumus, cum aliquãdo etiam bonus monachus uix bonum clericum fa
ciat,si adsit ei sufficiens cõtinentia,& tamen desit instructio necessaria, aut personæ regula/
ris integritas.Sed de istis credo arbitrata sit beatitudo tua,quod nostra uolũtate,ut suis po
tius corregionalibus utiles essent,de monasterio recessissent.Sed falsum est,sponte abierũt,
sponte deseruerunt,nobis,quãtum potuimus,pro eorum salute renitẽtibus. Et de Donato
quidem,quia iam factum est,ut antequàm de hac re aliquid in concilio statueremus, ordi/
naret,si forte à superbiæ peruersitate correctus est,quod uult prudẽtia tua de suo faciat: de
fratre uero eius,cuius uel maxime causa de monasterio etiã ipse Donatus abscessit,cũ intelli
gas quid sentiam,nescio quid respondeam. Contradicere tamen prudentiæ,honori,chari/
tatiq; tuæ non audeo, & sanè spero id te facturũ,quod mẽbris ecclesiæ salubre perspexeris.

Augustinus & Alipius Aurelio,gratulans de dono doctrinæ. Epist. LXXVII

DOMINO beatissimo & uenerabiliter suscipiendo,syncerissimeq; charissimo fra/
tri,& uere sancto papæ Aurelio, Alipius & Augustinus in domino salutem.
psal.125 Impletum est gaudio os nostrum,& lingua nostra exultatione,nunciantibus litte
ris tuis sanctam cogitationem tuam,adiuuãte domino,qui eam inspirauit, & ad effectum
esse perductam, de omnibus ordinatis fratribus nostris, & præcipue de sermone presbyte/
rorum,qui te præsente populo infunditur,per quorum linguas clamat charitas tua maiore
uoce in cordibus hominũ,q; illi in auribus.Deo gratias. Nam quid melius & animo gera/
mus,& ore promamus, & calamo exprimamus, q; Deo gratias? Hoc nec dici breuius,nec
audiri lætius,nec intelligi grandius,nec agi fructuosius potest.Deo gratias,qui te & tam fi/
deli pectore ditauit erga filios tuos,& id qd' in intimo animæ habebas, quò humanus ocu
lus nõ penetrat,eduxit in lucem,donando tibi nõ solum ut bene uelles,uerumetiã in quibus D
Matth.5 posset apparere quod uelles. Ita planè fiat,luceant hæc opera coram hominibus, ut uideãt,
gaudeant,glorificẽt patrem qui in cœlis est. Talibus delecteris in dño,ut ipse te pro eis oran
tem dignetur exaudire,quoniam tu per eos loquentẽ nõ dedignaris audire.Eatur,ambule/
psal.121 tur,curratur in uia dñi,benedicãtur pusilli cum magnis,iocũdati in his qui dicunt eis:In do/
mum dñi ibimus:præcedant illi,& sequantur isti,imitatores facti eorum,sicut & illi Christi:
ferueat iter sanctarum formicarũ, fragrẽt opera sanctarũ apium,feratur fructus in toleran
1.Cor.10. tia cum salute perseuerandi usq; in finem.Nec sinat dñs tentari supra q; possumus ferre,sed
faciat cum tentatione etiã exitũ,ut possimus sustinere.Orate pro nobis digni exaudiri,cum
Forte,tacito. tanto sacrificio accedítis ad deum syncerissimæ dilectiõis & laudis eius in operibus uestris:
orate ut & in nobis hæc luceant, quoniã nouit ille quem oratis, cum quanto nostro gaudio
in uobis luceant.Hæc sunt uota nostra,hæ multitudines solatiorũ,secundũ multitudinẽ do
lorum nostrorũ in corde nostro,iocundant animã nostram.Ita est quia ita promissum est,
ita erit quod restat sicut promissum est. Obsecramus te per eum,qui tibi ista donauit,& po
pulum cui seruis hac per te benedictiõe perfudit, ut iubeas singulis, quos uolueris sermões
eorũ seorsum cõscriptos & emẽdatos mitti nobis.Nã & ego quod iussisti nõ negligo,& de
Tychonij septẽ regulis uel clauibus,sicut sæpe iã scripsi,cognoscere qd tibi uideat expecto.

Augustinus Hesychio, de die supremo mundi non inquirendo, deq; Hebdomadi/
bus Danielis. Epistola LXXVIII

DOMINO beatissimo Hesychio,Augustinus. Ad sanctitatem tuam filio tuo com
presbytero nostro remeante Cornuto,per quem litteras tuæ uenerationis accepi,qui/
bus exiguitatem meam uisitare dignatus es,& tandem rescripta persoluo,& debitum resa/
lutationis obsequium,multum me cõmendans acceptissimis domino precibus tuis domine
beatissime frater.De propheticis autem dictis siue prædictis, de quibus uoluisti ut aliquid
scriberẽ, melius mihi uisum est sancti Hieronymi hominis doctissimi expositiões eorundẽ
uerborum (ne illas forte non habeas) de opusculis eius excerptas,dirigere beatitudini tuæ.
Si

A Si autem iam eas habebas,nec inquisitioni tuæ satisfaciebant,quid de his sentias, peto mihi rescribere nō graueris,& quemadmodum ipse eadem prophetica oracula intelligas.Ego enim maxime illud de hebdomadibus Danielis secundum tempus,quod iam transactum est,intelligendum puto: nam de saluatoris aduentu,qui expectatur in fine, tempora dinumerare non audeo:nec aliquem prophetam de hac re numerum annorum existimo præfiniſſe,sed illud potius prævalere,quod ipse dominus ait:Nemo potest cognoscere tempora, Act. 1
quæ pater posuit in sua potestate.Quod enim in alio loco ait:De die autem illa & hora ne Matth. 24
mo scit, sunt qui sic accipiunt,qui putant se posse tempora computare, diem uero tantummodo ipsum & horam neminem scire, ubi omitto dicere quemadmodum soleant scripturæ diem uel horam etiam pro tempore ponere. Sed certe illud de ignorantia temporum apertissime dictum est.Nam cum hinc dominus interrogatus esset à discipulis suis:Nemo, inquit,potest cognoscere tempora, quæ pater posuit in sua potestate. Nō enim dixit,diem uel horam, sed tempora, quæ in breui spacio non solent dici sicut dies uel hora, maxime si græcum intueamur eloquium,ex qua lingua in nostrum eundem librum,ubi hoc scriptum est, scimus translatum, quamuis latine satis exprimi non potuerit. Ibi enim græce legitur χρόνους ἢ καιρούς. Nostri autem utrumq; hoc uerbum tempora appellāt, siue χρόνους siue καιρούς, cum habeant hæc duo inter se nō negligendam differentiam. καιρούς quippe appellāt Græci tempora quædam,non tamen quæ in spaciorum uoluminibus transeunt,sed quæ in rebus ad aliquid opportunis uel importunis sentiuntur: sicut messis, uindemia, calor, frigus,bellum, & si qua similia. χρόνους autem ipsa spacia temporum uocant. Et hoc certe ipsi apostoli non ita quæsierunt, quasi unum nouissimum diem uel horam exiguam diei partē scire uoluissent,sed utrum iam esset opportunum tempus, quo regnum repræsentaretur Israël. Tunc audierunt:Nemo potest cognoscere tempora quæ pater posuit in sua potestate,
id est χρόνους ἢ καιρούς, quod si latine diceretur,tempora aut opportunitates, nec sic quod di-
B ctum est, esset expressum, quia siue opportuna siue importuna sint tempora καιροὶ dicuntur. Tempora ergo computare, hoc est χρόνους, ut sciamus quando sit finis huius seculi uel aduētus domini,nihil mihi aliud uidetur,quàm scire uelle quod ipse ait scire neminē posse. Opportunitas uero illius temporis profecto nō erit antequàm prædicetur euangelium in uniuerso orbe in testimonium omnibus gentibus. Apertissima enim de hac re legitur sententia saluatoris dicentis: Et prædicabitur hoc Euangelium regni in uniuerso orbe in testimonium omnium omnibus testibus,& tunc ueniet finis. Tunc ueniet,quid est, nisi ante nō ueniet? Quanto post ergo ueniat,incertum nobis est,ante tamen non esse uenturum dubitare utiq; non debemus. Si ergo susciperent hunc laborem serui dei,ut peragrato orbe terrarum, quantum possent colligerent,quod remanet gentium,ubi nondum est euangelium prædicatum,hinc aduertere utcunq; possemus,quantum hoc tempus longe sit à fine seculi. Quod si propter quædam loca inaccessibilia & inhospita fieri posse nō creditur, ut à seruis dei peragretur orbis,& quot quantæcq; sint adhuc gentes sine Christi euangelio,fideliter renuncietur:multo minus existimo scripturis posse comprehendi,quanta usq; ad finem futura sint tempora,quandoquidem in eis legimus:Nemo potest cognoscere tempora,quæ pater posuit in sua potestate. Vnde si iam nobis certissime nunciatum fuisset in omnibus gentibus euangelium prædicari, nec sic possemus dicere quantum temporis remaneret usq; ad finem, sed magis magisq; iam propinquare merito diceremus:Nisi quis forte respondeat, tanta celeritate prædicato euangelio,Romanas gentes & pleraſq; barbaras occupatas,atq; ita nonnullas non paulatim,sed subito ad fidem Christi fuisse conuersas,ut non sit incredibile paucis annis,&si nō uitæ nostræ,qui iam senuimus, certe iuuenum qui uenturi sunt ad senectam,uniuersas omnino residuas gentes euāgelio posse compleri.Sed si ita erit, facilius cum factum fuerit probari experiendo,quàm legendo antequàm fiat inueniri potest. Hoc me compulit dicere cuiusdā opinio,quem presbyter quoq; Hieronymus temeritatis notat, Hieronymus.
& ausus fuerit Danielis hebdomadas de aduētu Christi futuro,nō de præterito exponere.

Si quid autẽ pro meritis potioribus ſanctæ humilitati cordis tui dominus melius reuelauit C
ſiue reuelauerit,peto nobiſcũ cõmunicare digneris,& hæc noſtra reſcripta ſic accipere,tanq̃
hominis,qui mallem quidẽ eorum quæ à me inquiſiſti habere ſciẽtiam, quàm ignorãtiam,
quia id nondũ potui,magis eligo tantã ignorantiam cõfiteri, q̃ falſam ſcientiam profiteri.

Heſychius Auguſtino,docens diem ſupremum inquirendum eſſe. Epiſt. LXXIX

DOMINO beatiſſimo & charitate ſynceriſſima uenerando fratri & coëpiſcopo Auguſtino,Heſychius in domino ſalutem. Deſideranti & expectanti mihi ſanctus conpresbyter noſter Cornutus litteras pertulit tuas,quæ me lætifica rũt,quia memoriam noſtri bonam habere dignatus es,qui & mihi paucis ſermone proprio ſanctæ mẽtis tuæ de his quæ petieram in trãſitu ſignificaſti. Aliquanta autẽ de opuſculis ſancti cõpresbyteri Hieronymi adiũxiſti,ut meam quæſtionẽ lectióe eius operis de ſanctis ſcripturis explere poſſem. Et quia dignatus es id petere à nobis,ut quid ſentiremus de ipſis quæſtiõibus, per litteras tuæ ſynceriſſimæ charitati inſinuaremus, ad ea de quibus ſcripta legi,prout intellectus exiguus meæ mediocritatis ſentire potuit aut intellige re,infra ſcripſi. Cũ dei omnipotẽtis cõditoris totius creaturæ arbitrio & poteſtate cuncta gerãtur,uel quæ facta ſunt,uel quæ etiam futura ſunt,ſanctorũ prophetarum uocibus cognoſcũtur, qui priuſq̃ fierẽt ea quæ futura erant,uolũtate diuina hominibus ſunt locuti. Vnde ſatis admiratiõe plenum eſt,ſi ea deus,quæ prædici uoluit, ad hominum ſenſus penitus nõ poſſe peruenire conſtituit, ſecundum hoc capitulũ,quod dominus beatis apoſtolis locutus eſt,dicẽs:Nemo poteſt cognoſcere tempora,quæ pater poſuit in ſua poteſtate. Primũ quia in antiquiſſimis libris eccleſiarũ nõ ita ſcriptum eſt,Nemo poteſt,ſed ſcriptum eſt,Non eſt ueſtrum noſſe tempora uel momẽta ,quæ pater poſuit in ſua poteſtate. Quæ ratio ſermõis ſequenti uerbo recte cõpletur,cum dicit:Sed eritis mihi teſtes in Hieruſalem,& in Iudæa,& in Samaria,& uſq; ad ultimum terræ. Nõ ergo apoſtolos teſtes conſumãtionis mundi,ſed nominis & reſurrectionis ſuæ uoluit intelligi. Nam de temporibus cognoſcẽdis ipſe domi- D
Lucæ 12 nus monet:Quis nam eſt fidelis ſeruus & prudens,quem cõſtituit dominus ſuper familiam ſuam,ut det illis cibum in tempore. Sanctus ille ſeruus, quem ueniens dominus eius inueniret ſic facientem. Familia Chriſti uerbo prædicationis paſcitur,& fidelis famulus inuenitur, qui in tempore expectãtibus dominum,neceſſariam eſcam credentibus præſtat. Malus cũ ſeruus ſic reprehenditur:Quod ſi dixerit malus ſeruus,moram facit dominus meus uenire, ueniet dominus eius in die qua neſcit,& hora qua ignorat,& reliqua. Itẽ arguit quare tempus nõ agnoſcatur,dicendo: Hypocritæ,faciem cœli noſtis probare,tempus hoc quare non
2. Timoth. 3 agnoſcitis? Item Apoſtolus:In nouiſſimis diebus inſtabunt tempora periculoſa,& reliqua.
1. Theſ. 5. Item Apoſtolus:De temporibus aũt & momentis nõ neceſſe habemus uobis ſcribere, Vos enim ipſi diligẽter ſcitis,quia dies domini ſicut fur in nocte,ita ueniet. Cum enim dixerint, pax & ſecuritas,tunc ſubitaneus illis apparebit interitus,quomodo dolores parturientis, &
2. Theſſal. 2. nõ effugiẽt. Item Apoſtolus: Nõ retinetis memoria,quia cum eſſem apud uos, hæc dicebã uobis,& nunc quid detineat ſcitis,ut reueletur in ſuo tempore. Nam myſterium iniquitatis iam operatur tãtum,ut qui tenet modo teneat, donec de medio fiat,& tunc reuelabitur ille
Lucæ 19 iniquus,quem dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui. Item dominus in euãgelio increpat Iudæos:Et tu ſi cognouiſſes tempus uiſitatiõis tuæ,forſitan permanſiſſes,nunc aũt abſconditа ſunt ab oculis tuis. Et dominus ſic prædicat ad Iudæos: Pœnitentiam agite,completa
Marci 1 ſunt tempora,credite euãgelio. Et ad Iudæos quidem recte completa dicebat, quia eorum tempora poſt eius prædicationẽ & triginta & quinq; uel quadraginta annos finita ſunt. Et
Dan. 7 in Daniele:Quoaduſq; interfecta eſt beſtia,periit,& corpus eius datum eſt ut comburatur, & reliquarum beſtiarum regnum tranſlatũ eſt:& magnitudo uitæ data eſt eis uſq; ad tempus & tempus,quod græce dicitur ἕως χρόνου καὶ καιροῦ. Et inſequitur:Et ecce cum nubibus cœli quaſi filius hominis ueniens. Myſterium beſtiæ è reliquarũ beſtiarum tranſlatiõe, intelligentibus ſcripturã manifeſtum eſt. Aduẽtus domini diligẽdus eſt & expectandus. Eſt etiã magna

A magna beatitudo diligentibus eius aduentū, ſicut teſtimonium perhibet beatus apoſtolus Paulus: De cætero, inquit, repoſita eſt mihi corona iuſticiæ, quam reddet mihi dominus iuſtus iudex in illa die: non aūt mihi ſolum, ſed & his qui diligunt aduentum domini. Et dñs in euāgelio: Tunc iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno patris ſui. Item propheta: Ecce enim tenebræ & caligo operient terrā ſuper gentes, in te uero apparebit dñs, & maieſtas eius in te uidebitur. Itē propheta: Qui uero expectant dominū, exultabunt cum uirtute, producēt pennas ſicut aquilæ, current & nō laborabunt, ambulabūt & nō eſurient. Et plurima talia, quæ ad beatitudinē eorum pertinēt, qui diligunt aduētum domini, inueniūtur. Quod aūt nemo poſſit menſuras temporū colligere, manifeſtū eſt. Euāgelium quippe dicit: De die illa & hora nemo ſcit, ego aūt pro poſſibilitate intellectus mei dico, neq; diem, neq; menſem, neq; annum aduentus ipſius ſciri poſſe, ſed ſigna quæ ſunt aduentus uidēdo & credēdo, & expectare me cōuenit, & credētibus eſcam hanc retribuere, ut expectantes diligant aduentum eius, qui dixit: Hæc omnia cum uideritis, ſcitote quoniā prope eſt in ianuis. Signa ergo euangelica & prophetica, quæ in nobis cōpleta ſunt, aduētum domini manifeſtant: nam fruſtra aut qui quærūt aut qui calumniantur dies & annos in computo cōprehendere quærūt, cum ſcriptū ſit: Quia niſi abbreuiati fuiſſent dies illi, non fieret ſalua omnis caro, ſed propter electos breuiabūtur dies illi. Certum eſt tempus carere computo, quod breuiandum eſt à domino, qui tempora cōſtituit, Appropinquaſſe aūt aduentū eius, cuius ſigna aliqua uidimus ex his quæ facta ſunt eſſe cōpleta: & iterū dicit: His aūt fieri incipientibus, reſpirabitis & leuabitis capita ueſtra, quoniam appropinquabit redēptio ueſtra. Quæ autē ſigna dixit uidēda, manifeſtum eſt in euangelio ſancti Lucæ: Et Hieruſalem calcabitur à gentibus, donec implentur tempora gentium: hoc factum eſt, & fieri nulli dubium eſt. Et inſequitur: Et erunt ſigna in ſole & luna & in ſtellis & in terra preſſura gentium: cauſa quæ patimur & pœna compellit, ſi forte nō curet uoluntas. Nam in uno tempore & ſigna in cœlo & preſſurā gentium in

B terris ab hominibus uideri & ſuſtineri manifeſtum eſt. Et inſequitur: Areſcentibus hominibus præ timore & expectatiōe, quæ ſuperuenient uiuerſo orbi: nullam patriam, nullum locum noſtris temporibus nō affligi aut humiliari certum eſt, ſicut dictum eſt, præ timore & expectatiōe, quæ ſuperuenient uniuerſo orbi: & omnia ſigna quæ ſuperius euāgelium legētibus manifeſtat, ex maxima parte cōpleta ſunt. Quod aūt dictum eſt, Et prædicabitur euāgelium in uniuerſo mūdo, & tunc ueniet finis: Primū quod ipſius dñi repromiſſio talis fuit, ut ipſi apoſtoli eius nominis & reſurrectiōis teſtes fierent in Hieruſalem, & in Iudæa, & in Samaria, & uſq; ad extremum terræ, & Apoſtolus hac autoritate docet: Sed dico nunquid nō audierunt? In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum. Item, propter ſpem quæ repoſita eſt uobis, quam ante audiſtis in uerbo ueritatis euangelij, quod aduenit in uos, ſicut & in omni mundo eſt fructificans & creſcens. Sed ab apoſtolis nunciata fides in gentibus, habuit multos perſecutores, ut retentata tardius inualeſceret, ut illud impleretur: Ante hæc omnia primū in uos manus imittent ſuas, & perſequētur & tradent uos in Synagogas & in cuſtodias, ducentes ad reges & ad præſides propter nomē meum, ut illud impleretur quod ſcriptū erat: Et uelociter reædificaberis à quibus deſtructa es. Nam ex quo clementiſſimi imperatores, chriſtiani dei uoluntate eſſe cœperunt, quanquam paulatim fides cauſa perſecutionis creſcebat in ſeculis, factis regibus chriſtianis ubiq; in paruo tempore Chriſti euangelium penetrauit. Expoſitio ſanè beati Danielis de hebdomadibus, qua uir ſanctus cōpresbyter noſter Hieronymus expoſuit, qualiter doctores eccleſiarū tradidiſſent, lectorem ſuſpendit. Nam ſi ipſe doctiſſimus uir compresbyter noſter ait periculoſum eſſe de magiſtrorū eccleſiarum iudicare ſententijs, & alterum præferre alteri, quāto magis hoc lector facere nō poteſt, quod magiſter facere dubitauit. Nos autē credimus qđ dñs ait: Quia cœlum & terra trāſient, iota autem unum uel unus apex nō tranſiet à lege, donec oīa fiant. Quomō ergo myſterium hebdomadarū ſit impletum uſq; ad natiuitatē & paſſionē Chriſti, admiror, cum illud quod in dimidio hebdomadæ propheta locutus eſt, di-

2. Tim. 4

Matth. 15

Eſaiæ 60

Rom. 10

Colo. 1.

Matth. 24

Luc. 21

Matth. 5

cendo: In dimidio hebdomadæ tolletur ſacrificium meum,& deſolationũ ſupplicatio inte C
ritus,& ad ſacrificium abominatio. Hæc ergo abominatio ſi iam completa fuerat, quomo/
Matth. 24 do dominus monet & dicit: Cum uideritis abominationem deſolationis, quod dictum eſt
per Danielem prophetam ſtantem in loco ſancto, qui legit intelligat. Ego autem ne peti/
tionis beatitudinis tuæ contemptor eſſem, hæc quemadmodum ſenſi, ſcripſi ad tuam chari
tatem. Plenius autem dignare nos uerbo gratiæ tuæ reſcribendo inſtruere & lætificare.

Auguſtinus Heſychio, cõmonſtrans quomodo ſint intelligenda ſcripturæ loca, quæ uarie loquuntur de fine ſeculi: quodq; præſtat non inquirere diem illum, ſed hoc agere, ut unuſquiſque ad ſuæ uitæ ſupremum diem ſit paratus. Epiſt. LXXX

DOMINO beatiſſimo & uenerabiliter ſuſcipiendo fratri & coëpiſcopo Heſychio, Auguſtinus in dño ſalutem. Accepi litteras ueneratiõis tuæ, quibus ualde ſalubriter exhortaris, ut ſaluatoris noſtri diligatur & deſideretur aduentus. Facis hoc ut ſeruus bonus eiuſdem patrisfamiliâs, auidus lucrorum domini tui, & uolens habere plurimos ſocios dilectiõis, qua ipſe præcipue & perſeuerãter accenderis. Intuentes igitur qđ
2. Timoth. 4 cõmemoraſti de Apoſtolo, quia dominũ dixit redditurum coronã iuſticiæ, nõ tantum ſibi, ſed & omnibus qui diligunt manifeſtationẽ eius, ita recte uiuimus, & in hoc ſeculo tanquã peregrini agimus, cum ſe in hac dilectione cor noſtrum proficienter extendit, ſiue citius ſiue tardius ueniat quàm putatur, cuius manifeſtatio fideli charitate diligitur, & pio deſideratur
Luc. 12 affectu. Seruus quippe ille, qui dicit: Moram facit dominus meus, & percutit cõſeruos ſuos, manducat & bibit cum ebrioſis, non utiq; diligit manifeſtationẽ eius. Ex moribus enim ap/
paret animus eius, quos mores licet breuiter ideo magiſter bonus curauit exprimere, id eſt ſuperbiam atq; luxuriam, ne quod dicebat, Moram facit dominus meus, deſiderio dñi ſui
Pſal. 4 dicere crederetur, quo ardebat ille qui dicebat: Sitiuit anima mea ad deum uiuum, quando ueniam, & apparebo ante faciem dei. Dicendo enim quãdo ueniam, moras ſe perpeti mole
ſte ferebat, quia etiam quod tempore acceleratur, deſiderio tardum uidetur. Quomodo aũt D
tardus eſt eius aduẽtus, uel quomodo longe futurus eſt, cum ipſi apoſtoli tempore, quo ad/
huc erant in carne, dixerint: Nouiſſima hora eſt, quamuis à domino audierint: Non eſt ue/
ſtrum ſcire tempora? Hoc ergo neſciebant quod neſcimus & nos, quantum ad me attinet,
dico, & eos qui hoc mecum neſciunt: & tamen quibus dictũ eſt, Non eſt ueſtrum ſcire tem
pora, quæ pater poſuit in ſua poteſtate, diligebãt eius manifeſtationem, & dabant cõſeruis
in tempore cibaria, nec percutiebãt eos dominãdo eis, nec luxuriabantur cum amatoribus
mundi, dicẽtes: Moram facit dominus meus. Alia eſt ergo ignorãtia temporum, alia labes
2. Theſ. 2 morum amorq; uitiorum. Nam & apoſtolus Paulus quãdo dicebat: Nõ cito moueamini
mente, neq; terreamini, ſiue per uerbum ſiue per epiſtolam, tanq; per nos miſſam, quaſi inſtet dies domini, nolebat utiq; ut crederent eis, qui iam propinquare domini arbitrabantur
aduentum: nec tamẽ uolebat ut tanq; ſeruus ille dicerent, Moram facit dominus meus ue/
nire, & traderẽt ſe ſuperbiæ luxuriæq; perdendos: ſed ſic eos nolebat de propinquante die
nouiſſimo falſis auſcultare rumoribus, ut tamẽ uellet eos paratos ad aduentum domini ſui
1. Theſ. 5 lumbis accinctis, & lucernis ardentibus operiri, quibus dicit: Vos aũt fratres non eſtis in te/
nebris, ut uos dies ille tanq; fur cõprehendat. Omnes enim uos filij lucis eſtis & filij diei, nõ
ſumus noctis neq; tenebrarum. Ille aũt qui ſic dicit: Moram facit dominus meus uenire, ut
percutiat cõſeruos ſuos, epuletur cum ebrioſis, nõ eſt lucis, ſed tenebrarũ, & ideo eum tanq;
fur dies ille comprehendet, quod unuſquiſq; debet etiam de die huius uitæ ſuæ nouiſſimo
formidare. In quo enim quenq; inuenerit ſuus nouiſſimus dies, in hoc eum comprehendet
mundi nouiſſimus dies: quoniam qualis in die iſto quiſq; moritur, talis in die illo iudicabi
Marci 13 tur. Ad hoc pertinet quod in euangelio ſecundum Marcum ita ſcriptum eſt: Vigilate ergo,
quia neſcitis quando dñs domus ueniat, ſero an media nocte, an gallicantu, an mane, ne cũ
uenerit repẽte, inueniat uos dormientes. Quod aũt uobis dico, omnibus dico, uigilate. Qui
bus em̃ omnibus dicit, niſi electis & dilectis ſuis ad corpus eius pertinẽtibus, quod eſt eccle
ſia?

A sia? Nõ solum ergo illis dixit quibus tunc audiẽtibus loquebatur, sed etiam illis qui fuerũt
post illos ante nos, & ad nosipsos,& qui erunt post nos usq; ad eius nouissimũ aduẽtum.
Nunquid autẽ omnes inuẽturus est dies ille in hac uita,aut quisquã dicturus est quod ad
defunctos etiam pertineat quod ait: Vigilate,ne cum repẽte uenerit inueniat uos dormien/
tes? Cur itaq; omnibus dicit,quod ad eos solos pertineat qui tũc erũt,nisi quia eo modo ad
omnes pertinet,quo modo dixi? Tunc enim unicuiq; ueniet dies ille,cũ uenerit ei dies ut ta
lis hinc exeat,qualis iudicãdus est illo die. Ac per hoc uigilare debet omnis Christianus,ne
imparatũ inueniat eum domini aduentus. Imparatum autẽ inueniet ille dies,quem impa/
ratum inuenerit suæ uitæ huius ultimus dies. Certe enim hoc saltẽ manifestum erat aposto
lis,non eorũ temporibus cum hic in carne uiuerent dominũ esse uenturum: & tamẽ quis du
bitet eos præcipue uigilasse & seruasse quod omnibus dixit, ne imparatos repente ueniens
inueniret? Nondum sanè intelligo quomodo accipi debeat quod scripsit sanctitas tua,pro
pterea dixisse dominum apostolis,Non est uestrum nosse tempora uel momenta quæ pa/
ter posuit in sua potestate,quoniã secutus adiunxit,Sed eritis mihi testes in Hierusalẽ & in
Iudæa & in Samaria & usq; ad ultimũ terræ. Quem scripturæ sensum sic exponis, ut dicas
non esse apostolos testes consummationis mundi,sed nominis & resurrectionis suæ uoluit
intelligi. Non quidẽ ille ait,Non est uestrum prædicare tempora,sed nõ est uestrum nosse.
Verum si ita uis intelligi quod ait: Nõn est uestrũ scire,ac si diceret,non est uestrum scientes
facere,id est, non est uestrum hoc docere, quis nostrum docere audeat, uel scire præsumat,
quod deus ille magister nec eos discipulos docuit, à quibus præsentibus interrogatus est
præsens,nec illi tam sancti magniq; doctores ecclesiam docere potuerunt? An respondebi/
tur,hæc nõ docuisse apostolos,sed prophetas. Hoc enim aisti & uerũ est, quod ea quæ futu
ra sunt sanctorum prophetarũ uocibus cognoscuntur,qui priusquã fierẽt,inquis,ea quæ fu
tura erant uoluntate diuina hominibus sunt locuti. Sed si ueneratio tua satis admiratione
B plenũ esse dicit,si ea deus quæ prædici uoluit, ad hominũ sensus penitus non posse perueni
re constituit,quanto maiore admiratione plenũ est,si ea quæ prophetæ hominibus sunt lo
cuti,hæc apostoli uel scire sunt prohibiti uel docere? Quomodo autẽ prophetæ ista de qui/
bus agitur tẽpora docentes,non intelligerẽtur ab apostolis,si intelliguntur à nobis? Aut si
eos apostoli intellexerunt istam mensurã temporis prophetantes,quomodo non docerent
quod intellexerunt,quando per eorũ præconiũ & ipsi prophetæ innotescebant,qui eos suis
libris ista docuerunt? Et ideo per quas litteras ea ipsi didicerant, per easdem poterant alij
quoque in his gentibus discere,in quibus apostoli autoritatem propheticam commenda/
bant. Cur ergo eis dictum est: Non est uestrum scire, uel si ita intelligendũ est, Non est ue/
strum docere tempora, quæ pater posuit in sua potestate,quandoquidem sic ea docebant,
cum hi in quorum litteris discerentur per illos innotescebant? Vnde credibilius est, nõ de/
um noluisse scire, sed noluisse prædicari, quod noluit prædicari quod uidebat non utiliter
sciri. Cur ergo,inquis,de tẽporibus cognoscendis ipse dominus monet ubi dicit: Quis nam Matth.22
est fidelis seruus & prudens quẽ cõstituit dominus super familiam suam ut det illis cibum
in tempore? & cætera. Imò uero monet,non ut bonus seruus cognoscat temporum finem,
sed ut omni tempore in opere bono uigilet,quia nescit temporũ finem. Non monet ut tem
pora quæ pater posuit in sua potestate assequamur super apostolos, sed monet ut quo/
niam nescimus quando ueniat dominus,in cordis præparatione imitemur apostolos. Vn/
de iam supra satis locutus sum. Arguit autem Iudæos, quare tempus non cognoscant,di/ Luc.12
cens, Hypocritæ faciẽ cœli potestis probare,& reliqua, quoniam illud tempus nõ agnosce/
bant,quod iam uolebat agnosci, id est,primi aduentus sui quo in eum crederent, qui alte/
rum eius aduentum uellent expectare uigilantes quandocunque futurus esset. Qui enim
aduentum domini non cognouerit primum,præparare se non potuit ad secundum,creden
do in eum fideliterq; uigilando,ne illum tanquam fur in tenebris comprehendat, siue tar/
dius uenerit,siue citius q̃ sperat. Dicit etiã sicut admones apostolus Paulus: In nouissimis

temporibus inſtabunt tempora periculoſa,& reliqua.Sed nũquid ideo docet tempora,quæ pater poſuit in ſua poteſtate? Aut ideo quiſq; nouit quàm lõga uel breuia ſint eadem ipſa
1. Ioan. 2 quæ fatendũ eſt,eſſe nouiſſima? Cogitare quippe debemus q̃ olim dictũ ſit:Fratres nouiſſima hora eſt.Rurſus eundẽ Apoſtolũ dixiſſe cõmemoras:De temporibus aũt & momentis nõ neceſſe habemus ſcribere uobis, uos enim ipſi diligenter ſcitis quia dies domini ſicut fur in nocte,ita ueniet.Et cum dixerint,pax & ſecuritas,tunc ſubitaneus illis apparebit interitus,quomodo dolores parturientis & non effugient.Et hic nõ dixit poſt quantum temporis hoc futurum ſit,ſed quomodo futurũ ſit:id eſt nõ quanta erit ætatis breuitas uel prolixitas,ſed quantũlibet interuallũ ſit ſpaciũ q̃ temporis,nõ tamẽ eis hoc ueniet malum nouiſſimum,niſi cum dixerint,pax & ſecuritas. Quibus uerbis uidetur Apoſtolus huius nouiſſimi diei uel ſpem uel timorẽ ab hoc noſtro tempore remouiſſe.Nõ enim uidemus ipſos amatores huius ſeculi,quibus ſubitaneus apparebit interitus,iam dicere, Pax & ſecuritas.Quid ergo ſcire ſufficiat,ſatis ipſe demonſtrat Apoſtolus,dicendo: De temporibus & momentis non opus habemus uobis ſcribere,uel ſicut alij codices habent:Nõ opus habetis uobis ſcribi.Hæc ſecutus adiunxit: Vos enim ipſi diligẽter ſcitis quia hora domini ſicut fur in nocte, ita ueniet.Hoc ergo ſcire opus eſt,ut curent filij lucis eſſe,& parato corde uigilare,qui nolũt ab illa hora ſicut à nocturno fure comprehẽdi.Nam ſi ad cauendum hoc malum, id eſt ne hora domini tanq̃ fur inueniat imparatum,opus eſſet noſſe temporum ſpacia,non diceret Apoſtolus non opus eſſe ut hõc ſcriberet, ſed hoc potius eis eſſe ſcribendum tanq̃ doctor prouidentiſſimus iudicaret.Nunc autem nec illis hoc opus eſſe monſtrauit,quibus ſufficiebat ut ſcirent imparatis atq; dormientibus horam domini ſicut furem eſſe uenturam, atq; hoc ſciendo eſſent ipſi uigilanter parati poſt quantalibet tempora ueniret:& ſuum ſeruauit modum,ut licet Apoſtolus,non tamẽ præſumeret alios docere, quod apoſtolis dominũ dixiſſe cognouerat, nõ eſt ueſtrum ſcire. Ponis etiam quod idem ipſe dixit Apoſtolus: Non
2. Theſ. 2 retinetis memoria,quia cum eſſem apud uos hæc dicebam uobis.Et nunc quid detineat ſcitis,ut reueletur in ſuo tempore.Nam myſterium iam operatur iniquitatis,tantum qui tenet modo teneat,donec de medio fiat. Et tũc reuelabitur ille iniquus, quem dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui. Quæ uerba apoſtolica utinam nõ tantũmodo ponere,uerumetiam
20. De ciuitate dei cap. 19 exponere dignareris,Ita ſanè obſcura ſunt & myſtice dicta,ut tamẽ appareat eum nihil de ſtatutis dixiſſe temporibus,nullumq; eorum interuallũ ſpaciumq; aperuiſſe. Ait enim: Vt reueletur in ſuo tempore,nec dixit poſt quantum temporis hoc futurum ſit.Deinde ſubiunxit:Iam enim myſterium operatur iniquitatis.Hoc iniquitatis myſterium quomodolibet intelligatur quid ſit,ab alio ſic,ab alio autẽ ſic,quandiu tamen operetur occultum eſt.Neq; id expreſſit Apoſtolus tanq̃ homo ex eorum numero,quibus dictum eſt: Nõ eſt ueſtrũ ſcire tempora. Quamuis enim nondum inter eos erat,quãdo eis hoc dictum eſt,ad eorum tamen collegium atq; ſocietatem etiam ipſum nõ ambigimus pertinere.Item quod ſequitur: Tãtum qui modo tenet,teneat,donec de medio fiat, & tunc reuelabitur ille iniquus, quem dñs Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui, docet nos antichriſtum manifeſtũ futurum. Siquidem ipſum uidetur aliquãto euidentiori ſignificatione tetigiſſe interficiendũ ſpiritu oris domini Ieſu Chriſti,ſed poſt quãtum temporis iſtud erit,nec ſaltem obſcure locutus eſt. Quis nam ſit enim qui modo tenet, uel quid teneat, uel quid ſibi uelit quod ait, de medio fiat, poteſt quiſq; ſe coartare ut intelligat, uel aliquatenus ſuſpicetur, quoniam quoquo modo ſcriptũ legit. Quandiu autem teneat,& poſt quanta temporum ſpacia de medio fiat, hic omnino
Luce 19. tacetur. Item dominus, inquis, in euangelio increpat Iudæos, dicens: Et tu ſi cognouiſſes, tempus uiſitationis tuæ, forſitan permanſiſſes, nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis. Sed hoc ad tempus primi aduentus domini pertinet,nõ ſecundi, de quo nunc quæſtio eſt. De ſecundo quippe aduentu ſuo dixit,Nõ eſt ueſtrum ſcire tempora,nõ de primo. De illo enim ab eo quæſierunt diſcipuli quem ſperabant,nõ de iſto quem iam uidebãt.Si enim primũ
1. Cor. 2 eius aduentum Iudæi cognouiſſent,nunq; dominũ gloriæ crucifixiſſent, & ideo non euerti

ſed

A ſed permanere potuiſſent. Iam uero quod ait ad eos: Pœnitẽtiam agite, completa ſunt tem Marci 1
pora, credite Euãgelio, etiam ipſe firmaſti de his temporibus dictum eſſe Iudæorum, quæ
continuo poſt paucos annos fuerant tranſitura, & nunc nouimus iam eſſe tranſacta, euer/
ſa ſcilicet ciuitate, in qua regnum eorum fuerat cõſtitutum. Proinde quod ex Daniele de in/
terfecta beſtia poſuit uenerabilitas tua, & de reliquarum beſtiarũ regno, & inter hæc de fi/
lio hominis ueniẽte cum nubibus cœli, manifeſtum eſſe dixiſti intelligentibus ſcripturam.
Sed ſi dignatus fueris exponere, quomodo iſta pertineant ad cognoſcendum temporum
ſpacium, poſt quod erit ſaluatoris aduentus, ita ut inueniantur ſine ulla ambiguitate ma/
nifeſta, fatebor etiam ipſe cum magna actione gratiarum, illud quod ait dominus, Nõ eſt
ueſtrum ſcire tempora, tantummodo apoſtolis eſſe dictum, non poſteris eorum qui ea fue
rant cognituri. Diligendus ergo eſt & expectandus domini ſicut ſancte hortaris aduentus,
magnamq; dicis eſſe beatitudinem diligentibus eius aduentũ, & adhibes apoſtoli teſtimo
nium, cuius uerba ſic ponis: De cætero repoſita eſt mihi corona iuſticiæ, quam reddet mihi 2. Timoth. 4
dominus iuſtus iudex in illa die. Non ſolum autem mihi, ſed & his qui diligunt aduẽtum
domini. Tunc enim ſicut ex Euangelio commemoras: Iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno pa/ Matth. 13
tris ſui, Et quod propheta dicit: Ecce enim caligo & tenebræ operient terram ſuper gentes, Eſa. 60
in te uero apparebit dominus, & maieſtas eius in te uidebitur. Item quod ſcriptũ eſt: Qui Eſa. 40
uero expectant dominum, exultabunt cum uirtute, producent pennas ſicut aquilæ, current
& non laborabũt, ambulabunt & non eſurient. Hoc planè pꝛiſſime & ueriſſime dicis, com/
mendans eorum beatitudinem, qui diligunt aduentum domini. Sed & illi quibus dicebat
apoſtolus: Non cito moueamini mente, quaſi inſtet dies domini, diligebant utique aduen 2. Theſſal. 2
tum domini. Nec eos hoc docẽs doctor gẽtium ab illa dilectione frangebat, qua ut inflam
marentur uolebat, & ideo nolebat ut crederent eis, à quibus audiebant inſtare diem domi/
ni, ne forte cum tranſiſſet tempus, quo eum crediderant eſſe uenturum, & ueniſſe non cerne
B rent, etiam cætera fallaciter ſibi promitti arbitrantes, & de ipſa mercede fidei deſperarent.
Non ergo ille diligit aduentum domini qui eum aſſerit propinquare, nec ille qui eum aſſe
rit non propinquare, ſed ille potius qui cum ſiue prope ſiue longe ſit, ſyncericate fidei, firmi
tate ſpei, ardore charitatis expectat. Nam ſi tanto magis diligitur dominus, quanto magis
creditur & prædicatur citius eſſe uenturus, magis eum diligebant qui eius aduẽtum iam in/
ſtare dicebant, q̃ hi quos apoſtolus eis credere prohibebat, uel ipſe apoſtolus qui hoc utiq;
non credebat. Si autẽ onerosa non eſt infirmitas mea ſanctitati tuæ, peto apertius non gra
ueris exponere, quomodo dixeris neminem poſſe temporum mẽſuras colligere, ne forte &
hoc mihi uideatur, quod etiam charitati tuæ, & fruſtra quilibet noſtrũ inſtrui expectet ab
altero. Cum hoc enim dixiſſes, deinde ſubdidiſti & aiſti, Euangelium quidem dicit, De die
& hora nemo ſcit. Ego autem, inquis, pro impoſſibilitate intellectus mei dico, neq; mẽſem
neq; annũ aduẽtus ipſius ſciri poſſe. Ita enim hoc uidetur ſonare, tanq̃ non poſſit ſciri, quo
anno uenturus ſit, ſed poſſit ſciri qua hebdomade annorum, uel qua decade, tanquam dici
poſſit atque definiri intra illos uel illos ſeptem annos, aut intra illos uel illos decem annos.
Quod ſi ne hoc quidem cõprehendi poteſt, quæro utrum ſic ſaltẽ poſſit definiri tẽpus ad
uentus eius, ut eum uenturum eſſe dicamus, intra iſtos, uerbi gratia, quinquaginta uel cen/
tum annos, uel quotlibet ſeu maioris numeri, ſeu minoris annorum, ſed in quo eorum, nos
ignorare. Hoc ſi iam comprehendiſti, multum eſt quod comprehendere potuiſti. Idipſum
eſt autem quod rogo, ut nobis benignus impertias, adhibẽs idonea documenta, quibus id
poſſis indagare. Si autem neque hoc te comprehendiſſe præſumis, hoc ſentis quod ego.
Nouiſſima enim eſſe iſta tempora, multis rerum ſignis apparentibus quæ dominum præ/
dixiſſe legimus, omnes qui ea credimus, cernimus. Sed & mille annorum tempus, ſi eo/
rum finis eſſet ſeculi finis, poſſet uniuerſum dici nouiſſimũ tempus, uel etiam nouiſſimus
dies, quia ſcriptum eſt: Mille anni ante oculos tuos, tanquam dies unus, ut quicquid per Pſal. 89
eoſdem mille annos gereretur, nouiſſimo tempore uel nouiſſimo die diceretur geri. Iterum

enim

enim dico quod in hac causa sæpe dicendum est: Consideremus ante quàm multos an- C
nos dixerit beatus Ioannes Euangelista: Nouissima hora est. Nam si tunc essemus hoc
audito, quando crederemus tot annos postea transituros, ac non potius ipso adhuc Ioan-
ne in corpore constituto dominum speraremus esse uenturum? Neque enim dixit, Nouis
simum tempus est, aut nouissimus annus, aut mensis, aut dies, sed nouissima hora est. Et ec-
ce ista hora quàm longa est, nec tamen est ille mentitus, sed utique intelligendus est horam
pro tempore posuisse. Quod nonnulli sic accipiunt, ut sex annorum milia constituant, ue-
lut unum diem, eumq; in partes uelut horas duodecim partiantur, ut sic quingentos annos
postremos, hora uideatur habere postrema. In quibus annis iam Ioannes, inquiunt, loque
batur, quando nouissimam horam esse dicebat. Sed aliud est nosse aliquid, aliud suspicari.
Cur enim non potius, si sex annorum milia deputandus est unus dies, non duodecima, sed
uicesimaquarta pars eius una hora est: id est, non quingenti, sed ducenti quinquaginta an-
ni? Totus enim dies, totus circumitus solis uerius nuncupatur, non ab oriente usque in occi
dentem, sed ab oriente usq; in orientem, unde toto die peracto, id est uiginti & quatuor ho
ris rursus exoritur: ac per hoc hora ista nouissima, ex quo tempore id locutus est Ioannes,
ante fermè septuaginta annos ut minimum, iam reperitur esse transacta, & nondum uenit
terminus seculi. Huc accedit, quia inspecta diligenter ecclesiastica historia, reperitur Ioan-
nes apostolus longe ante fuisse defunctus, quàm quinque milia quingenti anni, à generis
humani exordio complerentur. Nondum erat itaque hora nouissima, si sex milium anno-
rum pars duodecima, id est quingẽti anni, uelut unius horæ spacium deputatur. Porrò si se-
cundum scripturas unum diem mille annos esse ponamus, multomagis olim transijt tam
longæ diei hora nouissima, nõ dico si uicesimaquarta pars eius, qui sunt anni paulo ampli-
us quadraginta, sed si duodecima deputetur, quæ illos annos duplos habet. Vnde conueni
entius ille apostolus creditur horam posuisse pro tempore, quæ hora quàm longa sit, igno-
ramus, quia non est nostrũ scire tempora, quæ pater posuit in sua potestate: quamuis eam D
nouissimam esse nouerimus, multomagis utiq; nos, quàm qui fuerunt ante nos, ex quo es-
se uel dici cœpit hora nouissima. Quod autem ideo uidetur uenerationi tuæ comprehen-
di non posse temporum mensuras, ut definiatur quo anno futurus est finis, quia secundum
promissionem domini breuiabuntur dies illi, prorsus non intelligo. Si enim sic breuiabun-
tur, ut fiant ex pluribus pauciores, quæro secundum quam ueritatem futuri erant plures, ni-
si breuiarentur? Hebdomades enim sancti Danielis non ad primum domini aduentum, si
cut pluribus uisum est, sed ad secundum potius existimas pertinere. Itáne ergo breuiabun-
tur, ut uel una in eis hebdomada minus futura sit, & falsa erit prophetia, quæ tanta diligen
tia numerum hebdomadarum definire curauit, ut quiddam diceret etiam dimidio hebdo-
madis implendum? Miror si per prophetiam Christi, destruitur prophetia Danielis. De-
inde quale est ut putemus ignorasse Danielem, uel potius angelum, à quo ista discebat, bre
uiaturum dominum dies illos, & errasse ut hoc diceret, uel sciisse quidem, sed ei quem doce-
bat fuisse mentitum? Quod si absurdum est, cur non potius credimus secundum id quod
breuiaturus est dominus dies illos, tot hebdomadas prophetasse Danielem, si tamen ad se
cundum domini aduentum, quod nescio quemadmodum possit ostendi, ille numerus refer
tur annorum? Postremo multo certius securiusq; dicitur domini aduentum intra septua-
ginta, aut ut plurimum intra centum annos futurum, si hebdomades istæ ipsum prænunci-
ant. Anni enim quadringenti nonaginta sunt in hebdomadibus septuaginta. A natiuitate
autem domini hodie computãtur anni fermè quadringenti uiginti: à resurrectione autem
uel ascensione eius anni plus minus cccxc. Ac per hoc, si ex quo natus est cõputetur, septua-
ginta sunt reliqui: si ex quo passus est, circiter centum remanent, intra quos Danielis omnes
hebdomades, si de nouissimo eius aduẽtu prophetatæ sunt, implebũtur. Qui ergo dicit in-
tra tot annos erit, tũc falsum dicit si ultra erit. Sed quia breuiabũtur, pauciores poterũt esse;
nõ plures. Recte itaq; dicit intra hos erit, quoniã quantũlibet breuiẽtur, uerũ erit. Ipsa nãq;
breuiatio

A breuiatio ſi eo modo intelligenda eſt ut pauciores fiant,ultra eos diem domini uenire non patitur,ſed magis magiſq; intra eos quãto fuerint pauciores. Nõ igitur iſta breuiatio turbat computatorem,qui eo modo definierit,ut dicat intra tot annos diem domini eſſe uenturum,ſed adiuuat potius,quoniam quanto magis ad paucitatẽ redigentur dies,tanto magis erit intra & ultra eſſe non poterit:atq; ideo uerum erit quod ita definitur,ut dicatur intra tot annos erit, quãuis neſciatur quo anno futurum ſit. Proinde tota quæſtio eſt,utrum Danielis hebdomades primo aduentu domini impletæ ſint,an finẽ ſeculi prophetauerint, an ad utrunq; pertineant. Neq; enim qui etiam hoc ſaperẽt defuerunt,dicentes,tẽpore primi aduentus Chriſti eſſe completas,& inde uſq; ad finem ſeculi totidem rurſus eſſe cõplendas. Equidem uideo quia ſi primus eas non compleuit aduentus,neceſſe eſt ut ſecũdus eas compleat:quoniam prophetia illa nõ poteſt eſſe falſa:quæ ſi tempore primi aduentus impleta eſt,nõ cogit intelligi quod etiam de fine ſeculi implebitur. Ac per hoc incertũ eſt etiã ſi uerum eſt,neq; negãdum quidem,ſed neq; præſumendũ eſt id futurũ. Relinquitur itaq;, ut qui uult cogere iſtam prophetiam credi ſeculi fine complendam,contendat quãtum poteſt & oſtẽdat ſi poteſt, primo aduentu domini non fuiſſe completam,contra tot expoſitores diuinorum eloquiorum,qui hoc non ſolum computatione temporum,uerumetiam rebus ipſis completam fuiſſe demõſtrant,maxime quod ibi ſcriptum eſt: Et ungetur ſanctus ſanctorum,uel propter quod in eadem prophetia Hebræi codices expreſſius habent: Occidetur Chriſtus & nõ erit eius,* id eſt,non erit eius ciuitatis,quoniam ſic alienatus eſt à Iudæis, qui eum propterea ſaluatorẽ redẽptorem q; ſuũ nõ eſſe crediderũt,quia occidere potuerũt. Neq; enim in fine ſeculi ungẽdus,aut occidẽdus eſt Chriſtus,ut iſta prophetia Danielis tunc expectetur implẽda,quæ nondũ creditur impleta. Quod autem de ſignis Euangelicis & propheticis quæ fieri cernimus, propinquum domini aduentum ſperare debeamus quis negat? Quotidie quippe magis magiſq; fit proximus. Sed quãto interuallo pro

B pinquet,hoc,dictũ eſt,nõ eſt ueſtrum ſcire. Vide quando dixit apoſtolus: Nunc enim propior eſt noſtra ſalus q; cum credidimus, Nox proceſſit,dies autem appropinquauit, Ecce quot anni tranſierunt,nec tamen quod dixit falſum eſt, Quanto magis nunc dicendum eſt propinquare domini aduentum, quando tantus eſt ad finem factus acceſſus? Apoſtolus certe: Spiritus,inquit,manifeſte dicit,quia in nouiſſimis temporibus recedent quidam à fide, Nondum utiq; erant eadem tempora,hæreticorum ſcilicet & talium quales eodem ſermone deſcribit, ſed iam uenerunt,ac per hoc in nouiſſimis temporibus uidemur etiam per ipſos de fine ſeculi cõmoneri. Itemq; alibi dicens: Hoc autẽ ſcitote quoniã in nouiſſimis diebus inſtabunt tẽpora ſæua,uel ſicut alij codices habẽt,periculoſa, Deinde qualia futura ſint exprimens, Erunt enim homines,inquit,ſeipſos amantes,amatores pecuniæ,elati, ſuperbi, blaſphemi,parentibus nõ obediẽtes,ingrati,ſceleſti,irreligioſi, ſine affectione, detractores, incontinentes,immites,ſine benignitate,proditores,procaces,cæcati,uoluptatum amatores magis q; dei,habentes ſpeciẽ pietatis,uirtutẽ autẽ eius abnegãtes. Mirum ſi tales homines aliquando defuerũt. Deniq; quia & tunc erãt, adiungit ac dicit: Et hos deuita, Ex his enim ſunt qui penetrant domos. Non ait, Penetrabunt, tanquam & hic futurum prænuncians, ſicut ſupra dixerat, Inſtabunt tempora periculoſa, ſed ait, Penetrant domos, & captiuas ducunt mulierculas. Non ait, ducent uel ducturi ſunt, ſed iam ducunt. Nec putandus eſt hoc loco,pro temporis futuri uerbis,præſentis temporis uerba poſuiſſe,quandoquidẽ illos ab eo cui ſcribit euitari admonebat. Nec tamen fruſtra dixit, In nouiſſimis diebus inſtabũt tẽpora periculoſa, & hinc ea periculoſa futura demõſtrans,tales homines futuros eſſe præ/dixit, niſi quia tãto plures erũt,magis q; abundabunt, quãto magis propinquatur ad finẽ. Videmus ergo tales nũc abũdare. Sed quid ſi abũdãtiores erũt poſt nos,& omnino abundãtiſſimi quãdo iam iam q; ipſe finis inſtabit,q quãdiu aberit ignorat? Nouiſſimi quippe dies dicti ſunt,& in ipſis primis apoſtolorũ diebus,cũ dñi in cœlũ recens eſſet aſcẽſus,quando die pentecoſtes miſit promiſſum ſpiritũ ſanctũ,& quidam ſtupebant admirantes eos

Dan.9

Hieronymus legit eius populus

Rom.13

1.Timoth.4

2.Timoth.3 χαλεπὰ

qui

qui linguis quas non didicerant loquebantur, quidam uero irridẽtes, musto plenos esse di- C
cebant. Quo die Petrus loquens ad illos, qui de hac re uarie mouebantur: Non enim sicut,
inquit, suspicamini, ebrij sunt isti, cum sit hora diei tertia. Sed attẽdite quoniã hoc est quod
Ioel. 2 dictum est per prophetam: Erit in nouissimis diebus dicit dominus, Effundam de spiri-
tu meo super omnem carnem. &c. Iam tunc ergo erant dies nouissimi, quãtomagis nunc,
etiam si tantum dierum remansit usq; in finem, quãtum ad hunc diem à domini ascensiõe
transactum est, uel aliquid siue minus restet siue amplius: quod profecto nescimus, quia nõ
est nostrum scire tempora, quæ pater posuit in sua potestate, cum tamen sciamus in nouis-
simis temporibus, in nouissimis diebus, in nouissima hora nos agere sicut apostoli: sed mul
tomagis qui fuerunt post illos ante nos, & multomagis nos, & magis quàm nos, qui erunt
post nos, donec ad illos ueniatur qui erunt, si dici potest, nouissimorum nouissimi, atq; ad
Ioan. 6 ipsum omnino nouissimũ, quem uult intelligi dominus, ubi dicit: Et resuscitabo eum in no-
uissimo die, qui quàm longe absit, comprehendi non potest. Signa quæ in Euangelio futu-
ra prædicta sunt, sicut commemorat sanctitas tua secundum Lucam, eadem sunt secũdum
Matthæum & secũdum Marcum. Hi enim tres narrant quæ dixerit dominus, cum interro-
gatus esset à discipulis suis, quando futura essent quæ de templi euersiõe prædixerat, & qd
signum esset aduentus eius & consummationis seculi. Nõ enim discrepant rebus, si alius ali
quid dicit quod alius tacet, aut alio modo dicit: magis autem collata inuicem iuuant, ut le-
gentis intellectus regatur. Sed de omnibus disputare nunc longum est: Interrogãtibus eñ
dominus, ea respondit quæ iam ex illo tempore fuerant secutura: siue de excidio Hierusalẽ,
unde orta est ipsius interrogationis occasio: siue de aduentu suo per ecclesiam, in qua usq;
ad finem uenire nõ cessat. In suis enim ueniens agnoscitur, dum eius quotidie membra na
Matth. 26 scuntur, De quo aduentu ait: Amodo uidebitis filium hominis uenientẽ in nubibus, de qui
Esa. 5 bus nubibus dictum est per prophetam: Mandabo nubibus meis ne pluant super eam: si-
ue de ipso fine, in quo apparebit uiuos iudicaturus & mortuos. Cum itaq; signa dicat, quæ D
ad ista tria pertinẽt, id est ad excidium illius ciuitatis: ad aduentũ eius in corpore suo, quod
est ecclesia: ad aduẽtum eius in capite ecclesiæ, quod est ipse: quod eorum signorũ, ad quod
horum trium referendum sit, diligenti consideratione cernẽdum est: ne forte quod pertinet
ad euersionem Hierusalem, ad finem seculi referendum putemus: aut ecõtrario quod ad fi-
nem seculi pertinet, affirmemus ad ciuitatis illius excidium pertinere: aut quod pertinet ad
eius aduentum in corpore suo, quod est ecclesia, dicamus pertinere ad eius aduentum nouis
simum in corpore suo, quod est caput ecclesiæ: aut rursus quod pertinet ad aduentum eius
nouissimum per seipsum, ad eum pertinere asseueremus aduẽtum, qui est per ecclesiam. In
quibus omnibus sunt quædam manifesta, quædã uero sic obscura, ut uel laboriosum sit ea
diiudicare, uel temerarium, quandiu non intelliguntur, de his aliquid definire. Quis enim
non uideat ad illam ciuitatem pertinere, quod dictum est: Cum autem uideritis circunda-
ri ab exercitu Hierusalem, tunc scitote quia appropinquabit desolatio eius. Item quis nõ ui-
deat ad aduentum domini nouissimum pertinere, quod dictum est: Cum uideritis hæc fie-
ri, scitote quoniam propè est regnum dei? Illud autem quod dictum est: Væ prægnantibus
& nutrientibus in illis diebus. Orate autem ut non fiat fuga uestra hyeme uel sabbato, erit
enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi, neq; fiet, sic est positum secun
dum Matthæum, & secundum Marcum, ut incertum sit utrum de excidio illius ciuitatis, an
Marci. 13 de seculi fine intelligi debeat. Sic enim hoc ipsum legitur apud Marcum: Væ aũt prægnan-
tibus & nutrientibus in illis diebus, Orate ut hyeme non fiant. Erunt enim dies illi tribula-
tionis tales, quales non fuerunt ab initio creaturæ, quam condidit deus usq; nunc, neq; fient.
Et nisi breuiasset dominus dies illos, non fuisset salua omnis caro: sed propter electos, quos
Matth. 24 elegit, breuiabit dies. Non dissimiliter & Matthæus. Hoc autem Lucas ita posuit, ut appa-
Luce 21 reat ad illius ciuitatis excidium pertinere. Nam sic apud eum legitur: Væ autem prægnan-
tibus & nutrientibus in illis diebus. Erit enim pressura magna super terram, & ira populo

huic,

A huic; & cadent in ore gladij, & captiui ducentur in omnes gentes,& Hieruſalem calcabitur
à gentibus,donec impleantur tempora nationum. Vnde autem ad hoc uentũ eſt, Matthæ
us ita ſcribit: Cum ergo uideritis abominationem deſolationis, quæ dicta eſt à Daniele Matth.24.
propheta ſtantẽ in loco ſancto,qui legit intelligat,tunc qui in Iudæa ſunt fugiant in mon/
tes,& qui in tecto non deſcendat tollere aliquid de domo ſua,& qui in agro non reuertatur
tollere tunicam ſuam. Væ autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus,&c. Marcus
uero ita, Cum uideritis abominationem deſolationis ſtantem ubi non debet, qui legit in/
telligat: tunc qui in Iudæa ſunt fugiant in montes, & qui ſuper tectum ne deſcendat in do/
mum,nec introëat ut tollat quid de domo ſua,& qui in agro erit non reuertatur retro tolle
re ueſtimentum ſuum, Væ autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus, & reliqua.
Lucas uero ut oſtenderetur tunc factam fuiſſe abominationem deſolationis quæ à Danie
le prædicta eſt, quando expugnata eſt Hieruſalem, hæc eodem loco domini uerba com/
memorat, Cum autem uideritis circundari ab exercitu Hieruſalem, tunc ſcitote quia ap/
propinquabit deſolatio eius. Apparet itaque tunc ibi poſitam deſolationis abominatio/
nem,de qua duo illi Euangeliſtæ locuti ſunt. Deniq; etiam iſte ſimiliter ſequitur: Tunc qui
in Iudæa ſunt fugiant in montes. Et pro eo quod dixerunt illi, Et qui ſuper tectum, ne de/
ſcẽdat in domum,nec introëat ut tollat quid de domo,Iſte dixit, Et qui in medio eius ſunt
diſcedant, ut oſtenderetur illis uerbis apud alios Euangeliſtas poſitis, feſtinationem fugæ
fuiſſe præceptam:& pro eo quod illi poſuerunt,Et qui in agro erit non reuertatur retro tol/
lere ueſtimentum ſuum,apertius iſte ait, Et qui in regionibus nõ intrent in eam, quia dies
ultionis hi ſunt ut impleantur omnia quæ ſcripta ſunt. Deinde ſimiliter etiam iſte ſequitur,
ut prorſus manifeſtum ſit de hac ipſa re omnium trium eſſe hunc Euangelij locum, Væ au
tem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus,& cætera ad hoc pertinentia,quæ iam cõ/
memoraui ſuperius. Lucas ergo patefecit quod eſſe poſſet incertum, non ad ſeculi finẽ ſed
B ad expugnationem Hieruſalẽ pertinere id, quod dictũ eſt de abominatione deſolationis,
& quod dictum eſt de dierum breuiatione propter electos,quia & ſi ea ipſe non dixit,dixit
tamen apertius cætera de hoc ipſo,quò & iſta pertinere mõſtrauit. Nõ enim debemus am
bigere,quando euerſa eſt Hieruſalẽ fuiſſe in illo populo electos dei,qui ex circunciſione cre
diderant,ſiue fuerant credituri electi ante conſtitutionem mundi,propter quos breuiaren/
tur dies illi,ut tolerabilia mala fierent. Nam quidam conuenientius intellexiſſe mihi uiden
tur,mala ipſa ſignificata nomine dierum,ſicut dicti ſunt dies mali in alijs diuinæ ſcripturæ
locis. Neque enim dies ipſi mali ſunt, ſed ea quæ fiunt in eis. Ipſa ergo dicta ſunt breuiari
ut deo donante tolerantia minus ſentirentur, ac ſic quæ magna eſſent breuia fierent. Sed ſi/
ue iſto modo intelligenda ſit dierum illa breuiatio,ſiue quod ad paucitatem redigerentur,
ſiue quod curſu ſolis celeriore breuiarentur,non enim deſunt qui & hoc exiſtiment, ita ſcili/
cet dictos breuiores dies futuros,ſicut fuit longior dies orante Ieſu Naue, Tamẽ Lucas Eu/
angeliſta & hanc dierum breuiationem & abominationem deſolationis,quæ duo ipſe non
dixit,ſed Matthæus Marcusq; dixerunt, ad euerſionem Hieruſalem docuit pertinere, alia
cum eis dicens apertius de hac eadem re, quæ illi poſuerunt obſcurius. Nam Ioſephus qui Ioſephus.
Iudaicam ſcripſit hiſtoriam,talia mala dicit illi populo tunc accidiſſe,ut uix credibilia uide/
antur. Vnde non immerito dictum eſt,talem tribulationem nec fuiſſe à creaturæ initio nec
futuram. Sed & ſi tempore antichriſti talis aut maior forſitan erit,intelligendum eſt de illo
populo dictum quod ei talis amplius futura non erit. Si enim antichriſtum illi primitus &
præcipue recepturi ſunt,facturus eſt tunc idem populus tribulationem potius quàm paſſu
rus. Non eſt ergo cur putemus hebdomadas prophetæ Danielis, uel propter dierum bre/
uiationem fuiſſe turbatas,uel illo tam tempore non fuiſſe completas, ſed in fine ſeculi eſſe
complendas. Non enim ante paſſionem domini impletæ ſunt. Quod qui putant, rectiſſi/
me tua ſententia refelluntur quia dixiſti,Hæc ergo abominatio ſi iam completa fuerat,quo
modo dominus monet & dicit: Cum uideritis abominationem deſolationis, quod di/

u ctum

ctum est per Danielem prophetam,stantem in loco sancto,qui legit intelligat: His uerbis C
beatitudinis tuæ illi merito corrigendi sunt, qui dicunt eam cũ hæc dominus loqueret, uel
ante passionem resurrectionemq; eius fuisse cõpletam. Qui autem dicunt,sicut apertissime
etiã Lucas euangelista testatur,tunc fuisse factã quando euersa est Hierusalẽ,quid eis respõ
deatur uidere debẽt,qui in fine seculi uel circa finem existimant hæc futura, quanq; ipsa de/
solationis abominatio propter obscuritatẽ dicti non uno modo ab hominibus potuerit in
telligi.Et quod dictum est,Qui est in tecto,non descendat tollere aliquid de domo sua,& q
in agro non reuertatur tollere tunicam suam, potest cõgruentius intelligi spiritaliter, quod
in tribulationibus omnibus est cauendum, ne quisq; deuictus ad carnalem uitam de spíri/
tali sublimitate descendat, aut qui profecerat in anteriora se extendens, deficiendo in poste
riora respiciat. Quod si in omni tribulatione,quanto magis in illa cauendũ præcipi debuit,
quæ talis futura prædicta est illi ciuitati,qualis non fuit ab initio neq; fiet: Et si in ista,quan
to magis in illa quæ nouissima futura est orbi terræ,id est ecclesiæ toto orbe diffusæ: Nam
& ipse Lucas,non quidem quando à discipulis suis de aduentu suo dominus interrogatus
est,ubi hoc Matthæus commemorauit & Marcus, sed alio loco ubi pharisæi quæsierũt ab
illo,quando ueniet regnum dei,tale aliquid eum dixisse narrauit.In illa inquit hora,qui fu/
Lucæ 17 erit in tecto & uasa eius in domo,& qui in agro similiter non redeat retro.Sed nũc propter
computationem temporum de Danielis hebdomadibus agitur,quæ si circa tempora primi
aduentus domini completæ non sunt, atq; in fine cõplendæ sunt, apostolos hoc ignorasse,
uel scisse quidem,sed docere prohibitos fuisse quis credat: Quanq; si hoc ita est,utiliter ne/
sciunt gentes quod dñus docere prohibuit eos, quos gẽtium uoluit esse doctores. Si aũt iã
cõpletæ sunt, quia iã est unctus sanctussanctorum, iam occisus est Christus, ut non esset ci
uitatis eius,iam de templo illo sublatum est sacrificium,sublata est unctio,merito apostolis
de fine quærentibus responsum est, Non est uestrum scire tempora quæ pater in sua pote/
state posuit,quoniam tempora quæ per Danielis prophetiam scire poterãt, non ad finem D
seculi de quo quæsierant pertinebant.Signa uero de cœlo & terra, nunquid maiora nos ui
dimus,q; qui fuerunt ante nos: Nónne si gentium legatur historia, tanta mira reperiuntur
extitisse de cœlo terraq;,ut aliqua etiam non credantur: Sed ut multa omittam,quæ prose
qui longum est,Duos soles quando nos uidimus: quos uisos litteris mandauerunt,qui tũc
fuerunt anteq; dominus uenisset in carne.Quando nos uidimus solem sic obscuratum quẽ
admodum obscuratus est cum lumen mundi penderet in ligno: nisi forte defectus solis &
lunæ,quos consuerũt cõputatores siderũ annotare atq; prædicere, inter cœlestia prodigia
numerabimus, quia lunã sæpius in sua plenitudine, solẽ uero rarius,sed tamẽ uidimus in
fine lunæ secundũ eorũ cõputũ defecisse. Non erat talis solis ille defectus quãdo crucifixus
est Christus,& ideo uere mirabilis erat & prodigiosus. Pascha quippe fuerat Iudæorũ, qd
non nisi in plenitudine lunæ celebratur. Secundum astrologorũ aũt numeros certũ est solẽ
quando luna plena est non posse deficere, sed quando finis est lunæ, non quidem semper,
sed aliter nunq; cũ secundum illos numeros deficit.Quid ergo tale unquã quisq; meminit
apparuisse de cœlo ex quo dominus illa prædixit,quale apparuit quãdo passus est: Quare
sic apparebunt etiam talia,si nõ spiritaliter potius intelligenda sunt: Tunc apparebũt,quã/
do finis sic appropinquabit ut debeant apparere.Bellis aũt per diuersa interualla tẽporũ &
locorũ quando nõ terra cõtrita est: Nã ut nimis antiqua præteream, sub imperatore Galie
no,cũ Romanas prouincias barbaries usq;quaq; peruaderet,q; multos fratres nostros qui
tũc erant in carne,putamus propinquũ finẽ credere potuisse,quoniã longe post ascẽsionem
domini factum est:ac per hoc etiã ista qualia futura sint, cũ fuerit omnino finis proximus
ignoramus,si tamen hæc non ita prædicta sunt,ut in ecclesia potius intelligi debeant. Duæ
quippe gentes sunt,& duo regna,unum scilicet Christi,& alterũ diaboli,de quibus dici po/
tuit:Exurget gens contra gentem, & regnum super regnum: quod non desinit fieri, ex quo
dictum est,Agite pœnitẽtiam,appropinquauit enim regnum cœlorum. Quod uide quan
do dictum

A do dictum est, & ex illo quot anni transierunt, & tamen uerissime dictum est. Nouissimis enim diebus dominus per uirginem uenit, Nec diceretur ista hora nouissima, nisi regno appropinquante cœlorum, per quam totam horam fiunt quæ dominus propinquãte suo regno futura prædixit. Sed hæc hora quanto spacio protendatur, si apostolis dictum est: Nõ est uestrum scire, quanto magis quilibet homo qualis ego sum modum suum debet agnoscere, ne plus sapiat quàm oportet sapere? Sed cõfiteri nos inquis, pœna nostra compellit, adesse iam finem, dum impletur quod prænunciatum est: Arescentibus hominibus præ timore & expectatione quæ superuenient uniuerso orbi. Nullam inquis patriam, nullum locum nostris temporibus non affligi aut tribulari certum est, sicut dictum est: Præ timore & expectatione quæ superuenient uniuerso orbi. Si ergo ista mala quæ nunc patitur genus humanum, certa sunt indicia iam dominum esse uẽturum, quid est quod ait apostolus: Cum dixerint pax & securitas? Cum enim dixisset Euangelium, Arescentibus hominibus præ timore & expectatione, continuo subiunxit, Nam uirtutes cœlorum mouebuntur, & tunc uidebunt filium hominis uenientem in nube cum potestate magna & maiestate. Videamus itaq; ne forte melius intelligatur, non eo modo impleri, quæ prædicta sunt illis uerbis, sed tunc potius esse uentura quando sic erit tribulatio uniuerso orbi, ut ad ecclesiam pertineat quæ uniuerso orbe tribulabitur, nõ ad eos qui tribulabũt eam. Ipsi enim dicturi sunt, Pax & securitas, ut repentinus illis superueniat interitus, & eos aduentus domini sicut fur in nocte comprehendat, quando ècontrario gaudebunt & exultabunt, qui diligunt manifestationem domini. Nunc autem ista mala quæ tanquam summa & extrema credũtur, utræq; genti & utriq; regno, & Christi scilicet & diaboli uidemus esse cõmunia. Pariter quippe bis & boni affligimur & mali, nec est qui dicat, pax & securitas ubicunq; contingunt, uel metuitur ne cõtingant. Inter quæ tamẽ mala adhuc usq;quaq; frequentantur luxuriosa cõuiuia, feruet ebriositas, auaricia grassatur, perstrepunt lasciui cantus, organa, tibiæ, lyræ, citharæ,
B tesseræ, multa & uaria genera sonorum atq; ludorum. Hoccine est arescere præ timore, an potius madescere præ libidine? Sed hæc filij tenebrarum abundantius habebunt, & exercebunt cum dixerint, pax & securitas. Quid ipsi filij lucis & filij dei, qui nõ sunt in tenebris, ut eos tanquam fur dies ille comprehendat? Nónne ádhuc utuntur hoc mũdo tanquam non utentes? Quia & si ante multos annos apostolorum temporibus dictũ est, pia tamen solicitudine cogitãt quod dictum est, Tempus breue est. Nónne à maxima parte eorũ nouellatur, ædificatur, emitur, possidetur, geruntur adhuc honores, duũtur uxores? de his loquor qui expectantes dominũ suum, quãdo ueniat à nuptijs, non se abstinent à carnalibus nuptijs, sed obedientissima charitate audiunt apostolum præcipientem quemadmodũ uiuere debeant uxores cum uiris, uiri cum uxoribus, filij cum parentibus, parentes cum filijs, serui cum dominis, domini cum seruis. Nónne hi omnes in his omnibus utũtur hoc mundo? Arant, nauigant, comparant, generant, militant, administrant, Puto quod nõ erunt sic quãdo erũt quæ in Euangelio prædicta sunt signa in sole & luna & stellis, & in terris pressura gentium præ confusione sonitus maris & fluctuũ, arescentibus hominibus præ timore & expectatione quæ superuenient uniuerso orbi, nam uirtutes cœlorum mouebũtur. Hæc quippe in ecclesia melius existimo intelligi, ne dominus Iesus appropinquante secundo aduentu suo ea pro magno prædixisse uideatur, quæ huic mũdo, & ante primum eius aduentum consueuerant euenire, & irrideamur ab eis qui hæc quæ uelut nouissima & omniũ maxima horrescimus, plura in historia gentium, & multa maiora legerunt. Ecclesia est enim sol & luna & stellæ, cui dictum est: Speciosa sicut luna, electa sicut sol. Ab hac adoratur Ioseph noster in hoc mũdo uelut in Ægypto ex humillimo sublimatus. Nam illum Ioseph mater certe adorare non potuit, quæ ante defuncta est quàm Iacob uenisset ad filium, ut illius somnij prophetici ueritas adimplenda Christo domino seruaretur. Quando enim sol obscurabitur & luna non dabit lumen suum & stellæ cadent de cœlo & uirtutes cœlorũ cõmouebuntur, sicut ab his duobus Euangelistis hic locus commemoratus est, ecclesia non

Act. 1.

Luce 21

1. Thessal. 5

apparebit,impijs tunc perſecutoribus ultra modum ſæuientibus, & remoto timore tanquã C
arridente mundi felicitate dicentibus:Pax & ſecuritas:tunc ſtellæ cadent de cœlo & uirtutes
cœlorum commouebuntur,quoniam multi qui gratia fulgere uidebantur perſequentibus
cedent & cadent,& quidam fideles firmiſſimi turbabuntur.Idem autem ſecũdum Matthæ/
um & Marcum,poſt tribulationem dierum illorũ dicitur hoc futurum, non quia tranſacta
tota illa perſecutione accident iſta,ſed quia præcedet tribulatio,ut ſequatur quorundam de
fectio:& quia per omnes dies illos ita fiet,propterea poſt tribulatiõem dierum illorum, ſed
tamen in eiſdem diebus fiet. Quod ergo dictum eſt ſecundum Lucam, Et in terris preſſu/
Luce 21 ræ gentium,gentes uoluit intelligi non pertinentes ad ſemen Abrahæ,in quo benedicentur
omnes gentes,ſed gentes quæ ad ſiniſtram ſtabunt, quãdo congregabuntur ante iudicem
uiuorum & mortuorũ omnes gentes. Vtraq; pars enim erit in omnibus gentibus,una quæ
premat,altera quæ prematur. Vna quæ dicat, Pax & ſecuritas, altera in qua ſol obſcuretur,
& nõ det luna lumen ſuum, & de qua cadant ſtellæ, & in qua uirtutes cœlorum moueant,
& tunc uidebunt filium hominis uenientem in nube cum poteſtate magna & maieſtate.
Quod uideo duobus modis accipi poſſe, ſiue in eccleſia tanquam in nube uenientem, ſicut
Matth.26. etiam nunc uenire non ceſſat,ſecundum id quod ait, Amodo uidebitis filium hominis ſe/
dentem à dextris uirtutis,& uenientem in nubibus cœli, Sed ideo tunc cũ poteſtate magna
& maieſtate,quia maior poteſtas & maieſtas illius apparebit ſanctis,quibus magnam uir/
tutem dabit,ne tãta perſecutione uincantur: Siue in corpore ſuo in quo ſedet ad dexteram
patris,in quo etiam mortuus eſt,& reſurrexit,& aſcendit in cœlum, ſecundum quod ſcriptũ
Acto.1 eſt in actibus apoſtolorum,His dictis nubes ſuſcepit eum & ſublatus eſt ab eis.Et quia illic
etiam dictum ab angelis:Sic ueniet quomodo eum uidetis euntem in cœlum,merito credẽ
dus eſt,non ſolum in eodem corpore,uerumetiam in nube uenturus, quoniam ſic ueniet ſi/
cut abijt,& nubes eum ſuſcepit abeuntem. Sed horum duorum quid hic potius legendum
ſit iudicare difficile eſt, Promptior quidem ſenſus eſt,ut quiſq; cum audierit uel legerit, Et D
tunc uidebunt filium hominis ueniẽtem in nube cum poteſtate magna & maieſtate, ipſum
prorſus accipiat eius aduentum, non per eccleſiam,ſed per ſeipſum, quãdo uenturus eſt ad
uiuos & mortuos iudicandos.Sed qũoniam ſcripturæ ſcrutandæ ſunt,nec earum ſuperficie
debemus eſſe contenti,quæ ad exercitationem noſtram ita modificatæ ſunt,ut altius ſe pe/
netrari uelint,diligenter ſunt inſpicienda ſequentia. Cum enim dixiſſet:Et tunc uidebunt fi
lium hominis uenientem in nube cum poteſtate magna & maieſtate,adiunxit atq; ait:His
autem fieri incipientibus,reſpicite & leuate capita ueſtra, quoniam appropinquat redẽptio
ueſtra.Et dixit illis ſimilitudinem. Videte ficulneam & omnes arbores,cum producunt iam
ex ſe fructum,ſcitis quoniam prope eſt æſtas: Ita & uos cum uideritis hæc fieri ſcitote quo/
niã prope eſt regnum dei.Cum ergo dicit,Cũ uideritis hæc fieri,quæ intelligere poterimus,
niſi ea quæ ſupra cõmemorata ſunt? In his eſt aũt etiã quod ait,Et tunc uidebũt filium ho/
minis uenientem in nube cum poteſtate magna & maieſtate. Proinde etiam hoc cum ui/
ſum fuerit,non iam erit regnum dei, ſed erit prope. Hunc ordinem uidemus & duos alios
euangeliſtas tenere.Apud Marcum enim cum dictum eſſet, Et uirtutes quæ ſunt in cœlis
Mar. 13 mouebuntur,Et tunc, inquit, uidebunt filium hominis uenientem in nubibus cum uirtu/
te multa & gloria. Deinde ſubiungit, quod Lucas non dixit,Et tunc mittet angelos ſuos &
congregabit electos ſuos à quatuor uentis, à ſummo terræ uſque ad ſummum cœli. Tunc
quod ille de ficu & de alijs arboribus,iſte de ſola ficu ponens, A ficu autem diſcite inquit
parabolam,cum iam ramus eius tener fuerit, & nata fuerint folia, cognoſcitis quia in pro
ximo ſit æſtas: ſic & uos cum uideritis hæc fieri, ſcitote quod in proximo ſit in oſtijs.Quid
eſt,cum uideritis hæc fieri, niſi ea quæ ſupra dixit? In quibus eſt etiam illud quod ait,Et
tunc uidebunt filium hominis uenientem in nubibus cum uirtute multa & gloria,Et tunc
mittet angelos ſuos & congregabit electos ſuos. Non itaque tunc erit finis, ſed tunc erit
in proximo. An dicendum eſt, non omnia quæ ſupra commemorata ſunt eſſe intelligen/
da

A da,ubi ait,Cũ uideritis hæc fieri,sed aliqua eorũ,hoc uidelicet excepto quod dictum est:Et tunc uidebũt filiũ hominis uenientẽ,& cætera. Ipse quippe finis erit,nõ tunc proximus erit. Sed Matthæus aperuit,nullis exceptis,esse accipiendũ,quod positũ est, Cum uideritis hæc fieri. Nam & apud ipsum cum dictũ esset,Et uirtutes cœlorũ mouebuntur,& tunc apparebit,inquit,signum filij hominis in cœlo,& tunc plangẽt omnes tribus terræ, & uidebunt filium hominis uenientem in nubibus cœli in uirtute multa & maiestate, & mittet angelos suos cum tuba & uoce magna,& congregabunt electos eius à quatuor uentis,à summis cœlorum usq; ad terminos eorum. Ab arbore autem fici discite parabolam,Cum iam ramus eius tener fuerit,& folia nata,scitis quia prope est æstas, Ita & uos cũ uideritis hæc omnia, scitote quia prope est in ianuis. Tunc ergo scimus prope esse cum uiderimus, nõ aliqua eorum sed hæc omnia, in quibus hoc est quod uidebitur filius hominis ueniens, & mittet angelos suos,& de quatuor mundi partibus,id est,de toto orbe terrarum cõgregabit electos suos: quod tota hora nouissima facit,ueniens in suis membris tanquam in nubibus, uel in tota ipsa ecclesia quod est corpus eius,tanquam in nube magna fructificante atque crescente in uniuerso mundo,ex quo cœpit prædicare & dicere:Agite pœnitentiam, appropinquauit enim regnum cœlorum,Ita ut fortasse omnia quæ ab his tribus Euangelistis dicta sunt de eius aduẽtu,diligentius inter se collata atq; discussa,inueniantur ad hoc pertinere, quod quotidie uenit in corpore suo, quod est ecclesia, De quo aduentu suo dixit: Amodo uidebitis filium hominis sedentem à dextris uirtutis, & uenientem in nubibus cœli, exceptis his locis,ubi ab eo ille aduentus ultimus in seipso, quando est uiuos iudicaturus & mortuos,ita promittitur ut propinquare dicatur: Et quod in ultimo sermonis secundum Matthæum ipse omnino aduentus euidenter exprimitur, cuius superius quibusdam signis propinquitas intelligenda monstratur, Ad hoc quippe apud Matthæum sermo ipse concluditur: Cum autem uenerit filius hominis, inquit, in maiestate sua, & omnes angeli cum

B eo, tunc sedebit super sedem maiestatis suæ, tunc congregabuntur ante eum omnes gentes, & cætera usque ad illud, ubi ait, Et ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in uitam æternam. Hoc enim nullus ambigit de Christi aduẽtu nouissimo,& de fine seculi prædictum fuisse. Nam & illas quinque & quinq; uirgines,non defuerunt qui non contempti bili disputatione docere uoluerint,ad hunc eius aduentum,qui nunc fit per ecclesiam,pertinere. Sed hæc non sunt temere pollicenda,ne aliquid occurrat quod ualide cõtradicat,præsertim quia in talibus diuinorum eloquiorum obscuritatibus,quibus nostras intelligentias deo placuit exercere, non solum alius alio mouetur acutius eorum qui scripturas sanctas non improbabiliter tractant, sed etiam quilibet unus illorum, aliquando minus, aliquando melius intelligit. Nescio tamen utrum intueri aliquid certius in hac quæstione possemus (si ulla ratione seu facultate possemus) quàm illud quod in epistola priore iam posui, quando Euangelio mundus uniuersus impleatur. Quod enim putat uenerabilitas tua,iam hoc per ipsos apostolos factum, non ita esse certis documentis probaui. Sunt enim apud nos,hoc est in Africa, barbaræ innumerabiles gentes,in quibus nondum esse prædicatum Euangelium, ex his qui ducũtur inde captiui & Romanorum seruitijs iam miscentur,quotidie nobis addiscere in promptu est. Pauci tamen anni sunt,ex quo quidam eorum rarissimi atq; pauciſſimi,qui pacati Romanis finibus adhærent, ita ut habeant reges suos,sed sub eos præfecti à Romano constituantur imperio,& illi ipsi eorũ præfecti Christiani esse cœperunt. Interiores autem qui sub nulla sunt potestate Romana, prorsus nec religione Christiana in suorum aliquibus detinentur, neque ullo modo recte dici potest, istos ad promissionem dei non pertinere. Non enim Romanos,sed omnes gentes dominus semini Abraæ,media quoq; iuratione promisit,Ex qua promissione iam factum est,ut nonnullæ gentes quæ non tenentur ditione Romana,reciperent Euangelium & adiungerentur ecclesiæ,quæ fructificat & crescit in uniuerso mundo. Adhuc enim habet quò crescat, donec fiat quod de Christo in Salomonis figura prophetatum est: Dominabitur à mari usque ad

mare,& à flumine uſq; ad terminos orbis terræ. A flumine ſcilicet ubi baptizatus eſt, quia C
inde cœpit euangeliũ prædicari. A mari aũt uſq; ad mare totus eſt orbis cum omnibus gẽ/
tibus,quoniã mari oceano cingitur uniuerſus. Quomodo aũt implebitur aliter illa prophe
Pſal.85 tia,Omnes gentes quotquot feciſti ueniẽt & adorabunt corã te domine? Non enim de lo/
cis ſuis migrando uenient,ſed in locis ſuis credendo. De credẽtibus quippe dominus dixit,
Ioan.6 Nemo poteſt uenire ad me,niſi datum fuerit ei à patre meo. Propheta aũt dicit, Et adora/
bũt eum unuſquiſq; de loco ſuo omnes inſulæ gentiũ. Omnes inſulæ dixit, tanq̃ diceret eti
am omnes inſulæ,hinc oſtendens q̃ nulla pars relinquatur orbis terrarũ, ubi nõ ſit eccleſia,
quãdo nulla relinquitur inſularũ,quarum nõnullæ etiã in oceano ſunt cõſtitutæ, & quaſdã
earũ euãgeliũ iam ſuſcepiſſe didicimus:atq; ita & in inſulis ſingulis quibusq; impletum
dictũ eſt,Dominabitur à mari uſq; ad mare,quo unaquæq; inſula cingitur,ſicut in uniuer/
ſo orbe terrarũ,quæ tanq̃ omniũ quodãmodo maxima eſt inſula,quia & ipſam cingit oce
anus,ad cuius litora in occidentalibus partibus eccleſiam perueniſſe iã nouimus,& quocũ/
q; litorum nondũ peruenit, peruentura eſt utiq; fructificando atq; creſcendo. Si ergo quia
prophetia ueritatis mentiri non poteſt, neceſſe eſt ut omnes gentes quotquot fecit deus a/
Roma.10. dorent eũ, quomodo adorabũt eũ niſi inuocent eũ? Quomodo aũt inuocabunt in quẽ nõ
crediderũt? Aut quomodo credent ei quẽ non audierunt? Quomodo aũt audiẽt ſine præ/
dicãte? Aut quomodo prædicabunt niſi mittãtur? Mittit enim angelos ſuos & congregat
electos ſuos à quatuor uentis,id eſt ab uniuerſo orbe terrarũ. In quibus ergo gentibus non
dum eſt eccleſia,oportet ut ſit,non ut omnes qui ibi fuerint credãt. Omnes enim gẽtes pro/
miſſæ ſunt,non omnes homines omnium gentium. Non enim omniũ eſt fides. Credit ita/
q; omnis gens in omnibus qui electi ſunt ante conſtitutionem mundi, in cæteris non credit
Matth.24 & credentes odit. Quomodo enim & illud implebitur, Eritis odio omnibus gentibus pro/
pter nomen meum,niſi in omnibus gentibus ſint,& qui oderint,& quos oderint? Quo pa/
cto igitur ab apoſtolis eſt prædicatio iſta cõpleta, quãdo adhuc uſq; ſunt gentes,qd certiſ/ D
ſimũ eſt nobis, in qbus modo cœpit & in quibus nondũ cœpit impleri? Nõ itaq; ſic dictũ
Acto.1. eſt apoſtolis,Eritis mihi teſtes in Hieruſalẽ & in tota Iudæa & Samaria & uſq; in extremũ
terræ,tanq̃ ipſi ſoli quibus tunc loquebatur tantũ munus fuerint impleturi: ſed ſicut eis ſo/
Matth.28. lis uidetur dixiſſe quod dixit, Ecce ego uobiſcum ſum uſq; in conſummationem ſeculi,qd
tamen eum uniuerſæ eccleſiæ promiſiſſe,quæ alijs morientibus alijs naſcentibus hic usq; in
ſeculi conſummationẽ futura eſt,quis non intelligat:ſicut eis & illud ait quod ad eos omni/
no non pertinet, & tamen ſic dictum eſt, tanq̃ ad ſolos etiam pertineret, Cũ uideritis hæc
omnia, ſcitote quia prope eſt in ianuis. Ad quos enim hoc pertinet,niſi ad eos qui in carne
tunc erunt cũ omnia cõplebuntur? Quanto magis illud quod ex magna parte per eos agẽ
dum fuit,q̃uis & poſteris eorum eadem actio ſeruaretur? Quod aũt dixit apoſtolus, Nun
quid non audierunt, In omnem terram exĳt ſonus eorũ, & in fines orbis terræ uerba eorũ,
q̃uis locutus ſit præteriti tẽporis uerbis, tamen quod futurũ fuerat dixit,non quod iam fa/
ctum atq; cõpletum:ſicut ipſe propheta quo uſus eſt teſte, non ait, In omnẽ terram exitu/
Pſal.18. rus,ſed exĳt inquit ſonus eorũ,quod utiq; nondum factum erat:quale eſt etiam illud,Fode
runt manus meas & pedes meos, quod tã longe poſtea actum nouimus. Sed ne iſtas tan/
tum propheticas locutiones non & apoſtolicas fuiſſe credamus, nónne idem apoſtolus ait,
1. Timoth. 3. Quæ eſt eccleſia dei uiui columna & firmamentum ueritatis. Et ſine dubio magnũ eſt pieta
tis ſacramentum,quod manifeſtatum eſt in carne, iuſtificatum eſt in ſpiritu,apparuit ange
lis,prædicatũ eſt in gentibus,creditum eſt in mundo,aſſumptum eſt in gloria. Nempe ma
nifeſtum eſt hoc quod in extremo poſuit, etiam nunc nondum eſſe completum,quãto ma/
gis tunc quando iſta dicebantur. Eccleſia quippe tunc aſſumetur in gloria quando dicetur,
Venite benedicti patris mei percipite regnum: & tamen tanquam factũ fuiſſet, dictum eſt
qd certo ſciebatur futurũ. Multo minus mirandum eſt quod etiam uerbis præſentis tem/
poris uſus eſt in eo qd illũ idẽtidem dixiſſe memoraſti,propter ſpem quæ repoſita eſt no

bis

A bis quam ante audistis in uerbo ueritatis euãgelij,quod aduenit in uos,sicut & in omni mũ
do est fructificans & crescens,quamuis euangelium nondum tenebat uniuersum: sed fructi
ficare illud in uniuerso mundo dixit & crescere, ut ita significaret,quousq; fuisset fructifican
do & crescendo uenturum. Si ergo latet quando ecclesia fructificante atq; crescente uniuer
sus omnino à mare usque ad mari orbis implebitur, proculdubio latet quãdo finis erit,an
te quippe non erit. Vt autem tibi tanquam sancto homini dei, & syncerissimo fratri aperi
am de hac quæstione quid sentiam, error quidem in utroq; uitandus est, quantum ab ho
mine uitari potest,siue citius siue tardius quàm futurum est, dominus uenturus esse creda
tur. Sed mihi quisquam non uidetur errare cum aliquid nescire se scit, sed cum putat scire
quod nescit.Remoueamus itaq; de medio seruum malum,qui dicẽs in corde suo, Moram Luce 12.
facit dominus meus uenire, dominatur conseruis suis,& ebriosis conuiuando miscetur, iste
quippe proculdubio domini sui odit aduentũ. Quo seruo malo remoto, cõstituamus ante
oculos tres seruos familiam dominicam diligenter sobrieq; tractantes, aduentum domini
sui sitienter desiderantes,uigilanter expectantes,fideliter amantes. Si unus eorum citius, al
ter tardius dominum putat esse uenturum,tertius uero suam de hac re ignorantiam confi
tetur,quanquam omnes consonent euangelio, quia omnes diligunt manifestationem do
mini,& eam desideranter & uigilanter expectant,uideamus tamen quis amplius consonet.
Vnus dicit:uigilemus & oremus, quia citius uenturus est dominus. Alter dicit,uigilemus &
oremus,quia breuis & incerta est uita,quamuis tardius uenturus sit dominus. Tertius dicit,
uigilemus & oremus, quia & breuis & incerta est ista uita,& nescimus tempus quando uen
turus est dominus.Euangelium dicit, Videte, uigilate & orate, nescitis enim quando tem- Marci 13.
pus sit .Obsecro te quid aliud dicere audimus hunc tertium quàm quod dicere audimus
euangelium? Omnes quidem præ desiderio regni dei hoc uolunt esse uerum quod putat
primus, sed hoc secundus negat,tertius uero non negat aliquid horum,sed ignorare se fate
B tur,quis uerum dicat illorum. Proinde si hoc factum fuerit quod prædixerat primus, gau
debunt cum illo secundus & tertius. Omnes enim manifestationem domini diligunt. Ex
ultabunt itaque citius uenisse quod diligunt. Si autem factum non fuerit, & apparere cœ
perit,hoc potius esse uerum quod dicebat secundus, metuendum est ne inter ipsas moras
perturbentur,qui crediderant quod dixerat primus,& incipiant domini aduentum non tar
dum putare sed nullum,qui uides quantus sit interitus animarum.Quod si tantæ fidei fue
rint ut se ad secundi prædicta cõuertant,& dominum etiam tardantẽ fideliter & patienter
expectent,abundant tamen opprobria & insultationes atq; irrisiones inimicorum multos
infirmos à Christiana fide auertẽtium, dicendo tam fallaciter eis regnum esse promissum,
quàm fallaciter dicebatur cito esse uenturum. Qui autem credunt quod secundus dicit,tar
dius dominum esse uenturum,si falsum fuerit inuentum citius domino ueniente,nullo mo
do qui ei crediderant turbabuntur in fide,sed inopinato gaudio perfruentur. Quapropter
qui dicit dominum citius esse uenturum,optabilius loquitur,sed periculose fallitur. Vtinam
ergo sit uerum,quia erit molestum si non erit uerum.Qui autem dicit dominum tardius es
se uenturum,& tamen credit,sperat, amat eius aduentum,profecto de celeritate eius,etiam
si fallitur,feliciter fallitur.Habebit enim maiorem patientiam si hoc ita erit, maiorem lætici
am,si non erit.Ac per hoc ab eis qui diligunt manifestationem domini,ille auditur suauius,
isti creditur tutius.Qui autem quid horum sit uerum ignorare se confitetur,illud optat,hoc
tolerat,in nullo eorum errat,quia nihil eorum aut affirmat aut negat.Obsecro te ut me ta
lem non spernas,quia & ego te diligo id affirmantem quod uerum esse desidero, & tanto
magis nolo fallaris, quãto magis amo quod polliceris,& quantomagis uideo periculosum
si falleris.Da ueniam si onerosus fui sanctis sensibus tuis.Quanto enim rarius prouenit,tan
to me tecum saltem per litteras loqui diutius delectauit.

Augustinus Eudoxio Abbati monachorum insulæ Capratiæ,exhortans ut ocio ad

pietatem non ad ignauiam utantur, & ſicubi eccleſia requirat illorum operam, ne detrectent. LXXXI. Epiſtola.

DOMINO dilecto & exoptātiſſimo fratri & cōpresbytero Eudoxio & qui tecū ſunt fratribus, Auguſtinus & qui mecū ſunt fratres, in domino ſalutē. Quando quietē ueſtrā cogitamus quā habetis in Chriſto, etiā nos, quamuis in laboribus uarijs aſperisq; uerſemur, in ueſtra charitate requieſcimus. Vnū enim corpus ſub uno capite ſumus, ut & uos in nobis negocioſi, & nos in uobis ociosi ſimus. Quia ſi 1.Cor.12 patitur unū mēbrum, compatiunt omnia mēbra. Admonemus ergo & petimus & obſecramus per Chriſti altiſſimā humilitatē & miſericordiſſimam celſitudinē, ut noſtri memores ſitis in ſanctis orationibus, quas uos uigilantiores & magis ſobrias habere credimus. Noſtras enim ſæpe fauciat & debilitat caligo & tumultus ſeculariū actionū, quas & ſi noſtras Matth.5 non habemus, eorū tamen qui nos angariant mille paſſus, & iubemur ire cū eis alia duo, tāta nobis ingerunt, ut uix reſpirare poſſimus. Credētes tamen q; ille in cuius cōſpectu intrat 16.q.1.uos autem fratres. gemitus cōpeditorum, perſeuerantes nos in eo miniſterio, in quo dignatus eſt collocare cū promiſſa mercede, adiuuantibus orationibus ueſtris ab omni anguſtia liberabit. Vos aūt fratres exhortamur in domino ut propoſitū ueſtrū cuſtodiatis, & uſq; in finē perſeueretis. Scriptū erat opera ueſtra, parum latine. Operā fuiſſe ſcriptum, colligitur ex decretis, ubi gloſſa habet: ſi clericus ſcit opas aliquas illas tenetur præſtare, etc. At ſi qua operā ueſtrā mater eccleſia deſiderabit, nec dilatione auida ſuſcipiatis, nec blādiente deſidia reſpuatis, ſed miti corde obtēperetis deo, cū manſuetudine portantes eū qui uos regit, qui dirigit mites in iudicio, q; docet māſuetos uias ſuas. Nec ueſtrū ociū neceſſitatibus eccleſiæ præponatis, cui parturiēti ſi nulli boni miniſtrare uellēt, quomodo naſceremini nō inueniretis. Sicut autem inter ignem & aquam tenēda eſt uia, ut nec exuratur homo nec demergatur: ſic inter apicem ſuperbiæ & uoraginem deſidiæ iter noſtrum tēperare debemus, ſicut ſcriptum eſt, Non declinantes neq; ad dexteram neq; ad ſiniſtram. Sunt enim qui dū nimis timēt ne quaſi in dexterā rapti extollātur, in ſiniſtram lapſi demergūtur. Et ſunt rurſus qui dum nimis ſe auferunt à ſiniſtra, ne torpida uacationis mollicie ſorbeantur, ex altera parte iactantiæ faſtu corrupti atq; conſumpti in fauillam fumumq; uaneſcunt. Sic ergo dilectiſſimi diligite ociū, ut uos ab omni terrena delectatione refrenetis, & memineritis nullum locum eſſe, ubi non poſſit laqueos tendere qui timet ne reuolemus ad deum, & inimicū omnium bonorum cuius captiui fuimus uindicemus, nullamq; nobis eſſe perfectam requiem cogitemus, donec tranſeat iniquitas, & in iudicium iuſticia conuertatur. Item cum aliqd ſtrenue atq; alacriter agitis & impigre operamini, ſiue in orationibus, ſiue in ieiunijs, ſiue in eleemoſynis, uel tribuentes aliquid indigentibus, uel donātes iniurias, ſicut & Deus in Chriſto donauit nobis, ſiue edomantes pernicioſas conſuetudines caſtigantesq; corpus, & ſeruituti ſubijcientes, ſiue ſufferentes tribulationem, & ante omnia uoſipſos inuicem in dilectione, Quid enim ſuffert qui fratrem non ſuffert, ſiue proſpicientes aſtutiam atq; inſidias tentatoris, & ſcuto fidei iacula eius ignita repellentes & extinguentes, ſiue cantantes & pſallentes in cordibus ueſtris domino, uel uocibus à corde non diſſonis, omnia in gloriam dei facite, qui operatur omnia in omnibus. Ita feruentes ſpiritu, ut in domino laudetur anima ueſtra: ipſa eſt enim actio recti itineris, quæ oculos ſemper habet ad dominum, quoniam ipſe euellet de laqueo pedes. Talis actio nec frangitur negocio, nec frigida eſt ocio, nec turbulenta, nec marcida eſt: nec audax, nec fugax: nec præceps, nec iacēs. Hæc agite, & deus pacis erit uobiſcum. Nec importunum me exiſtimet charitas ueſtra, quia uobis uel per epiſtolam loqui uolui. Non enim hoc uos monui quod uos non arbitror facere, ſed credidi me non parum commendari deo à uobis, ſi ea quæ munere illius facitis, cum allocutionis noſtræ memoria faciatis. Nam & ante iam fama & nūc fratres qui uenerūt à uobis, Euſtathius & Andreas, bonum Chriſti odorem de ueſtra ſancta conuerſatione ad nos attulerunt. Quorum Euſtathius in eam requiem præceſſit quæ nullis fluctibus ſicut inſula tunditur, nec Caprariam deſiderat, quia nec cilicio iam quærit indui. Aliās Euſtaſius.

Auguſtinus Largo dira perpeſſo, admonet ut uel ex afflictiōe reddat melior, Ep. LXXXII. Domino

A DOMINO insigni & præstantissimo & desiderātissimo filio Largo, Augustinus in domino salutem. Accepi litteras eximietatis tuæ, quibus me ad te petis ut scriberem. Quod quidem non desiderares, nisi & hoc quod me posse scribere existimasti, gratum haberes atque iucundum. Id autem est, ut uana seculi huius si inexperta concupisti, experta contemnas. Fallax est enim in eis suauitas etiam, & infructuosus labor, & perpetuus timor, & periculosa sublimitas. Initium sine prudentia, & finis cum pœnitentia. Ita se habent omnia quæ insista mortalitatis erumna cupidius q̄p prudentius appetuntur. Alia est autem spes piorum, alius laboris fructus, alia periculorum merces. Nam in hoc mundo non timere, non dolere, non laborare, nō periclitari impossibile est. Sed plurimum interest qua causa, qua expectatione, quo termino ista quisque patiatur. Ego quidem cum amatores seculi huius intueor, nescio quando possit esse ad eorum animos sanandos oportuna sapientia. Quando enim res uelut prosperas habent, fastu respuunt salubres monitus, & quasi anilem reputant cantilenam. Quando autem in aduersis agunt, magis cogitāt euadere unde ad præsens anguntur, q̄p capere unde curentur, & unde perueniant ubi angi omnino non possint. Aliquando tamen quidam cordis aures admouēt, atq̄ adhibent ueritati, rarius inter prospera, crebrius inter aduersa, sed tamē pauci sunt, ita enim prædicti sunt: inter quos te esse cupio, quia ueraciter diligo domine insignis & præstantissime ac desiderātissime fili. Hæc admonitio tibi sit mea resalutatio, quia & si te deinceps talia perpeti qualia pertulisti nolo, plus tamē doleo hæc ipsa te sine aliqua in melius uitæ mutatione fuisse perpessum.

Augustinus Chrysino, consolans ne deficiat in aduersis. Epist. LXXXIII.

B DOMINŌ uere ac merito charissimo & prædicādo fratri Chrysino, Augustinus in domino salutem. Rumor ad me detulit, deus faciat ut non sit, sic te animo perturbatum, ut multum mirer prudentiam tuam & Christianum animū parum cogitare rerum terrenarum conditionem, nullo modo æquari posse cœlestibus, ubi cor nostrum & spes nostra collocanda est. Vir cordate, nunquid aut totum bonum tuum in his rebus erat quas nunc uideris amittere? aut tam magnum bonum illa deputabat, ut eo subtracto sic tenebrescat mens nimia tristicia, quasi lumen eius, non deus, sed terra sit? Audiui enim, iam dixi, deus faciat ut falsum audierim, quod tibi manus etiam uelles inferre, quod melius non credo, aut ascendisse in cor tuum, aut exisse de ore tuo. Sed tamen quia ita perturbatus es, ut hoc de te dici potuerit, grauiter de te contristatus, hoc litterarum alloquio putaui consolandam charitatem tuam, quanquam non dubitem dominum deum nostrum, in corde tuo loqui meliora. Noui enim quàm pio studio semper audieris uerbū eius. Erige itaq̄ animū frater in Christo charissime, deus noster non perit à suis, nec perdet suos uult aūt monere nos, q̄ sint hæc fragilia & incerta, quæ nimis diligūt homines, ut soluamus ab eis uinculum cupiditatis, per quod implicatos nos trahunt, ut totum amorem nostrum consuefaciamus in eum currere, in quo nulla damna timeamus. Ipse te hortatur per ministerium nostrum, utiliter cogites te fidelem esse Christianum, & eius redēptū esse sanguine, qui non solum æterna sapientia, sed etiam per mala præsentia, docuit nos tēperanter prospera seculi huius contemnere, & fortiter aduersa tolerare, eius felicitatis mercedē pollicens quam nemo possit à nobis auferre. Scripsi sanè etiam ad uirum laudabilem comitem, quam epistolam in tua arbitrio sit, si dare uelis. Nam per quem detur non dubito deesse non posse, adiuuante domino uel episcopum uel presbyterum uel quemlibet.

Augustinus Gaio, quem sua disputatione traxerat ad ecclesiam. Mittit illi suos libros legēdos & iudicādos, adhortās ut perseueret in bono proposito. Ep. LXXXIIII.

GAIO Augustino. Vt abs te abscessimus, dici non potest quāta suauitate nos perfuderit recordatio tui, ac sæpe perfundat. Recolimus enim ardore inquisitionis tuæ, cum esset mirabilis, non fuisse perturbatam modestiam disputandi.

Nam

Nam neq; flagrantius percontantem, neq; tranquillius audientẽ,quenq; facile inuenerim. C
Vellem itaq; tecum multum loqui,non enim multum eſſet,quãtumcũq; eſſet ſi tecũ loque/
rer.Sed quia difficile eſt,quid opus eſt cauſas quærere? Prorſus difficile eſt,Erit fortaſſe ali/
quando facillimũ,ita deus uelit,nunc certe aliud eſt.Dedi ergo negocium fratri,per quẽ lit/
teras miſi,ut omnia noſtra legenda præbeat prudentiſſimæ charitati tuæ.Non enim aliqd
meũ inculcabit inuito, Noui enim quid benignitatis in nos animo geras, quæ tamen lecta
probaueris,uera peruideris, noſtra eſſe non putes,niſi quia data ſunt,eoq; te cõuertas licet,
unde tibi quoq; eſt ut ea probares datũ. Nemo enim quod legit, in codice ipſo cernit uerũ
eſſe,aut in eo qui ſcripſerit,ſed in ſeipſo potius,ſi eius menti quoddã non uulgariter candi/
dum,ſed à fece corporis remotiſſimum lumẽ ueritatis impreſſum eſt. Quod ſi falſa aliqua
atq; improbanda cõpereris,de humano nubilo irrorata ſcias,& ea uere noſtra eſſe non du/
bites.Hortarer aũt te ad quærendũ,niſi uidere mihi uiderer hiãtia quædam ora cordis tui,
hortarer etiam,ut quod uerũ cognoueris uiriliter teneas, niſi patefeceris euidentiſſimum ro
bur animi & conſilij tui. Totum enim ſe mihi breui tempore diſcuſſis corporeis tegumẽtis,
quod in te uiuit aperuit. Neq; ullo modo ſiuerit domini noſtri miſericordiſſima prouiden
tia,ut catholico Chriſti gregi tu uir tam bonus & egregie cordatus alienus ſis.

Auguſtinus Conſentio, reſpondet deum omnium rerũ eſſe ſimpliciſſimum,minimeq; corporeum aut materialem. Epiſt. LXXXV.

AVGVSTINVS Conſentio. Cogitationis carnalis cõpoſitionem uanũq; fi/
gmentũ,ubi uera ratio labefactare incipit,continuo illo intus adiuuãte atq; illu/
minante,qui cũ talibus dolis in cordibus noſtris habitare non uult, ita iſta con/
fringere atq; à fide noſtra quodãmodo excutere feſtinamus,ut ne puluerem qui
dẽ ullũ phantaſmatum illic remanere patiamur.Quãobrem niſi rationẽ diſputationis qua
foriſecus admoniti,ipſa intrinſecus ueritate lucẽte hæc falſa eſſe perſpicimus, fides in corde
noſtro anteceſſiſſet,quæ nos indueret pietate,incaſſum quæ uera ſunt audiremus. Ac per D
hoc quoniã id quod ad eã pertinebat fides egit, ideo ſubſequẽs ratio aliquid eorũ quæ in/
quirebat inuenit:falſæ itaq; rationi,nõ ſolũ ratio uera, qua id quod credimus intelligimus,
uerũetiam fides ipſa rerum nondũ intellectarũ,ſine dubio præferenda eſt,Melius eſt enim
quãuis nondũ uiſum credere quod uerũ eſt, q; putare te uerũ uidere quod falſum eſt.Ha/
bet nanq; fides oculos ſuos,quibus quodãmodo uidet uerũ eſſe quod nondũ uidet, & qui/
bus certiſſime uidet nondũ ſe uidere quod credit.Porrò aũt qui uera ratione iã quod tantũ
modo credebat intelligit,profecto præponendus eſt ei qui cupit adhuc intelligere quod cre
dit:ſi aũt nec cupit,& ea quæ intelligenda ſunt, credenda tantũmodo exiſtimat,cui rei fides
proſit ignorat.Nã pia fides ſine ſpe & ſine charitate eſſe non uult.Sic igit homo fidelis de/
bet credere quod nondũ uidet,ut uiſionem & ſperet & amet.Et uiſibiliũ quidẽ rerũ præteri/
tarũ quæ tẽporaliter tranſierunt ſola fides eſt,quoniã nõ adhuc uidenda ſperant,ſed facta
& trãſacta credunt:ſicut eſt illud q; Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt & reſur
rexit,nec iã moritur,& mors ei ultra non dominabitur. Ea uera quæ nondũ ſunt ſed futura
ſunt,ſicut noſtrorũ ſpiritaliũ corporũ reſurrectio, ita creduntur ut etiã uidenda ſperentur,
ſed oſtendi modo,nullo poſſunt modo. Quæ uero ita ſunt ut neq; prætereant neq; futura
ſint,ſed æterna permaneant,partim ſunt inuiſibilia,ſicut iuſticia,ſicut ſapientia,partim uiſi/
bilia, ſicut Chriſti immortale iam corpus.Sed inuiſibilia intellecta conſpiciũtur, ac per hoc
& ipſa modo quodam ſibi congruo uidentur , & cum uidentur multo certiora ſunt quàm
ea quæ corporis ſenſus attingit,ſed ideo dicũtur inuiſibilia,quia oculis iſtis mortalibus uide
ri omnino nõ poſſunt.At illa quæ uiſibilia ſunt pmanẽtia ,poſſunt ſi oſtẽdant etiã his mor
talibus oculis cõſpici,ſicut ſe diſcipulis poſt reſurrectionẽ dominus oſtendit, ſicut & iã poſt
aſcẽſionẽ apoſtolo Paulo & Stephano diacono.Proinde iſta uiſibilia pmanẽtia credimus,
ut etiã ſi non demonſtrẽtur,ſperemus ea nos quandoq; uiſuros.Nec ea tenemur ratione in
tellectu q; cõprehẽdere,niſi ut ea qa uiſibilia ſunt ab inuiſibilibus diſtinctius cogitemus: &

fides adhæret charitati.

cum

A cũ cogitatione qualia ſint imaginamur, ſatis utiq; nouimus ea nobis nota non eſſe. Nam & Antiochiam cogito incognitam, ſed non ſicut Carthaginem cognitam. Illam quippe uiſionem cogitatio mea fingit, hanc recolit, nequaquam tamen dubito ſiue quod de illa teſtibus multis, ſiue quod de iſta meis aſpectibus credidi. Iuſticiam uero & ſapientiam & quicquid eiuſmodi eſt, nõ aliter imaginamur, aliter contuemur, ſed hæc inuiſibilia ſimplici mẽtis atq; rationis intentione intellecta cõſpicimus ſine ullis formis & molibus corporalibus, ſine ullis liniamentis figurisq; membrorum, ſine ullis localibus finibus, ſine ſpacijs infinitis. Ipſumq; lumen quo cuncta iſta diſcernimus, in quo nobis ſatis apparet, quid credamus incognitum, quid cognitũ teneamus, quam formam ſenſu corporis recordemur, quam cogitatiõe fingamus, quid corporis ſenſus attingat, quid imaginetur animus ſimile corpori, qd certum & omniũ corporum diſſimile intelligentia contempletur, Hoc ergo lumen ubi hæc cuncta dijudicantur, non utiq; ſicut huius ſolis & cuiusq; corporei luminis fulgor per localia ſpacia circumq; diffunditur mentẽmq; noſtram quaſi uiſibili candore illuſtrat, ſed inuiſibiliter & ineffabiliter, & tamen intelligibiliter lucet, tamq; nobis certum eſt, quàm nobis efficit certa quæ ſecundum ipſum cuncta cõſpicimus. Cum igitur tria ſint rerum genera quæ uidentur, unum corporalium, ſicut hoc cœlum & terra, & quicquid in eis corporeus ſenſus cernit & tãgit, Alterum ſimile corporalibus, ſicut ſunt ea quæ ſpiritu cogitata, imaginamur, ſiue recordata uel oblata quaſi corpora contuemur, unde ſunt etiã uiſiones quæ uel in ſomnis, uel in aliquo mentis exceſſu his localibus quantitatibus ingeruntur, Tertiũ ab utroq; diſcretum, quod neq; ſit corpus neq; habeat ullam ſimilitudinem corporis, ſicut eſt ſapientia quæ mente intellecta conſpicitur, & in cuius luce de his omnibus ueraciter iudicatur, in quo iſtorum genere credendum eſt eſſe iſtam quam noſſe uolumus trinitatem? Profecto aut in aliquo, aut in nullo. Si in aliquo, eo utiq; quod eſt aliĳs duobus præſtantius, ſicut eſt ſapientia. Quod ſi donũ eius in nobis eſt, & minus eſt q̃ illa ſumma & incõmutabilis q̃ dei ſapi-
B entia dicitur, puto quod nõ debemus dono ſuo inferius cogitare donantem. Si autem aliquis ſplendor eius in nobis eſt, quæ noſtra ſapientia dicitur, quantumque eius per ſpeculũ & in ænigmate capere poſſumus, oportet eam & ab omnibus corporum ſimilitudinibus ſecernamus. Si autem in nullo iſtorum genere eſſe putanda eſt iſta trinitas, & ſic eſt inuiſibilis ut nec mente uideatur, multo minus de illa huiuſmodi opinionem habere debemus, ut eam rebus corporalibus uel corporalium rerum imaginibus ſimilem eſſe credamus. Non enim corpora pulchritudine molis aut magnitudine ſuperat, ſed diſſimilitudine aut diſpatilitate naturæ, Et ſi diſcreta eſt à comparatione bonorum animi noſtri, qualia ſunt ſapientia, iuſtitia, charitas, & cætera talia, quæ profecto nõ mole corporis pendimus, nec eorũ quæ ſi corporeas formas cogitatione figuramus, ſed ea quando recte intelligimus ſine aliqua corpulentia uel ſimilitudine corpulentiæ in luce mentis aſpicimus, quanto eſt ab omniũ qualitatũ & quantitatũ corporalium cõparatiõe diſcretior: nõ eam tamen à noſtro intellectu omnino abhorrere apoſtolus teſtis eſt, ubi ait, Inuiſibilia enim à cõſtitutione mundi per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciunt, ſempiterna quoq; eius uirtus ac diuinitas. Ac per hoc cũ eadem trinitas fecerit & corpus & animã, ſine dubitatione eſt utroq; præſtãtior. Anima ita cõſiderata maxime humana & rationalis atq; intellectualis quæ ad eius imaginẽ facta eſt, ſi cogitationes noſtras & intelligentias non euicerit, ſed eius quod habet præcipuũ, id eſt ipſam mentẽ atq; intelligentiam mente atq; intelligentia potuerimus apprehendere, non erit fortaſſis abſurdum, ut eam ad ſuum quoq; creatorem intelligendum ipſo adiuuãte meditemur attollere, Si autem in ſeipſa deficit ſibiq; ſuccumbit, pia fide contenta ſit quamdiu peregrinatur à domino, donec fiat in homine quod promiſſum eſt, faciente illo qui potens eſt, ſicut ait apoſtolus, facere ſupra quàm petimus aut intelligimus. Reſtat itaque ut ita credamus unius ſubſtantiæ trinitatem, ut ipſa eſſentia non aliud ſit q̃ ipſa trinitas. Ad quam uidendã quantũlibet in hac uita pficiamus, per ſpeculũ erit & in ænigmate qđ uidebimus. Cũ uero quod in reſurrectione promittit ſpiritale corpus habere cœperimus, ſiue illã mẽte, ſiue mi-

12. de Gen. ad litteram ca. 6 & 7.

1. Cor. 5.

Ephe. 3

siue mirabili modo,quoniam ineffabilis est spiritalis corporis gratia,& corpore uideamus; C
non tamen per locorum interualla,nec in parte minorem,in parte maiorem, quoniam non
est corpus,& ubiq; tota est,pro nostra capacitate uidebimus.Quod uero posuisti in episto/
la tua,uideri tibi,uel potius quod uidebatur tibi,nihil uiuum secũdum substantiam inesse
iusticiæ,ideoq; te non posse adhuc deum,id est uiuentem naturam iusticiæ similem cogita/
Matth.8 re,quia iusticia sicut dicis,non in se sed in nobis uiuit, immo nos potius secundum illam ui/
uimus,ipsa uero per se iusticia nequaquam uiuit,Ad hoc ut tibijpse respondeas,illud intue
re,utrum recte dici possit uitam ipsam non uiuere, qua fit ut uiuat quicquid non falsò dici/
mus uiuere.Puto enim absurdum tibi uideri,ut per uitam uiuatur,& uita non uiuat.Porrò
si uita ipsa præcipue uiuit,qua uiuit omne quod uiuit,recole obsecro quas dicit scriptura di/
uina animas mortuas,profecto inuenies iniustas,impias,infideles.Nã licet per illas uiuant
corpora impiorum,de quibus dictum est,q; mortui sepeliant mortuos suos,& ibi intelligã
tur etiam iniquæ animæ non esse sine aliqua uita,Non enim aliter ex eis possent corpora ui
uere,nisi qualicunq; uita qua omnino animæ carere non possunt, unde immortales merito
uocantur,non tamen ob aliud amissa iusticia dicuntur mortuæ,nisi quia & animarum,licet
immortaliter uita qualicunq; uiuentium,uerior & maior uita iusticia est tãquam uitarum,
Quæ cum sunt in corporibus,etiam ipsa corpora uiua sunt quæ per seipsa uiuere nequeũt.
Quapropter si animæ non possunt nisi etiam in seipsis utcũq; uiuere , quia ex eis uiuunt &
corpora,à quibus deserta moriuntur, quantomagis uera iusticia etiam in seipsa uiuere intel
ligenda est,ex qua sic uiuunt animæ,ut hac amissa mortuæ nuncupentur, quamuis quantu/
lacunq; uita non desinant uiuere.Ea porrò iusticia quæ uiuit in seipsa,proculdubio deus est
atq; incommutabiliter uiuit. Sicut autem cum sit in seipsa uita, etiã nobis fit uita cum eius
efficimur participes:ita cum in seipsa sit iusticia, etiam nobis fit iusticia,cum ei cohærẽdo iu
ste uiuimus,& tantomagis minusue iusti sumus,quãto magis illi minúsue cohæremus . Vn
de scriptum est de unigenito filio dei,cum sit utiq; patris sapientia atq; iusticia,& semper in D
seipso sit,q; factus sit nobis à deo sapiẽtia & iusticia,& sanctificatio & redẽptio. Vnde quẽ/
admodum scriptum est, qui gloriatur in domino glorietur. Quod quidẽ & ipse uidisti ad/
dendo atq; dicendo,nisi forte non hæc humanæ æquitatis, sed illa quæ deus est,sola esse as
seratur iusticia.Est planè ille summus deus uera iusticia, uel ille uerus deus summa iusticia,
quam profecto esurire & sitire debemus,ea nostra est in hac peregrinatione iusticia, & qua
postea saturari,ea nostra est in æternitate plena iusticia.Non ergo deum nostræ iusticiæ si/
milem cogitemus , sed cogitemus nos potius tanto similiores deo , quanto esse poterimus
eius participatione iustiores. Si ergo cauẽdum est ne iusticiæ nostræ similem putemus deũ,
quoniam lumen quod illuminat, incõparabiliter excellẽtius est illo quod illuminatur,quã/
to magis caueri oportet, ne aliquid inferius & quodammodo decoloratius eum esse creda/
mus quàm est nostra iusticia. Quid est autem aliud iusticia cum in nobis uel quælibet uir/
tus qua recte sapienterq; uiuitur,quàm interioris hominis pulchritudo? Et certe secũdum
hanc pulchritudinem magis quàm corporis, facti sumus ad imaginem. Vnde nobis dicit,
Roma.12 Nolite conformari huic seculo, sed renouamini in nouitate mẽtis uestræ, ad probandũ uos
quæ sit uoluntas dei,quod bonum & beneplacitum & perfectum.Si ergo non in mole ne/
que in distantibus per loca sua partibus sicut corpora siue cernuntur siue cogitantur,sed in
uirtute intelligibili qualis est iusticia, mentem dicimus seu nouimus seu uolumus pulchrã,
& secundum hanc pulchritudinem reformamur ad imaginem dei , profecto ipsius dei qui
nos reformauit & reformat ad imaginem suam, non aliqua mole corporea suspicanda est
pulchritudo, eoque iustorum mentibus credendus est incomparabiliter pulchrior, quo est
incomparabiliter iustior.

Augustinus Casulano presbytero, de ieiunio sabbati ac reliquorum dierum aduer
sus Vrbicum quendam,qui stultissime de hac re scripserat. Epist. LXXXVI.

dilectissimo

A DILECTISSIMO & desiderãtissimo fratri & compresbytero Casulano, Augustinus in domino salutem. Nescio unde sit factum, ut primis tuis litteris meas non redderem, non tamen tui contemptu id me fecisse scio. Nam & studijs tuis & ipso sermone delector, téque in ista ætate iuuenili proficere in uerbo dei & abundare ad ædificationem ecclesiæ, & opto & exhortor. Nunc uero scriptis tuis alteris sumptis, quibus tibi tandem aliquando respondeam iure charitatis, in qua unum sumus, fraterno & æquissimo flagitas, differendum tuæ dilectionis ulterius desiderium non putaui, & inter arctissimas occupationes meas suscepi isto me debito apud te absoluere. Quod ergo me consulis, utrum liceat sabbato ieiunare, Respondeo, si nullo modo liceret, profecto quadraginta continuos dies, nec Moyses nec Helias, nec ipse dominus ieiunasset. Ver[illegible]ista ratione concluditur etiam dominico die non illicitum esse ieiunium. Et quis quis tamen hunc diem ieiunio decernendum putauerit, sicut quidam ieiunantes sabbatum obseruant, non paruo scandalo erit ecclesiæ, Nec immerito, In his enim rebus de quibus nihil certi statuit scriptura diuina, mos populi dei uel instituta maiorum pro lege tenenda sunt. De quibus si disputare uoluerimus, & ex aliorum consuetudine alios improbare, orietur interminata luctatio, quæ labore sermocinationis cum certa documenta nulla ueritatis insinuet, utiq; cauendum est, ne tempestate contentionis serenitas charitatis obnubiletur. Quod periculum uitare neglexit, cuius mihi proximam disputationem ut ei responderem cum tuis prioribus litteris existimasti esse mittendam. Non autem usq; adeo mihi spacia temporum larga sunt, ut ea refellendis singulis sententijs eius impendam, quæ alijs operibus magis urgentibus explicandis habeo necessaria. Sed eo quo te mihi in tuis epistolis ostendis ingenio quod in te donum dei admodum diligo, eundem sermonem cuiusdam ut scribis urbici paulo diligentius considera, & uidebis eũ penè uniuersam ecclesiam Chri-

B sti, ab ortu solis usq; ad occasum scilicet uerbis iniuriosissimis nequaquam lacerare timuisse. Nec dixerim penè uniuersam, sed planè uniuersam. Nam neq; ipsis quorum consuetudinem sibi uidetur defendere, inuenitur peperciſſe Romanis, sed quomodo in eos quoq; redundet conuitiorum eius impetus nescit, quoniam non aduertit. Nam cum eum argumenta deficiunt quibus probet sabbato ieiunandum, in luxurias epularum & temulenta conuiuia & nequissimas ebrietates insultabundus inuehitur, quasi non ieiunare, hoc sit inebriari. Quod si hoc est, quid ergo prodest Romanis sabbato ieiunare? quandoquidem alijs diebus quibus non ieiunant, necesse est eos secundum disputationem huius ebriosos & uentricolas iudicari. Porrò si aliud est grauare corda in crapula & ebrietate, quæ semper est malum, aliud est autem modestia & temperantia custodita relaxare ieiunium, quod certe cum fit die dominico reprehensorem non habet Christianum, prandia prius sancto-

rum à uoracitate & ebriositate uentricolarum iste discernat, ne Romanos episcopos quando non ieiunant uentricolas faciat, & tunc inquirat, non utrum liceat inebriari sabbato, quod nec die dominico licet, sed utrum nec sabbatum ieiunandum sit, sicut dominico non solet. Quod utinam sic quæreret, aut sic affirmaret, ut toto terrarum orbe diffusam, exceptis Romanis, & adhuc paucis occidentalibus, apertissime non blasphemaret ecclesiam. Nunc uero quis ferat per omnes orientales, & multos etiam occidentales populos Christianos de tot tantisq; famulis famulabusq; Christi, sabbato sobrie modesteq; prandenti bus, ab isto dici, quod in carne sint & deo placere non possint, & quod de illis sit scriptum: Recedant iniqui à me, uiam eorum nosse nolo, & quod sint uentricolæ, Iudæam ecclesiæ præponentes, & ancillæ filios, & lege non iusta, sed uoluptuaria, consulentes uentri, non disciplinæ succumbentes, & quod caro sint & mortem sapiant, & cætera huiusmodi. Quæ si de uno quopiam dei famulo diceret, quis eum audire, quis non deuitare deberet? Cum ergo his opprobrijs atq; maledictis infectatur ecclesiam per totum mũdum fructificantem atq; crescentem, & die sabbati penè ubiq; prandentem, admoneo quisquis est, ut sese cohibeat. Nam cuius me nomen ignorare uoluisti, profecto de illo me iudicare uoluisti. Filius

Dis. 11. cd. in his.

hominis inquit ſabbati dominus eſt. In quo maxime bene quàm male facere licet. Si ergo C
male facimus quando prandemus, nullo die dominico bene uiuimus. Quod autem fate/
tur Apoſtolos ſabbato manducaſſe, & dicit ut tunc ieiunaretur temporis non fuiſſe, pro/
Matt. 9 pter quod ait domins: Venient dies ut auferatur ſponſus ab eis, & tunc ieiunabũt filij ſpon
ſi, quia tunc tempus gaudij, & nunc tempus eſt luctus. Primum attendere debuit, quod illic
dominus de ieiunio non de ſabbati ieiunio loquebatur. Deinde cum uult intelligi luctum
ieiunio, cibo gaudium deputandum, cur non cogitat quicquid eſt illud quod ſignificare de/
Gen. 2. us uoluit in eo quod ſcriptum eſt, eum die ſeptimo requieuiſſe ab omnibus ŏperibus ſuis,
nõ ibi luctum ſignificatum eſſe ſed gaudium: niſi forte dicturus eſt, in illa requie dei & ſan/
ctificatione ſabbati gaudium Iudæis, luctum ſignificatum eſſe Chriſtianis. Et tamen nec
quando ſanctificauit deus diem ſeptimũ, quia in illo requieuit ab omnibus operibus ſuis,
aliquid de ieiunio uel prãdio ſabbati expreſſit: nec cum poſtea populo Hebræo de ipſius
diei obſeruatione mandauit, aliquid de alimentis uel ſumendis uel non ſumendis locutus
eſt. Vacatio tantum hominum à ſuis, uel à ſeruilibus operibus imperatur, quam prior po/
pulus in umbra accipiens futurorum, ſic uacauit ab operibus, quemadmodum nunc Iudæ
os uacare conſpicimus, non, ut putatur, Iudæis carnalibus non recte intelligentibus, quod
non recte intelligunt Chriſtiani. Neq; enim melius hoc intelligimus q̃ prophetæ, qui ta/
men in eo tempore quo ita fieri oportuit, ſeruauerunt hanc ſabbati uacationem, quam Iu/
Num. 15. dæi putant adhuc eſſe ſeruandam. Vnde illud eſt, quod lapidare deus hominem iuſſit, qui
ſabbato ligna collegerat, nuſquam autem legimus lapidatum, uel aliquo dignum ſuppli/
cio iudicatum, ſiue ieiunantem ſabbato ſiue prandentem. Quid tamen horum duorum
quieti conueniat, quid labori, iſte ipſe uiderit, qui gaudium manducãtibus, luctum ieiunan
Matt. 9 tibus deputauit, ubi de ieiunio reſpondens ait: Non poſſunt lugere filij ſponſi quãdiu cum
eis eſt ſponſus. Quod autem propterea dicit ſabbato apoſtolos mãducaſſe, quia nondum
erat tempus ut ſabbato ieiunarent, quod ſcilicet ueterum traditio prohibebat, Nunquid er D
go iam erat tempus ut ſabbato non uacarent? Nónne hoc traditio ueterum prohibebat,
& uacare cogebat, & tamen eoipſo ſabbato die, quo Chriſti legimus manducaſſe diſcipu/
los, uulſerunt utiq; ſpicas quod ſabbato non licebat, quia ueterum traditio prohibebat?
Videatur igitur ne congruentius ei reſpondeatur, Ideo dominum die illo à diſcipulis hæc
duo fieri uoluiſſe: unum de ſpicis uellendis, alterum de alimentis ſumendis: uel ut illud eſſet
aduerſus eos qui ſabbato uolunt uacare, hoc autem aduerſus eos qui cogunt ſabbato ieiu/
nare: cum illud mutato tempore iam ſuperſtitioſum eſſe ſignificaſſet: hoc autem utroq;
tempore liberum eſſe uoluiſſet. Neq; id confirmando dixerim, ſed quid ei multo aptius q̃
Luc. 18 ſunt ea quæ loquitur reſponderi poſſit oſtenderim. Quomodo inquit non cum phariſæo
damnabimur bis in ſabbato ieiunãtes? tãquam phariſæus ideo damnetur, quia bis in ſab
bato ieiunabat, & non quia ſuper publicanum ſe tumidus extollebat. Poteſt autem iſte di
cere etiam illos qui omnium fructuum ſuorum decimas dant pauperibus cum phariſæo
damnari, quia hoc quoq; ille inter ſua opera prædicabat, quod cupimus à multis fieri Chri
ſtianis, & uix pauciſſimos inuenimus: Aut uero qui non fuerit iniuſtus, adulter & raptor,
cum phariſæo damnabitur, quia ille ſe talem non eſſe iactabat, quod certe quiſquis ſentit,
inſanit. Porrò ſi hæc ſine dubio bona quæ ſibi phariſæus ineſſe commemorabat, non ha/
benda ſunt cum ſuperbiente iactantia quæ in illo apparebat, ſed tamen habenda ſunt cum
pietate humili quæ in illo non erat: ſic & bis in ſabbato ieiunare in homine qualis fuerat
ille phariſæus infructuoſum eſt, in homine autem humiliter fideli uel fideliter humili reli/
gioſum eſt, quamuis euangelica ſcriptura, non dixit damnatum phariſæum, ſed magis iu/
ſtificatum dixit publicanum. Verum ſi hoc modo putat iſte intelligendum quod ait domi
Matt. 5 nus: Niſi abundauerit iuſticia ueſtra plus quàm ſcribarum & phariſæorum, non intrabitis
in regnum cœlorum, ut niſi amplius quàm bis in ſabbato ieiunemus, hoc præceptum non
poſſimus implere, bene, quod ſeptem dies ſunt qui uolumine temporum per ſua ueſtigia

reuo

A reuocantur. Qui cum ergo ex his biduum detraxerit ne ſabbato dominicoq; ieiunet, rema
nent dies quinq; in quibus phariſæum ſuperare poſſit bis in ſabbato ieiunantem. Puto
enim quod ſi ter in ſabbato quis ieiunat, iam ſuperat phariſæum qui bis in ſabbato ieiu
nabat. Quod ſi & quater, uel etiam ut nullus dierum excepto ſabbato & dominico præter
mittatur in hebdomade quinquies ieiunetur, quod multi in uita ſua faciunt, maxime in
monaſterijs conſtituti, non ſolum phariſæus qui bis in ſabbato ieiunabat, uerumetiam
Chriſtianus qui quarta & ſexta feria & ipſo ſabbato ieiunare conſueuit, quod frequenter
Romana plebs facit, in labore ieiunij ſuperabitur: & tamẽ neſcio quis iſte (ut dicis) urbicus
diſputator, etiam ſi quis quinq; continuis præter ſabbatum & dominicum diebus ita ieiu
net, ut nullo die omnino reficiat corpus, eum carnalem uocat, quaſi cibus & potus cæteris
diebus non pertineat ad carnem: & uentricolam iudicat, quaſi ſolius ſabbati prandium de
ſcendat in uentrem. Huic ſanè non ſufficit quod ad uincendum phariſæum iam ſufficit, ut
ter in ſabbato ieiunetur, ſed excepto dominico ſex cæteris diebus ita ieiunare compellit,
ut dicat, antiqua remota labe, duo in carne una Chriſti iam ſub diſciplina manentes, non
debent cum filijs ſine lege & cum principibus Sodomorum & cum plebe Gomorræ ſab
batorum uoluptuaria conuiuia exercere, ſed cum ſanctimoniæ incolis ac deo deuotis ſolen
ni & eccleſiaſtico iure magis ac magis legitime ieiunare, ut ſex dierum uel leuis error, ieiu
nij orationis & eleemoſynæ fontibus abluatur, quo poſſimus dominica alogia refecti om
nes æquali corde digne cantare: Saturaſti domine animam inanem, & potaſti animam ſi
tientem. Iſta dicens & à frequentia ieiunandi ſolum diem dominicum excipiens, non tan
tum orientis & occidentis populos Chriſtianos in quibus ſabbato nemo ieiunat, uerum &
ipſam Romanam eccleſiam improuidus & incautus accuſat. Cum enim dicit: ſub diſcipli
na Chriſti manentes non debere cum filijs ſine lege, cum principibus Sodomæ cum ple
B be Gomorræ uoluptuaria ſabbatorum exercere conuiuia, ſed cum ſanctimoniæ inco
lis ac deo deuotis, ſolenni & eccleſiaſtico iure magis ac magis legitime ieiunare, ſubiungit
& dicit, ut ſex dierum uel leuis error, ieiunij orationis & eleemoſynæ fontibus abluatur: pro
fecto eos qui minus quàm ſex diebus in hebdomade ieiunant, non putat legitime exerce
re ieiunium, nec deo eſſe deuotos, nec maculas erroris quæ de iſta mortalitate contrahun
tur abluere. Videant ergo Romani quid agant, quia etiam ipſi nimium contumelioſe hu
ius diſputatione tractantur, apud quos omnibus iſtis ſex diebus præter pauciſſimos deri
cos aut monachos quotus quiſq; inuenitur qui frequentet quotidiana ieiunia, maxime
quia ibi ieiunandum quinta ſabbati non uidetur. Deinde quæro: ſi uniuſcuiuſq; diei uel le
uis error ipſius diei ieiunio ſoluitur uel abluitur, Sic enim dicit, ut ſex dierum uel leuis er
ror ieiunij quoq; fontibus abluatur, quid faciemus de illo errore qui ſubrepſit dominico
die in quo ſcandalum eſt ieiunare? Aut ſi die ipſo nullus Chriſtianis error obrepit, uide
at homo iſte qui uentricolas tanquam magnus ieiunator accuſat, quantum honoris & uti
litatis uentribus tribuat, ſi tunc non erratur quando prandetur. An forte in ieiunio ſabba
ti tantum bonum conſtituit, ut aliorum ſex dierum, hoc eſt ipſius etiam dominici, uel le
uem ſicut dicit errorem ſolum ieiunium ſabbati poſſit abolere, & ſolo ipſo die non erretur,
quo toto utiq; ieiunatur? Quid eſt ergo quod diem dominicum ſabbato uelut Chriſtia
no iure præponit? Ecce ſecundum ipſum dies ſabbati multo ſanctior inuenitur, in quo &
non erratur cum eius toto ſpacio ieiunatur, & eodem ieiunio ſex cæterorum dierum, ac per
hoc & ipſius dominici error abluitur: puto quod tibi non placet iſta præſumptio. Iam ue
ro cum ſe hominem ſpiritalem uideri uelit, & tanquam carnales pranſores ſabbati accuſet,
attende quemadmodum dominici diei non paruo prandio reficiatur, ſed alogia delecte
tur. Quid eſt autem * alogia, quod uerbum ex græca lingua uſurpatum eſt, niſi cum epulis
indulgetur ut à rationis tramite deuietur? Vnde animalia ratione carentia dicuntur alo
ga, quibus ſimiles ſunt uentri dediti, propter quod immoderatum conuiuium, quo mens
in qua ratio dominatur ingurgitatione ueſcendi ac bibendi quodammodo obruitur,

ἄλογία. *Apparet hoc ſcribæ uitio accidiſſe q ex logia fecerit alogia, decep tus ſono pro ductæ uocalis q̃ præcedit in dominica, uti tur hoc uerbo paulus 1. Co rin. 16.*

alogia nuncupatur. Insuper etiam propter cibum ac potum non mentis sed uentris alogia c
diei dominici dicit esse cantandum, Saturasti domine animam inanẽ, & potasti animã si/
tientem. O uirum spiritalem: O carnalium reprehensorem, O magnum ieiunatorem &
non uentris cultorem, Ecce qui nos admonet ne lege uentris, legem domini corrumpa/
mus, ne panem cœli uendamus esca terrena. Et adiungit: quia esca Adam paradiso perijt,
esca Esau primatus amisit. Ecce quid dicit: Est enim satanæ usitata calumnia, tentatio uen/
tris, cui modicum suadet ut auferat tõtum. Et horum inquit interpretatio præceptorum
uentricolas minus incuruat. Nónne his uerbis suis id agere uidetur, ut etiam die dominico
ieiunetur? Alioquin sanctior erit sabbati dies, quo dominus in monumento requieuit,
quàm dominicus quo à mortuis resurrexit. Sanctius est enim profecto sabbatum, si secun
dum uerba huius in sabbato per ieiunium peccatum omne uitatur, & quod diebus alijs
contractum est, aboletur: In dominico autem per escam uentris tentatio non cauetur, &
diabolicæ calumniæ locus datur, & paradiso peritur, & primatus amittitur. Quid ergo est
quod rursus sibijpse contrarius admonet, ut non prandio modesto, sobrio, Christiano, re/
ficiamur dominico die, sed in alogia lætantes plaudentesq; cantemus: Saturasti domine
animam inanem, & potasti animam sitientem? Nempe si tunc non erramus quando ieiu/
namus, & aliorum sex dierum errores tunc abluimus cum sabbato ieiunamus, nullus erit
die dominico deterior, nullus sabbato melior. Crede dilectissime frater, nemo legem sicut
iste intelligit, nisi qui non intelligit. Si enim Adam non cibus sed prohibitus cibus perdi/
dit, & Esau nepotem sancti Abraæ non esca, sed usq; ad contemptum sacramenti, quod in
primatu suo habuit, concupita esca damnauit, sic à sanctis & fidelibus pie prandetur quem
admodum à sacrilegis & incredulis impie ieiunatur. Præponitur ergo dies dominicus sab/
bato fide resurrectionis, non consuetudine refectionis, aut etiam uinolentæ licentia cantio/
nis. Moyses inquit quadraginta diebus panem non manducauit, nec bibit aquam. Cur au
tem hoc dixerit subiũxit atq; ait: Ecce Moyses amicus dei, nubis inquilinus, delator legis, D
& populi dux, ter bina sabbata ieiunio celebrans, non offensam, sed meritum collocauit.
Nunquid attendit quid huic possit consequenter opponi? Quia utiq; si Moysi ieiunan/
tis propterea ponit exemplum, quoniã in illis quadraginta diebus, ter bina, sicut loquitur,
sabbata ieiunauit, & ex hoc uult persuadere, ut sabbato ieiunetur: ex hoc ergo persuadeat,
ut & dominico ieiunetur, quia in illis quadraginta diebus nihilominus Moyses ter binos
dominicos ieiunauit. Sed addit ac dicit: Et adhuc cum Christo dominicus dies imminen/
ti ecclesiæ seruabatur. Quod cur dixerit nescio. Si enim propterea quia multomagis ieiu/
nandum est, posteaquàm uenit cum Christo dominicus dies: ergo, quod absit, etiam ipso
dominico ieiunetur. Si autem timuit ne propter dierum quadraginta ieiunium obijceretur
etiam dominico ieiunandum, & ideo addidit, quod adhuc cum Christo imminenti eccle/
siæ dies dominicus seruabatur, ut uidelicet ea causa intelligatur ieiunasse Moyses etiam
die qui sequitur sabbatum, quia nondum uenerat Christus, per quem factus est ipse dies
dominicus, quo non expediat ieiunari, Cur ipse Christus quadraginta diebus similiter ie/
iunauit? Cur non in illis diebus quadraginta ter binis qui sequebantur sabbatum, ieiuni/
um soluit, ut iam dominici diei prandium commendaret etiam ante resurrectionem suam,
sicut sanguinem suum potandum dedit ante passionem? Vides certe dierum quadragin/
ta ieiunium, quod iste commemorat, sic ad rem non pertinere ut sabbato ieiunemus, quo/
modo ad rem non pertinet ut dominico ieiunemus. Prorsus non attendit, quid ei de die
dominico posset opponi, quando sicut accusanda sunt ebriosa conuiuia, & omnis uorax ac
temulenta luxuries, sic accusat prandia sabbatorum, cum possint & ipsa esse modestorum
atq; sobriorum. Et ideo non est illi ad singula respondendum, quoniam pro sabbati pran
dio uitia luxuriæ reprehendendo, eadem atq; eadem sibi dicit, aliud non inueniendo quod
dicat, nisi quod inaniter & ad rem non pertinens dicit. Vtrum non sit sabbato ieiunan/
dum quæritur, non utrum sabbato sit luxuriandum, quod nec dominico faciũt qui deũ ti/
ment,

A ment, quamuis in illo utiq; non ieiunent. Quis autem diceret quod iſte auſus eſt dicere? Quomodo inquit, pro nobis, aut per nos rata erunt deo aut digna, quæ nos ſanctificata die ad peccatum cogunt? Sanctificatam diem ſabbati confitetur, & ad peccatum dicit cogi homines quia prandetur. Ac per hoc ſecundum iſtum, aut dies dominicus ſanctificatus nō eſt, & incipit eſſe ſabbatū melius: aut ſi eſt & dominicus dies ſanctificatus, ad peccatum cogimur quia prandemus: & conatur teſtimonijs probare diuinis, ſabbato ieiunandum. Sed unde hoc probet omnino non inuenit. Manducauit inquit, & bibit Iacob uinum & ſa tiatus eſt, & receſſit à deo ſalutari ſuo, & ceciderūt una die uiginti tria milia, quaſi dictum ſit, Prandit ſabbato Iacob, & receſſit à deo ſalutari ſuo. Et apoſtolus quando commemorauit cecidiſſe tot milia, non ait, Neq; prandeamus ſabbato ſicut illi prandérunt, ſed ait, Neque fornicemur ſicut quidam eorum fornicati ſunt, & ciderunt una die uiginti tria milia. Quid ſibi etiam uult quod ait, Sedit autem populus manducare & bibere & reſurrexerunt ludere. Poſuit quidem & Apoſtolus hoc teſtimonium, ſed ut à ſeruitute idolorum non à ſabbati prandio prohiberet. Sabbato autem illud factum eſſe iſte non probat, ſed ut libitum eſt ſuſpicatur. Sicut autem fieri poteſt ut ieiunetur, & cum ieiunium ſoluitur ſi quis ebrioſus eſt, tunc inebrietur, Ita fieri poteſt ut non ieiunetur, & ſi temperantes ſunt homines, modeſtiſſime prandeatur. Quid eſt ergo quod ſabbati uolens perſuadere ieiunium, adhibet Apoſtolum teſtem dicentem, Nolite inebriari uino in quo eſt omnis luxuria, quaſi diceret, Nolite prandere ſabbato, quia ibi eſt omnis luxuria. Sicut autem hoc præceptum apoſtolicum ne inebrientur uino in quo eſt omnis luxuria, obſeruatur à Chriſtianis deum timentibus quando prandetur die dominico, ita obſeruatur quando prandetur & ſabbato. Vt expreſſius inquit, errantibus contradicam, nemo ieiunio & ſi non promeretur offendit, porrò & non offendere promereri eſt. Quis hoc diceret niſi qui nollet conſiderare quid diceret? Ergo pagani quando ieiunant non ideo magis offendunt deum? Aut ſi
B de Chriſtianis uoluit quod dixit intelligi, quis non deum offendet, ſi uelit cum ſcandalo totius quæ ubiq; dilatata eſt eccleſiæ, die dominico ieiunare? Deinde ſubijcit teſtimonia de ſcripturis ad cauſam quam ſuſcepit nihil ualentia. Ieiunio inquit Helias paradiſo donatus in corpore regnat: quaſi ieiunium non prædicent qui ſabbato non ieiunant, ſicut ieiunium prædicant, qui tamen die dominico non ieiunant. Aut Helias eo tempore ieiunauerit, quo populus dei etiam ſabbato ieiunabat. Quod autem reſpondimus de quadraginta diebus ieiunij Moyſi, hoc deputa eſſe reſpondendum & de quadraginta diebus Heliæ. Ieiunio inquit Daniel leonum ſiccam rabiem illæſus euaſit: quaſi legerit quod ſabbato ieiunauerit, aut etiam cum ipſis leonibus ſabbato fuerit, ubi tamen legimus quod & prandérit. Ieiunio inquit, trium fida germanitas ignibus coruſcanti carceri dominata regi hoſpitio ſuſceptum dominum adorant. Hæc exempla ſanctorum, nec ad perſuadēdum cuiuſcunq; diei ieiuniū ualent, quantominus ſabbati, quandoquidem non ſolum non legitur tres uiros ſabbato fuiſſe miſſos in caminum ignis ardentem, ſed ne illud quidem legitur, tandiu illic eos fuiſſe, ut poſſit quiſquam dicere eos ieiunaſſe, immo uero uix unius horæ ſpacium eſt, quo eorum confeſſio hymnuſq; cantatur. Nec amplius inter illas flammas innoxias deambulauerunt quàm canticum illud terminauerunt. Niſi forte ab iſto etiam unius horæ ſpacium ieiunio deputatur. Quod ſi ita eſt, non habet quod ſuccenſeat pranſoribus ſabbati. Vſq; ad horam enim prandij multo quàm in illo camino prolixius ieiunatur. Adhibet & illud Apoſtoli teſtimonium, ubi ait: Non eſt regnum dei eſca & potus, ſed iuſtitia & pax, gaudium in ſpiritu ſancto. Et regnum dei eccleſiam uult intelligi in qua dominus regnat. Obſecro te, nūquid hoc agebat apoſtolus, cum iſta loqueretur, ut ſabbato à Chriſtianis ieiunaretur? Sed nec de ipſo cuiuſcunq; diei ieiunio loquebatur cum hæc diceret. Dictū eſt enim aduerſus eos qui more Iudæorum ſecūdum ueterem legem in obſeruatione quorundam ciborum putabant eſſe mundiciam, & ad eorum fratrum admonitionē, per quo-

Exo.32 Deu.32 1.Cor.10 Ephe.5 Rom.14

rum eſcam & potum indifferenter acceptum ſcandalizabantur infirmi. Ideo cũ dixiſſet: Noli illum in eſca tua perdere pro quo Chriſtus mortuus eſt, Et, non ergo blaſphemetur bonũ noſtrum, tunc adiunxit: Non enim eſt regnum dei eſca & potus, & cætera. Nam ſicut uerba hæc Apoſtoli intelligit, ut regnum dei q̃d eſt eccleſia, nõ ſit in eſca & potu, ſed in ieiunio, non dico ſabbatis ieiunare, ſed nunquam omnino cibum ac potum ſumere deberemus, ne de iſto dei regno unquam recederemus. Puto autem quia iſto conferente aliquanto religioſius die dominico ad eccleſiam pertinemus, quando tamen & ipſo cõcedente prandemus. Cur inquit ſacrificium potiori domino charum murmuramus offerre, quod ſpiritus deſiderat & angelus laudat? Deinde adiungit angeli teſtimonium dicentis: Bona eſt oratio cum ieiunio & eleemoſyna. Quid dixerit, potiori domino, neſcio, niſi forte ſcriptor errauit, & te fugit, ut quod mihi legendum miſiſti non emendares. Sacrificium ergo domino charum ieiunium uult intelligi, quaſi de ieiunio uerſetur hæc quæſtio, & non de ieiunio ſabbati. Neque enim dominicus dies ſine ſacrificio quod deo charum eſt peragitur quia non ieiunatur. Sequitur adhuc & ingerit teſtimonia à cauſa quam defendendam ſuſcepit penitus aliena. Immola inquit deo ſacrificium laudis, & iſtam uocem diuini pſalmi uolens ad quod agitur neſcio quomodo connectere, utiq; inquit, non ſanguinis aut ebrietatis conuiuium, quo non laudes debitæ deo, ſed blaſphemiæ diabolo ſuffragante ſylueſcunt. O improuidam præſumptionem. Non ergo immolatur ſacrificium laudis dominico die quia non ieiunatur, ſed agitur ebrietatis conuiuium & blaſphemiæ diabolo ſuffragante ſylueſcunt. Quod ſi nefas eſt dicere, intelligat non ieiunium ſignificari in eo quod ſcriptum eſt, Immola deo ſacrificium laudis. Ieiunium quippe certis diebus & maxime feſtis non agitur. Sacrificium uero laudis ab eccleſia toto orbe diffuſa diebus omnibus immolatur. Alioquin quod nullus, non dico Chriſtianus, ſed nec inſanus dicere auderet, dies illi quinquaginta poſt paſcha uſque ad pentecoſten quibus non ieiunatur, erunt ſecundum iſtum à ſacrificio laudis alieni, quibus tantummodo diebus in multis eccleſijs, in omnibus autem maxime cantatur alleluia, quam uocem laudis eſſe nullus Chriſtianus quamlibet imperitus ignorat. Confitetur tamen etiam ipſo die dñico non in ebrietate, ſed in iucũditate prandi deri, cum dicit, debere nos ex Iudæis & gentibus multis Chriſtiani nominis fide paucos electos, ueſpertino ſabbatorum incenſo, pro pecudum uictimis ieiunium deo placitum laudibus immolare, cuius feruore cremata deficiant opera delictorum. Et mane, inquit, exaudiet nos à nobis auditus, & erunt nobis domus ad manducandum & bibendum, non in ebrietate, ſed iucunditate dominica celebritate perfecta. Tunc enim eulogia, non, ut ſuperius ait, alogia celebratur. Sed quid eum offendit ſabbati dies quem dominus ſanctificauit, ignoro, ut in eo non putet poſſe manducari & bibi tali iucunditate quæ careat ebrietate, cum ſic ante ſabbatum ieiunare poſſimus, quomodo dicit ante dominicum ſabbato ieiunandum: an continuo biduo pranderi nefas eſſe arbitratur? Videat ergo quanta afficiat contumelia ipſam quoq; Romanam eccleſiam, ubi & his hebdomadibus, in quibus quarta & ſexta & ſabbato ieiunatur, tribus tamen diebus continuis, dominico ſcilicet ac deinde ſecunda & tertia prandetur. Ouium uitam certum eſt, inquit, arbitrio pendere paſtorum. Sed uæ qui dicunt, quod bonum malum, & tenebras lucem, & lucem tenebras, & amarum dulce, & dulce amarum. Quid ſibi uelint hæc uerba eius, non ſatis intelligo. Si enim hæc ſcribis ſicut urbicus dicit, in urbe plebs pendens ex paſtoris arbitrio cum epiſcopo ſuo ieiunat ſabbato. Si autem ad te iſta ſcripſit, quia & in epiſtola tua & ipſe quidam tale ſcripſiſti, non tibi perſuadeat urbem Chriſtianam ſic laudare ſabbato ieiunandum, ut cogaris orbem Chriſtianum damnare prandentem. Cum enim dicit quod bonum malum, & tenebras lucem, & lucem tenebras, & amarum dulce, & dulce amarum, ieiunium ſabbati uolens intelligi bonum & lucem & dulce, prandium uero malum & tenebras & amarum, quis eum dubitat in omnibus Chriſtianis ſabbato prandentibus uniuerſum

Tobie. 12

Pſal. 49

Eſa. 5.

orbem

A orbem damnare terrarũ. Nec ſeipſe reſpicit, nec quibus dicat attendit, ut ſcriptis ſuis ab iſta præcipiti cohibeatur audacia? Continuo quippe ſubiunxit: Nemo ergo uos iudicet in eſca aut in potu, quod ipſe utique facit qui ſabbato ſumentes eſcam potumq; ſic arguit: quantũ erat ut hinc ei ueniret in mentem, etiam illud quod idem apoſtolus alibi dicit: Qui mandu cat non manducantem non ſpernat, & qui non manducat manducantem non iudicet. Iſto modo hoc temperamentum quo ſcandala deuitaret inter ieiunantes ſabbato & manducantes teneret, ut & ipſum non manducantem manducans quiſque non ſperneret, & ipſe non manducans manducantem non iudicaret. Petrus etiam inquit apoſtolorum caput, cœli ianitor & eccleſiæ fundamentum, extincto Symone, qui fuerat diaboli non niſi ieiunio uincendi figura, idipſum Romanos edocuit, quorum fides annunciatur uniuerſo orbi terrarum, Nunquid ergo cæteri apoſtoli prandere Chriſtianos contra Petrum docuerũt in uniuerſo orbe terrarum? Sicut itaque inter ſe uixerunt concorditer Petrus & condiſcipuli eius, ſic inter ſe concorditer uiuant ſabbato ieiunantes quos plantauit Petrus, & ſabbato prandentes quos plantauerunt condiſcipuli eius. Eſt quidem & hæc opinio plurimorum, quamuis eam perhibeãt eſſe falſam plerique Romani, quod apoſtolus Petrus cum Symone mago die dominico certaturus, propter ipſum magnæ tentationis periculum, pridie cũ eiuſdem urbis eccleſia ieiunauerit, & conſecuto tam proſpero glorioſoque ſucceſſu, eundem morem tenuerit, eamque imitatæ ſint nonnullæ occidentales eccleſiæ. Sed ſicut iſte dicit, Symon magus figura erat diaboli: non planè ſabbatarius aut dominicarius, ſed quotidianus eſt ille tentator, Nec tamen aduerſus eum quotidie ieiunatur, quando & diebus dominicis omnibus, & quinquaginta poſt paſcha, & per diuerſa loca diebus ſolennibus martyrum & feſtis quibusq; prandetur: & tamen diabolus uincitur, ſi oculi noſtri ſint ſemper ad dominum, ut ipſe euellat de laqueo pedes noſtros, & ſiue manducamus ſiue bibimus ſiue quodcunq; facimus, omnia in gloriam dei faciamus, & quantum in nobis eſt ſine offen-

B ſione ſimus Iudæis & Græcis & eccleſiæ dei. Quod parum cogitãt qui cum offenſione manducant, uel cum offenſione ieiunant, & per utramlibet intemperantiam ſcandala concitant, quibus nõ ſuperatur diabolus ſed lætatur. Quod ſi reſpondetur, hoc docuiſſe Iacobũ Hieroſolymis, Epheſi Ioannem cæteroſq; alijs locis, quod docuit Romæ Petrus, id eſt, ut ſabbato ieiunetur, ſed ab hac doctrina terras cæteras deuiaſſe, atq; in ea Romam ſtetiſſe. Et e contrario refertur occidentis potius aliqua loca in quibus Roma eſt nõ ſeruaſſe quod apoſtoli tradiderunt, Orientis uero terras unde cœpit ipſum Euãgelium prædicari, in eo quod ab omnibus cum ipſo Petro apoſtolis traditũ eſt, ne ſabbato ieiunetur, ſine aliqua uarietate manſiſſe. Interminabilis eſt iſta contentio generans lites, non finiens quæſtiones. Sit ergo una fides uniuerſæ quæ ubiq; dilatatur eccleſiæ, tanquã intus in membris, etiam ſi ipſa fidei unitas quibuſdã diuerſis obſeruationibus celebratur, quibus nullo modo quod in fide uerũ eſt impeditur: Omnis enim pulchritudo filiæ regis intrinſecus, illæ autẽ obſeruationes quæ uarie celebrantur in eius ueſte intelligũtur, Vnde illi dicitur, In fimbrijs aureis circumamicta uarietate. Sed ea quoq; ueſtis ita diuerſis celebrationibus uarietur, ut nõ aduerſis cõtentionibus diſſipetur. Poſtremo inquit ſi Iudæus ſabbatũ colẽdo dominicum negat, quomodo Chriſtianus obſeruat ſabbatũ? Aut ſimus Chriſtiani & dominicũ colamus, aut ſimus Iudæi ut ſabbatũ obſeruemus: Nemo enim poteſt duobus dominis ſeruire. Nónne ita loquitur tanq; ſabbati alius dominus ſit, alius dominici? Nec illud audit quod & ipſe cõmemorauit, Dominus eſt enim ſabbati filius hominis. Quod aũt ita nos uult eſſe à ſabbato alienos, ſicut Iudæi ſunt à dominico alieni, nónne tantũ errat ut poſſit etiã dicere, ita nos non debere accipere legem nec prophetas, ſicut Iudæi non accipiunt Euangeliũ nec apoſtolos? Quod qui ſapit, quid mali ſapiat uticq; intelligis. Sed uetera, inquit, omnia tranſierũt & in Chriſto facta ſunt noua, Hoc uerũ eſt. Nã propterea ſicut Iudæi ſabbatis non uacamus; etiam ſi ad ſignificandam requiem quæ illo die ſignificata eſt, Chriſtiana ſobrietate & fru-

Col. 2
Rom. 14
Sabbati ieiunium unde.
Pſal. 24
Pſal. 44.
Hoc nunc fit.
Matth. 6
Luc. 6

galitate ſeruata,ieiunĳ uinculum relaxamus:Et ſi aliqui fratres noſtri requiem ſabbati re/ C
laxatione ieiunĳ ſignificandam eſſe non putant,nequaquam de ueſtis regiæ uarietate liti/
gamus,ne ipſius reginæ ubi unam fidem etiam de ipſa requie retinemus, interiora mem/
bra uexemus.Et ſi enim quia uetera tranſierunt,cum eis tranſijt etiam carnalis uacatio ſab
bati,non tamen quia ſabbato ſine ſuperſtitioſa uacatione prandemus,ideo duobus domi/
nis ſeruimus,quia & ſabbati & dominici unus eſt dominus.Iſte autem qui uetera tranſiſſe
ſic dicit, ut in Chriſto cederet ara altari, gladius ieiunio, precibus ignis, pani pecus,pocu/
lo ſanguis,neſcit altaris nomen magis legis & prophetarum litteris frequentatum,& altare
deo prius in tabernaculo, quod per Moyſen factum eſt,collocatum.Aram quoq; in Apo/
ſtolicis litteris inueniri ubi martyres clamant ſub ara dei. Dicit ceſſiſſe ieiunio gladium,nõ
recordans illum quo milites euangelici armantur ex utroq; teſtamento gladium bis acu/
tum.Dicit ceſſiſſe precibus ignem,quaſi non & tunc preces deferebantur in templũ,& nunc
à Chriſto ignis eſt miſſus in mundum.Dicit ceſſiſſe pani pecus,tanq; neſciens & tuncin do
mini menſa panes propoſitionis poni ſolere,& nunc ſe de agni immaculati corpore partẽ
ſumere.Dicit ceſſiſſe poculo ſanguinem,non cogitans etiam nunc ſe accipere in poculo ſan
guinẽ.Quanto ergo melius & congruentius uetera tranſiſſe, & noua in Chriſto facta eſſe,
ſic diceret,ut cederet altare altari, gladius gladio, ignis igni, panis pani, pecus pecori, ſan/
guis ſanguini. Videmus quippe in his omnibus carnalem uetuſtatem ſpiritali cedere noui/
tati .Sic ergo intelligendum eſt,ſiue in iſto die uolubili ſeptimo prandeatur, ſiue à quibuſ/
dam etiam ieiunetur,tamen ſabbato ſpiritali,ſabbatum carnale ceſſiſſe, quãdo in iſto ſem
piterna & uera requies concupiſcitur,in illo uacatio temporalis iam ſuperſtitioſa contem/
nitur.Cætera quæ ſequuntur quibus ſuam diſputationem iſte cõcludit , ſicut alia quædam
quæ inde commemoranda non arbitratus ſum,multomagis ad cauſam non pertinent, in
qua de ieiunio ſabbati uel prandio diſputatur. Sed ea tibi ipſi maxime ſi in his quæ à me
dicta ſunt aliquid admiraris, aduertenda & iudicanda dimitto. Si autem quoniam huic D
quantum potui ſufficienter reſpondiſſe me puto,de hac re ſententiam meam quæris,ego in
Inſtrumẽtum. euangelicis & apoſtolicis litteris,totoq; inſtrumento, quod appellatur teſtamẽtum nouũ,
animo id reuoluens,uideo præceptũm eſſe ieiunium. Quibus autem diebus non oporteat
ieiunare,& quibus oporteat,præcepto domini uel apoſtolorum nõ inuenio definitum. At
per hoc ſentio,non quidem ad obtinendam quam fides obtinet iuſticiam, in qua eſt pul/
chritudo filiæ regis intrinſecus,ſed tamen ad ſignificandam requiem ſempiternam, ubi eſt
uerum ſabbatum, relaxationẽ, quàm contritionem ieiunĳ aptius conuenire. Veruntamen
in huius ſabbati ieiunio ſiue prandio,in his uidetur mihi tutius pacatiusq; ſeruari, ut qui
Rom.14 manducat non manducantem non ſpernat,& qui non manducat manducantem non iudi
cet,quia neq; ſi manducauerimus abundabimus,neq; ſi non manducauerimus egebimus,
cuſtodita ſcilicet eorum inter quos uiuimus in his rebus inoffenſa ſocietate.Sicut enim qđ
ait Apoſtolus uerum eſt, malum eſſe homini qui per offenſionem manducat, Ita malum
eſt homini qui per offenſionem ieiunat.Non itaq; ſimus eis ſimiles,qui uidentes Iohannẽ
Matt.11 non manducantem nec bibentem dixerunt:Dæmoniũ habet. Sed nec rurſus eis qui uiden
tes Chriſtum manducantem & bibẽtem dixerunt:Ecce homo uorax & uinoſus,amicus pu
blicanorum & peccatorum.Rem quippe ualde neceſſariam his dictis dominus ipſe ſubie/
cit atq; ait:Et iuſtificata eſt ſapientia in filĳs ſuis. Qui ſint autem iſti,ſi requiris, lege quod
ſcriptum eſt:Filĳ ſapientiæ etiam iuſtorum,hi ſunt,qui quando manducant,non mandu/
cantes nõ ſpernunt,qñ non manducant manducantes nõ iudicãt,ſed eos planè q per offen
ſionẽ non manducãt,ſiue manducãt,uel ſpernunt uel iudicãt.Et de die quidem ſabbati faci
lior cauſa eſt,quia & romana ieiunat eccleſia,& aliæ nõnullæ,etiã ſi paucæ ſiue illi proximæ
ſiue longinquæ:Die aũt dominico ieiunare ſcandalum eſt magnũ,maxime poſteaq; inno
tuit deteſtabilis multũq; fidei catholicæ ſcripturisq; diuinis aptiſſime cõtraria hæreſis Ma
nichæorum

A nichæorum,qui ſuis auditoribus ad ieiunandum iſtum tanquam conſtituerunt legitimum diem,per quod factum eſt, ut ieiunium diei dominici horribilius haberetur, Niſi forte aliquis idoneus ſit nulla refectione interpoſita, ultra hebdomadam perpetuare ieiunium, ut ieiunio xl.dierum quãtum potuerit appropinquet,ſicut aliquos feciſſe cognouimus. Nam & ad ipſum quadragenarium numerum peruenisſe quendam, à fratribus fide digniſſimis nobis aſſeueratum eſt. Quemadmodum enim ueterum patrum temporibus,Moyſes & Helias nihil contra prandia ſabbatorum fecerunt, cum diebus quadraginta ieiunauerunt, Ita qui potuerit ſeptem dies ieiunando tranſire,non ſibi ad ieiunandum elegit dominicum diem,ſed in his eum inuenit quos ieiunaturum ſe uouit plurimos dies.Ieiunium tamen etiam continuatum ſi in hebdomade ſoluendum eſt,nullo congruentius quàm dominico die ſoluitur.Si autem poſt hebdomadem corpus reficitur,non utique ad ieiunandum dies dominicus eligitur, ſed in numero quem uoueri placuit inuenitur. Nec illud moueat quod Priſcillianiſtæ Manichæorum ſimillimi ad ieiunãdum die dominico ſolent teſtimonium de apoſtolorum actibus adhibere, cum eſſet apoſtolus Paulus in Troade. Sic enim ſcriptum eſt:In una autem ſabbati congregatis nobis frangere panem,Paulus diſputabat exiturus alia die,produxitq; ſermonem uſque ad medium noctis. Deinde cum deſcendiſſet de cœnaculo, ubi congregati erant ad reſuſcitandum adoleſcentem, qui grauatus ſomno de feneſtra ceciderat & mortuus ferebatur,de ipſo apoſtolo ſcriptura ſic loquitur,Aſcendẽs autem,inquit, cum fregiſſet panem atque guſtaſſet ſatisq; eſſet allocutus uſque ad diluculum ſic profectus eſt:abſit ut hoc ſic accipiatur, tanquam ſolerent apoſtoli dominico die ſolenniter ieiunare. Quia enim ſabbati tunc appellabatur dies qui nunc dominicus appellatur, quod in Euangelijs apertius inuenitur: Nam dies reſurrectionis domini,prima ſabbati à Matthæo, à cæteris autem tribus , una ſabbati dicitur, quoniam conſtat eum eſſe qui dominicus poſtea appellatus eſt : Aut ergo poſt peractum diem ſabbati, noctis initio fue
B rant congregati, quæ utique nox ad diem dominicum, hoc eſt ad unam ſabbati pertinebat: & ita eadem nocte fracturus panem ſicut frãgitur in ſacramẽto corporis Chriſti,produxit ſermonem uſque ad medium noctis, ut poſt ſacramenta celebrata, rurſus uſque ad diluculum alloquens congregatos, quoniam multum feſtinabat, luceſcente proficiſceretur dominico die . Aut certe ſi in una ſabbati non per noctem ſed per diem hora dominici fuerant congregati,eoipſo quod dictum eſt, Paulus diſputabat illis exiturus alia die,expreſſa eſt cauſa producendi ſermonis,quia fuerat exiturus & eos ſufficiẽter inſtruere cupiebat. Non ergo ſolenniter die dominico ieiunabant, ſed neceſſarius ſermo qui ſtudij feruentiſſimi audiebatur ardore,reficiendi corporis cauſa interrumpendus eſſe non uiſus eſt profecturo apoſtolo,qui eos propter alios ſuos uſquequaque diſcurſus,uel aliâs nunquam uel rariſſime uiſitabat, præſertim quia tunc ex illis terris ſicut conſequentia docent, ita diſceſſurus erat,ut iam nõ eſſet eos in carne uiſurus.Ac per hoc magis oſtenditur dominicis diebus ſolita illis non fuiſſe ieiunia , quia ne hoc crederetur curauit ſcriptor libri cauſam producendi ſermonis exponere: ut ſciremus ſi aliqua neceſſitas oriatur, urgentiori actioni non eſſe prandium præferendum:quamuis ab iſtis auidiſſime audiẽtibus,& ipſum fontem cogitantibus profecturum, atque ideo magna ſiti non aquæ, ſed uerbi ſine ſatietate quicquid influebat haurientibus , non tantum carnale prandium, uerumetiam cœna contempta eſt.Sed tunc quamuis dominico ſolita illis ieiunia non fuiſſent, non erat tamen ecclefiæ tam inſignis offenſio, ſi aliqua tali neceſſitate, qualem apoſtolus Paulus habuit,die toto dominico, uſque ad medium noctis, uel etiam uſq; ad diluculum reficere corpora nõ curarent. Nunc uero poſtea quàm hæretici maxime,impijſſimi ieiunia dici dominici non aliqua neceſſitate occurrentia peragere , ſed quaſi ſacra ſolennitate ſtatuta dogmatizare cœperunt, & innotuerunt populis Chriſtianis, profecto nec tali neceſſitate qualem apoſtolus habuit, exiſtimo faciendum eſſe quõd fecit:ne maius malum incurratur in ſcandalo quàm bonum percipiatur ex uerbo. Quicquid tamen cauſæ uel neceſſitatis extiterit,

Manichæi ieiunant die dominico.

Ieiunium uoluntium multorum dierum.

Act.20.

cur

cur homo Christianus die dominico ieiunare cogatur, sicut etiam illud in actibus apostolorum inuenimus, in naufragij periculo, ubi & ipse apostolus nauigabat, quatuordecim diebus, ac per hoc duobus dominicis ieiunatum, nullo modo dubitare debemus, dominicum diem quando non plures dies sine ulla refectione continuandi uouentur, inter ieiuniorum dies non esse ponendum. Cur autem quarta & sexta maxime ieiunet ecclesia, illa ratio reddi uidetur, quod considerato euangelio, ipsa quarta sabbati quam uulgo quartam feriam uocant, consilium reperiuntur ad occidendum dominum fecisse Iudæi. Intermisso autem uno die cuius uespera dominus pascha cum discipulis manducauit, qui finis fuit eius diei quem uocamus quintam sabbati, deinde traditus est ea nocte quæ iam ad sextam sabbati, qui dies passionis eius manifestus est, pertinebat. Hic dies primus azymorum fuit à uespera incipiens. Sed Matthæus Euangelista quintam sabbati dicit fuisse primam diem azymorum, quia eius uespera sequente futura erat cœna paschalis, qua cœna incipiebat azymum & ouis immolatio manducari. Ex quo colligitur quartam sabbati fuisse quando
Matt. 26 ait dominus: Scitis quia post biduum pascha fiet, & filius hominis tradetur ut crucifigatur. Ac per hoc dies ipse ieiunio deputatus est, quia sicut euangelista sequitur & dicit: Tunc congregati sunt principes sacerdotum & seniores populi in atrium principis sacerdotum qui dicebatur Caiphas, & consilium fecerunt ut Iesum dolo tenerent & occiderent. Intermisso autem uno die, quo dicit euangelium: Prima autem azymorum accesserunt discipuli ad Iesum dicentes: Vbi uis paremus tibi comedere pascha? Hoc ergo die intermisso pasfus est dominus, quod nullus ambigit, sexta sabbati, quapropter & ipsa sexta recte ieiunio
Psal. 34 deputatur. Ieiunia quippe humilitatem significant. Vnde dictum est: Et humiliabam in ieiunio animam meam. Sequitur sabbatum, quo die caro Christi in monumento requieuit, sicut in primis operibus mundi requieuit deus ab omnibus operibus suis. Hinc exorta est ista in regia illa ueste uarietas, ut alij sicut maxime populi orientis propter requiem significandam mallent relaxare ieiunium: alij propter humilitatem mortis domini ieiunare, si/ D cut Romana & nonnullæ occidentis ecclesiæ. Quod quidem uno die quo pascha celebratur propter renouandam rei gestæ memoriam, quia discipuli humanitus mortem domini doluerunt, sic ab omnibus ieiunatur, ut etiam illi sabbati ieiunium deuotissime celebrent, qui cæteris per totum annum sabbatis prandent, utrunq; uidelicet significantes, & in uno anniuersario die luctum discipulorum, & cæteris sabbatis quietis bonum. Duo quippe sunt quæ iustorum beatitudinem & omnis miseriæ finem sperari faciunt, mors & resurre-
Esa. 26 ctio mortuorum. In morte requies est, de qua dicitur per prophetam: Plebs mea intra in cellaria tua, abscondere pusillum donec transeat ira domini. In resurrectione autem in homine toto, id est, in carne & spiritu perfecta felicitas. Hinc factum est ut horum duorum utrunq; non significandum putaretur labore ieiunij, sed potius refectionis hilaritate, excepto paschali uno sabbato, quo discipulorum, sicut diximus, luctus propter rei gestæ memoriam fuerat ieiunio prolixiore significandus. Sed quoniam non inuenimus, ut iam supra commemoraui, in euangelicis & apostolicis litteris quæ ad noui testamenti reuelationem proprie pertinent, certis diebus aliquibus euidenter præceptum obseruanda esse ieiunia, & ideo res quoq; ista sicut aliæ plurimæ, quas enumerare difficile est, inuenit in ueste illius filiæ regis, hoc est ecclesiæ uarietatis locum, indicabo tibi quid mihi de hoc requirenti respon-
Ambrosius Dis. 12. illa. derit uenerandus Ambrosius, à quo baptizatus sum Mediolanensis episcopus. Nam cum in eadem ciuitate mater mea mecum esset, & nobis adhuc catechumenis, parum ista curantibus, illa solicitudinem gereret, utrũ secundũ morẽ nostræ ciuitatis sibi esset sabbato ieiunandũ, an ecclesiæ Mediolanẽsis more prandendũ, ut hac eam cunctatiõe liberarẽ, interrogaui hoc supradictũ hominẽ dei. At ille, Quid possum inquit hinc docere amplius q̃ ipse facio? Vbi ego putauerã nihil eũ ista responsione præcepisse, nisi ut sabbato prãderemus. Hoc quippe ipsum facere sciebã, sed ille secutus adiecit, Qñ hic sum nõ ieiuno sabbato, qñ Romæ sum ieiuno sabato, & ad quancunq; ecclesiam ueneritis inquit, eius morem seruate, si pati

A si pati scandalum non uultis aut facere. Hoc responsum retuli ad matrem, eiq; suffecit, nec dubitauit esse obediendum, hoc etiam nos secuti sumus. Sed quoniam contingit maxime in Africa, ut una ecclesia uel unius regionis ecclesiæ, alios habeãt sabbato prandentes, alios ieiunantes, mos eorũ mihi sequendus uidetur, quibus eorum populorum cõgregatio regenda cõmissa est. Quapropter si cõsilio meo, præsertim quia in hac causa plus forte quàm satis fuit te petente atq; urgẽte locutus sum, libenter acquiescis, episcopo tuo in hac re noli resistere, & quod facit ipse, sine ullo scrupulo uel disceptatione sectare.

Augustinus Felicitati & Rustico de malis & fraterna correptione patienter tolerandis. Epistola LXXXVII.

DILECTISSIMAE & sanctissimæ matri Felicitati, & fratri Rustico, & sororibus quæ uobiscum sunt, Augustinus & qui mecum sunt in domino salutem. Bonus est dominus & misericordia eius ubiq; diffusa, quæ nos de uestra charitate in suis uisceribus consolatur. Quantũ enim diligat credẽtes & sperantes in se, & illum atq; inuicem diligentes, & quid eis in posterum seruet, hinc maxime ostendit cũ infidelibus & desperatis, quibus in mala uolũtate usq; in finẽ perseuerantibus, ignem cum diabolo æternũ minatur, in hoc tamẽ seculo bona tãta largitur, qui facit oriri solem suum super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos: breuiter aliquid dictum est ut plura cogitentur. Quàm multa enim habeant impij in hac uita munera & dona gratuita ab illo quem cõtemnunt, enumerare quis potest? Inter quæ illud magnum quod exemplis interpositarum tribulationum, quas huius seculi dulcedini tanquam bonus medicus miscet, admonet eos si attendere uelint, fugere ab ira uentura, & cum in uia sunt, id est, in hac uita, cõcordare cum sermone dei quem sibi aduersarium habent male uiuendo. Quid ergo nõ misericorditer præstatur hominibus à domino deo, à quo etiã tribulatio beneficiũ est? Nam γνῶμη
B res prospera donum est cõsolantis, res autem aduersa donum est admonẽtis dei. Et si hæc præstat ut dixi etiam malis, quid præparat sustinentibus se? quorum in numero uos per illius gratiam congregatos esse gaudete, sustinentes inuicem in dilectione, studentes seruare unitatem spiritus in uinculo pacis. Non enim deerit quod in uobis inuicem sufferatis, nisi cum uos ita portauerit dominus absorpta morte in uictoriam, ut sit deus omnia in omnibus. Dissensiones autem nunquam debent amari, sed aliquando tamen aut à charitate nascuntur, aut charitatem probant. Quis enim facile inuenitur qui uelit reprehendi, & ubi est ille sapiens de quo dictũ est: Corripe sapientẽ & amabit te? Nunquid tamen ideo non debemus reprehendere & corripere fratrẽ ne securus tendat in mortẽ? Solet enim fieri & frequẽter accidit, ut ad horã cõtristetur cũ reprehẽditur & resistat & contẽdat, & tamẽ postea cõsideret secum in silentio ubi nemo est nisi deus & ipse, & timet displicere hominibus, quia corripit, sed timet displicere deo, quia nõ corrigitur, & deinceps nõ faciat illud in quo iuste reprehensus est, & quantũ odit peccatum suum tantum diligat fratrẽ, quem sensit hostem peccati sui. Si autem de illo numero est de quo dictũ est, Corripe stultum & adiiciet ut oderit te, non de charitate illius dissensio nascitur, sed tamen charitatem reprehensoris sui exercet & probat, quia non ei rependitur odium, sed dilectio quæ cogit reprehẽdere impertur bata perdurat, etiam cum ille qui reprehensus est odit. Si autẽ ille qui corripit, reddere uult malum pro malo ei qui corripienti indignatur, nõ fuit dignus qui corriperet, sed dignus plã nè qui etiã ipse corripi deberet. Hæc agite ut inter uos aut non existant indignationes, aut exortæ statim celerrima pace perimantur. Maiorẽ date operam concordandis uobis quàm redarguendis, quia sicut acetum corrumpit uas si diutius ibi fuerit, sic ira corrumpit cor, si in alium diem durauerit. Hæc ergo agite, & deus pacis erit uobiscum, orantes simul & pro nobis, ut ea quæ bene monemus, alacriter impleamus.

Matth. 5

Prouer. 9

Hilarius Augustino proponẽs illi quæstiões aliquot de q̃bus cupit edoceri. LXXXVIII.

DOMINO SANCTO iure ac merito uenerabili, & per omnia colẽdo Augustino episcopo, Hilarius. Sanctitatis tuæ gratia, quæ omnibus nota est, paruitati meæ persuasit,

sit, ut uestris de Syracusano Hipponem remeantibus, has ad laudandam mihi uenera/ C
bilitatem tuam litteras erogarem, poscens summam trinitatem, ut incolumis & uegetus
dei nostri fauore hoc meum scriptum ad recensendum suscipias, domine sancte iure ac
merito uenerabilis, & per omnia colende. Proinde rogo ut mei memor in sanctis oratio/
nibus tuis esse digneris, atque imperitiam nostram informare de eo quod quidam Chri/
stiani apud Syracusas exponunt, dicentes: posse esse hominem sine peccato, & mãdata dei
facile custodire si uelit. Infantem non baptizatum morte præuentum non posse perire me/
rito, quoniã sine peccato nascitur. Diuitem manentem in diuitijs suis, regnum dei nõ posse
ingredi, nisi omnia sua uendiderit, nec prodesse eidem posse, si forte ex ipsis diuitijs fecerit
mandata. Non debere iurare omnino. Et de ecclesia quæ sit de qua scriptum est, non habe/
re rugam neq; maculam, ubi hæc sit, an in qua nunc congregamur, an illa quam speramus.
Quidam autem putant ecclesiam hanc esse quæ nunc frequentatur populis, & sine peccato
esse non posse. De his omnibus rogo quantis ualeo precibus sanctitatem tuam, ut iubeas
nos apertius instrui, quo nouerimus, quatenus sentire debeamus. Dei nostri misericordia
sanctitatem tuam incolumem conseruet annis innumeris opto, domine sancte iure ac me/
rito uenerabilis & per omnia colende.

Augustinus Hilario respondens ad illius percontationes. Epistola. LXXXIX.

AVGVSTINVS episcopus seruus Christi & eius ecclesiæ, dilectissimo filio Hi
lario in domino salutem. Ex litteris tuis didici, non solum incolumitatem
tuam, sed etiam religiosum studium circa uerbum dei, & piam curam pro salu
te tua quæ est in Christo Iesu domino nostro, Vnde gratias deo agens non
Quæstio prima. distuli rescripta persoluere. Si ergo quæris in hac uita, utrum quisquam ita iusticiæ perfe
ctione proficiat, ut hic sine ullo uiuat omnino peccato: attende quid dixerit Iohannes apo/
ἀναμαρτία stolus, quem dominus inter discipulos suos præcipue diligebat: Si dixerimus, inquit, quia
1. Ioan. 1 peccatum non habemus, nosipsos decipimus, & ueritas in nobis non est. Si ergo illi de qui/ D
bus mihi scripsisti, se dicunt esse sine peccato, uides quia seipsos decipiunt, & ueritas in eis
non est. Si autem se esse peccatores fatentur ut dei misericordiam possint mereri, compe/
scant ab alijs etiam decipiendis, quibus hanc superbiam persuadere conantur. Omnibus
enim necessaria est oratio dominica, quam etiam ipsis arietibus gregis, id est apostolis suis
Matth. 6 dominus dedit, ut unusquisq; deo dicat: Dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimitti/
mus debitoribus nostris. Cui enim hæc in oratione uerba necessaria non fuerint, ipse hic si
An beata uir go orauerit. ne peccato uiuere pronunciandus est. Quales si aliquos futuros dominus præuideret, me/
liores utiq; quàm extiterunt eius apostoli, aliam orationem illos doceret, qua non peteret
dimitti sibi peccata, quibus in baptismo fuerant omnia iam dimissa. Nam si Daniel san/
ctus non coram hominibus, id est, in oratione qua deum precabatur, non solum peccata
populi sui, sed etiam sua confitebatur, sicut eius ore ueridico expressum est: nihil aliud mihi
uidetur dicendum istis, nisi quod per prophetam Ezechielem cuidam superbo dominus
Ezech. 28. mandat: Nunquid tu sapientior quàm Daniel? Sed planè qui misericordia dei adiutus &
gratia se ab eis peccatis abstinuerit, quæ etiam crimina uocantur, atq; illa peccata sine qui/
bus non hic uiuitur mundare operibus misericordiæ & pijs orationibus nõ neglexerit, me
rebitur hinc exire sine peccato, quamuis cum hic uiueret habuerit nonnulla peccata: quia si/
cut ista non defuerunt, ita etiam remedia quibus purgarentur affuerunt. Quisquis autem
hac uelut occasione comperta, cum audierit neminem hic arbitrio suo sine peccato uiuere,
dederit se libidinibus, & criminibus nefarijs obligauerit, atq; usq; in diem suum ultimum
perdurauerit, quaslibet inter hæc eleemosynas faciat, & infeliciter ducit uitam, & infelicius
finit. Sed isti utcunq; tolerandi sunt, quando dicunt uel esse uel fuisse hic aliquẽ præter unũ
Secunda, de li bero arbitrio sanctum sanctorum qui nullum haberet omnino peccatum. Illud uero quod dicunt sufficere homini liberum arbitrium ad dominica præcepta implenda, etiam si dei gratia & spiri/
tus sancti dono ad opera bona non adiuuetur, omnino anathematizandum est, & omni/
bus

A bus execrationibus detestandũ. Qui enim hoc asserunt, à gratia dei penitus alieni sunt: qui ignorantes dei iusticiam, sicut de Iudæis dicit Apostolus, & suam uolentes constituere, iusticiæ dei non sunt subiecti: Plenitudo quippe legis non est nisi charitas. Et utiq; charitas dei diffusa est in cordibus nostris, non per nosipsos nec uiribus propriæ uoluntatis, sed per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Valet itaq; liberum arbitrium ad opera bona, si diuinitus adiuuetur, quod fit humiliter petẽdo & faciendo. Desertum uero diuino adiutorio qualibet scientia legis excellat, nullo modo habebit iusticiæ solicitudinem, sed inflationem impiæ superbiæ, & exitiosum tumorem: Docet hoc eadem ipsa dominica oratio. Frustra enim rogantes deum dicimus: Ne nos inferas in tentationem, si hoc in nostra sic positum est potestate, ut nullo illius adiutorio id ualeamus adimplere. Dictum est enim: Ne nos inducas in tentationem, quod intelligitur ne nos inferri deserendo permittas. Fidelis enim deus, ait Apostolus, qui non uos permittit tentari super id quod potestis, sed faciet cum tentatione etiã exitum, ut possitis sustinere. Vt quid hoc dixit deum facere, si hoc sine ipsius adiutorio in sola nostra est potestate? Nam & ipsa lex in hoc adiutorium data est illis, qui ea legitime utũtur, ut per illam sciant, uel quid iusticiæ iam acceperint, unde gratias agant, uel quid adhuc eis desit, quod instanter petant. Qui autẽ sic audiunt quod ait lex, Non concupisces, ut hoc quia didicerint, sufficere sibi arbitrẽtur, nec adiutorio gratiæ dei ad faciendum quod iussum est dari sibi uirtutem credant & petant, ad hoc eis lex subintrauit, ut abundaret delictum, quod dictũ est de Iudæis: Parum enim est, quia non implent quod præcepit lex, Nõ concupisces, sed insuper superbiunt, & ignorantes dei iusticiam, id est quam deus dat, qui iustificat impium, & suam uolẽtes cõstituere tanq; suæ uoluntatis uiribus factam, iusticiæ dei non sunt subiecti. Finis enim legis Christus ad iusticiam omni credẽti, qui utiq; ideo uenit, ut ubi abundauit delictum, superabundet gratia. Cui gratiæ si fuerunt inimici, dei ignoran

B tes iusticiam, & suã uolentes cõstituere, quare sunt & isti inimici, si in eum crediderunt, quem illi occiderunt? An ut illi accipiant præmium, qui occiso Christo suam impietatem accusauerunt, & se illius gratiæ cognitæ subdiderunt: & isti portẽt iudicium, qui sic in Christum uolunt credere, ut eius ipsam gratiam conentur occidere? Ad hoc quippe in eum credunt qui recte credunt, ut esuriant sitiantq; iusticiam, & eius gratia saturẽtur. Omnis enim, sicut scriptum est, qui inuocauerit nomen dñi saluus erit. Non utiq; salute corporis quam multi habent, & qui non inuocant nomen dñi, sed illa salute de qua ipse dicit: Nõ est opus sanis medicus sed ægrotantibus, & quid dixerit consequenter exponens: Non ueni, inquit, uocare iustos sed peccatores. Iustos ergo sanos, peccatores aũt dixit ægrotos. Non itaq; de suis uiribus præsumat ægrotus, quia in multitudine uirtutis suæ nõ erit saluus: nã si inde præsumit, uideat ne uires istæ nõ sint quales solent esse sanorum, sed quales solent esse phreneticorum: qui cum sint insani, adeo se sanos putant, ut nec medicum quærant, & tanquam importunũ insuper cædãt: sicut isti Christũ insana superbia quodãmodo cædũt, cuius gratiæ tam benignũ adiutoriũ ad faciendã iusticiam dato legis præcepto necessariũ non esse cõtendũt. Desinãt ergo sic insanire, & ad hoc se intelligant habere quantũ possunt liberum arbitrium, non ut superba uolũtate respuant adiutorium, sed ut pia uoluntate inuocent dominum. Hæc enim uoluntas libera tanto erit liberior, quanto sanior: tanto autem sanior, quanto diuinæ misericordiæ gratiæq; subiectior. Ipsa quippe fideliter orat & dicit: Itinera mea dirige secũ dum uerbum tuum, & ne dominetur mihi omnis iniquitas. Quomodo enim libera est, cui dominatur iniquitas? Vt ei autem non dominetur, uide ab illa quis inuocetur. Non enim ait: Itinera mea dirigo secundũ liberum arbitrium, quia non dominatur mihi iniquitas, sed itinera mea, inquit, dirige secundũ uerbũ tuum, & ne dominetur mihi omnis iniquitas. Precatur, non pollicetur: confitetur, non profitetur: optat pleniſſimam libertatem, non iactat propriam potestatem. Non enim omnis qui uiribus suis confidit, sed omnis qui inuocat nomen domini, saluus erit. Quomodo autem inuocabunt, inquit, in quem nõ crediderunt? Ad hoc ergo credunt, qui recte credunt, ut inuocent in quem crediderunt, & ualeant facere

Hoc aliter exponunt quidam.

1. Cor. 10

Iohel. 2

Matth. 9

Psalm. 31

Psalm. 118

Rom. 10

quod in præceptis legitimis acceperũt,quoniam id quod lex imperat,fides impertiat. Nam C
ut interim omittamus legis multa præcepta, & hoc inde cõmemoremus, quod ad comme/
morandum elegit Apoſtolus,cum dicit lex,Non concupiſces,quid uidetur aliud imperare,
niſi ab illicitis cupiditatibus continentiã? Animus quippe uelut pondere,amore fertur quo/
cunq; fertur.Iubemur utiq; detrahere de põdere cupiditatis, quod accedat ad pondus cha/
ritatis,donec illud conſumatur,hoc perficiatur. Plenitudo enim legis charitas, & tamen de
Rom. 13 ipſa continentia uide quid ſcriptum ſit: Et cum ſcirem, inquit, quia nemo poteſt eſſe con/
Sap. 8 tinens niſi deus det,& hoc ipſum erat ſapientiæ,ſcire cuius eſſet hoc donum,adĩ dominum
& precatus ſum illum. Nunquid dixit: Et cum ſcirem quia nemo poteſt eſſe continens,niſi
per proprium liberum arbitrium,& hoc ipſum erat ſapientiæ,ſcire à meipſo eſſe hoc donũ?
Non planè hoc dixit,quod quidam in ſua uanitate dicunt, ſed quod fuit in ſanctæ ſcriptu/
ræ ueritate dicendum. Cum ſcirem,inquit,quia nemo eſſe poteſt continens,niſi deus det. Iu
bet ergo deus continentiã,& dat cõtinentiam: iubet per legem,dat per gratiam: iubet per lit
2. Cor. 3 teram,dat per ſpiritum. Lex enim ſine gratia facit abundare delictum, & littera ſine ſpiritu
occidit. Iubet ideo,ut facere iuſſa conati, & in noſtra infirmitate ſub lege fatigati,adiutoriũ
gratiæ poſcere nouerimus, & ſi quid facere potuerimus operis boni, ei qui adiuuat non ſi/
mus ingrati: hoc & iſte fecit. Id enim eum ſapientia docuit cuius eſſet hoc donũ. Neq; enim
uolũtatis arbitriũ ideo tollitur, quia iuuatur: ſed ideo iuuatur, quia nõ tollitur. Qui eñ deo
dicit,adiutor meus eſto, confitetur ſe uelle implere quod iuſſit, ſed ab eo, qui iuſſit, adiuto/
rium poſcere,ut poſſit. Sic & iſte,cum ſciret neminem eſſe poſſe continentem, niſi deus det,
adĩt dominũ, & deprecatus eſt: utiq; uolens adĩt,uolens precatus eſt, nec petiſſet niſi eſſet
uolũtas. Sed niſi petiſſet,quãtum poſſet uolũtas? Quia & ſi poſſit antecẽpetat,quid ei pro
deſt,niſi illi agat gratias ex eo quod poteſt, à quo petendum eſt quod nõdum poteſt? Vn
de etiam qui iam continens eſt, non habet utiq; continentiam, niſi aſſit uoluntas: ſed niſi
1. Cor. 4 accepiſſet,quid haberet uoluntas? Quid enim habes,inquit,quod non accepiſti? Si autem D
accepiſti,quid gloriaris quaſi nõ acceperis? Id eſt,quid gloriaris quaſi à teipſo habeas, qd
ſi non accepiſſes, à teipſo habere non poſſes. Hoc autem dictum eſt,ut qui gloriatur, non
in ſeipſo, ſed in domino glorietur: & qui nondum habet unde glorietur, non à ſeipſo ſpe/
ret,ſed dominum precetur. Satius eſt enim minus quenq; habere quod à deo petat, quàm
Iacobi 4 plus habere quod ſibi tribuat: quoniam expedit abimo ſurgere,quàm ex alto cadere. Deus
enim,ſcriptum eſt, ſuperbis reſiſtit,humilibus autem dat gratiam. Ad abundantiam igitur
delictorum lex nos docet quid uelle debeamus,niſi adiuuet gratia,ut quod uolumus, uale/
amus,& quod ualuerimus,impleamus. Adiuuabit autem,ſi nõ de noſtris præſumẽtes,altæ
ſapiamus,ſed humilibus cõſentientes,& de his quæ iam poſſumus,gratias agamus,& pro
his quæ nondum poſſumus,deum ſuppliciter inhiante uoluntate poſcamus,adminiculan/
tes orationem noſtram nunc fructuoſis operibus,dando, ut detur nobis: dimittendo,ut di/
mittatur nobis. Quod autem dicunt infantem morte præuentum, non baptizatum perire
Quæſtio ter/tia de peccato originis. non poſſe, quoniam ſine peccato naſcitur,non hoc dicit Apoſtolus: & arbitror eſſe melius
ut Apoſtolo potius quàm iſtis credamus. Dicit enim ille doctor gentium, in quo Chriſtus
Rom. 5 loquebatur: Per unum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors,&
ita in omnes homines pertranſiit,in quo omnes peccauerunt. Et paulo poſt dicit: Nam iu/
dicium quidem ex uno delicto in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in iu/
ſtificationem. Proinde iſti,quem forte inuenerint infantem nõ ex illius unius hominis con/
cupiſcentia procreatum, ipſum dicant illi damnationi non eſſe obnoxium, nec per Chriſti
gratiam ab illa damnatione eſſe liberandum. Quid eſt enim ex uno delicto in condemna/
tionem, niſi illo delicto quo deliquit Adam? Et quid eſt ex multis delictis in iuſtificatio/
nem, niſi quia Chriſti gratia non ſolum illud delictum ſoluit, quo obſtringuntur infantes,
ex illo uno homine procreati, ſed etiam multa delicta, quæ cum creuerint homines, addunt
malis moribus ſuis? Tamen & illud unum, quo eſt obligata propago carnalis, quæ ab illo

primo

A primo homine originem ducit,sufficere dicit ad condemnationem. Ideo non est superflu/
us baptismus paruulorum, ut qui per generationem illi condemnationi obligati sunt, per
regenerationem liberentur.Et sicut non inuenitur homo,qui ab eadem condemnatione sol
uatur,sic nō inuenitur homo,qui præter Christum spiritaliter regeneretur. Carnalis autem
generatio delicto illo uni & damnatiōi eius obnoxia est,spiritalis uero regeneratio non so/
lum illud unum, propter quod baptizātur infantes,sed multa delicta facit aboleri,quæ ho
mines male addendo ad illud in quo generati sunt addiderūt.Ideo sequitur & dicit: Si enim
ob unius delictum mors regnauit per unum,multomagis qui abundantiam gratiæ & iusti
ciæ accipiunt,in uita regnabunt per unum Iesum Christum.Itaq; sicut per unius delictum Rom. 5
in omnes homines ad condemnationem, ita per unius iustificationem in omnes homines
ad iustificationem uitæ: sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores constituti
sunt multi, ita per unius obedientiam iusti constituentur multi. Quid ad ista dicturi sunt,
aut quid eis restat, nisi ut Apostolum errasse contendant? Clamat uas electionis,doctor
gentium, tuba Christi,Iudicium ex uno in condemnationem. Et redamant isti, asserentes
paruulos,quos ex illo uno homine,de quo loquitur,ducere propaginem confitētur,non ire
in condemnationem,etiamsi non fuerint baptizati.Iudicium,inquit,ex uno in condemnati
onem.Quid dicit ex uno nisi delicto? sequitur enim: Gratia autem ex multis delictis in iu/
stificationem.Ergo inde iudicium etiam ex uno delicto ducit in condemnationem:hinc au/
tem gratia etiam ex multis delictis ducit in iustificationem. Quapropter si non audent resi
stere Apostolo, exponant nobis quare iudicium ex uno delicto ducat in cōdemnationem,
cum ex multis delictis homines damnandi ueniant ad iudicium? Aut si propterea ita di/
ctum putant,quia initium peccati ex Adam factum est,quod imitati cæteri sunt,ut sic ex u/
no illo delicto in iudicium condemnationem q; traherentur, qui eum imitando multa pec/
carunt, Cur non etiam de gratia & iustificatione sic dictum est? Cur non dixit similiter:Et
B gratia ex uno delicto in iustificationem? Sicut enim hominum multa delicta,inter illud u/
num quod imitati sunt,& iudicium quo puniuntur, media reperiuntur, ab uno quippe ad
multa uenerunt,ut à multis ad iudicium damnationem q; ducerentur: sic eadem multa de/
licta inter hocipsum unum, cuius imitatione cōmissa sunt,& gratiam qua dimittuntur,eo/
dem modo media sunt,quoniam ex illo uno ad multa uenerūt,ut ex multis ad gratiam iu/
stificandi uenirent.Cum ergo in utroq;,id est & iudicio & gratia,quod attinet ad unum &
multa delicta,una eademq; ratio sit, dicāt isti nobis quare iudicium dixerit ex uno delicto
ducere in condemnationem,gratiam uero ex multis delictis in iustificationem: aut acquie/
scant ideo sic esse dictum,quia in hac causa duo cōstituuntur homines: Adam, ex quo sub/
sistit generatio carnalis,& Christus,ex quo generatio spiritalis. Sed quia tātum ille homo,
iste autem & deus & homo, non quomodo illa generatio uno delicto obligat, quod est ex
Adam,ita ista regeneratio unum delictū solum soluit,quod est ex Adam.Sed illi quidē ge
nerationi sufficit ad condemnationem unius delicti connexio,quicquid enim postea homi
nes ex malis suis operibus addunt,non pertinet ad illam generationem, sed ad humanam
conuersationem: huic autem regenerationi non sufficit illud delictum tantummodo solue/
re, quod ex Adam trahitur, sed quicquid etiam postea ex iniquis operibus humanæ con/
uersationis accedit.Ideo iudicium ex uno in condemnationem,gratia autem ex multis deli/
ctis in iustificationē. Si enim ob unius delictū mors regnauit per unum,à quo delicto par/
uuli per baptismum expiantur,multomagis qui abundātiam gratiæ & iusticiæ accipiunt, in
uita regnabunt per unum Iesum Christum: multomagis utiq; in uita regnabunt,quia æter
næ uitæ regnum erit,mors autem in eis temporaliter transit,non in æternum regnabit. Ita/
que sicut per unius delictum in omnes homines ad condemnationem, de qua condemna/
tione paruuli per sacramentum baptismi liberandi sunt, ita per unius iustificationem in o/
mnes homines ad iustificationem uitæ.Et hic omnes dixit,& ibi, non quia omnes homines
uenirent ad gratiam iustificationis Christi,cum tam multi alienati ab illa, in æternum mo/

riantur: ſed quia omnes qui renaſcuntur in iuſtificationem,nō niſi per Chriſtum renaſcun C
tur, ſicut omnes qui naſcuntur in condemnationem, non niſi per Adam naſcuntur. Ne/
mo quippe eſt in illa generatione præter Adam, nemo in iſta regeneratione præter Chri/
ſtum: ideo omnes & omnes, eoſdem autem omnes etiam multos poſtea dicit, adiungens:
Sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores cōſtituti ſunt multi, ſic & per uni/
us hominis obedientiam iuſti conſtituuntur multi. Qui multi? niſi quos iam pauloante o/
mnes dixerat. Vide quemadmodum cōmēdat unum & unum, id eſt Adam & Chriſtum:
illum ad condemnationem, hunc ad iuſtificationem, cum tanto poſt Adam uenerit Chri/
ſtus in carne,ut ſciamus etiam antiquos iuſtos, quicunq; eſſe potuerunt,non niſi per eandē
fidem liberatos,per quam liberamur & nos,fidē ſcilicet incarnationis Chriſti,quæ illo præ/
nunciabatur, ſicut à nobis facta annunciatur. Ideo idem Chriſtum hominem dicit, cum ſit
& deus,ne quis exiſtimet antiquos iuſtos per deum tantummodo Chriſtum, id eſt per uer
bum quod erat in principio,non etiam per fidem incarnationis eius,qua & homo Chriſtus
dicitur,potuiſſe liberari. Sententia quippe iſta deſtrui non poteſt,de qua & alibi dicit: Per
1. Cor.15 unum hominem mors,& per unum hominē reſurrectio mortuorum. Sicut enim in Adam
omnes moriuntur,ita & in Chriſto omnes uiuificabuntur. Vtiq; reſurrectionem dicit iuſto
rum,ubi eſt uita æterna:non reſurrectionem iniquorum, ubi mors erit æterna. Ideo ait uiui
ficabuntur,quia illi damnabūtur. Hinc & in ueteribus ſacramentis circunciſio paruulorum
octaua die fieri præcepta eſt,quoniam Chriſtus,in quo fit delicti carnalis expoliatio,quam
ſignificat circūciſio,die dominico reſurrexit,qui poſt ſeptimum ſabbati octauus eſt. Hæc er/
2. Corin.4 go fides etiam antiquorum iuſtorum fuit. Vnde & Apoſtolus dicit: Habentes autem eun
dem ſpiritum fidei,propter quod ſcriptum eſt: Credidi propter quod & locutus ſum,& nos
credimus propter quod loquimur:non diceret eundem ſpiritum fidei, niſi admonēs etiam
antiquos iuſtos habuiſſe ipſum ſpiritum fidei, hoc eſt incarnationis Chriſti. Sed quia illis
futura prænunciabatur, quæ iam facta à nobis annunciatur, & tempore ueteris teſtamenti D
uelabatur,quæ tempore noui teſtamenti reuelatur,ideo eius ſacramēta uariata ſunt,ut alia
eſſent in ueteri teſtamēto,alia in nouo,cum fides una ſit: quia ſicut in Adā
omnes moriuntur,ſic & in Chriſto omnes uiuificabuntur. Quod uero illis uerbis quæ tra/
ctabamus adiungit & dicit, Lex autem ſubintrauit,ut abundaret delictum, quod trahitur
ex Adam,de quo dicebam ſuperius, Mors regnauit per unum,legem quidem ſiue natura/
lem intelligamus,quæ in eorum apparet ætatibus,qui iam ratione uti poſſunt, ſiue conſcri/
ptam, quæ data eſt per Moyſen, quia nec ipſa uiuificare potuit, & liberare à lege peccati &
mortis,quæ tracta eſt ex Adam, ſed magis addidit præuaricationis augmenta: Vbi enim
lex non eſt,ait idem Apoſtolus,nec præuaricatio: Proinde quoniam lex eſt etiam in ratio/
ne hominis, qui iam utitur arbitrio libertatis naturaliter in corde conſcripta, qua ſuggeri/
tur ne mali aliquid faciat quiſq; alteri,quod pati ipſe non uult: ſecundum hanc legem præ
uaricati ſunt omnes,etiam qui legem per Moyſen datam nō acceperunt,de quibus in pſal/
Pſalm.118 mo legitur: Præuaricatores æſtimaui omnes peccatores terræ. Non enim omnes peccatores
terræ legem per Moyſen datam præuaricarunt,ſed tamen niſi aliquam præuaricaſſent, nō
appellarentur præuaricatores. Vbi enim lex non eſt,nec præuaricatio. Præuaricata ergo le/
ge,quæ in paradiſo data eſt,naſcitur homo ex Adam cum lege peccati & mortis,de qua di
citur: Video aliam legem in mēbris meis repugnantē legi mentis meæ,& captiuum me du/
centem in legem peccati,quæ eſt ex membris meis: quæ tamen niſi mala poſtea conſuetudi
ne roboretur,facilius uincitur, non tamen niſi gratia dei: lege autem alia præuaricata, quæ
eſt in uſu rationis animæ rationalis in ætate hominis iam ratione utentis, præuaricatores
fiunt omnes peccatores terræ: præuaricata uero lege etiam illa, quæ data eſt per Moyſen,
multo amplius abundat delictum. Si enim data eſſet lex, quæ poſſet uiuificare, omnino ex
Gal.3 lege eſſet iuſticia. Sed concluſit ſcriptura omnia ſub peccato, ut promiſſio ex fide Ieſu Chri
ſti daretur credentibus. Hæc uerba ſi agnoſcis,apoſtolica ſunt,de qua lege iterum dicit: Lex

præua

A prævaricationis gratia posita est, donec ueniret semen, cui promissum est dispositum per angelos in manu mediatoris, Christum cõmendans, cuius gratia salui sunt omnes, siue paruuli à lege peccati & mortis, cum qua nati sumus: siue maiores, qui male utentes arbitrio uoluntatis, prævaricarunt legem naturalem ipsius rationis: siue qui legem acceperunt, quæ data est per Moysen, eam cũ prævaricantes, littera occisi sunt. Cum uero etiam euangelica præcepta homo prævaricat, uelut quatriduanus mortuus putet: nec de illo tamen desperãdum est propter eius gratiam, qui non lente dixit, sed magna uoce clamauit: Lazare ueni foras. Ioan. 11
Lex ergo subintrauit ut abundaret delictum, siue cum homines negligũt quod deus iubet, siue cum de suis uiribus præsumentes, adiutorium gratiæ non implorant, & addunt infirmitati superbiam. Cum autem uocatione diuina intelligant cur sit ingemiscendum, & inuocãt eum in quem recte credunt, dicentes: Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam. Et, Ego dixi, domine miserere mei, sana animam meam, quia peccaui tibi: In tua Psalm. 50 Psalm. 40
iusticia uiuifica me. Et, Viam iniquitatis amoue à me, & lege tua miserere mei. Et, Nõ ueniat mihi pes superbiæ, & manus peccatorum non moueant me. Et, Itinera mea dirige secundum uerbum tuum, & ne dominetur mei omnis iniquitas: A domino enim gressus hominis diriguntur, & uiam eius uolet. Et alia multa, quæ propterea scripta sunt, ut nos admoneret ad implenda ea quæ nobis iubentur. Cum ergo se homo ad illum extenderit, & sic ingemuerit, fiet quod sequitur, Vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia. Et dimittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Et diffunditur in corde charitas dei, unde fiat legis plenitudo non per uires arbitrij, quod est in nobis, sed per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Nouerat quippe ille legem, qui dicebat: Condelector enim legi dei secundum interiorem hominem, & tamen adiungebat: Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me ducẽtem in legem peccati, quæ est in membris meis. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Ie- Psalm. 118.35 Psalm. 36 Rom. 5 Lucæ 7 Rom. 7
B sum Christum dominum nostrum. Cur non dixit potius, meum liberum arbitrium? nisi quia libertas sine gratia non est libertas, sed contumacia? Cum ergo dixisset Apostolus: Lex subintrauit ut abundaret delictum, ubi autem abundauit delictum, superabũdauit & gratia, Secutus adiunxit: Vt quemadmodum regnauit peccatum in morte, sic & gratia regnet per iusticiam in uita æterna per Iesum Christum dominum nostrum. Modo cum dixisset, ut quemadmodum regnauit peccatum in morte, nõ ait per unum hominem aut per Adam, quia iam dixerat: Lex subintrauit ut abundaret delictum, quæ abundantia delicti non pertinet ad primi hominis propaginem, sed ad conuersationis humanæ prævaricationem, quæ illi uno delicto, quo solo obstricti tenentur infantes, iam in maioribus ætatibus ex abundantia iniquitatis adiecta est. Sed quoniam hoc totum, etiam quod non pertinet ad illius unius delicti originem, tamen idonea est soluere gratia saluatoris, Ideo cum dixisset: Sic & gratia regnet per iusticiam in uita æterna, addidit, per Iesum Christum dominũ nostrum. Nullæ itaque argumentationes contra hæc apostolica uerba prolatæ, impediant paruulos ad salutem, quæ est in Christo Iesu domino nostro. Tantomagis enim pro eis loqui debemus, quanto ipsi pro se loqui non possunt. Per unum hominem intrauit peccatũ in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransijt, in quo omnes peccauerunt. Sicut ab illo uno homine, sic ab eodem peccato infantes immunes esse non possunt, nisi ab eius reatu per Christi baptismum resoluantur. Vsque enim ad legem peccatũ in mundo fuit. Non quia deinceps in nemine fuit, hoc dictum est, sed quia non poterat per litteram legis auferri, quod solo poterat spiritu gratiæ. Ne quisquam ergo fidens de uiribus non dico uoluntatis, sed potius uanitatis suæ putaret libero arbitrio legem potuisse sufficere, & Christi gratiam derideret, ideo ait Apostolus: Vsque enim ad legem peccatum in mundo fuit, peccatum autem non deputabatur, cum lex non esset. Non dixit non erat, sed non deputabatur, quia lex non erat qua arguente demonstraretur, siue lex rationis in paruulo, siue lex litteræ in populo. Sed regnauit, inquit, mors ab Adam usq; ad Moysen, quia

nec lex data per Moyſen potuit regnum mortis auferre, quod ſola Chriſti abſtulit gratia. In quos autem regnauerit uide, in eos, inquit, qui non peccauerunt in ſimilitudine præuaricationis Adæ. Regnauit ergo & in eos qui non peccauerunt. Sed cur regnauerit, oſtendit cum ait, In ſimilitudine præuaricationis Adæ. Iſte eſt enim melior intellectus horum uerborum, ut cum dixiſſet: Regnauit mors in eos qui non peccauerunt, quaſi nos moueret quare in eos regnauerit qui non peccauerunt, adderet in ſimilitudine præuaricationis Adæ, id eſt quia inerat eorum in membris ſimilitudo præuaricationis Adæ. Poteſt & ſic intelligi: Regnauit mors ab Adam uſq; ad Moyſen, & in eos qui non in ſimilitudine præuaricationis Adæ peccauerunt, quia in ſeipſis cum iam nati eſſent, nec ratione adhuc uterentur qua ille utebatur quando peccauit, nec præceptum accepiſſent quod ille tranſgreſſus eſt, ſed ſolo originali uitio tenerentur obſtricti, per quod eos regnum mortis traheret ad condemnationem. Quod regnum mortis in eis tantum non eſt, qui Chriſti gratia renati, ad eius regnum pertinent: quoniam mors temporalis, quamuis & ipſa de originali delicto propagata ſit, corpus in eis interimit, animam uero ad pœnas non trahit, ubi uoluit regnum mortis intelligi: ut anima renata per gratiam, iam non moriatur in gehennã, id eſt à uita dei non alienetur, non ſeparetur. Temporalis autem mors corporis etiam in his qui Chriſti morte redimuntur, relinquatur interim ad exercitationem fidei, & agonem præſentis luctationis, in quo & martyres certauerunt: abſumatur uero & ipſa in renouatione corporis, quam reſurrectio pollicetur. Ibi enim penitus abſorbebitur mors in uictoriam, cui modo gratia Chriſti adimit regnum, ne ſuorum animas ad pœnas tartari trahat. Nonnulli ſanè codices non habent, In eos qui non peccauerunt, ſed in eos qui peccauerunt in ſimilitudine præuaricationis Adæ. Quibus quidem uerbis nullo modo iſte ſenſus aufertur, ſecũdum hoc quippe intelliguntur peccaſſe in ſimilitudine præuaricationis Adæ, ſecundum quod ſupra dictum eſt, In quo omnes peccauerunt. Sed tamen Græci codices, unde in latinum ſcriptura tranſlata eſt, illud plures habent quod diximus, quod non adiunxit de Adam, qui eſt forma futuri. Neque hoc uno intelligitur modo: Aut enim forma Chriſti à contrario eſt, ut quemadmodum in illo omnes moriuntur, ſic & in Chriſto omnes uiuificentur: & quomodo per ipſius inobedientiam peccatores conſtituantur multi, ſic per iſtius obedientiam iuſti conſtituantur multi. Aut formam futuri eum dixit, quod ipſe inflixerit formam mortis poſteris ſuis. Ille tamen eſt melior intellectus, ut à contrario forma eſſe credatur, quam multum commendat Apoſtolus. Denique ne omnino ex æquo in hac forma eadem contraria penſentur, adiungit & dicit: Sed non ſicut delictum ita & donatio. Si enim ob unius delictum multi mortui ſunt, multomagis gratia dei, & donum in gratia unius hominis Ieſu Chriſti in multos abundabit: ut intelligatur non in magis multos, cum iniqui magis multi ſint, qui damnabuntur, ſed magis abundabit: quod in his qui per Chriſtum redimuntur, temporaliter ualet forma mortis ex Adam, in æternum autem ualebit uitæ forma per Chriſtum. Quamuis ergo, inquit, Adam futuri forma ſit à contrario, plus tamen præſtat Chriſtus regeneratis, quàm eis nocuerat ille generatis: & non ſicut per unũ peccantem, ita eſt & donum. Nam iudicium quidem ex uno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in iuſtificationem. Non ſolum in hoc, inquit, non æqualis eſt forma, quia ille temporaliter nocuit eis, quos in æternum Chriſtus redemit: uerumetiam quia illius uno delicto poſteri niſi à Chriſto redimantur in condemnationem, Chriſti autem redemptio etiam multa delicta diſſoluit, quæ illi uni abundantia præuaricatricis iniquitatis adiecit, unde iam ſuperius diſputauimus. Cõtra hæc Apoſtoli uerba ſanumq; intellectum nemini acquieſcas, ſi uis Chriſto & in Chriſto uiuere. Nam ſi, quemadmodum illi dicunt, propterea iſta commemoraſſet Apoſtolus, ut intelligeremus ad primum hominem peccatores ideo pertinere, quia non delictum ex illo naſcendo traximus, ſed eum imitando peccamus, diabolum potius poneret: quia & prior peccauit, & de quo nullam ſubſtantiæ propaginem traxit genus humanum, ſed eum ſola imitatio ſubſecuta eſt: unde dicitur pa-

Græci codices. Rom. 5

ter

A ter impiorum,ſicut noſter dicitur pater Abraam propter imitationem fidei, nō propter ori
ginem carnis. Nam ideo de ipſo diabolo dictum eſt: Imitantur autē illum qui ſunt ex par *Sap.2*
te ipſius. Deinde ſi propter imitationem hoc loco apoſtolus commemoraret primum ho/
minem,quia primus peccator in hominibus fuit,ut ideo ad illum omnes homines peccato/
res diceret pertinere,cur nō ſecundum Abel poſuit qui primus in hominibus iuſtus fuit, ad
quem iuſti omnes propter imitationem iuſticiæ pertinerent, ſed poſuit Adam,cōtra quem ψυχὰ λέμ
non poſuit niſi Chriſtum? Quia ſicut ille homo delicto ſuo uitiauit poſteritatem ſuam, ſic ματα.
ille deus homo iuſticia ſua ſaluauit hæreditatem ſuam. Ille tranſciendo carnis immundiciā
quod non poterat impius diabolus,ille donando ſpiritus gratiam quod non poterat Abel
iuſtus. Multa de his quæſtionibus ab aliis noſtris opuſculis & eccleſiaſticis ſermonibus di/
ximus,quoniam fuerunt etiam apud nos quidam,qui ubicūq; poterant hæc ſui erroris no
ua ſemina ſpargerent,quorum nonnullos per miniſterium noſtrum fratrumq; noſtrorum
miſericordia domini ab illa peſte ſanauit. Nec tamen hic deeſſe aliquos arbitror, maxime
apud Carthaginem,ſed iam occulte muſſitant timētes eccleſiæ fundatiſſimam fidē. Nam
unus eorum nomine Cœleſtius in eiuſdem ciuitatis eccleſia iam ad presbyterij honorem *Cœleſtius*
ſubrepere cœperat, ſed fideliſſima libertate fratrum propter has ipſas contra Chriſti gra/ *Pelagianus.*
tiam diſputationes uſque ad iudicium epiſcopale perductus eſt,tamen coactus eſt confite/
ri propter baptizandos paruulos,quod & ipſis redemptio ſit neceſſaria. Vbi quāquam uo/
luerit de originali peccato aliquid expreſſius diſcere, tamen in ipſius redemptionis nomine
non parum ſibi præſcripſit. Vnde enim redimendi ſunt niſi à diaboli poteſtate, in qua eſſe
non poſſent,niſi originalis obligatione peccati? Aut quo precio redimūtur,niſi Chriſti ſan *Matth.26*
guine, de quo apertiſſime ſcriptum eſt, quod in remiſſionem effuſus ſit peccatorum? Sed
quia magis conuictus & ab eccleſia deteſtatus quàm correctus & pacatus abſceſſit, ueritus
ſum ne forte ipſe ibi ſit qui noſtram fidem perturbare conatur. Ideo nominis ipſius com/
B memorationem putaui eſſe faciendam. Sed ſiue ipſe ſit ſiue alij conſortes eius erroris, Plu/
res enim ſunt quàm ſperare poſſumus,& ubi non redarguuntur,etiam alios ad ſuam ſectā
ſeducunt, & ſic crebeſcunt ut neſciam quò ſint erupturi, nos tamen malumus eos in eccle/
ſiæ compage ſanari, quàm ex illo corpore uelut inſanabilia membra reſecari, ſi tamen hoc
permittit ipſa neceſſitas. Timendum eſt enim, ne plura putreſcant dum putribus parcitur.
Potens eſt autem miſericordia domini noſtri, quæ potius eos ab hac peſte liberet, quod
ſine dubio faciet ſi fideliter aduertant teneantq; quod ſcriptum eſt: Qui inuocauerit no/ *Ioelis 2*
men domini ſaluus erit. Audi iam pauca de diuitibus, quod in epiſtola tua ſequitur *Quæſtio 4.*
inquirendum. Hoc enim poſuiſti illos dicere, Diuitem manentem in diuitijs ſuis,regnum *derelinquēdis*
dei non poſſe ingredi, niſi omnia ſua uendiderit, nec ei prodeſſe ſi forte ex ipſis diuitijs *facultatibus*
mandata fecerit. Euaſerunt iſtorum diſputationes, patres noſtri Abraam & Iſaac & Ia/
cob, qui tanto ante ex hac uita migrarunt. Habebant quippe hi omnes non paruas diui/
tias, ſicut fideliſſima ſcriptura teſtatur: multos tamen uenturos ab oriente & occidente, *Matth.9*
& non ſupra ipſos uel extra ipſos, ſed cum ipſis recubituros in regno cœlorum, ille ipſe
qui propter nos factus eſt pauper cum uere diues eſſet ueraciſſima promiſſione prædi/
xit. Et quamuis ſuperbus diues qui induebatur purpura & byſſo, & epulabatur quotidie *Luc.16*
ſplendide,mortuus apud inferos torqueretur, tamen ſi pauperis ulceroſi qui ante ianuam
eius contemptus iacebat miſertus fuiſſet, mereretur & ipſe miſericordiam. Et ſi paupe/
ri illi meritum eſſet inopia non iuſticia, non utique ab angelis in Abraæ gremium qui di/
ues hic fuerat tolleretur. Sed ut nobis oſtenderetur nec in iſto paupertatem per ſeipſam
diuinitus honoratam, nec in illo diuitias fuiſſe damnatas, ſed in iſto pietatem, in illo im/
pietatem ſuos exitus habuiſſe, ſic ſuſcepit impium diuitem cruciatus ignis, ut tamen pium
pauperem ſuſciperet ſinus diuitis. Qui ſanè cum hic diues uiueret, diuitias ſic habebat,
& eas præ dei præceptis paruipendebat, ut etiam cum ipſius filij immolatione nollet
offendere deum iubentem, quem ſuarum diuitiarum & ſperabat & optabat hæredem.

Hic utiq; dicunt, ideo patres antiquos nō uendidisse omnia quæ habebant, & dedisse pau- C
peribus, quia hoc eis non præceperat dominus. Nondum enim reuelato testamento nouo,
quod non fieri nisi plenitudine temporis oportebat, nec eorum uirtus fuerat reuelāda, qua
uirtute hoc eos facillime posse, deus in eorum cordibus nouerat, qui testimonium illis tam
insigne perhibebat, uocum sit omnium sanctorum deus, tanquam de præcipuis amicis suis
Exodi 3 dicere dignaretur: Ego sum deus Abraam, deus Isaac, deus Iacob, hoc mihi nomen est in
æternum. Postea uero quàm magnum pietatis sacramētum manifestatū est in carne, & uo-
candis omnibus gentibus Christi aduentus illuxit, in quem etiam illi patres crediderant,
sed huius fidei oliuam suo tempore manifestandam, in illius arboris de qua Apostolus
Matth. 19 loquitur tanquam radice seruabant, dictum est diuiti: Vende omnia quæ habes, & da pau-
peribus, & habebis thesaurum in cœlis, & ueni sequere me. Hæc si dicunt, uidentur aliquid
rationabiliter dicere. Sed totum audiant, totum aduertant, non in parte aures aperiant, in
parte surdescant. Cui enim dominus hoc præcepit? Profecto illi diuiti, qui uitæ æternæ con
sequendæ consilium quærebat accipere. Hoc enim domino dixerat: Quid faciam ut uitam
æternam consequar? Ille autem non ei respondit: Si uis uenire ad uitam, uade uende o-
mnia quæ habes, sed, Si uis uenire ad uitam, serua mandata. Quæ iuuenis cum sibi à domi-
no ex lege commemorata seruasse dixisset, & quæsisset quid adhuc sibi deesset, responsum
accepit: Si uis perfectus esse, uade & uende omnia quæ habes, & da pauperibus. Et ne se il-
la quæ multum amabat, hoc modo perdere existimaret, Et habebis, inquit, thesaurum in
cœlis. Deinde addidit, Et ueni sequere me, ne cuiquam, cum hæc fecerit, aliquid prodesse
existimetur, si non sequitur Christum. At ille quidem tristis abscessit, qui uiderit quemad-
modum illa legis mandata seruauerat. Puto enim quod se arrogantius quàm uerius seruas
se responderat. Veruntamen magister bonus mādata legis ab ista excellentiore perfectio-
ne distinxit. Ibi enim dixit, Si uis uenire ad uitam, serua mandata: hic autem, Si uis perfe-
ctus esse, uade uende omnia quæ habes, & cætera. Cur ergo negamus diuites, quamuis ab D
illa perfectione absint, uenire tamen ad uitam, si mandata seruauerint, & dederint ut detur
illis, & dimiserint ut dimittatur illis? Credimus enim ministrum noui testaméti fuisse Apo-
2. Timoth. 6 stolum, cum scribens ad Timotheum diceret: Præcipe diuitibus huius mundi non superbe
sapere, neq; sperare in incerto diuitiarum, sed in deo uiuo, qui præstat nobis omnia abun-
danter ad fruendum. Bene faciant diuites, sint in operibus bonis, facile tribuant, communi-
cent, thesaurizent sibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehēdant ueram uitam, de
qua & illi adolescenti dictum est, Si uis uenire ad uitam. Puto quod ista præcipiens, diuites
Talia quædā uidētur desse, quum non dicere. instruebat, nō fallebat Apostolus, † Præcipe diuitibus huius mundi, ut uendāt omnia quæ
habent, dent pauperibus, & sequantur dominum, Sed non superbe sapere, neq; sperare in
incerto diuitiarum. Ista superbia diuitem illum, qui iacentem ante ianuam suam contemne
bat pauperem iustum, & ista spes in incerto diuitiarum, qua se propter purpuram, byssum
& epulas splendidas beatum putabat, non ipse diuitiæ perduxerunt ad inferni tormenta.
An forte quia dominus adiunxit: Amen dico uobis, difficile diues intrabit in regnum cœ-
lorum, Et iterum dico uobis: Facilius intrabit camelus per foramen acus, quàm diues in re-
gnum cœlorum, ideo putant isti diuitem, etiam si faciat ista quæ diuitibus præcipienda scri
psit Apostolus, in regnum cœlorum intrare non posse? Quid ergo est? Vtrum Apostolus contra dominum loquitur, an isti nesciunt quid loquuntur? Quid horum credat, eligat
christianus. Puto melius nos credere istos nescire quid loquantur, quàm Paulum cōtra do-
minum loqui. Deinde cur nō in cōsequentibus etiam ipsum dominum audiūt dicētem dis-
cipulis pro miseria diuitum cōtristatis: Quod hominibus impossibile est, deo facile est? Sed
ideo, inquiunt, hoc dictum est, quia futurum erat, ut audito euangelio, diuites uendito patri
monio, erogatoq; pauperibus, dominū sequerētur, & intrarent in regnū cœlorū, atq; ita fie-
ret quod difficile uidebatur, nō ut manētes in diuitijs suis, præcepta Apostoli custodiendo,
id est nō superbe sapiendo, neq; sperādo in incerto diuitiarū sed in deo uiuo, benefaciendo,
facile

A facile tribuẽdo & cõmunicando indigentibus, ueram apprehendant uitam,sed etiam ista
præcepta apostolica,uenditis omnibus suis rebus implerẽt.Hæc si dicunt(Scio quippe eos
illa dicere)non attendunt primitus quemadmodum dominus contra eorum dogma,suam
gratiam prædicauerit.Non enim ait,Quod hominibus impossibile uidetur,facile est homi
nibus si uoluerint,sed quod hominibus,inquit,impossibile est,deo facile est,ostẽdens quã/
do ista recte fiunt,non fieri hominis potentia,sed dei gratia.Hæc ergo attẽdant isti,& si re/
prehendunt qui gloriantur in diuitijs suis,caueant ipsi in sua uirtute cõfidere. Simul e/
nim utriq; reprehenduntur in psalmo,qui confidunt in uirtute sua,& qui in abundantia di *Psal.48*
uitiarum suarum gloriantur.Audiant itaq; diuites,Quod hominibus impossibile est,deo
facile est,& siue manentes in diuitijs suis,siue illis uenditis,& per indigentias pauperum di/
stributis intrent in regnum cœlorum,gratiæ dei tribuant non proprijs uiribus bonum suũ.
Quod enim hominibus impossibile est, non hominibus sed deo facile est. Audiant hoc &
isti,& si iam omnia sua uel uendiderunt & pauperibus tribuerunt, uel adhuc id agunt atq;
disponũt,& hoc modo præparant intrare in regnũ cœlorum,non hoc tribuant uirtuti suæ,
sed eidem gratiæ diuinæ,Quod enim hominibus impossibile est, non ipsis quia & ipsi ho/
mines sunt,sed deo facile est.Hoc quippe illis & apostolus dicit:Cum timore & tremore ue *Phil.2*
stram ipsorum salutem operamini. Deus enim est qui operatur in uobis,& uelle & operari
pro bona uoluntate. Certe ideo se dicunt de suis rebus uendendis perfectionis à domino
suscepisse cõsilium ut sequantur dominum,quoniam illic additum est,Et ueni sequere me.
Cur ergo in his bonis quæ faciunt,de sua tantum uoluntate præsumũt,nec audiunt domi/
num, quoniam sequi se dicunt increpantem atq; testantem, Sine me nihil potestis facere? *Ioan.15*
Si autem apostolus ita dixit, Præcipe diuitibus huius mundi non superbe sapere, neq; in *1.Timoth.6*
incerto diuitiarum, ut uendant omnia quæ possident, & ea precia distribuendo indigenti/
bus,faciant quod sequitur, Facile tribuant,communicent,thesaurizent sibi fundamentum
B bonum in futurũ,& aliter eos in regnum cœlorum intrare posse non credit, Fallit ergo eos
quorum domos tam diligẽter doctrinæ sanitate componit, admonens & præcipiens qua/
les se præbere debeant uxores uiris, uiri uxoribus, filij parentibus, parentes filijs,serui do/
minis, domini seruis. Nam quomodo hæc agi possunt sine domo, & sine aliqua re fami/
liari? An hoc eos mouet quod ait dominus: Quicunque dimiserit omnia sua propter me, *Matth.19*
accipiet in hoc centuplum & in futuro uitam æternam possidebit? Aliud est dimiserit, a/
liud est uendiderit. Nam & in his quæ dimittenda mandauit etiam uxor commemorata
est,quam nullis humanis legibus licet uendere, Christi autem legibus nec dimittere exce/
pta causa fornicationis. Quid sibi ergo uolunt ista præcepta? Non enim possunt inter se
esse contraria, nisi quia incurrat aliquando necessitatis articulus, ubi aut uxor dimittatur
aut Christus: ut alia omittam, si ipsi uxori maritus displicuerit Christianus, eiq; propo/
suerit aut à se diuortium aut à Christo, Hic ille quid eligat nisi Christum, & dimittat uxo/
rem laudabiliter propter Christum? Ambobus quippe Christianis dominus præcepit ne
quisquam dimittat uxorem excepta causa fornicationis. Vbi autem quælibet in eis perso/
na infidelis est,consilium apostoli attendatur, Vt si infidelis consentit habitare cum uiro fi/ *1.Cor.7*
deli,uir non dimittat uxorem.Similiter & uxor fidelis uirum,si cum illa habitare consense/
rit. Quod si infidelis inquit discedit,discedat. Non est enim seruituti subiectus frater aut so
ror in huiusmodi, id est, si infidelis noluerit esse cum coniuge fideli, hic agnoscat fidelis suã
libertatẽ, ne ita se subiectum deputet seruituti ut ipsam dimittat fidem,ne coniugem amit
tat infidelem. Hoc & de filijs atque parentibus, hoc de fratribus & sororibus intelligitur,
propter Christum omnes esse dimittendos, cum proponitur ista conditio ut Christum di
mittat si illos secum habere desiderat. Hoc ergo & de domo atque agris, hoc & de his re/
bus quæ iure pecuniario possidentur hoc loco accipiendum est. Simul enim etiam de his
non ait, Quicunque uendiderit propter me quæcunq; licitum est uendere,sed quicunq; di/
miserit.Fieri enim potest ut dicatur Christiano ab aliqua potestate,aut christianus nõ eris,

aut

aut si in hoc permanere uolueris, domum possessionesq; non habebis. Cum uero etiam illi C
diuites, qui in suis diuitijs sic statuerant permanere, ut ex eorum bonis operibus promere/
rentur deum, hæc dimittant potius propter Christum, quàm propter hæc Christum, ut ac/
cipiant in hoc seculo centuplum, cuius numeri perfectione significantur omnia. Fideli quip/
pe homini totus mundus diuitiarum est, fiuntq; hoc mundo quasi nihil habẽtes & omnia
possidentes, ut in futuro seculo possideant uitam æternam, ne propter ista dimisso Christo
in mortem præcipitentur æternam: Hac quippe lege & conditione non illi tantum, qui men
tis excellentia perfectionis consilium receperunt, ut uendita sua pauperibus distribuerent, &
humeris ab omni seculi huius sarcina liberioribus leuem Christi sarcinam ferrẽt, sed etiam
quisquis infirmior, & illi glorioſissimæ perfectioni minus idoneus, qui tamen se memi-
raciter esse Christianum, cum audierit sibi proponi, quod nisi hæc omnia dimiserit, dimissu
rus est Christum, apprehendet potius turrim fortitudinis à facie inimici: quia cum eam in
sua ædificaret fide, computauit sumptus quibus perfici posset: id est eo animo accessit ad fi/
dem, ut huic seculo non solum uerbis renunciaret: quia & si emit aliquid, tanquam nõ possi
dens erat: & si utebatur mundo, tanquam nõ utens erat, nõ sperans in incerto diuitiarum,
sed in deo uiuo. Cum enim omnis qui renunciat huic seculo, sine dubio renunciet omnibus
quæ sunt eius, ut possit Christi esse discipulus: ipse enim, cum de sumptibus ad turris ædifi/
cium necessarijs, & de bello aduersus regem alterum præparando, similitudinem præmisis/
Lucæ 14 set, adiunxit sic: Qui non renunciat omnibus quæ sunt eius, nõ potest meus esse discipulus:
profecto renunciat etiam diuitijs suis, si quas habet: aut sic ut eas omnino nõ diligens, totas
distribuat indigentibus, & superfluis exoneretur sarcinis: aut sic, ut pius diligens Christum,
spem ab eis transferat in ipsum, atq; ita utatur illis, ut facile tribuens & communicans, the/
saurizet in cœlo: paratusq; sit quemadmodum parentes & filios & fratres & uxorem, hoc
modo & istas relinquere, si talis conditio proposita fuerit, ut nisi dimisso Christo, eas habe/
re non possit. Nam si aliter huic seculo renunciat, quando accedit ad fidei sacramentum, fa/ D
Cyprianus. cit quod de lapsis beatus Cyprianus ingemuit, dicens: Seculo uerbis solis renunciantes &
nõ factis. De hoc quippe dicitur, cum ueniente tentatiõe, magis ista metuit amittere, quàm
Christum negare, Ecce homo qui cœpit ædificare, & non potuit perficere. Ipse est etiã, qui
cum adhuc longe esset aduersarius eius, misit legatos quærens pacem: id est nondum affli/
gente, sed adhuc imminente ac minante tentatione, ut his non careat quæ plus diligit, ad
relinquẽdum Christum negandumq; cõsentit. Et multi sunt tales, qui etiam putant sibi ad
augendas opes suas & multiplicanda delectamenta terrena, religionem suffragari debere
Christianam. Sed non sunt tales diuites Christiani, qui licet ista teneant, non tamen ab eis
ita tenentur, ut hæc Christo anteponant, quia ueraci corde seculo renunciarunt, ut nul/
lam spem in talibus ponant. Hi uxores & filios uniuersasq; familias ad Christianam re/
ligionem tenendam sana erudiunt disciplina. Horum domus hospitalitate feruentes, re/
cipiunt iustum in nomine iusti, ut mercedem iusti accipiant. Frangunt esurienti panem
suum, nudum uestiunt, captiuum redimunt, thesaurizant sibi fundamentum bonum in
futurum, ut apprehendant ueram uitam. Et si forte pro fide Christi pecuniaria damna per/
petienda sunt, oderunt diuitias suas: si suorum orbitates uel separationes pro Christo mi/
natur hic mundus, oderunt parentes, fratres, filios, uxores: postremo si de ipsa huius cor/
poris uita cum aduersario paciscendum est, ne desertus deserat Christus, oderunt insuper
animam suam. De his quippe omnibus mandatum acceperunt, quod aliter discipuli Chri
sti esse non possint. Nec tamen quia præceptum est eis, ut oderint pro Christo & animas
suas, uendendas eas habent, aut illatis sibi manibus effundendas: sed parati sunt eas amit/
tere pro Christi nomine moriẽdo, ne mortui uiuant Christũ negãdo. Sic etiam diuitias, ad
quas uẽdendas parati nõ fuerunt monẽte Christo, ne cũ eis pereant perdito Christo: habe
mus hinc utriusq; sexus diuites clarissimas q; personas martyrij gloria sublimatas. Ita multi,
quos rerũ suarũ uenditiõe piguerat ante perfici, Christi imitata passiõe sunt repente pfecti:
& qui

A & qui nõnullam infirmitatẽ carnis & ſanguinis ſuis diuitijs perfecerũt,ſubito aduerſus pec/
catum pro fide uſq; ad ſanguinem certarunt. Quibus autẽ non prouenit corona martyrij,
neq; illius perfectionis de uendendis rebus ſuis,conſilium tam prædarum & tam grande re
ceperunt,& tamen à damnabilibus immunes criminibus eſurientem Chriſtum pauerunt,ſi
tienti potum dederunt, nudum ueſtierunt, peregrinantem ſuſceperunt, nõ ſedebunt quidẽ
cum Chriſto ſublimiter iudicaturi,ſed ad ipſius dexteram ſtabunt miſericorditer iudicãdi.
Beati enim miſericordes,quoniam ipſorũ miſerebitur deus. Et iudicium ſine miſericordia *Matth.5*
fiet illi qui non fecit miſericordiam. Superexultat autem miſericordia iudicio.Proinde iſti *Iacobi 2*
deſinãt contra ſcripturas loqui,& in ſuis exhortationibus ad maiora ſic excitent,ut minora
non damnent.Non enim & ſanctam uirginitatem aliter exhortando perſuadere poſſunt,
niſi coniugalia uincula damnauerint,cum docente apoſtolo,unuſquiſq; donum proprium *1.Cor.7*
habeat à deo,alius ſic,alius autem ſic.Ambulent itaq; perfectionis uiam uenditis omnibus
ſuis rebus & miſericorditer erogatis.Sed ſi uere pauperes Chriſti ſunt,& non ſibi ſed Chri
ſto colligunt,infirmiora eius mẽbra quare puniunt antequam ſedes iudiciarias acceperint?
Si enim tales erũt qualibus dominus dicit:Sedebitis ſuper duodecim ſedes iudicãtes duo/ *Matth.19*
decim tribus Iſraël, & de qualibus apoſtolus dicit: Neſcitis quoniam angelos iudicabitis, *al.iudicabi/*
præparent potius nõ criminoſos ſed religioſos diuites recipere in tabernacula æterna,à qui *mus.*
bus amici facti ſunt de mammona iniquitatis. Puto enim quod quidã eorũ qui hæc impu
denter atq; imprudẽter garriunt,à diuitibus Chriſtianis & pijs in ſuis neceſſitatibus ſuſten
tantur. Habet enim eccleſia quodammodo ſuos milites,& quodãmodo prouinciales. Vn/
de dicit apoſtolus:Quis militat ſuis ſtipendijs unquam? Habet & uineam & plantatores, *1.Cor.9.*
habet gregem & paſtores. Vnde cõſequenter dicit: Quis plantat uineam,& de fructu eius
non edit? Quis paſcit gregem,& de lacte gregis non percipit? Quãuis talia diſputare qua/
lia iſti diſputant, non ſit militare ſed rebellare, non ſit plantare uineam ſed eradicare,nõ ſit
B paſcendos cõgregare,ſed perdendos à grege ſeparare.Sicut autem ipſi qui diuitum religio/
ſis obſequijs aluntur atq; ueſtiuntur, neque enim ad ſuas neceſſitates nihil accipiũt niſi ab
eis qui res ſuas uendunt, non tamen iudicantur atq; damnantur ab excellentioribus Chri/
ſti membris,qui maiori uirtute,quã multum commendat apoſtolus,ſuis ſe manibus tranſi
gunt: ſic nec iſti damnare debent infirmioris meriti Chriſtianos quorum operibus tranſi/
guntur, ſed recte uiuendo & recte docendo magis eis dicere, Si nos ſpiritalia ſeminaui/
mus, magnum eſt ſi ueſtra carnalia metamus? Multo quippe minori impudentia ſer/
ui dei, qui manuum ſuarum honeſtis operibus uenditis uiuunt, damnant iſtos à quibus
nihil accipiunt, quàm iſti qui propter aliquam corporis infirmitatem non ualentes mani/
bus operari, damnant eoſipſos de quorum facultatibus uiuunt. Ego qui hæc ſcribo perfe/
ctionẽ de qua dominus locutus eſt,quando ait diuiti adoleſcenti: Vade uende omnia quæ *Matth.19*
habes & da pauperibus,& habebis theſaurum in cœlo & ueni ſequere me, uehemẽter ada/
maui, & non meis uiribus,ſed gratia ipſius adiuuante ſic feci. Neque enim quia dives non
fui,ideo minus mihi imputabitur. Nam neque ipſi apoſtoli qui priores hoc fecerunt, diui/ *Auguſtinus*
tes fuerunt.Sed totum mundum dimittit,qui & illud quod habet, & quod optat habere di *omnia dimi*
mittit. Quãtum autem in hac perfectionis uia profecerim,magis quidem noui ego, quàm *ſit.*
quiſquam alius homo,ſed magis deus quàm ego.Et ad hoc propoſitum quãtis poſſum ui
ribus exhortor, & in nomine domini habeo conſortes,quibus hoc per meum miniſterium
perſuaſum eſt: ſic tamen ut præcipue ſana doctrina teneatur, nec eos qui iſta non faciunt,
uana contumacia iudicemus, dicentes nihil prodeſſe quod pudice quamuis coniugaliter ui
uunt, quod domos ſuas & familias Chriſtiane regũt, quod operibus miſericordiæ ſibi the
ſaurizant in poſterum,ne iſta diſputando non ſcripturarum ſanctarum tractatores,ſed eo
rum accuſatores inueniamur.Quod ideo cõmemoraui, quoniã iſti quãdo talia dicere pro/
hibentur ab eis qui hoc domini conſiliũ nõ ceperunt, reſpondent eos talia diſputari nolle,
quoniã uitijs ſuis fauẽt,& dominica præcepta implere detractãt:quaſi nõ,ut de his taceam

qui

qui licet infirmiores,religioſe tamen utuntur diuitijs, etiã ipſi cupidi & auari male his uten/ C
tes,& in terreno theſauro cor luteum cõfigentes,quia & ipſos neceſſe eſt uſq; ad finem por/
tet eccleſia,ſicut illa retia uſq; ad litus piſces malos, tolerabiliores in ea quàm iſti ſint,qui ta
lia ſermocinando & diſſeminando,ita ſe uideri magnos uolunt,quia diuitias ſuas,uel quan
tulacunq; patrimonia ex præcepto domini uendiderunt, ut eius hæreditatẽ,quæ uſq; ad fi/
nes terræ dilatatur atq; diffunditur, hac doctrina nõ ſana perturbare atq; euertere molian/
Quæſtio 5. de non iurando. tur. Vnde quia ex hac quidem occaſione, ſed tamẽ iam breuiter dixi quid etiam de eccleſia
Chriſti in hoc ſeculo ſentiam,id eſt quia uſq; ad finem huius ſeculi neceſſe eſt portet bonos
& malos, quoniam & hoc inter tuas quæſtiones interrogaſti,prolixam epiſtolam,iam tan/
dem aliquando concludam,Iurationem caue quantum potes.Melius quippe nec uerum iu
ratur,quàm iurandi conſuetudine,& in periurium ſæpe caditur, & ſemper periurio propin/
quatur.Sed illi,quãtum aliquos eorum audiui,quid ſit iurare prorſus ignorant:putant eñ
ſe nõ iurare,quãdo in ore habent,Scit deus,&,Teſtis eſt deus, &,Teſtem deum inuoco ſu/
per animam meam,quia non dicitur,Per deum, & quia talia reperiuntur in apoſtolo Pau/
2. Corinth. 15 lo. Sed etiam illa ibi contra eos inuenta eſt,quam cõfitentur eſſe iurationem,ubi ait Apo/
ſtolus: Quotidie morior,per ueſtrã gloriam fratres quam habeo in Chriſto Ieſu domino
noſtro.In græcis enim codicibus reperitur omnino eſſe hanc iurationẽ,ne quis in latina lin/
gua hoc ſic intelligat dictum,per ueſtram gloriam,quomodo dictum eſt,per meum aduẽ/
tum iterum ad uos,& multa ſimilia,ubi dicitur per aliquid,& nõ eſt iuratio. Sed non ideo,
quia in ſuis litteris iurauit Apoſtolus,uir infirmitate firmiſſimus,ludus nobis debet eſſe iu/
ratio.Multo enim tutius, ut dixi, quantum ad nos attinet,nunc̃q; iuramus,ut ſit in ore no/
ſtro eſt eſt,non non,ſicut dominus monet.Nõ quia peccatũ eſt uerum iurare,ſed quia gra/
uiſſimum peccatum eſt falſum iurare,quo citius cadit qui conſueuit iurare. Accepiſti quod
mihi uidetur,melius exponant iſta meliores,non iſti quorũ noui iam ſententiam reproban
dam,ſed alij qui ueraciter poſſunt.Nam & ego paratior ſum diſcere quàm docere,& tu ma D
gnum cõferes beneficium,ſi ea quæ illic à ſanctis fratribus aduerſus iſtorum uaniloquia diſ
ſeruntur,non me facias ignorare.In domino recte & fideliter uiuas dilectiſſime fili.

Patres concilij Carthaginenſis,Innocentio Pontifici Romano de actis aduerſus Pe
lagium & Cœleſtium. Epiſtola XC

DOMINO beatiſſimo & honorandiſſimo fratri ſancto Innocentio papæ, Au/
relius,Mundius,Ruſticanus,Fidentius,Euagrius,Antonius,Palatinus, Adeo/
datus, Vincentius,Publianus,Theaſius, Tutus,Panthonius, Victor, Reſtitu/
tus,Ruſticus,Fortunatianus,alius Reſtitutus,Ampelius,Animus,Felix Dona
tianus,Adeodatus,Octauius,Serotinus,Maiorinus,Poſthumanus,Triſpulus, Victor,ali/
us Victor,Leucius,Macianus,Fructuoſus,Fauſtinianus,Quoduultdeus, Candorius, Ma/
ximus,Megarius,Ruſticus,Rufianus,Proculianus, Thomas,Ianuarius,Octauianus,Præ/
textatus,Sixtus Quoduultdeus,Pẽthadius Quotuultdeus, Cyprianus,Seruilius,Pelagius,
Marcellus,Venãtius,Didymus,Saturninus,Tiazacenus, Germanus,Germanianus,Inuen
tius, Maiorinus,Inuentius, Candidus, Cyprianus & Emilianus, Romanus, Africanus, &
Marcellinus,qui in concilio eccleſiæ Carthaginenſis affuimus.Cũ ex more ad Carthaginen
ſem eccleſiam ſolenniter ueniremus,atq; ex diuerſis cauſis congregata ex nobis ſynodus ha
beretur,cõpresbyter noſter Oroſius nobis litteras ſanctorum fratrum & cõſacerdotum no/
ſtrorum dedit Herodis & Lazari,quorum formam his conſtituimus eſſe ſubdendum.His
ergo lectis,Pelagium & Cœleſtiũ autores nefarij prorſus,& ab omnibus nobis anathema/
tizandi erroris aduertimus. Vnde factum eſt, ut recenſendum peteremus, quid ante fermè
2. Retract. 33 & 50. quinquennium ſuper Cœleſtij nomine hic apud eccleſiam Carthaginenſem fuerit agitatũ.
Quo recitato,ſicut ex ſubſequẽtibus aduertere poterit ſanctitas tua,quamuis iudicatio ma/
nifeſta conſtaret, quia illo tempore epiſcopali iudicio exciſum hoc uulnus tantum ab eccle/
ſia uideretur,nihilominus tamẽ id communi deliberatione cenſuimus,& huiuſmodi perſua

ſionis

A sionis autores,quamuis ad presbyterium idē Cœlestius postea peruenisse dicatur, nisi hæc
apertissima anathematizauerint ipsos anathematizari oportere, ut si ipsorum non potue-
rit,saltem eorum qui ab eis decepti sunt uel decipi possunt,cognita sententia quæ in eos lata
est,sanitas procuretur.Hoc itaq; gestum domine frater sancte,charitati tuæ intimandū du- *Apostolica*
ximus,ut statutis nostræ medio charitatis etiā apostolicæ sedis adhibeatur autoritas, pro *sedes.*
tuenda salute multorum,& quorundam peruersitate etiam corrigenda. Id enim agunt isti
damnabilibus disputationibus suis, ut non defendendo, sed potius in superbiam sacrilegā
extollendo liberum arbitrium,nullum relinquant locum gratiæ dei qua Christiani sumus,
qua & ipsum nostræ uoluntatis arbitrium uere sit liberum,dum à carnalium concupiscenti *Ioan.8*
arum dominatione liberatur,dicente domino,Si uos filius liberauerit, tūc uere liberi eritis,
quod auxilium fides impetrat, quæ est in Christo Iesu domino nostro. Isti autem asserunt
sicut à fratribus qui etiam eorum libros legerunt cognouimus, in eo dei gratiam deputan-
dam,q; talem hominis instituit creauitq; naturam, quæ per propriam uoluntatem legem
dei possit implere,siue naturaliter in corde conscriptam,siue in litteris datam.Eādem quoq;
legem ad gratiam pertinere,quod illam deus in adiutorium hominibus dedit. Illam uero *Roma.7*
gratiam qua ut dictum est Christiani sumus,cuius apostolus prædicator est dicens,Cōde-
lector enim legi dei secundum interiorem hominem, Video autem aliam legem in mem-
bris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantē me in lege peccati quæ est in mem-
bris meis.Miser ego homo,qs me liberabit de corpore mortis huius, Gratia dei per Iesum
Christum dominū nostrū: nolūt omnino cognoscere,nec aperte quidē oppugnare audēt,
Sed quid aliud agunt, cū hominibus animalibus nō percipientibus quæ sunt spiritus dei,
persuadere non cessant ad operandam perficiendamq; iusticiam,& dei mandata complen
da,solā sibi humanam sufficere posse naturam, non attendentes quod scriptū est, Spiritus *Ro.8.9.11.*
adiuuat infirmitatem uestrā. Et, non uolentis est neq; currentis,sed miserentis est dei. Et q;
B unū corpus sumus,singuli autem alter alterius mēbra,habentes dona diuersa secundū gra-
tiā quæ data est nobis. Et,gratia dei sum, id quod sum, & gratia eius in me uacua non fuit, *1.Cor.15.*
sed plus omnibus illis laboraui,non ego autem, sed gratia dei mecū.Et,gratias deo qui de-
dit nobis uictoriam per dominum nostrū Iesum Christum. Et quia non idonei sumus co- *2.Cor.3.4.*
gitare aliquid quasi ex nobismetipsis,sed sufficientia nostra ex deo est.Et,habemus thesau
rum istum in uasis fictilibus ut eminentia uirtutis sit dei & non ex nobis, Et innumerabilia
quæ de scripturis omnibus si colligere uelimus,tomus nō sufficit. Et ueremur ne apud te i-
sta cōmemorando quæ maiore gratia de sede apostolica prædicas,inconuenienter facere ui
deamur.Sed ideo facimus,quia eo q; infirmiores sumus,quaqua uersum quisq; nostrū uer- *2.retra.47.*
bo dei prædicando putatur attentior,crebrius eos patimur & audacius insurgentes.Si ergo
Pelagius episcopalibus gestis quæ in oriente confecta dicuntur,etiam tuæ uenerationi iuste
uisus fuerit absolutus,error tamen ipse & impietas quæ tam multos assertores habet,per di
uersa dispersos,etiā autoritate apostolicæ sedis anathematizanda est.Consideret enim san
ctitas tua,& pastoralibus nobis cōpatiatur uisceribus,cū sit pestiferum & exitiabile ouibus
Christi,quod istorum sacrilegas disputationes necessario sequitur,ut nec orare debeamus, *Matth. 6*
ne intremus in tentationem,quod dominus discipulos monuit,& posuit in oratione quam
docuit,aut ne deficiat fides nostra, quod pro apostolo Petro se rogasse ipse testatus est. Si
enim possibilitate naturæ,& arbitrio uoluntatis in potestate sunt constituta, quis nō uideat
à domino inaniter peti,& fallaciter orari,cū orando poscuntur quæ naturæ iam ita conditæ
sufficiētibus uiribus obtinētur? Nec debuisse dicere dominum Iesum, Vigilate & orate:sed
tantūmodo,uigilate ne intretis in tentationē:nec beatissimo Petro primo apostolorū, Ro *Lucæ 22*
gaui pro te,sed moneo te uel impero ac præcipio ne deficiat fides tua. Contradicitur etiam
istorum cōtentione benedictionibus nostris,ut incassum super populum dicere uideamur,
quicquid eis à domino precamur,ut recte ac pie uiuendo illi placeant:uel illa quæ pro fide-
libus precatur apostolus dicens,Flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi,

ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur,ut det uobis ſecũdũ diuitias gloriæ C
ſuæ uirtutẽ corroborari per ſpiritũ eius. Si ergo uoluerimus benedicendo ſuper populũ di/
cere,Da illis domine uirtutẽ corroborari per ſpiritũ tuũ, iſtorũ nobis diſputatio cõtradicit,
affirmans negari liberũ arbitriũ ſi hoc à deo poſcitur quod in noſtra eſt poteſtate. Virtute
enim corroborari ſi uolumus inquiunt,poſſumus ea poſſibilitate naturæ quam non nũc ac/
cipimus,ſed cum crearemur accepimus. Paruulos etiam propter ſalutẽ quæ per ſaluatorem
Chriſtum datur,baptizandos negant, ac ſic eos mortifera iſta doctrina in æternum necãt,
promittentes etiam ſi non baptizentur, habituros uitam æternam, nec pertinere ad eos, de
Luce 19 quibus dominus ait, Venit enim filius hominis quærere & ſaluare quod perierat: quia iſti
inquiunt,non perierant,nec eſt quod in eis ſaluetur, uel tanto precio redimat, quia nihil eſt
in eis uitiatum,nihil tenetur ſub diaboli poteſtate captiuũ, nec pro eis fuſus eſſe ſanguis in
remiſſionem legitur peccatorum: quanq; per baptiſmum Chriſti etiam paruulorũ fieri re/
demptionem libello ſuo Cœleſtius in Carthaginenſi eccleſia iam confeſſus eſt. Sed multi q
eorum perhibentur eſſe uel fuiſſe diſcipuli,hæc mala quibus fundamenta Chriſtianæ fidei
conantur euertere,quacunq; poſſunt affirmare non ceſſant. Vnde etiamſi Pelagius Cœle/
ſtiusq; correcti ſunt,uel ſe iſta nunquam ſenſiſſe dicunt,& quæcunq; ſcripta contra eos pro
lata fuerint ſua eſſe negabunt, nec eſt quẽadmodum de mendacio conuincantur, generali/
ter tamen quicunq; dogmatizat & affirmat,humanam ſibi ad uincenda peccata & dei mã
data facienda ſufficere poſſe naturam,& eo modo gratiæ dei quæ ſanctorum euidentius o/
rationibus declaratur,aduerſarius inuenitur, Et quicunq; negat paruulos per baptiſmum
Chriſti,à perditione liberari,& ſalutem percipere ſempiternam,anathema ſit. Quæcunque
autem alia ab eis obijciuntur,non dubium uenerationem tuam cũ geſta epiſcopalia perſpe
xerit quæ in oriente in eadem cauſa confecta dicuntur id iudicaturam, unde omnes in dei
miſericordia gaudeamus. Ora pro nobis domine beatiſſime papa. D

Innocẽtius Romanus Pontifex ſuperiori reſpondet epiſtolæ. In hac epiſtola & di
ctionẽ & ingenium & eruditionem tali dignã præſule deſiderare cogimur. Ep. XCI.

2. retract. 50 INNOCENTIVS, Aurelio & omnibus ſanctis epiſcopis, uel cæteris qui in
cõcilio Carthaginenſis affuerũt eccleſiæ, dilectiſſimis fratribus in domino ſalu
tem. In requirẽdis de his rebus quas omni cum ſolicitudine decet à ſacer
dotibus,maxime à uero iuſto q; & catholico tractari concilio,antiquæ traditio
nis exẽpla ſeruantes & eccleſiaſticæ memores diſciplinæ, ueſtræ religionis uigorẽ nõ minus
nunc in conſulendo,q; antea cum pronunciaretis uera ratione firmatis,qui ad noſtrum refe
rendum approbaſtis eſſe iudicium,ſciẽtes quid apoſtolicæ ſedi, cum omnes hoc loco poſiti
Sedes apoſto/ lica. ipſum ſequi deſideremus apoſtolum,debeatur, à quo ipſe epiſcopatus,& tota autoritas no
minis huius emerſit. Quem ſequentes,tam mala iã damnare nouimus q; probare laudan
da,uel id uero quod patrum inſtituta ſacerdotali cuſtodientes officio non cenſetis eſſe cal/
canda,quod illi non humana,ſed diuina decreuere ſententia, ut quicquid de diſiunctis re/
motisq; prouincijs ageretur,non prius ducerent finiendum,niſi ad huius ſedis noticiam per
ueniret:ubi tota huius autoritate iuſta quæ fuerit pronunciatio firmaretur, indeq; ſumerẽt
cæteræ eccleſiæ uelut de natali ſuo fonte aquæ cũctæ procederent,& per diuerſas totius mũ
di regiones puri capitis incorruptæ manerẽt,quid præcipere,quos abluere, quos uelut in cœ
no inemũdabili ſordidatos mundis digna corporibus unda uitaret. Gratulor igitur fratres
chariſſimi,q; per fratrem & coepiſcopum noſtrum Iulium litteras ad nos deſtinaſtis, & cũ
illis curam geritis,quibus præſidetis eccleſijs, ſolicitudinem ueſtram pro omni utilitate mõ
ſtratis,& per cunctas totius orbis eccleſias omnibus unà quod proſit decernendum eſſe de/
poſcitis:ut ſuis conſtabilita regulis eccleſia,ex hoc quod illos caueat pronũciationis iuſtæ
firmata decretalibus pauere non poſſit, qui peruerſis inſtructi uerborum argutijs ſub ima/
gine catholicæ fidei diſputantes,uelut peſtiferum exhalantes uirus, ut hominum recte ſen/
tientium in deteriorem partem corda corrumpant, totam ueri dogmatis quærunt euer/
tere

A tere disciplinam. Hæresibus pullulantibus est celeriter obuiandum, Sanandum ergo celerius ne longius execrandus animis morbus inserpat, ut si medicus cum uiderit huius terreni corporis aliquem esse languorem, magnum suæ artis æstimat documẽtum, si cito quis illius interuentu desperatus euadat, uel cum putre uulnus aspexerit, adhibet fomenta uel cætera quibus illud possit quod natum fuerat uulnus obduci, ac si id manens sanari non poterit, ne corpus reliquum sua tabe corrumpat, ferro amputat quod nocebat, quod reliquũ integrũ est, seruat intactum. Præcidẽdum id ergo est quod uelut puro sanoq; nimium corpori uulnus obrepsit, ne cum tardius abstergitur, in ipsis penè uisceribus huius mali nõ exhaurienda post sentina considat. Nam quid nos de his posthæc rectum mentibus existimemus, qui sibi se putant debere quod boni sunt, nec illum considerant cuius quotidie gratiam consequuntur? Sed item isti qui tales sunt, nullam dei gratiam consequentur, qui sine illo tantum se assequi posse confidunt, quantũ uix illi qui ab illo postulant & accipiunt promerentur. Quid enim tam iniquum potest esse, tam barbarum, tam totius religionis ignarum, tam Christianis mentibus inimicum, quàm huic te negare debere quicquid in quotidiana gratia consequeris, cui teipse confiteris debere quod natus es? Ergo eris tibi in prouidẽdo præstantior, quàm potest in te esse qui te ut esses effecit? Et cũ putes debere quod uiuis, quomodo te non putas illi debere quod quotidianam eius consequendo gratiam taliter uiuis? Et qui nos adiutorio negas indigere diuino, quasi ex nostra in totũ possibilitate perfecti, quomodo uero adiutorium in nos, cum tales à nobis etiam esse possumus, prouocamus? Qui enim adiutorium dei negat, uellem interrogare quid dicat, nos non mereri, an illum hoc non posse præstare? An nihil esse propter quod unusquisque hoc debeat postulare? Posse hoc deum, opera ipsa testantur: adiutorio quotidiano nos egere negare non possumus. Hoc enim, seu bene uiuimus, precamur, ut melius sanctiusq; uiuamus, seu praua sentientes, à bonis auertimur, ut ad rectã redeamus uiam eius auxilio plus egemus.

B Nam quid tam mortiferũ, tam præceps uideatur ad casum, tam expositum ad omnia pericula, si hoc solum nobis putantes posse sufficere, quod liberum arbitriũ cum nasceremur accepimus, ultra iam à domino nihil quæramus? Id est, autoris nostri obliti, eius potentiam, ut nos ostẽdamus liberos, abiuremus, quasi iam amplius quod possit dare non habeat, qui te in tuo ortu liberum fecit: nesciẽtes quod nisi magnis precibus gratia in nos implorata descendat, nequaquam terrenæ labis & mundani corporis uincere conemur errores, cum pares nos ad resistendum non liberum arbitrium, sed dei solum facere possit auxiliũ. Nam si ille clamat adiutorio sibi opus esse diuino, qui digne hoc non quæreret si cui liberum arbitrium plus prodesset, quippe cum uir beatus & iam electus à domino nihil egeret, tamen ita deum deprecatur postulans: Adiutor meus esto ne derelinquas me, neq; despicias me deus salutaris meus, Nos nobis liberum arbitrium, ille deum postulat adiutorem: quod nati sumus posse sufficere nos dicimus, ille deum ne derelinquatur exorat? Nos ergo dicimus manifeste, quid oremus? cum ille tãtopere beatus, ut supra diximus, uir ne despiciatur exorat. Illi enim necesse est ita arguant, qui illa confirmant. Dauid enim orationis ignarus, & suæ naturæ nescius accusetur: qui cum sciat tantum in sua esse natura, †adiutorem sibi deum & assiduum adiutorem, nec illi sufficit assiduum, sed ne aliquando illum despiciat orationibus pronus exoptat, & per corpus omne psalterij hoc & prædicat & clamat. Si ergo hoc illi tam magnũ sit, ut assidue diceret, ita necessariũ est cõfessus ut doceret, quemadmodum Pelagius Cœlestiusq; sepositа omni respõsione psalmorum, taliq; abdicata doctrina suasuros se aliquibus esse confidunt, nos adiutorium dei nec debere quærere nec egere, cum omnes sancti nihil se sine hoc agere posse testentur. Liberum enim arbitrium olim ille perpessus, dum suis incõsultius utitur bonis, cadens in præuaricationis profunda demersus, nihil quemadmodum exinde surgere posset inuenit, suáq; in æternum libertate deceptus huius ruinæ iacuisset oppressus, nisi eum post Christi pro sua gratia releuasset aduentus: qui per nouæ regenerationis purificationem, omne præteritum uitium

Psal. 26

† Inuocat, aut simile quippiam deest.

ſui baptiſmatis lauacro purgauit,& eius firmãs ſtatum quo rectius ſtabiliusq; procederet, C
tamen ſuam gratiam in poſterum non negauit. Nã quãuis redemiſſet hominem à præteri
tis ille peccatis,tamen ſciens iterum poſſe peccare,ad reparationem ſibi, quẽadmodum poſ
ſet illũ & poſt iſta corrigere, multa ſeruauit:quotidiana præſtat ille remedia,quibus niſi fre
ti confiſiq; nitamur,nullatenus uincere humanos poterimus errores. Neceſſe eſt enim ut
quo auxiliante uincimus,eo iterum non adiuuante uincamur.Sed poſſem plura dicere,niſi
uos conſtaret cuncta dixiſſe. Quiſquis ergo huic aſſentiens uidetur eſſe ſententiæ,quo di/
cat adiutorio nobis non opus eſſe diuino, inimicum ſe catholicæ fidei & de beneficijs profi
tetur ingratum.Nec noſtra communione ſunt digni, quam prædicando taliter polluerunt.
Sic enim ſua ſponte dum ſequuntur illa quæ dicunt,longius à uera religione fugerũt. Cum
enim hoc totum in noſtra profeſſione conſiſtat, quotidianisq; precibus nihil agamus, niſi
quemadmodum dei miſericordiam conſequamur, quemadmodum ferre poſſimus iſta ia/
ctantes? Quis rogo tantus illorum pectora error obcæcat, ut ſi nullam gratiam ſentiunt,qa
nec digni ſunt nec merẽtur,nec de alijs conſiderent quid quotidie ſingulis gratia diuina lar/
gitur? Sunt quidem iſti omnes cæcitate digniſſimi, qui nec hoc ſibi reliquerũt,ut ſe auxilio
credant reuocari ab erroribus poſſe diuino. Negantes enim adiutorium, non alijs ſed ſibi
penitus abſtulerunt, qui auellendi ſunt longius, & ab eccleſiæ procul remouendi uiſceribus,
ne diutius multa occupans inſanabilis poſt error increſcat.Si enim diu fuerint in hac impu
nitate uerſati,neceſſe eſt multos in hãc ſuæ prauitatẽ mentis inducant decipiantq; innocen/
tes,uel potius imprudentes,qui fidem catholicam non ſequuntur.Putabunt enim eos recte
ſentire quos adhuc uiderint in eccleſia perdurare.Separetur ergo à ſano corpore uulnus in/
ſanum,remotoque morbi ſæuientis afflatu cautius quæ ſunt ſyncera perdurent,& grex pu/
rior ab hac mali pecoris cõtagione purgetur. Sit totius corporis illibata perfectio, quã uos
ſequi & tenere hac in illos pronunciatione cognouimus, & unà uobiſcũ pari aſſenſione ſer/
uamus . Qui ſi tamen aliquod in ſe dei adiutoriũ quod hucuſq; negauerũt prouocauerint, D
& opus ſibi eius auxilium eſſe cognouerint, ut de hac labe in qua ſui cordis incuruatioe cor
ruerant liberentur,quaſi in lucem de fœda tracti caligine,remotis abdicatiſq; omnibus qui
bus totus ne uerum aſpiceret fœdabatur & caligabat aſpectus, damnent hæc quæ hucuſq;
ſenſerunt,& aliquando animum rectis diſputationibus commodantes,ab hac aliquantulũ
παλινῳδία. labe correcti,ueris ſe ſanandos cõcilijs tribuant atq; ſubmittant. Quod ſi fecerint,erit in po
teſtate pontificũ, iſtis aliquatenus ſubuenire, & talibus aliquã curam præſtare uulneribus,
quã ſolet lapſis cũ reſipuerint eccleſia nõ negare:ut à ſuis reuocati præcipitijs,intra ouile do
mini redigant,ne foris poſiti & tãto præſidio à fide munitionis excluſi, periculis omnibus
exponantur, deuorandi luporum dentibus atq; uexandi, quibus obſiſtere hac qua illos in
ſe iritauerant doctrinæ peruerſitate non poſſunt. Sed ſatis ueſtris monitis,& ſic ſatis abun/
dantibus noſtræ legis exemplis probatur eſſe reſpõſum, nec quicq; ſuperesſe duximus qd
dicamus,cum nihil prætermiſſum à uobis, nihil conſtet eſſe ſuppreſſum, quo illi refutati &
penitus cognoſcant eſſe cõuicti.Ideoq; à nobis teſtimonia nulla ponunt,quia & his plena
relatio eſt,& ſatis conſtat ut doctiſſimos ſacerdotes cũcta dixiſſe, nec decet credere uos ali
quid quod ad cauſam poſſit proficere præteriſſe.Et alia manu, Bene ualete fratres.

Auguſtinus & cæteri epiſcopi Mileuitani concilij,Innocentio de cohibendis Pelagianis. Epiſtola, XCII.

DOMINO beatiſſimo meritoq; uenerabili & in Chriſto honorando papæ In/
nocentio,Siluanus, Valentinus,Aurelius,Donatus,Reſtitutus,Lucianus,Alipi
us,Auguſtinus,Placentius,Seuerus,Fortunatus,Poſſidius,Nouatus,Secũdus,
Maurentius,Leo,Fauſtinianus,Creſconius,Malcus,Littorius,Fortunatus,Do/
natus,Ponticanus,Saturninus,Chriſtonius,Honorius,Lucius,Adeodatus, Proceſſus, Cre
ſconius Secũdus,Felix,Aſiaticus,Rufinianus,Fauſtinus,Seruus,Terẽtius,Creſconius,Spe/
rãtius,Quadratus,Lucillus,Sabinus,Fauſtinus,Creſconius Victor,Gignãtius,Poſidonius,
Antoni/

A Antoninus,Innocentius,Præsidius,Crescentius,Felix,Antonius Victor,Honoratus,Donatus,Petrus,Præsidius,Cresconius,Lampadius,Delphinus,ex concilio Mileuitano in domino salutẽ. Quia te dominus gratiæ suæ præcipuo munere in sede apostolica collocauit, talémq; nostris tẽporibus præstitit, ut nobis potius ad culpã negligẽtiæ ualeat,si apud tuã uenerationẽ quæ pro ecclesia suggerẽda sunt tacuerimus,q̃ ea tu possis uel fastidiose uel negligenter accipere, magnis periculis infirmorũ mẽbrorũ Christi pastoralẽ diligentiã quæsumus adhibere digneris. Noua quippe hæresis & nimiũ pernicioſa tẽpestas surgere inimicorũ gratiæ Christi cœpit,qui nobis etiã dominicã orationem impijs disputationibus conantur auferre.Cũ em dominus docuerit ut dicamus, Dimitte nobis debita nostra,sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.Isti dicunt posse hominẽ in hac uita præceptis dei cognitis ad tantam perfectionẽ iusticiæ sine adiutorio gratiæ saluatoris, per solum liberũ uoluntatis arbitriũ peruenire,ut ei nõ sit iam necessarium dicere,Dimitte nobis debita nostra.Illud uero quod sequit̃,Ne nos inferas in tentationẽ,nõ ita intelligendũ tanq̃ diuinũ adiutoriũ poscere debeamus, ne in peccatum tentati decidamus,sed hoc in nostra esse positũ potestate,& ad hoc implẽdum solã sufficere uoluntatem hominis,tanq̃ frustra apostolus dixerit, Nõ uolentis neq; currẽtis, sed miserentis est dei:Et fidelis deus qui non permittet uos tẽtari super id quod potestis,sed faciet cũ tẽtatione etiã exitũ ut possitis sustinere, Frustra etiã dominus dixerit apostolo Petro,Rogaui pro te ne deficiat fides tua.Et omnibus suis,Vigilate & orate ne intretis in tentationem, si hoc totũ est potestatis humanæ.Pueros quoq; paruulos si nullis innouentur Christianæ gratiæ sacramẽtis habituros uitam æternam, nequã præsumptione contendũt,euacuantes quod dicit apostolus, Per unum hominẽ peccatũ in trauit in mundũ,& per peccatũ mors,& ita in omnes homines pertrãsijt,in quo omnes peccauerunt.Et alio loco,Sicut in Adã omnes moriuntur,sic & in Christo omnes uiuificabuntur. Vt ergo alia omittamus quæ contra sanctas scripturas plurima dixerunt, hæc interim B duo quibus omnino totũ quod Christiani sumus nituntur euertere,quæ fidelia corda sustinẽt,non esse rogãdum deum,ut contra peccati malũ atq; ad operandã iusticiam sit noster adiutor,& non opitulari paruulis ad cõsequendã uitam æternã Christianæ gratiæ sacramẽtum, hæc insinuantes apostolico pectori tuo, nõ opus habemus multa dicere,& tantã impietatẽ uerbis exaggerare,cũ proculdubio te ita permoueant,ut ab eis corrigendis ne latius serpant multosq; cotaminent,uel potius interimãt,dũ sub nomine Christi,à gratia Christi penitus alienãt,omnino dissimulare nõ possis.Huius aũt pernicioſissimi erroris autores esse perhibentur,Pelagius & Cœlestius,quos quidẽ in ecclesia sanari maluimus, q̃ desperata salute ab ecclesia resecari,si necessitas nulla cõpellat. Quorũ unus, id est Cœlestius etiam ad presbyteriũ in Asia dicitur peruenisse. De q̃ ante paucos annos quid gestũ fuerit sanctitas tua de Carthaginẽsi ecclesia melius instruitur. Pelagius uero sicut à quibusdã fratribus nostris missæ loquuntur epistolæ,Hierosolymis constitutus nõnullos fallere asseritur,uerumtamẽ multo plures q eius sensus diligẽtius indagare potuerunt,aduersus eũ pro gratia Christi,& catholicæ fidei ueritate cõfligunt, præcipue sanctus filius tuus frater & compresbyter noster Hieronymus.Sed arbitramur,adiuuãte misericordia domini dei nostri Iesu Christi, q te & regere consulentẽ & orantẽ exaudire dignat̃, autoritati sanctitatis tuæ, de sanctarũ scripturarũ autoritate depromptæ,facilius eos qui tã peruersa & pernicioſa sentiunt esse cesſuros,ut de correctione potius eorum congratulemur q̃ contristemur interitu. Quodlibet aũt ipsi eligant,certe uel alijs quos plurimos possunt si ab eis dissimuletur suis laqueis implicare,cernit uenerabilitas tua instanter & celeriter prouidendum.Hæc ad sanctitatem tuã de concilio Numidiæ scripta direximus,imitantes Carthaginensis ecclesiæ, Carthaginensis prouinciæ coepiscopos nostros, quos ad sedem apostolicam quam beatus illustras de hac causa scripsisse comperimus.Et alia manu,Memor nostri in deum gratia augearis domine beatissime,meritóq; uenerabilis,& in Christo honorande sancte pater.

Innocentius Ro.Pont. patribus concilij Mileuitani comprobrans illorum acta ad

Matth.6.

Roma.9. 1.Cor. 10.

Lucæ 22. Matth.26.

Roma.5. 1.Cor.15.

uersus Pelagianos. Eiusdem genij epistola est. Epist. XCIII.

Romana ecclesia.

INNOCENTIVS, Siluano seni, Valētio, & cæteris qui in Mileuitana synodo interfuerunt dilectissimis fratribus in dño salutē. Inter cæteras Romanæ eccle siæ curas, & apostolicæ sedis occupationes, qbus diuersorū cōsulta fideli ac mo dica disceptatione tractamus, frater & coepiscopus noster Iulius, dilectiōis ue stræ litteras quas ex Mileuitano cōcilio cura fidei propēsiore misistis, mihi inopināter ingef sit, Carthaginēsis etiā synodi querelæ parilis scripta subiungēs. Nimirū exultat ecclesia tātā sollicitudinē cōmissis gregibus exhibere pastores, ut nō solū ex his nō patiātur errare, sed si quas magis ouiū obscœnæ delectatiōis herba seduxit, si in errore pmāserint, aut segregari penitus uelint, aut illicenter dudū petita uitantes, custodiæ pristinæ circunspectione tutari, in utraq; parte uidelicet consulentes, ne uel suscipiendo tales simili cæteræ ducātur exēplo, uel spernēdo redeuntes luporū morsibus uideantur ingestæ. Prudēs admodū & catholicæ fidei plena cōsolatio. Quis enim aut tolerare possit errantē, aut nō recipere corrigētem? Nā ut durum arbitror cohibentiam præbere peccantibus, ita impiū iudico manum negare con uersis. Diligenter ergo & cōgrue apostolico cōsulitis honori, honori inquam illius, quē præ ter illa quæ sunt extrinsecus, solicitudo manet omniū ecclesiarū, super anxijs rebus quæ sit te nenda sententia, antiquæ scilicet regulæ formā secuti, quā toto semper ab orbe mecū nostis esse seruatam. Verū hæc missa facio, neq; enim hoc uestram credo latere prudentiam. Quid id etiam actione firmastis, nisi scientes q̄ per omnes prouincias de apostolico fonte petenti bus responsa semper emanent? præsertim quotiens fidei ratio uētilatur, arbitror omnes fra tres & coepiscopos nostros, non nisi ad Petrū, id est sui nominis & honoris autorem referre debere, uelut nunc retulit uestra dilectio, quod per totū mundū possit omnibus ecclesijs in cōmune prodesse. Fiant enim necesse est cautiores, cū inuentores malorū ad duplicis relatio nem synodi sententiæ uestræ statutis derint ab ecclesiastica communione seiunctos. Ge mino igitur bono charitas uestra fungitur. Nam & canonum potiemini gratia seruatorū, & beneficio uestro totus orbis utetur. Quis enim catholicorum uirorū cū aduersarijs Chri sti uelit ulterius miscere sermonem, quis saltem ipsam lucem uitæ cōmunione partiri? No ui hæreseos nimirum fugiantur autores. Quid enim acerbius in deum figere potuerunt, q̄ cum adiutoria diuina cassarent, causamq; diuinæ, id est quotidianæ precationis auferrent, hoc est dicere, quid mihi opus deo? Merito in hos dicat hymnidicus: Ecce homines qui nō posuerunt deū adiutorem sibi. Negantes ergo auxilium dei inquiunt hominem sibi posse sufficere, nec gratia hunc egere diuina, qua priuatus necesse est diaboli laqueis irretitus occū bat, dū ad omnia uitæ perficienda mandata, sola tantummodo libertate contendat. O pra uissima mentiū peruersa doctrina, Aduerte tandē q̄ primū hominem ita libertas ipsa de cepit, ut dū indulgentius frenis eius utitur, in præuaricationem præsumptione cōciderit, nec ex hac potuit erui, nisi ei prouidentia regenerationis statū pristinæ libertatis Christi domi

Psal. 123. 26. ni reformasset aduentus. Audi Dauid dicentem, Adiutoriū nostrum in nomine domini. Et adiutor meus esto ne derelinquas me, neq; despicias me deus salutaris meus: quæ in cassum dixit, si tantū in eius erat positū uoluntate, quod à domino flebili sermone poscebat. Quæ cū ita sint, cū in omnibus diuinis paginis uoluntati liberæ nō nisi adiutoriū dei legamus es se nectendū, eamq; nihil posse cœlestibus auxilijs destitutā, quo nā modo huic soli possibi litatē hanc pertinaciter ut asseritis defendentes, sibimet, imò, quod est dignius dolore cōmu ni, plurimis Pelagius Cœlestiusq; persuadēt. Multifarijs equidē ad instruendū tale magi sterium uti possemus exēplis, nisi sciremus sanctitatem uestrā ad plenū scripturas omnes cal lere diuinas, præsertim cū uestra relatio tantis ac talibus testimonijs sit referta, ut his solis ualeat præsens dogma rescindi, opusq; non esse recognitis, cū ex his quæ facile uobis occur rētia posuistis, nec audeant obuiare nec possint. Ergo dei gratiā conantur auferre, quam ne cesse est etiā restituta nobis status pristini libertate quæramus: quippe nec alias diaboli ma chinas, nisi eadem possumus iuuante, uitare. Illud uero quod eos uestra fraternitas asserit prædi

A prædicare,paruulos æternæ uitæ præmijs etiam ſine baptiſmatis gratia poſſe donari,perſa
tuũ eſt.Niſi enim manducauerint carnem filij hominis, & biberint ſanguinem eius, nõ ha/ *Etiam Roma*
bebunt uitã in ſemetipſis. Qui aũt hanc eis ſine regeneratione defendunt, uidentur mihi *na eccleſia*
ipſum baptiſmũ uelle caſſare,cũ prædicant hos habere quod in eos creditur nõ niſi baptiſ/ *credidit Eu/*
mate conferendũ. Si ergo nihil uolunt officere non renaſci, fateantur neceſſe eſt nec regene *chariſtiã par*
rationis ſacra fluenta prodeſſe. Verum ut ſuperfluorũ hominũ praua doctrina celeri ueri/ *uulis neceſſa/*
tatis poſſit ratione diſcindi,proclamat hoc dominus in euangelio dicens, Sinite infantes & *riam.*
nolite eos prohibere à me,taliũ eſt enim regnũ cœlorũ,Quare Pelagiũ Cœleſtiumq́,id eſt *Matth. 19*
inuentores uocũ nouarũ,quæ ſicut dixit apoſtolus,ædificationis nihilum ſed magis uaniſſi/ *2. Timoth. 2.*
mas cõſueuerunt parere quæſtiones,eccleſiaſtica cõmunione priuari, apoſtolici uigoris au/
toritate cenſemus,donec reſipiſcãt de diaboli laqueis,à quo captiui tenentur ſecundũ ipſius
uoluntatẽ,eosq́ interim dominico ouili non recipi, quod ipſi peruerſæ uiæ ſecuti tramitem
deſerere noluerunt.Abſcindendi ſunt enim qui uos conturbãt,& uolunt conuertere euange
liũ Chriſti.Simul aũt præcipimus ut quicunq́ id pertinacia ſimili defendere nituntur, par
eos uindicta conſtringat.Nõ ſolum enim qui faciunt,ſed etiã qui conſentiunt faciẽtibus,qa
nõ multũ intereſſe arbitror,inter cõmittẽtis animũ, & conſentiẽtis fauorẽ. Addo amplius,
Plerunq́ dediſcit errare,cui nemo conſentit.Hæc ergo fratres chariſſimi in ſupradicta ma/
neant fixa ſententia,abſint atrijs domini,careant cuſtodia paſtorali,ne duarũ ouiũ dira cõ/
tagia ſerpant forſitan per uulgus incautum , rapaciq́ lupus corde lætetur intra ouile domi
nicũ tantas ouium fuſas cateruas, dũ à cuſtodibus diſſimulanter habetur uulnus duarum.
Proſpiciendum eſt ergo ne permittendo lupos mercenarij magis uideamur eſſe q̃ paſto/
res.Iubemus ſanè quoniã Chriſtus dominus propria uoce ſignificauit,nolle ſe mortẽ mori
entis,tantum ut reuertat & uiuat, ſi unq́ ſani depoſito praui dogmatis errore reſipuerint,
dãnarintq́ue ea quorũ ſe ipſi præuaricatione damnarunt, eis medicinam ſolitam,id eſt re/
B ceptaculum ſuum ab eccleſia non negari, ne dum eos redeuntes forſitan prohibemus, uere
extra ouile remanentes,expectantis hoſtis rabidis faucibus glutiantur, quos in ſemetipſis
ſpicula malæ diſputationis armauit.Bene ualete,Datũ VI . Kalen. Februarias.Honorio &
Conſtantio uiris clariſſimis conſulibus.

Auguſtinus Hilario de Pelagio duobus cõciliis damnato. Epiſt. XCIIII.

DOMINO beatiſſimo & in Chriſti ueritate uenerãdo fratri & cõſacerdoti Hilario,
Auguſtinus in domino ſalutẽ. Honorabilis filius noſter Palladius cũ de noſtro li
tore nauigaret,beneficiũ poſcendo magis dedit, ut nõ ſolũ eũ benignitati tuæ,ue/
rũctiã meipſum tuis oratiõibus cõmendarem,domine beatiſſime & in Chriſti charitate ue
nerãde frater.Quod cũ facio, pfecto & ſanctitas tua faciet quod de te ambo præſumimus.
Quæ aũt circa nos ſint, quoniã ſcio dilectionẽ ueſtrã pro nobis,ſicut & noſtrã pro uobis eſ
ſe ſolicitam, à memorato perlatore audiet ſynceritas tua. Veruntamẽ quod maxime neceſ
ſarium eſt breuiter dicam: Noua quædã hæreſis inimica gratiæ Chriſti cõtra eccleſiã Chri/
ſti conat exurgere,ſed nõdum euidẽter ab eccleſia ſeparata eſt, hominum ſcilicet qui tantũ
audent infirmitati humanæ tribuere poteſtatis,ut hoc ſolum ad dei gratiam pertinere con/
tendant, q cum libero arbitrio & non peccandi poſſibilitate creati ſumus , & dei mandata
quæ à nobis implerentur accepimus. Cæterum ad eadem mandata ſeruanda & implen/
da nullo diuino adiutorio nos egere. Neceſſariam uero nobis eſſe remiſſionem peccato/
rũ,quia ea quæ à nobis in præteritũ malefacta ſunt, infecta facere non ualemus, Cauendis
aũt futuris uincendiſque peccatis, omnibusq́ tentationibus uirtute ſuperandis, ſine ullo
deinceps adiutorio gratiæ dei naturali poſſibilitate humanam ſufficere uoluntatem, nec
paruulos indigere gratia ſaluatoris , qua per eius baptiſmum à perditione liberentur,eo
quod nullum ex Adam contagium damnationis attraxerint. Quàm ſint hæc inimica gra/
tiæ Chriſti,quæ per Ieſum Chriſtũ dominum noſtrum humano generi indulta eſt,quẽad/
modum totius fidei Chriſtianæ fundamenta euertere moliantur, apud uos tacere non de/

buimus,ut eiuſmodi homines,quos quidem ſanari in eccleſia quá ex illa reſecari magis uo- C
lumus & optamus,cura paſtorali caueatis.Iam enim cum iſta ſcriberem cognoueramus in
eccleſia Carthaginenſi aduerſus eos epiſcopalis concilij conditum fuiſſe decretum, per epi-
ſtolam ſancto & uenerabili papæ Innocentio dirigendum,& nos de concilio Numidiæ ad
eandem apoſtolicam ſedem iam ſimiliter ſcripſeramus. Omnes enim qui ſpem habemus
in Chriſto,huic peſtiferæ impietati reſiſtere,eaq; concorditer damnare & anathematiza-
re debemus: quæ contradicit etiam orationibus noſtris, Cõcedens quidem ut dicamus:Di-
Matth.6 mitte nobis debita noſtra,ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris, & hoc ita cõcedens,
ut aſſerat hominẽ in hoc corruptibili corpore quod aggrauat animã poſſe ſuis uiribus ad
tantam iuſticiam peruenire,ut neq; hoc illi ſit dicere neceſſarium, Dimitte nobis debita no
ſtra:Illud uero quod ſequitur, Ne nos inferas in tentationem, non ſic accipiunt tanq; deus
orandus ſit,quo nos ad ſuperandas tentationes adiuuet peccatorum,ſed ne quiſquã irruẽs
corporaliter nos humanus caſus affligat,quoniam peccatorũ tẽtationes uincere ita ſit iam
in noſtra poſitum poteſtate poſſibilitate naturæ, ut hoc inaniter impetrandum orantibus
arbitremur.Non poſſumus una epiſtola breui omnia uel plurima tantæ impietatis argu-
menta colligere,præſertim quia cum iſta conſcriberem,perlatores nauigaturi me immorari
diutius non ſinebant.Puto autem oneroſum me nõ fuiſſe ſanctis ſenſibus tuis,quod de tan
to malo omniumq; uigilantia domino adiuuante uitando tacere non potui.

Aurelius alijq; epiſcopi inter quos Auguſtinus Innocentio Papæ, de Pelagio quem
audierat iam ad presbyterij honorẽ euectum. Videtur Auguſtinus,cuius hauddubie
huius epiſtolæ ſtilus eſt,uelle mitigare ſententiam in Pelagium latam,ne irritatus ex-
citaret maius incendium: oſtendit autem quibus modis mederi poſſet ſcandalo per
ipſum exorto,uel negando librum eſſe ipſius, uel dicendo quædam ab alijs admixta,
uel explicando quæ diſcipuli perperam interpretabantur. Epiſt. XCV.

2.Retrac.50 DOMINO beatiſſimo meritóq; honorandiſſimo fratri Innocentio papæ,Aure-
lius,Alipius,Auguſtinus, Euodius,& Poſſidius ſalutem. De concilijs duo D
bus prouinciæ Carthaginenſis atq; Numidiæ,ad tuam ſanctitatem à non par
uo epiſcoporum numero ſubſcriptas litteras miſimus contra inimicos gratiæ
Chriſti, qui confidunt in uirtute ſua,& creatori noſtro quodammodo dicunt, Tu nos feci-
ſti homines: iuſtos autem ipſi nos fecimus, Qui naturam humanam ideo dicunt liberam
ne quærant liberatorem,ideo ſaluam ut ſuperfluum iudicent ſaluatorem. Tantum enim di
cunt ualẽtem,ut ſuis uiribus in origine ſuæ creationis acceptis, poſſit per liberũ arbitrium,
nihil ulterius adiuuãte illius gratia qui creauit,domare & extinguere omnes cupiditates ten
Pſal.3 tationeſq; ſuperare,Multiq; eorum inſurgunt aduerſum nos,& dicunt animæ noſtræ non
2.Cor.12 eſt ſalus illi in deo eius,Familia Chriſti quæ dicit,quũ infirmor tunc potens ſum,& cui dicit
Pſal.34 dominus eius:Salus tua ego ſum,ſuſpenſo corde cum timore & tremore adiutorium domi
ni etiam per charitatẽ tuæ uenerationis expectat.Audiuimus enim eſſe in urbe Roma,ubi
ille diu uixit,nõnullos qui diuerſis cauſis ei faueant,quidam ſcilicet quia uos talia perſuaſiſſe
perhibent,plures uero qui eum talia ſentire non credunt, præſertim quia in oriente ubi de-
git,geſta eccleſiaſtica facta eſſe iactantur, quibus putatur eſſe purgatus:ubi quidem ſi epi-
ſcopi eum catholicum pronunciarunt,non ob aliud factum eſſe credendum eſt, niſi quia ſe
dixit dei gratiam confiteri, & ait poſſe hominem ſuo labore ac uoluntate iuſte uiuere, ut
ad hoc adiuuari dei gratia non negaret.His enim auditis uerbis,catholici antiſtites nullam
aliam dei gratiam intelligere potuerũt,niſi quam in libris dei legere & populis dei prædica-
Galat.2 re cõſueuerunt,Eam utiq; de qua dicit apoſtolus:Non irritã facio gratiam dei, Nam ſi per
legem iuſticia,ergo Chriſtus gratis mortuus eſt:ſine dubio gratiã qua iuſtificamur ab ini-
quitate,& qua ſaluamur ab infirmitate,non qua creati ſumus cum propria uolũtate.Nam
ſi intellexiſſent illi epiſcopi eam illum dicere gratiam quam etiam cum impijs habemus,
cum quibus homines ſumus,negare uero eam qua Chriſtiani & filij dei ſumus, quis eum
patienter catholicorum ſacerdotum non dicimus audiret, ſed ante oculos ſuos ferret?

Quapropter

A Quapropter non culpandi sunt iudices,quia ecclesiastica cõsuetudine nomen gratiæ audie/
rũt,nescientes qd huiusmodi homines,uel in suæ doctrinæ libris,uel in suorũ solẽt auribus
spargere.Nõ agit̃ de uno Pelagio q iã fortasse correctus est, qd̃ utinã ita sit,sed tã multis,
quibus loquaciter cõtendentibus,& infirmas atq; ineruditas animas uelut cõuictas trahẽti/
bus,firmas aũt & in fide stabiles ipsa cõtentione fatigantibus usq;quaq; iam plena sunt o/
mnia.Aut ergo à tua ueneratione acciendus est Romam, & diligenter interrogandus, quã
dicat gratiam qua fateatur,si tamen iam fateatur,ad non peccandum iusteque uiuendũ ho
mines adiuuari.Aut hoc ipsum cum eo per litteras agendum,& cum inuentus fuerit hãc di
cere quã docet ecclesiastica & apostolica ueritas,tunc sine ullo scrupulo ecclesiæ,sine latibulo
ambiguitatis ullius absoluendus est, tunc est reuera de eius purgatione gaudendum. Si/
ue enim gratiã dixerit esse liberum arbitrium,siue gratiam esse remissionem peccatorum,si
ue gratiam esse legis præceptum,nihil eorum dicit quod per subministrationẽ spiritussan/
cti pertinet ad concupiscentias tentationésq; uincẽdas, quẽ ditissime effudit in nos,qui ascẽ
dit in cœlũ & captiuauit captiuitatẽ dedit dona hominibus.Hinc enim oramus ut peccato
rũ tentationẽ superare possimus,ut spiritus dei unde pignus accepimus,adiuuet infirmitatẽ
nostrã,Qui aũt orat & dicit,Ne nos inferas in tentationẽ,non utiq; id orat ut homo sit qd̃
est natura,neq; id orat ut habeat liberum arbitriũ quod iam accepit cũ crearetur ipsa natu/
ra,neq; orat remissionem peccatorum,quia hoc superius dicitur, Dimitte nobis debita no/
stra,neq; orat ut accipiat mandatum.Si enim in tentationem inductus fuerit,hoc est in tẽ/
tatione defecerit,facit utiq; peccatũ quod est cõtra mandatum.Orat ergo ut non peccet,hoc
est ne quid faciat mali,quod pro Corinthijs orat apostolus Paulus dicens, Oramus aũt ad 2.Cor.13.
dominum ne quid faciatis mali. Vnde satis apparet q; ad non peccandũ id est ad nõ male
faciendum,quãuis esse non dubitetur arbitrium uoluntatis,tamen eius potestas non suffici
at nisi adiuuetur infirmitas.Ipsa igitur oratio,clarissima est gratiæ testificatio.Hanc ille con
B fiteatur,& eum gaudebimus,siue rectum siue correctum.Distinguẽda est lex & gratia. Lex
iubere nouit,gratia iuuare.Nec lex iuberet nisi esset uoluntas, nec gratia iuuaret si sat esset
uolũtas. Iubetur ut habeamus intellectũ,ubi dicit̃,Nolite esse sicut equus & mulus quibus Psal.31.118.
non est intellectus:& tamẽ oramus ut habeamus intellectũ,ubi dicitur, Da mihi intellectũ
ut discam mandata tua.Iubetur ut habeamus sapientiam, ubi dicit̃,Si quis aũt uestrum in Iacobi 1.
diget sapientia postulet à deo qui dat omnibus affluenter,& non improperat & dabitur ei.
Iubetur ut habeamus continentiã,ubi dicitur,Cũ scirem quia nemo potest esse continẽs ni/
si deus det,& hoc ipsum erat sapientia scire cuius esset hoc donũ,adij dominum & depreca/ Sapien.8
tus sum eũ.Postremo ne nimium longũ sit cuncta percurrere,iubetur ut non faciamus ma/
lũ,ubi dicitur,Declina à malo:& tamen oratur ut non faciamus malũ,ubi dicitur, Oramus Psal.36
aũt ad dominum ne quid faciatis mali. Iubetur ut faciamus bonũ, ubi dicitur,Et fac bonũ,
& tamen oratur ut faciamus bonum,ubi dicitur,Non cessamus pro uobis orantes & postu Colos.1
lantes, Atq; inter cætera pró illis orans dicit, Vt ambuletis digne deo in omne placitum,
in omni opere & sermone bono. Sicut ergo agnoscimus uoluntatem cum hæc præcipiun/
tur, sic & ipse agnoscat gratiam cum petuntur. Misimus reuerentiæ tuæ librum quem dede
runt quidã religiosi & honesti adolescentes serui dei, quorũ etiã nomina non tacemus, Nã
Timasius & Iacobus uocant̃:qui sicut audiuimus etiã nosse dignaris ipsius Pelagij exhorta
tione spem quam habebant in seculo,reliquerunt,& nunc continenter deo seruiũt. Qui cum
eodem errore tandem aliquando per qualẽcunq; operam nostram domino inspirante ca
ruissent,protulerunt eundem librum Pelagij esse dicentes,& ut ei responderetur impendio
rogauerũt.Factũ est,Ad eosdem rescripta est ipsa responsio,Agentes gratias rescripserunt.
Vtrunque misimus, & cui responsum est, & quod respõsum est. Et ne nimium essemus
oneroси, signa fecimus his locis, ubi petimus inspicere non graueris, quemadmodum si/
bi obiecta quæstione,quod gratiam dei negaret, ita respondit, ut eam esse non diceret ni/
si naturam in qua nos condidit deus.Si autem hunc esse suum librum negat,aut eadẽ in li/

bro

bro loca,non contendimus,anathematizet eā, & illam confiteatur apertiſſime gratiā quā C
doctrina Chriſtiana demonſtrat & prædicat eſſe propriam Chriſtianorum, quæ non eſt
natura,ſed qua ſaluatur natura, non auribus ſonante doctrina uel aliquo adiumento uiſi/
bili, ſicut plantatur quodammodo & irrigatur extrinſecus, ſed ſubminiſtratione ſpiritus &
occulta miſericordia, ſicut facit ille qui dat incrementum deus. Et ſi enim quadam non im/
probanda ratione dicitur gratia dei qua creati ſumus, ut non nihil eſſemus, nec ita eſſe/
mus aliquid ut cadauer quod non uiuit, & arbor quæ nō ſentit,aut pecus quod non intelli/
gratia natu/ra dicitur. git,ſed homines qui & eſſemus,& uiueremus, & ſentiremus,& intelligeremus,& de hoc tā/
to beneficio creatori noſtro gratias agere debeamus :unde merito & iſta gratia dici poteſt,
quia non præcedētium aliquorū operum meritis,ſed gratuita dei bonitate donata eſt: alia
eſt tamē qua prædeſtinati uocamur,iuſtificamur,glorificamur,ut dicere poſſimus, Si deus
Roma.8 pro nobis,quis contra nos? Qui filio ſuo proprio non pepercit,ſed pro nobis omnibus tra/
didit eum. De hac gratia quæſtio uertebatur quando ab his quos Pelagius grauiter offen/
debat atq; turbabat,dicebatur ei q; eā ſuis diſputatiōibus oppugnaret, quibus aſſereret nō
ſolū ad facienda,uerūetiam ad perficienda mandata diuina per liberum arbitrium huma/
nā ſibi ſufficere naturā. Hanc apoſtolica doctrina gratiam iſto nomine appellat,qua ſalua/
mur & iuſtificamur ex fide Chriſti. De hac ſcriptum eſt,Non irritam facio gratiā dei. Nam
Gal.2:5 ſi per legē iuſticia,ergo Chriſtus gratis mortuus eſt? De hac ſcriptum eſt, Euacuati eſtis in
Roma.11.4. Chriſto,qui in lege iuſtificamini a gratia excidiſtis. De hac ſcriptum eſt, Si aūt gratia iam
non ex operibus,alioquin gratia nō eſt gratia. De hac ſcriptum eſt, Ei aūt qui operat̄ mer
ces non imputatur ſecūdū gratiā,ſed ſecundū debitū. Ei aūt qui non operatur, credenti aūt
in eum qui iuſtificat impium,reputatur fides eius ad iuſticiā. Et multa alia, quæ melius po/
tes ipſe meminiſſe, & intelligere prudentius & illuſtrius prædicare. Illam uero gratiam qua
creati ſumus homines ,etiā ſi ita appellandam nō immerito intelligimus, mirū eſt tamen ſi
ita appellatā in ullis legitimis propheticis, euangelicis,apoſtolicisq; litteris legimus. Cū ita D
q; de hac gratia Chriſtianis fidelibus catholicisq; notiſſima, illi obiiceretur quæſtio, ut eā
oppugnare deſineret,quid eſt quod cū hæc ſibi in libro ſuo uelut aduerſante perſona idem
ipſe obieciſſet,ut ſe reſpondendo purgaret,nihil aliud reſpondit,niſi naturam creati homi/
nis referri gratiam creatoris,atq; ita ſe dicere ſine peccato implere poſſe iuſticiam per liberū
arbitriū cū adiutorio diuinæ gratiæ,q; deus hoc dederit homini ipſa poſſibilitate naturæ?
Cui merito reſpondetur,Ergo euacuatum eſt ſcandalum crucis, ergo Chriſtus gratis mor/
tuus eſt. Nō enim ſi nō moreretur propter delicta noſtra,& reſurgeret propter iuſtificatio/
Pſal.67. nē noſtrā,nec aſcendens in altum captiuans captiuitatē daret dona hominibus,iſta naturæ
poſſibilitas quā defendit,in hominibus nō eſſet. An forte dei mandatū deerat,& ideo Chri
Exo.20. ſtus mortuus eſt:imò iā & hoc erat ſanctum & iuſtū & bonū. Iam dictū fuerat, Nō concu
Matth.22 piſces. Iā dictum fuerat, Diliges proximū tuū tanq; teipſum. In quo ſermone apoſtolus o/
mnē legē dicit impleri. Et quoniam niſi diligat deū nemo diligit ſeipſum, ideo dominus in
his duobus præceptis, totā legem prophetasq; dicit pendere. Quæ duo præcepta iam erāt
hominibus diuinitus data. An æternū præmiū iuſticiæ promiſſum nondū erat? Hoc ipſe
non dicit,qui in ſuis litteris poſuit etiam in uetere teſtamēto regnū cœlorū eſſe promiſſum.
Si ergo ad faciendam perficiendamq; iuſticiam, iā erat naturæ poſſibilitas per liberū arbi/
trium,iā erat legis dei ſanctū & iuſtū bonūq; mandatū, iam erat promiſſum præmiū ſem
piternū,ergo Chriſtus gratis mortuus eſt. Ergo neq; per legē iuſticia neq; per naturæ poſſi
bilitatem,ſed ex fide & dono dei per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, unū mediatorē
dei & hominū:qui niſi in plenitudine tēporis mortuus eſſet propter delicta noſtra,& reſurr/
rexiſſet propter iuſtificationem noſtram, profecto & antiquorum fides euacuaretur & no/
ſtra. Fide uero euacuata,quæ homini iuſticia remaneat, cum iuſtus ex fide uiuat? Ex quo e/
nim per unum hominem peccatum intrauit in mundum,& per peccatum mors, & ita in o/
mnes homines pertranſijt in quo omnes peccauerūt, proculdubio à corpore mortis huius,

ubi

A ubi alia lex repugnat legi mentis,neminem liberauit aut liberat ſua poſſibilitas,quæ perdi
ta redemptore indiget,ſaucia ſaluatore, ſed gratia dei per fidē unius mediatoris dei & ho/
minum,hominis Chriſti Ieſu,qui & deus cum eſſet,hominem fecit,& manens deus, homo
factus refecit ipſe quod fecit. Puto aūt quod eū lateat fidem Chriſti quæ poſtea in reuelati
onem uenit,in occulto fuiſſe temporibus patrū noſtrorum, per quam tamen etiam ipſi dei
gratia liberati ſunt quicunq; omnibus generis humani temporibus liberari potuerunt,oc/
culto iudicio dei,non tamen uituperabili. Vnde dicit apoſtolus, Habentes autem ſpiritum 2.Cor.4.
fidei,utiq; eundem quem & illi ſecundum quod ſcriptū eſt , Credidi propter quod & locu
tus ſum,& nos credimus propter quod & loquimur.Inde eſt quod ait ipſe mediator,Abra Ioan.8.
hā pater uester concupiuit uidere diem meum, & uidit & gauiſus eſt.Inde Melchiſedech ꝑ Gene.14.
lato ſacramento menſæ dominicæ,nouit æternum eius ſacerdotium figurare.Iam uero da/
ta in litteris lege,quam dicit apoſtolus ſubintraſſe ut abūdaret delictum, & de qua dicit,Si Gala.3.
ergo ex lege hæreditas,iam non ex promiſſione. Abrahæ autem per repromiſſionē dona/
uit deus.Quid autem lex? Tranſgreſſionis gratia propoſita eſt donec ueniret ſemē,cui pro/
miſſum eſt diſpoſitum per angelos in manu mediatoris, Mediator autem unius non eſt,
deus autē unus eſt.Lex ergo aduerſus promiſſa dei? Abſit. Si enim data eſſet lex quæ poſ/
ſet uiuificare,omnino ex lege eſſet iuſticia.Sed concluſit ſcriptura omnia ſub peccato,ut pro
miſſio ex fide Ieſu Chriſti daretur credentibus: Nónne ſatis oſtenditur hoc actum eſſe per
legem,ut peccatum agnoſceretur & præuaricatione augeretur? Vbi enim lex nō eſt,nec præ Roma.4.
uaricatio, & ſic aduerſus uictoriam peccati ad diuinam gratiam quæ in promiſſionibus eſt
confugeretur:atq; ita lex non eſſet aduerſus promiſſa dei,quia ideo per illā fit cognitio pec/
cati,& ex præuacatione legis abundantia peccati,ut ad liberationem quærantur promiſſio/
nes dei,quod eſt gratia dei, & incipiat eſſe in homine iuſticia,non ſua ſed dei,hoc eſt data
dono dei.Quam etiam nunc quidam ſicut tunc de Iudæis dictum eſt,Ignorantes dei iuſti/ Roma.10.
B ciam,& ſuam uolentes conſtituere,iuſticiæ dei non ſunt ſubiecti.Per legem quippe & illi iu/
ſtificari ſe arbitrantur,ſufficiente ſibi ad eam cuſtodiendam libero arbitrio, hoc eſt iuſticia
ſua prolata ex natura humana,non donata ex gratia diuina propter quod iuſticia dei dici/
tur. Vnde item ſcriptum eſt,Per legem enim cognitio peccati.Nunc autem ſine lege iuſticia
dei manifeſtata eſt,teſtificata per legem & prophetas . Cum dicit manifeſtata eſt,oſtendit
quia tunc erat,ſed tanc̄ꝫ illa pluuia quam Gedeon impetrauit, tunc uelut in uellere occulta,
nunc autem uelut in area manifeſtata. Cum ergo lex ſine gratia non mors peccati potuiſſet
eſſe ſed uirtus,ſic enim dictum eſt:Aculeus mortis peccatum,uirtus autem peccati lex,Sicut 1.Cor.15.
confugiunt multi à facie regnantis peccati ad gratiam uelut aream nunc patentem,ita pau/
ci ad eam confugiebant uelut in uellere tunc latentem . Hæc uero temporum diſtributio re/
fertur ad altitudinem diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ dei,de qua dictum eſt, Quàm inſcru/
tabilia ſunt iudicia eius & inueſtigabiles uiæ eius. Quapropter ſi & ante tempus legis & tē/ Roma.11.
pore ipſo legis iuſtos patres & ex fide uiuentes, nō poſſibilitas naturæ infirmæ & indignæ
ac uiciatæ & ſub peccato uenūdatæ , ſed dei gratia per fidem iuſtificat, & nunc eadem in a/
pertum iam ueniens reuelata iuſtificat. Anathemet ergo Pelagius ſcripta ſua, ubi contra
eam,& ſi non per contumaciam , tamen per ignorantiam diſputat, poſſibilitatem defen/ παλιῳδία.
dendo naturæ ad uincenda peccata & implenda mandata, Aut ſi ſua eſſe negat, aut ſcri/
ptis ſuis ab inimicis ſuis dicit immiſſa quæ ſua negat , anathemet ea tamen & damnet pa/
terna exhortatione & autoritate ſanctimoniæ tuæ. Si uult, ergo oneroſum ſibi,& pernicio/
ſum eccleſiæ diſcat ſcandalum auferre, quod ſcandalum auditores & in peruerſum dilecto/
res eius uſqꝫ quaqꝫ ſpargere non quieſcunt. Si enim cognouerint eundem librum quē illius
uel putant eſſe uel norūt,epiſcoporum catholicorum autoritate & maxime ſanctitatis tuæ,
quam apud eum eſſe maioris ponderis minime dubitamus,ab eodem ipſo anathematum
atque damnatū,non eos ulterius exiſtimamus auſuros loquendo cōtra gratiam dei , quæ
reuelata eſt per paſſionē & reſurrectionē Chriſti, pectora fidelia & ſimpliciter Chriſtiana

turbare

turbare:ſed potius adiuuante miſericordia domini, cõcertantibus nobiſcũ charitate ac pie/ C
tate flagrantibus orationibus tuis,nõ ſolum ut in æternũ beati,uerumetiam iuſti & ſancti
ſint,non in ſua uirtute,ſed in eadẽ gratia confiſuros. Vnde & ad ipſum ſcriptam ab uno no
ſtrum epiſtolã,ad quem per quendã orientalem diaconum,ciuem autẽ Hipponenſem tan
quam purgationis ſuæ quædam ſcripta trãſmiſit,tuæ beatitudini potius credimus dirigen
dam,melius iudicantes & petentes ut eam ei mittere ipſe digneris. Sic enim eam legere po/
tius nõ dedignabitur,magis in illa eum qui miſit q̃ qui ſcripſit attendens. Illud uero quod
dicunt poſſe hominẽ eſſe ſine peccato,& mandata dei facile cuſtodire ſi uelit,quamuis cum
hoc per adiutorium gratiæ,quæ tamen per incarnationẽ unigeniti eius reuelata atq; dona
ta eſt dicitur,tolerabilius dici uideatur,tamen quoniã non immerito mouere poteſt, ubi &
quando per eandẽ gratiam id efficiatur in nobis ut ſine ullo prorſus peccato ſimus,utrũ in
hac uita quando caro cõcupiſcit aduerſus ſpiritũ,an in illa cũ fiet ſermo qui ſcriptus eſt: Vbi
eſt mors uictoria tua, ubi eſt mors aculeus tuus,aculeus enim mortis eſt peccatum:diligen
tius pertractandum propter alios quoſdã qui ſenſerunt,atq; in ſuis litteris memoriæ man/
dauerunt,etiã in hac uita eſſe poſſe homines ſine peccato,non ab initio natiuitatis ſuæ, ſed
conuerſione à peccatis ad iuſticiã, & à uita reproba ad bonam uitã. Sic enim intellexerunt
Luc.1 quod de Zacharia & Helizabet ſcriptũ eſt,ambulaſſe eos in omnibus iuſtificationibus do
mini ſine querela. Hoc quod dictũ eſt,ſine querela,ſine peccato dictũ acceperunt,nõ quidẽ
negantes,imò etiã quod alĳs locis in litteris eorũ inuenitur,pie confitentes adiutorium gra
tiæ domini noſtri,non per naturalẽ ſpiritũ hominis,ſed per principalem ſpiritũ dei, qui pa
rum uidentur cõſideraſſe ipſum Zachariã fuiſſe utiq; ſacerdotẽ. Omnes autẽ tunc ſacerdo
tes neceſſe habebãt ex lege dei primitus pro peccatis ſuis offerre ſacrificium,deinde pro po
pulo,ſicut nunc per orationis ſacrificium cõuincimur, non eſſe ſine peccato,quoniã iuſſi ſu/
mus dicere: Dimitte nobis debita noſtra, Ita & tunc per ſacrificia uictimarũ animaliũ con/
uincebantur ſacerdotes ſine peccato non eſſe qui pro ſuis peccatis iubebãtur offerre. Quod D
ſi res ita ſe habet,ut per gratiam ſaluatoris proficiamus quidem in hac uita,deficiente cupi/
ditate,creſcente charitate,perficiamur autem in illa uita, cupiditate extincta,charitate com
1.Ioan.3 pleta,profecto illud quod ſcriptũ eſt: Qui natus eſt ex deo non peccat,ſecundũ ipſam chari
tatem dictũ eſt,quæ ſola nõ peccat. Ad natiuitatem quippe quæ ex deo eſt,augẽda & perfi
cienda pertinet charitas,nõ ea quæ minuenda eſt & cõſumenda cupiditas,quæ tamẽ quan
diu eſt in mẽbris noſtris,lege quadam ſua repugnat legi mentis. Sed natus ex deo nec obe/
Rom.7 diens deſiderĳs eius nec exhibens membra ſua arma iniquitatis peccato,poteſt dicere: Iam
non ego operor illud,ſed illud quod habitat in me peccatum. Sed quoquomodo ſe habeat
iſta quæſtio, quia &ſi non inuenitur homo in hac uita ſine peccato, id tamen dicitur poſſe
Error tolera bilis. fieri per adiutorium gratiæ & ſpiritus dei,quod ut fiat conandum atq; poſcendũ eſt,tolera
biliter in id quiſq; fallitur: nec diabolica impietas, ſed error humanus eſt, elaboranda & o/
ptanda affirmare,etiã ſi quod affirmat non poſſit oſtẽdere. Id enim credit fieri poſſe quod
certe laudabile eſt uelle. Nobis autem ſufficit quod nũllus in eccleſia dei fidelium reperitur
in quolibet profectu excellentia atq; iuſticia, qui ſibi audeat dicere non neceſſariam preca/
tionem orationis dominicæ: Dimitte nobis debita noſtra,& dicat ſe nõ habere peccatum,
ἁμεμπτοι. ne ſeipſum decipiat & ueritas in eo non ſit,quãuis iam ſine querela uiuat, Non enim qua/
lecunq; etiam tentationis humanæ,ſed graue peccatum eſt quod in querelam uenit. Cæte/
ra quæ illi obiecta ſunt,ſicut geſtis defenſa peruiderit,ita de his proculdubio tua beatitudo
iudicabit. Dabit ſanè nobis ueniam ſuauitas mitiſſima cordis tui,quod prolixiorem epiſto
lam fortaſſis quàm uelles tuæ miſimus ſanctitati. Non enim riuulum noſtrũ tuo largo fon
ti augendo refundimus,ſed in hac non parua tentatione temporis unde nos liberet cui dici
mus, Ne nos inferas in tẽtationem,utrum etiam noſter licet exiguus ex eodem quo etiam
tuus abundans emanet capite fluentorum, hoc à te probari uolumus tuiſq; reſcriptis de
communi participatione unius gratiæ conſolari.

Innocentius

Innocentius superiori respondet,suo more,sæuus potius quàm eruditus, & ad damnandum quàm docendum instructior. Epistola. XCVI.

INNOCENTIVS Aurelio,Alipio,Augustino,Euodio,Possidio episcopis salutem. Fraternitatis uestræ litteras plenas fidei totoq; religionis catholicæ uigore firmatas à duobus missas concilijs per fratrem & coëpiscopũ nostrum Iuliũ pergrato suscepimus animo,quod earum tenor omnisq; contectio est in consideratione quotidianæ gratiæ dei, & in eorum correctione qui contra sentiunt, integra ratione constitit,ut & illis omnem tollere possit errorem,& idoneum dato cuiuis nostræ legis exemplo, quem sequi debeat dignum possint præbere doctorem.Sed de his iam satis,ut opinor,supradiximus,cum uestris relationibus respondentes rescripsimus,quid uel de illorum perfidia,uel de uestra sententia sentiremus.Sed subinde cõtra eos subuenit & suppeditat quod dicatur,nec potest aliquando esse quod uincat,cum tam miserum impiumq; sit quod nostræ fidei uirtute & ipsa plenius ueritate uincatur. Qui enim omnẽ uitæ spem respuit, atq; contempsit,inimica damnabili cor suum disputatione confundẽs, cum credit nihil esse qd à deo accipiat,nec aliquid superesse quod petat ad sanandum se qui sibi hoc abstulit ulterius quid relinquit? Si ergo sunt aliqui quos in sui defensionem peruersitas tanta deuinxit, qui huic se dogmati dant atq; coniugant, sperantes hoc ad catholicam pertinere doctrinam,quod abhorrens longius & penitus approbatur aduersum, infecti illorum & monitis & uerbis ut laberentur inducti,quatenus ad rectum uiæ tramitem redeant festinabunt, ne diutius mentem obsidens uelut eorum sensibus pastus error inuadat. Nam si Pelagius quocunq; restitit loco,eorum animos qui facile uel simpliciter crederẽt disputanti hac affirmatione decepit:seu hac illi in urbe sint,quod nescientes nec manifestare possumus, nec negare,cum &si sunt lateant, nec aliquando audeant,uel illum prædicantem ista defendere,uel talia aliquo nostrorum præsente iactare, & in tanta populi multitudine deprehendi
B aliquis facile,nec alicubi possit agnosci:siue in quouis terrarum loco degant,dei nostri misericordia gratiaq; credimus quod facile corrigantur,audita eius damnatione qui fuerit pertinax & resistens huius dogmatis autor inuentus:nec interest ubi isti fuerint,dum ubicũq; inueniri potuerint sint sanandi. Nobis tamen nec persuaderi potest eum esse purgatum, cuius ad nos à nostris quibusdã laicis sint gesta perlata,quibus ille auditum se crederet & absolutum,quæ utrum uera sint dubitamus,quod sub nulla illius prosecutione uenerunt, nec eorum aliquas accepimus de hac re litteras apud quos istius rei iste præstitit causas. Quod si de sua ille potuisset purgatione confidere,hoc magis credimus quod egisset,quod multo uerius esse potuerat, ut illos cogeret epistolis suis quid iudicauerunt indicare uerum:cum sint aliqua in ipsis posita gestis,quæ obiecta partim ille uitando suppressit, partim multa in se uerba retorquendo tota obscuritate confudit, aliqua magis falsis argumentis quàm uera ratione,ut ad tempus poterat uideri,purgauit negando,alia falsa interpretatione uertendo.Sed utinam, quod optandum magis est,etiam se ille ad ueram fidei uiam ab illo sui tramitis errore conuertat,ut cupiat uelitq; purgari, considerãs quotidianam dei gratiam,adiutoriumq; cognoscens, ut uideatur uerum & approbetur ab omnibus manifesta ratione correctus,non gestorum iudicio,sed ad catholicam fidem corde cõuerso. Vnde non possumus illorum nec culpare nec approbare iudicium, cum nesciamus utrum uera sint gesta,aut si uera sunt,illum constet magis subterfugisse, quàm se tota ueritate purgasse. Qui si confidit nouitq; non nostra dignum esse damnatione,quod dicat iam totum hoc se refutare quod dixerat, non à nobis accersiri, sed ipse debet potius festinare ut possit absolui. Nam si adhuc taliter sentit,quando se nostro iudicio quibusuis acceptis litteris cum sciat damnandum esse,committet? Quod si accersendus esset, ab his melius fieret,qui magis proximi & non longo terrarum spacio uidentur esse disiuncti: sed non deerit cura,si medicinæ præbeat ille materiam.Potest enim damnare quæ senserat, ac datis litteris erroris sui,ut regressum ad nos decet,ueniam postulare.Librum sanè qui eius esse diceretur no-

bis à uestra charitate transmissum euoluimus,In quo multa blasphemia, nihil quod placeret,nihil quod non penitus displiceret à quouis damnandum atq; calcandum, cui similia nisi qui ista scripserat nemo alter in mentem reciperet atq; sentiret.Nam hoc loco latius de lege disputare uelut coram posito repugnanteq; Pelagio necessarium esse non duximus, cum uobiscum totum scientibus pariq; nobiscum assensione gaudentibus colloquamur. Tunc enim melius hæc exempla ponuntur,quando cum his quos harum cõstat rerum imprudentes esse tractamus. Nam de naturæ possibilitate,de libero arbitrio,& de omni dei gratia & quotidiana gratia,cui non sit recte sentienti uberrimum disputare. Anathemati/zet ergo ista quæ sensit, ut illi qui eius sermonibus fuerant præceptisq; collapsi, quid tandem habeat fides uera cognoscant.Facilius enim reuocari poterunt,cum ista à suo senserint autore dãnari.Quod si ille pertinaciter in hac uoluerit impietate persistere,agendũ est qualiter uel his possit subueniri,quos nõ scelus huc sed magis error induxit:nec & illis hæc medicina pereat,cuius iste talem non admittit nec postulat curam. Deus uos incolumes custodiat fratres charissimi. Datum.v.Kalend.Februarias.

Innocentius Augustinum salutat tantum. Epistola. XCVII.

INNOCENTIVS Aurelio & Augustino episcopis. Acceptissimi mihi Germani compresbyteri illò recursus uacuus officio uestro esse nõ debuit. Per charos enim salutare charissimos,naturale quodammodo uidetur & consequens. Gaudere ergo in domino uestram germanitatem amãtissimi cupimus, & pro nobis paria ad deum uota rependere precamur,quia ut bene nostis,communibus & alteris plus agimus orationibus quàm singularibus aut priuatis.

Euodius Augustino proponit aliquot quæstiones. Epistola XCVIII.

EVODIVS episcopus,Augustino episcopo. Pridem quæstionem misi ad sanctitatem tuam. Vnam de ratione & deo, per Iobinum qui seruit ancillis dei. Alteram de corpore saluatoris,de quo æstimatur quod substantiã dei uideat. Tertiam dico nunc,Anima rationalis quam saluator cum corpore assumpsit, utrum in una de opinionibus est illis quæ proponuntur cum de animæ origine quæritur, si qua ibi potest ueritate fulciri:an quanquã rationalis sit, non tamen ex his speciebus quæ de animalium anima dicũtur,sed in alia habetur.Quartam interrogo, qui sunt illi spiritus
1.Petri.3 de quibus in epistola sua ponit Petrus testimonium de domino dicens:Mortificatus carne uiuificatus spiritu,in quo & eis qui in carcere erant spiritibus ueniens prædicauit,& cætera, hoc inferens quod in inferno fuerunt,& descendens Christus omnibus euangelizauit,omnesq; à tenebris & pœnis per gratiam liberauit,ut à tempore resurrectionis domini, iudicium expectetur exinanitis inferis. Quid ergo in hac re sanctitati tuæ uideaꝰ cupio nosse.

Augustinus Euodio, respondens ad duas quæstiones,quarum altera est de loco obscuro,primæ Petri tertio cap.altera de anima Christi. Epistola. XCIX.

DOMINO dilectissimo fratri & coẽpiscopo Euodio,Augustinus in domino salutem. Quæstio,quam mihi proposuisti ex epistola apostoli Petri,solet nos ut te latere non arbitror,uehementissime commouere,quomodo illa uerba accipienda sint tanq; de inferis dicta.Replico ergo tibi eandem quæstionem, ut siue ipse potueris,siue aliquem qui possit inueneris,auferas de illa atq; finias dubitationem meam. Quod si prior potuero cum id donauerit dominus, tibiq; impartiri ualuero, non fraudabo dilectionem tuam. Nunc autem quæ me ibi mouent intimabo, ut secundum hæc de illis uerbis apostolicis,uel ipse cogites,uel quem idoneum repereris cõsulas. Quum dixisset Christum mortificatum carne, uiuificatum spiritu, continuo subiecit: in quo & his qui in carcere erant conclusi spiritibus ueniens prædicauit,qui increduli fuerant aliquando, quando expectabant dei patientiam in diebus Noe cum fabricaretur arca,in qua pauci,id est octo animæ saluæ factæ sunt per aquam.Deinde subiunxit & ait:quod & uos nunc simili

A mili forma baptiſma ſaluos fecit. Mouet itaq; ſi apud inferos dominus quando mortuus
eſt in carcere concluſis ſpiritibus prædicauit, quid boni ſoli meruerint, ut dominus in infer-
no deſcenderet: & de iſtis tantum duobus dictum fuiſſe illi diuiti, Inter uos & nos chaos Luc. 16.
magnum firmatum eſt, ut hi qui uolunt hinc tranſire ad uos non poſſint, neq; inde huc
tranſmeare, neſcio utrum quiſquam ſit cui non uideatur abſurdum. Porrò ſi plures quàm
duo ibi erant, quis audeat dicere non ibi fuiſſe patriarchas & prophetas, quibus in ſcriptu-
ris dei iuſticiæ pietatiſq; tam inſigne teſtimonium perhibetur, qui tunc infideles fuerunt,
cum fabricaretur arca? Etenim poſt tempora Noe, multa milia tot gentium uſq; ad paſſio-
nem Chriſti mortua ſunt, quæ potuit apud inferos inueniri? Non utiq; eorum qui in de-
um crediderant, ſicut prophetæ & patriarchæ de ſtirpe Abraæ, ſicut ipſe retro Noe & tota
domus eius, quæ ſalua facta eſt per aquam, excepto fortaſſis uno filio qui poſtea reproba
tus eſt, ſicut etiam præter progeniem Iacob, alij fuerunt credentes in deum ſicut Iob, ſicut
ciuitas Niniue, & ſi qui alij ſunt qui uel apparent in ſcripturis uel in genere humano latent:
ſed eorum dico multa milia hominum qui deum ignorantes, & dæmonum uel ſimulacro-
rum cultui dediti à temporibus Noe uſq; ad paſſionem Chriſti, ex hac uita emigrarunt,
quos apud inferos Chriſtus inueniens, quomodo illis non prædicauit, ſed illis tantum qui
in diebus Noe increduli fuerant cum fabricaretur arca? Aut ſi omnibus prædicauit, cur il-
los ſolos Petrus commemorauit, prætermiſſa multitudine tam innumerabili cæterorum?
Et dominum quidem carne mortificatum adueniſſe in infernum ſatis conſtat. Neq; enim
contradici poteſt, uel prophetiæ quæ dixit: Quoniam non derelinques animam meam Pſal. 15
in inferno, Quod ne aliter quiſquam ſapere auderet, in actibus apoſtolorum, idem Petrus Act. 2.
exponit: Vel eiuſdem Petri illis uerbis quibus eum aſſerit ſoluiſſe inferni dolores, in quibus
impoſſibile erat eum teneri. Quis ergo niſi infidelis negauerit fuiſſe apud inferos Chri- 12. de Gen. ad
B ſtum? Quod ſi mouet aliquem, quemadmodum accipiendum ſit inferni ab illo ſolutos litterã ca. 33.
dolores, Neq; enim cœperat in eis eſſe tanquam in uinculis, & ſic eos ſoluit tanquam ſi ca-
tenas ſoluiſſet quibus fuerat alligatus, facile eſt intelligere ſic eos ſolutos, quemadmodum
ſolui poſſunt laquei uenantium, ne teneant, non quia tenuerunt. Poteſt & ſic, ut eos dolo-
res eum ſoluiſſe credamus quibus teneri ipſe non poterat, ſed quibus alij tenebantur quos
ille nouerat liberandos. Verum qui nam iſti ſint, temerarium eſt definire. Si enim omnes
omnino dixerimus tunc eſſe liberatos qui illic inuenti ſunt, quis non gratuletur ſi hoc poſſi-
mus oſtendere, præſertim propter quoſdam qui nobis litterario labore ſuo familiariter in-
notuerũt, quorum eloquium ingeniumq; miramur, non ſolum poëtas & oratores, qui eoſ-
dem ipſos falſos deos gentium, multis opuſculorum ſuorum locis contemnendos riden-
doſq; monſtrarunt, & aliquando etiam unum deum uerumq; confeſſi ſunt, quamuis illa
ſuperſtitioſa cum cæteris colerent, uerumetiam illos qui hæc non cantando uel declaman-
do, ſed philoſophando dixerunt, Multos etiam quorum litteras non habemus, ſed in il-
lorum litteris didicimus ſecundum quendam modum laudabiles uitas, & excepto dei cul-
tu, in quo errauerunt colentes uana quæ publice colenda fuerant inſtituta & creaturæ po-
tius quàm creatori ſeruientes, in cæteris moribus parſimoniæ, continentiæ, caſtitatis, ſobrie
tatis, mortis pro patriæ ſalute contemptæ, ſeruatæq; fidei, non ſolum ciuibus, uerum & ho
ſtibus imitandi merito proponantur. Quæ quidem omnia quando non referuntur ad fi-
nem rectæ ueræq; pietatis, ſed ad faſtum inanem humanæ laudis & gloriæ, etiam ipſa ina
neſcunt quodammodo ſteriliaq; redduntur: ueruntamen quadam indole animi ita dele-
ctant, ut eos in quibus hæc fuerant uellemus uel præcipue uel cum cæteris ab inferni crucia
tibus liberari, niſi aliter ſe haberet ſenſus humanus, aliter iuſticia creatoris. Quæ cum ita
ſint, ſi omnes inde ſoluit ſaluator, & ſicut requirens ſcripſiſti exinaniuit inferna, ut deinceps
iudicium iam expectaretur extremum, hæc ſunt quæ in hac re nõ immerito mouent, quæ
mihi interim cogitanti ſolent occurrere. Primum qua autoritate firmetur iſta ſententia.
Quod enim ſcriptum eſt in morte Chriſti factum ſolutis doloribus inferni, uel ad ipſum

poteſt intelligi pertinere,quod eos hactenus ſoluerit,hoc eſt irritos fecerit,ne ab eis ipſe te/ C
neretur,præſertim quia ſequitur, In quibus impoſſibile erat teneri eum: Vel ſi cauſa quæri/
tur cur uoluerit uenire in infernum, ubi dolores illi eſſent,quibus teneri omnino non pote-
Pſal.87 rat,qui erat,ut ſcriptum eſt,inter mortuos liber,in quo princeps & præpoſitus mortis non
inuenit aliquid quod ſupplicio deberetur, hoc ſcilicet quod ſcriptum eſt, ſolutis doloribus
inferni,non in omnibus,ſed in quibuſdam accipi poteſt,quos ille dignos iſta liberatione iu
dicabat,ut neq; fruſtra illuc deſcendiſſe exiſtimetur nulli eorum profuturus qui ibi tene/
bantur incluſi, nec tamen ſit conſequens, ut quod diuina quibuſdam miſericordia iuſti/
cia q; conceſſit,omnibus conceſſum eſſe putandum ſit.Et de illo quidem primo homine pa
tre generis humani,quod eum ibidem ſoluerit, eccleſia ferè tota conſentit: quod eum non
inaniter credidiſſe credendum eſt, undecunq; hoc traditum ſit, etiam ſi canonicarum ſcri/
pturarum hinc expreſſa non proferatur autoritas: quāquam illud quod in libro Sapiētiæ
Sap.10 ſcriptum eſt,Hæc illum qui primus factus eſt patrem orbis terrarum, cum ſolus eſſet crea/
tus,cuſtodiuit & eduxit illum à delicto ſuo, & dedit ei uirtutem continendi omnia, magis
pro hac ſententia quàm pro ullo alio intellectu facere uideatur.Addunt quidam hoc bene
ficium antiquis etiam ſanctis fuiſſe conceſſum, Abel, Seth,Noe,& domui eius, Abraam,
Iſaac & Iacob,aliſq; patriarchis & prophetis, ut cum dominus in infernum ueniſſet, illis
doloribus ſoluerentur.Sed quonam modo intelligatur Abraam, in cuius ſinum pius etiā
pauper ſuſceptus eſt,in illis fuiſſe doloribus, ego quidem non uideo,explicant fortaſſe qui
poſſunt. Solos autem duos, id eſt Abraam & Lazarum in illo memorabilis quietis ſinu
fuiſſe antequam dominus in inferna deſcenderet, & de iſtis tantum duobus dictum fuiſſe
Luc.16 illi diuiti, Inter uos & nos chaos magnum firmatum eſt, ut hi qui uolunt hinc tranſire ad
uos non poſſint,neq; inde huc tranſmeare, neſcio utrum quiſquam ſit cui non uideatur ab
ſurdum.Porrò ſi plures quàm duo ibi erant, quis audeat dicere non ibi fuiſſe patriarchas
& prophetas,quibus in ſcriptura dei iuſticiæ pietatiſq; tam inſigne teſtimonium perhibe/ D
tur? Quid his ergo præſtiterit,qui dolores ſoluit inferni,in quibus illi non fuerunt,nondū
intelligo:præſertim quia ne ipſos quidem inferos uſpiam ſcripturarum locis in bono appel
latos potui reperire.Quod ſi nuſquam in diuinis autoritatibus legitur, non utiq; ſinus ille
Abraæ,id eſt ſecretæ cuiuſdam quietis habitatio, aliqua pars inferorum eſſe credenda eſt:
quanquam in his ipſis tanti uerbis magiſtri, ibi ait dixiſſe Abraam, Inter uos & nos chaos
magnum firmatum eſt,ſatis ut opinor appareat non eſſe quandam partem & quaſi mem
brum inferorum tantæ illius felicitatis ſinum. Chaos enim magnum, quid eſt niſi quidam
χάος. hiatus,multum ea ſeparans inter quæ non ſolum eſt uerumetiam firmatus eſt? Quapro/
pter ſi in illum Abraæ ſinum Chriſtum mortuum ueniſſe ſancta ſcriptura dixiſſet,non no
minato inferno eiusq; doloribus,miror ſi quiſquam ad inferos eum deſcendiſſe aſſerere aut
deret.Sed quia euidentia teſtimonia & infernum commemorant & dolores,nulla cauſa oc
currit,cur illò credatur ueniſſe ſaluator,niſi ut ab eius doloribus ſaluos faceret, Sed utrum
omnes quos in eis inuenit,an quoſdam quos illo beneficio dignos iudicauit, adhuc requi/
ro.Fuiſſe tamen eum apud inferos,& in eorum doloribus cōſtitutis hoc beneficium præſti
tiſſe non dubito. Vnde illis iuſtis qui in ſinu Abraæ erant, cum ille in inferna deſcenderet,
nondum quid contuliſſet inueni,à quibus eum ſecundum beatificam præſentiam ſuæ diui
nitatis nunquam uideo receſſiſſe.Sicut etiam eodem ipſo die quo mortuus eſt,promiſit la
Luc.23 troni,quod cum illo in paradiſo fuiſſet futurus,quando ad ſoluendos inferni dolores fue/
rat deſcenſurus.Profecto igitur in paradiſo atq; ſinu Abraæ, etiam ante iam erat beatifi/
cante ſapientia,& apud inferos iudicante potentia. Vbi enim nō eſt,nullo loco obſeſſa diui
nitas? ueruntamen ſecundum creaturam quam ex quodam tempore ſuſcipiendo manens
deus,homo factus eſt,hoc eſt ſecundum animam eum fuiſſe apud inferos,aperte ſcriptura
declarat,& per prophetiam præmiſſa,& per apoſtolicum intellectum ſatis expoſita,qua di
ctum eſt, Non derelinques animam meam in inferno. Scio quibuſdam uideri,morte do/
mini

A mini Christi iam talem resurrectionem præstitam iustis, qualis nobis in fine promittitur, quoniam scriptum est, illo terræmotu quo in eius passione petræ scissæ & monumẽta aperta sunt, multa corpora resurrexisse iustorum, & uisa cum illo quando resurrexit in sancta ciuitate, Qui utiq; si non iterum sepositis corporibus dormierunt, uidendum est quemadmodum intelligatur, Christus primogenitus à mortuis, si eum in illa resurrectione tot præcesserunt. Quod si respondetur hoc dictum esse per anticipationem, ut monumẽta quidem illo terræmotu aperta intelligantur, cum Christus in cruce penderet, resurrexisse autem iustorũ corpora non tunc, sed cum ille prior resurrexisset, quamuis tunc ut dixi, anticipando fuisset adiunctum, ut & Christus primogenitus à mortuis sine ambiguitate credatur, & illis iustis continuo concessum, ut ipso præeunte in æternam incorruptionem atq; immortalitatem resurgerent, illud adhuc restat quod moueat, quomodo à Petro dici potuerit, quod utiq; uerissime dictum est, quando per illam prophetiam non de Dauid, sed de Christo asseruit fuisse prædictum, carnem eius nõ uidisse corruptionem, & quod adiunxit de Dauid, apud eos esse monumentum eius: unde illos utiq; non conuincebat, si corpus eius ibi iam non erat, quia & si ante in recẽti sua morte resurrexisset, nec caro eius uidisset corruptionem, posset nihilominus illud monumentum manere. Durum autem uidetur ut Dauid non fuerit in illa resurrectione iustorum, si eis iam æterna donata est, cuius Christus ex semine tam crebro, & tanta euidentia, tantaq; honorificentia commendatur. Periclitabitur etiam illud quod ad Hebræos de iustis antiquis dicitur: Quia pro nobis meliora prouiderunt, ne sine nobis perfecti perficerentur, si iam in illa resurrectionis incorruptione constituti sunt quæ nobis perficiendis in fine promittitur. Cur ergo Petrus eos tantum cõmemorare uoluerit, quibus in carcere inclusis euangelium prædicatum est, qui in diebus Noe cum fabricaretur arca increduli fuerunt, uides quàm latebrosum sit, & quæ me moueant ne affirmare hinc aliquid audeam. Huc accedit, quia cum dixisset apostolus, quod & uos nũc simili forma baptisma saluos facit, non carnis depositio sordium, sed cõscientiæ bonæ interrogatio in deũ per resurrectionem Iesu Christi, qui est in dextera dei, deglutiens mortem, ut uitæ æternæ hæredes efficeremur, ꝓuectus in cœlos subiectis sibi angelis & potestatibus & uirtutibus, continuo subiecit, Christo igitur in carne passo, & uos eadem scientia armamini, quia qui passus est in carne desijt à peccatis, in hoc, ut iam non hominũ desiderijs, sed uoluntate dei quod reliquum est in carne uiuat tempus. Deinde addit, Sufficit enim præteritum tempus ad uoluntatem hominum consummatum ambulantes in libidinibus & concupiscentijs & ebrietate, comessationibus, potationibus, & illicitis idolorum seruitutibus, in quo stupescũt non concurrere uos in eandem luxuriæ confusionem blasphemantes, quoniam reddent rationem ei qui paratus est iudicare uiuos & mortuos. His dictis subnectit, Propter hoc enim & mortuis euangelizatum est, ut iudicentur quidem secũdum homines in carne, uiuant autem secundum deum spiritu. Quem non moueat ista profunditas? Mortuis dicit euangelizatum, quos profecto si intellexerimus, qui de corpore exierunt, illi opinor erũt, de quibus supra dixit, Qui increduli fuerunt in diebus Noe, aut certe omnes quos apud inferos Christus inuenit. Quid sibi ergo uult ut iudicentur quidem secundum homines in carne, uiuãt autem secundum deum spiritu? Quomodo iudicantur in carne quam non habẽt, si apud inferos sunt, uel quam nondũ receperunt, si etiam à doloribus inferni soluti sunt? Neq; enim sic ut quærendo dicis, exinaniti sunt inferi, omnes etiam qui tunc ibi fuerunt in carne resurrexisse credendi sunt: aut qui resurgentes apparuerunt cum domino, ad hoc carnem receperunt, ut in ea iudicarentur secundum hominem: quod nec de illis uideo quomõ accipi possit, qui increduli fuerunt in diebus Noe: non enim eos in carne uixisse scriptum est, aut credi potest ideo solutos dolores inferni, ut qui inde liberarentur, carnem ad luendam pœnã reciperent. Quid est ergo ut iudicentur secundum homines in carne, uiuant autem secũdum deum spiritu? An forte hoc præstitum est eis quos apud inferos Christus inuenit, ut per euangelium uiuificarẽtur spiritu, cui futura resurrectione in carne iudicãdi sint, ut per ali-

Matt. 27

Apoc. 1

Act. 2

Dauid an resurrexerit.

Heb. 11

1. Petri. 3

B

ἔννοιαν

quam carnis pœnã trãſeant in regnum dei? Quod ſi ita eſt, cur hoc tantũ de illis qui quon C
dam non crediderunt in diebus Noe, ac non etiam de cæteris quos illic Chriſti uiſitatio cõ
perit per euangelij prædicationem ſpiritu reuixerunt, poſtea trãſitoria pœna in carne iudi
candi? Quod ſi de omnibus acceperimus, manet quæſtio, quare Petrus eos tantũ comme
morauit qui tunc increduli fuerunt cum fabricaretur arca? Mouet etiam illud, quod hi qui
de hac re conantur reddere rationem, ideo dicunt Chriſtum ad inferos deſcendiſſe, his qui
ibi inuenti ſunt illa loca pœnalia tanq; carceres exinanitos, quia non audierant euangeliũ,
quod illis uiuentibus nondum toto orbe terrarum prædicabatur, & iuſtas habebãt cauſas
cur non credidiſſent quod eis non fuerat annunciatum: deinceps autem non habituros ex
cuſationem, qui prædicationem euangelij per omnes gentes celebratam diffuſamq; con
temnunt, & ideo illis tunc euacuatis carceribus iam iuſtum reſtare iudicium, quo contuma
ces & infideles etiam æterno igne puniantur. Nec attendunt qui hoc ſentiunt hanc excuſa
tionem habere poſſe omnes, qui etiam poſt reſurrectionem Chriſti, antequam ad eos eu
Ita ſperandũ. angelium perueniret ex hac uita emigrarunt. Neq; enim poſtea quàm dominus remeauit
ab inferis, nemo permiſſus eſt iterum ire ad inferos, niſi audito euangelio, cum tam multi
morerentur in toto orbe terrarum, antequam ad eos hæc annunciatio perueniret, qui om
nes habebunt excuſationem quæ ablata dicitur eis, quibus dominus cum uenisſet qui ante
non audierant in inferno dicitur prædicaſſe. An forte dicatur etiam iſtos qui poſt domini
reſurrectionem, nondum ſibi annunciato euangelio mortui ſunt ſiue moriuntur, illic apud
inferos audire potuiſſe uel poſſe, ut illic credant quod de Chriſti ueritate credendum eſt, &
habeant etiam ipſi remiſſionem ac ſalutem quam illi meruerunt, quibus ipſe Chriſtus an
nunciauit, Neq; enim quia rurſus aſcendit Chriſtus ab inferis, ideo ibi fama eius extincta
eſt, nam & hinc aſcendit in cœlum, & tamen eius annunciatione qui in eum crediderunt ſal
Phil. 2 ui erunt. Ideo quippe exaltatus eſt, & donatum eſt ei nomen quod eſt ſuper omne nomen
ut in nomine eius omne genu flectatur, non ſolum cœleſtium & terreſtrium, uerumetiam D
infernorum. Sed hanc opinionem ſi admittimus, qua putari poteſt homines qui cum uiue
rent minime crediderunt, poſſe in Chriſtum apud inferos credere, quis ferat? Quæ conſe
quẽtur abſurda fideiq; cõtraria? Primum ne fruſtra dolere uideamur eos qui ſine iſta gra
tia de corpore exierunt, fruſtraq; curam gerere atq; inſtanter hortari, ut eam homines pri
uſquam moriantur percipiant, ne ſempiterna morte puniantur. Aut ſi illi tantum apud in
feros inutiliter atq; infructuoſe credunt, qui euangelio ſibi annũciato hic credere noluerũt,
illis autem proderit credere, qui nõ hic contẽpſerunt quod audire minime potuerũt, aliud
ſequitur abſurdius, ut hic non ſit euangelium prædicandum: quoniam omnes utiq; moritu
ri ſunt, & ſine ullo reatu contempti euangelij uenire ad inferos debent, ut eis prodeſſe poſ
ſit cum ibi crediderint. Quod ſentire impiæ uanitatis eſt. Quamobrẽ teneamus firmiſſime
quod fides habet fundatiſſima autoritate firmata, quia Chriſtus mortuus eſt ſecundũ ſcri
pturas, & quia ſepultus eſt, & quia reſurrexit tertia die ſecundum ſcripturas, & cætera quæ
de illo teſtante ueritate conſcripta ſunt. In quibus etiam hoc eſt, quod apud inferos fuit ſo
lutis eorum doloribus, quibus eum erat impoſſibile teneri, à quibus etiam recte intelligitur
ſoluiſſe & liberaſſe quos uoluit, corpusq; quod in cruce reliquerat in ſepulchro poſitum
recepiſſe. In illa uero quam propoſuiſti de uerbis Petri apoſtoli quæſtione, quoniam quæ
me moueant perſpicis, & alia fortaſſe ſi diligentius diſcutiantur poſſunt mouere, uel apud
nos ea cogitando, uel quos dignum eſt, & ſi poſſumus conſulendo quæramus. Conſidera
tamen ne forte totum illud quod de concluſis in carcere ſpiritibus, qui in diebus Noe non
crediderant, Petrus apoſtolus dicit, omnino ad inferos nõ pertineat, ſed ad illa potius tem
pora quorum formam ad hæc tempora tranſtulit. Illa quippe res geſta, forma fuerat futu
rorum, ut hi qui modo non credunt euangelio, dum in omnibus gentibus ædificatur eccle
ſia, illis intelligantur eſſe ſimiles qui tunc non crediderunt cum fabricaretur arca. Illi autem
qui crediderunt, & per baptiſmum ſalui fiunt, illis comparentur qui tunc in eadem arca ſal
ui fa

A ui facti sunt per aquam, Vnde ait: Sic & uos simili forma baptisma saluos facit. Ad hanc igitur formæ similitudinem, cætera etiam de incredulis coaptemus, & nõ suspicemur quod apud inferos ad faciendos fideles atque liberandos Euangelium prædicatum sit, uel adhuc etiam prædicetur, quasi & ibi sit ecclesia constituta. Ad illum ergo sensum qui te mouit, ideo uidentur attracti qui hoc Petrum sensisse crediderunt, quia dixit, conclusis in carcere spiritibus prædicatum, quasi animæ non possint intelligi spiritus qui tunc erant in carcere, atq; ignorantiæ tenebris uelut carcere claudebantur, De quali carcere se desiderat liberari ille qui dicit: Educ de carcere animam meam ut confiteatur nomini tuo, quæ alibi umbra mortis appellatur. De qua non utique apud inferos, sed hic liberati sunt, de quibus scriptum est: Qui sedebant in umbra mortis, lumen ortum est eis. Illis autem in diebus Noë frustra prædicatum est, quia non crediderunt, cum expectaret eos dei patientia per tempus cẽtum annorum, quibus arca eadem fabricata est. Nam eius etiam fabricatio quodammodo prædicatio fuit, Sicut modo similes eorum non credunt, qui sub eadem forma ignorantiæ tenebris, uelut carcere concluduntur, frustra intuentes ecclesiam toto mundo construi immiente iudicio tanquam diluuio, quo tunc omnes increduli perierunt. Ait quippe dominus: Sicut in diebus Noë, ita erit & in diebus filij hominis. Manducabant, bibebant, nubebãt, uxores ducebãt, donec intrauit Noë in arcam, uenit diluuium & perdidit omnes. Sed quia ea res gesta etiam futuram rem significabat, ideo ibi diluuium & baptismum significauit fidelibus, & infidelibus pœnam, Sicut in figura non rei gestæ, sed tantummodo dictæ, quod de lapide scriptum est quo significatus est Christus, duo quædam prænunciata sunt, & infidelibus offendiculum & fidelibus ædificium. Aliquando autem in eadem figura uel gesta uel dicta, etiam duæ res aliquid unum significant: sicut fideles significauerunt ligna quæ in arcæ fabrica coaptata sunt, eosdemq; etiam animæ octo quæ in eadem arca liberatæ sunt: quomodo in illa Euãgelica similitudine de ouili, idem ipse Christus est & pastor & ianua.

B Nec moueat ad impediendum istum intellectũ, quod eundem Christum dixit apostolus Petrus prædicasse illis in carcere conclusis, qui quondam non crediderant in diebus Noë, ut ideo non arbitremur hoc intelligendum, quia illo tempore nondũ uenerat Christus. Nondum enim uenerat scilicet in carne, sicut uenit quando post hæc in terra uisus est, & cum hominibus conuersatus est. Veruntamen ab initio generis humani, uel ad arguendos malos, sicut ad Cain, ac prius ad ipsum Adam uxoremque eius, uel ad consolandos bonos, uel ad utrosque admonendos, ut alij ad salutem suam crederent, alij ad pœnam suam non crederent, ipse utique non in carne, sed in spiritu ueniebat, uisis congruis alloquẽs quos uolebat sicut uolebat. Quod autem dixi, in spiritu ueniebat, Et ipse quidem filius in substantia deitatis, quoniã corpus nõ est, utiq; spiritus est. Sed quid facit filius sine spiritu sancto, uel sine patre, cũ inseparabilia sunt omnia opera trinitatis, Ipsa quoq; scripturæ uerba, de quibus agitur, satis hoc ut puto indicãt eis qui diligẽter attendũt: Quia Christus, inquit, semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis, ut nos adducat deo, mortificatus quidem carne, uiuificatus autẽ spiritu, In quo & his qui in carcere conclusi erant spiritibus aduenies prædicauit qui increduli fuerãt aliquando, quando expectabat dei patiẽtia in diebus Noë, ἐξεδέχετο. cum fabricaretur arca, Iam ut arbitror attenditur forma uerborum, Christus mortificatus carne, uiuificatus autem spiritu. In quo spiritu aduenies prædicauit & illis spiritibus qui increduli fuerant aliquando in diebus Noë, quoniam priusquam ueniret in carne pro nobis moriturus, quod semel fecit, sæpe antea ueniebat in spiritu ad quos uolebat, uisis eos admonens sicut uolebat utique in spiritu, quo spiritu & uiuificatus est, cũ in passione esset carne mortificatus. Quid est enim quod uiuificatus est spiritu, nisi quod eadẽ caro qua sola fuerat mortificatus, uiuificante spiritu resurrexit? Nam quod fuerat anima mortificatus Iesus, hoc est, eo spiritu qui hominis est, quis audeat dicere, cũ mors animæ non sit nisi peccatũ, à quo ille omnino immunis fuit cũ pro nobis carne mortificaretur? Si enim omniũ hominũ animæ ex illa una sunt quæ insufflata est primo homini per quẽ peccatũ intrauit in mũdũ

Pſal.141

Eſa.9

Luc.17

Baruch 3

1.Petri 3

Rom.5

& per peccatum mors,& ita in oēs homines pertranſijt: aut nō eſt inde anima Chriſti, qm̄ C.
nullum habuit omnino peccatum,uel originale,uel proprium,propter quod ei mors debi-
Quæſtio 2. de anima Chriſti unde ſit. ta uideretur,pro nobis eam quippe quā non debebat exoluit,in quo princeps mundi mor
tiſq; præpoſitus nihil inuenit,Neq; enim abſurdum eſt,ut qui primo homini animā crea-
uit, crearet & ſibi: aut ſi & ipſa inde eſt eam ſuſcipiendo mundauit,ut ſine ullo prorſus pec
cato, uel perpetrato,uel traducto,ad nos ueniens de uirgine naſceretur. Si autē animæ nō
ex illa una propagantur,& ſola ex Adam caro trahit originale peccatū,ita ſibi creauit ani-
mam dei filius,ut cæteris creat,quā non tamen carni peccati miſcuit,ſed ſimilitudini carnis
peccati. Sumpſit enim ex uirgine ueram quidem carnis ſubſtantiam, non tamē peccati car
nem,quia non ex carnali concupiſcentia,ſiue ſeminatam ſiue cōceptam, mortalem ſanè ac
per ætates mutabilē,tanq; carni peccati ſine peccato ſimillimā. Ac per hoc quæcūq; de ani-
ma opinio uera ſit,quarum nullā temere affirmare adhuc audeo,niſi tantū illam repudiare
qua credūtur animæ pro meritis neſcio quorum ſuperiorū actuum ſuorū, ſingulæ in ſingu
la corpora tanq; in carceres trudi,Certe anima Chriſti non ſolum immortalis ſecundū cæ-
terarum naturā, ſed etiam nullo mortificata peccato uel damnatione punita eſt,qbus dua
bus cauſis mors animæ intelligi poteſt,& ideo non ſecundū ipſam dici potuit Chriſtus ui-
uificatus ſpiritu. In ea re quippe uiuificatus eſt in qua fuerat mortificatus,ergo de carne di-
ctum eſt: Ipſa enim reuixit anima redeunte,quia ipſa erat mortua anima recedēte. Morti-
ficatus ergo carne dictus eſt,quia ſecundum ſolam carnem mortuus eſt: uiuificatus autem
ſpiritu, quia illo ſpiritu operante in quo ad quos ueniebat & prædicabat, etiam ipſa caro
uiuificata ſurrexit,in qua modo ad homines uenit. Proinde etiam illud quod poſtea dictū
eſt de incredulis,qui reddent rationem ei qui paratus eſt uiuos & mortuos iudicare, nō eſt
conſequens,ut eos hic intelligamus mortuos qui de corpore exierunt. Fieri enim poteſt ut
Matt.8 mortuos dixerit infideles,hoc eſt in anima mortuos,de qualibus dicitur: Dimitte mortuos
Ephe.5 ut ſepeliant mortuos ſuos. Viuos aūt qui credunt in eum non fruſtra audientes,Surge qui D
Ioan.5 dormis & exurge à mortuis,& illuminabit te Chriſtus. De qualibus etiā ipſe dñs dicit: Ve
nit hora & nunc eſt quando mortui audient uocem filij dei,& qui audierint uiuent. Proin-
1.Petri.4 de etiam quod ſequitur & dicit Petrus,Propter hoc & mortuis euangelizatum eſt,ut iudi-
centur quidem ſecundum homines in carne,uiuant autem ſecundū deum ſpiritu,non cogit
apud inferos intelligi. Propterea enim in hac uita & mortuis euangelizatum eſt,id eſt infi-
delibus & iniquis,ut cū crediderint,iudicentur quidem ſecundū homines in carne, hoc eſt,
in diuerſis tribulationibus,& in ipſa morte carnis, Vnde idem Apoſtolus alio in loco dicit
tempus eſſe ut iudicium incipiat à domo dñi: uiuāt autem ſecundum deum ſpiritu, quia &
in ipſo fuerant mortificati cum morte infidelitatis & impietatis detinerentur. Hæc expoſi-
tio uerborum Petri cui diſplicet,uel cui etiamſi non diſplicet,non tamen ſufficit,quærat ea
ſecūdum inferos intelligere: qui ſi ualuerit illa quibus me moueri ſupra commemoraui ita
ſoluere ut eorum auferat dubitationem,impartiat & mihi: quod ſi factum fuerit,poterunt
illa uerba utroq; modo intelligi,iſta ſentētia de nulla falſitate conuincitur. Ad illas autem
quæſtiones quas ante miſiſti,excepta dei uiſione per corpus,unde maius opus moliēdum
eſt,ut potui reſpondi,& per Aſellum diaconum miſi,quod te accepiſſe iam puto. In recenti
autem commonitorio tuo cui nunc reſpondi, duo quæſieras, quorum utrunq; tractatum
eſt,unum latius,alterum breuius,de Petri ſcilicet apoſtoli uerbis, & de anima domini. Ex-
emplum ſanè litterarum tuarum,quæ continent interrogationem,utrum dei ſubſtātia cor-
poraliter uelut in loco urderi poſſit,& apud nos neſcio quomodo aberrauerūt, nec inueniri
cum diu quærerentur potuerunt,iterum admoneo mittere ne graueris.

Auguſtinus Euodio,de anima ſoluta corpore,& de uiſis prodigioſis. Epiſtola. C

DOMINO beatiſſimo & uenerabili fratri ac conſacerdoti meo Euodio & tecū fra
tribus,Auguſtinus & mecum fratres in domino ſalutem. Frater iſte nomine
Barbarus ſeruus dei eſt,iam diu apud Hipponē cōſtitutus: & uerbi dei feruidus
ac ſtu-

A ac ſtudioſus auditor, deſiderauit ad tuã ſanctitatẽ litteras noſtras, in quibus tibi eũ in do/
mino cõmendamus tibiq; per eum ſalutẽ debitam dicimus. Litteris aũt ſanctitatis tuæ qui
bus ingentes texuiſti quæſtiones, reſpondere operoſiſſimũ eſt, etiã ocioſis & multo maiore
quàm nos ſumus prædítis facultate diſſerendi & acrimonia intelligẽdi. Duarũ ſanè epiſto/
larum tuarũ, quibus multa & magna cõquiris, una neſcio quomodo aberrauit, & diu quæ/
ſita non potuit reperiri, Altera uero quæ inuenta eſt habet cõmendationem ſuauiſſimam
ſerui dei boni & caſti adoleſcentis, quomodo ex hac uita migrauit, & quibus uiſionũ frater/
narum atteſtationibus meritũ eius nobis inſinuari potuerit. Deinde ex hac occaſione pro/
ponis & uerſas de anima obſcuriſſimam quæſtionem, utrum cum aliquo corpore egredia/
tur è corpore, quo poſſit ad corporalia loca ferri, uel locis corporalibus contineri. Huius igi/
tur rei tractatus, ſi tamen ad liquidum à talibus quales nos ſumus examinari poteſt, curam
atq; operam negocioſiſſimam poſtulat, ac per hoc mentem ab his occupationibus ocioſiſſi
mam. Si autem breuiter uis audire quid mihi uideatur, nullo modo arbitror animam è cor
pore exire cum corpore, uiſiones autẽ illæ futurorumq; prædictiones quomodo fiant, ille
iam explicare conetur, qui nouit qua ui efficiantur in unoquoq; animo tanta cum cogitat.
Videmus enim planè cernimus in eo fieri rerum multarũ uiſibilium, & ad cæteros corpo/
ris ſenſus pertinentiũ, innumerabiles imagines, quæ nõ intereſt quàm ordinate uel turbide
fiant, ſed tantũ quia fiũt, quod manifeſtum eſt, qua ui & quomodo fiant quiſquis potuerit
explicare, quæ omnia certe quotidiana ſunt atq; continua, audeat præſumere aliquid ac de/
finire, etiã de illis rariſſimis uiſis. Ego autem tãto minus hoc audeo, quãto minus id quoq;
in nobis quod uita cõtinua uigilantes dormiẽtesq; experimur, quo pacto fiat explicare ſuf/
ficio. Nam cum ad te dictarem hanc epiſtolam, teipſum animo cõtuebar, te utiq; abſente *De cura pro*
atq; neſciente, & quomodo poſſis his uerbis moueri ſecundũ noticiam quæ mihi de te ineſt *mortuis ca. xi*
imaginabar, atq; id quo nam modo in animo meo fieret, capere ac inueſtigare non poterã,
B certus tamen non fieri corporeis molibus, nec corporeis qualitatibus cum corpori ſimillimũ
fieret, Hoc interim habeas, ut ab occupato & feſtinante dictatũ. In duodecimo autem libro
eorum quos de Geneſi ſcripſi, uerſatur hæc quæſtio uehementer, & ex multis rerum exper/
tarum atque credibiliter auditarum diſputatio illa ſylueſcit. Quid in ea potuerimus uel ef/
fecerimus cum legeris iudicabis, ſi tamen dominus dignabitur donare, ut eos mihi libros
quantum poſſum congruenter emendatos iam liceat edere multorum fratrum expecta/
tioni, non iam longa diſputatione ſuſpendere. Narrabo autem unum aliquid breuiter un/
de cogites, Frater noſter Gennadius notiſſimus ferè omnibus, nobisq; chariſſimus medi/
cus, qui nunc apud Carthaginem degit, & Romæ ſuæ artis exercitatione præpolluit, ut ho
minem religioſum noſti, atq; erga pauperum curam impigra miſericordia facillimóq; ani/
mo benigniſſimum, dubitabat tamen aliquando ut modo nobis retulit, cum adhuc eſſet
adoleſcens & in his eleemoſynis feruentiſſimus, utrum eſſet ulla uita poſt mortem. Hu/
ius igitur mentem & opera miſericordiæ quoniam deus nullo modo deſereret, apparuit il/
li in ſomnis conſpicuus iuuenis & dignus intendi, eiq; dixit, Sequere me: quem dum ſeque/ *Viſio.*
retur uenit ad quandam ciuitatem, ubi audire cœpit à dextera parte ſonos ſuauiſſimæ can/
tilenæ ultra ſolitam notamq; ſuauitatem. Tunc ille intento, quid nam eſſet, ait, hymnos eſ/
ſe beatorum atque ſanctorum. Siniſtra autem parte quid ſe uidiſſe retulit, non ſatis memi/
ni. Euigilauit, & ſomnium ut fuit, tantumq; de illo, quantum de ſomno cogitauit. Alia uero *Videtur de/*
nocte, ecce idem ipſe iuuenis eidẽ rurſus apparuit, atque ab illo utrũ cognoſceretur interro *eſſe, putauit:*
gauit, Reſpõdit iſte, quod eum bene plenèq; cognoſceret. Tunc ille quæſiuit ubi ſe noſſet. *aut, ut ſomni/*
Nec memoriæ defuit quod iſte idem reſpõderet, totumq; uiſum illud hymnosq; ſancto/ *um fuit.*
rum ad quos audiẽdos eo duce uenerat, qua recẽtiſſimos recordabatur facilitate narrauit.
Hic ille percũctatus eſt, utrũ nam id quod narrauerat in ſomnis uidiſſet, an uigilãs: Reſpõ/
dit, in ſomnis. At ille, Bene inquit recolis, uerum eſt in ſomnis illa uidiſti, Sed etiam nunc
in ſomnis te uidere ſcias. Hic cum audiſſet iſta, ita eſſe credidit, atque id reſponſione fir/
mauit.

mauit. Tunc qui hominem docebat, adiecit & ait: Vbi est modo corpus tuum? Ille respon C
dit, in cubiculo meo. Scis ne inquit ille in eodem corpusculo nunc illigatos esse & clausos & ocioſos oculos tuos, nihilq; illis oculis te uidere? Respondit, scio. Tunc ille, Qui sunt ergo inquit isti oculi quibus me uides? Ad hoc iste non inueniens quid responderet, obticuit. Cui hæsitanti, ille quod his interrogationibus docere moliebatur aperuit, & continuo si/ cut inquit illi oculi carnis tuæ utiq; in dormiente atq; in lectulo iacente nunc uacant, nec ali quid operantur, & tamen sunt isti quibus me intueris, & ista uteris uisione: ita cum defun/ ctus fueris, nihil agentibus oculis carnis tuæ uita tibi inerit qua uiuas sentiasq; quo senti/ as. Cauc iam deinceps ne dubites uitam manere post mortem. Ita sibi homo fidelis abla/ tam dicit huius rei dubitationem. Quo docente, nisi prouidentia & misericordia dei? Ista narratione dixerit aliquis tantæ rei nos non soluisse, sed auxisse quæstionem: ueruntamen cum his uerbis credere liberum cuiq; sit, seipsum quisq; habet quò se auocet. Profundissi/ ma quæstio est, & uigilat homo quotidie & cogitat, homo dicat unde fiant ista similia for/ mis, similia qualitatibus, similia motibus corporum, nec tamen materie corporali, dicat si potest. Si autem non potest, quid se præcipitat de rarissimis aut inexpertis quasi definitam ferre sententiam, cum continua & quotidiana non soluat? Ego autem quamuis quomo/ do fiant ista ueluti corporea sine corpore, uerbis prorsus explicare non possum, tamen si/ cut scio non ea corpore fieri, utinam sic scirem, quomodo discernerentur quæ uidentur ali/ quando per spiritum, & per corpus uideri putantur: quomodo distinguantur uisa eorum, quos error uel impietas pleruncq; deludit, quando uisis piorum atq; sanctorum similia ple/ raq; narrantur, quorum exempla si commemorare uoluissem, tempus mihi potius quam copia defuisset. In domini misericordia uegeteris domine beatissime & uenerabilis, & desi/ derabilis frater.

Augustinus Euodio, quomodo anima cernat sine corpore, deq; uisis prodigiosis. D

Epistola. CI.

DOMINO beatissimo & uenerabili fratri & coëpiscopo Euodio & tecum fra/ tribus, Augustinus & mecum fratres in domino salutem. Multa quæris ab homine multum occupato, & quod est grauius ea putas præcipitari debere dictando, quæ sunt tam difficilia, ut cum magna diligentia dictata uel scri/ pta uix perduci possint ad intellectum, etiam talium qualis ipse es. Huc accedit, quia non tu & tales tantummodo cogitandi estis lecturi esse quod scribimus, sed utiq; & illi qui mi/ nus acuto minusq; exercitato ingenio præditi, eo tamen studio feruntur ad cognoscendas litteras nostras, siue amico siue inimico animo, ut eis subtrahi omnino non possint. Ista co/ gitanti cernis quanta cura in scribendo esse debeat, præsertim de rebus ita magnis, ut in eis & magni laborẽt. Si autem cum aliquid in manibus habeo, intermittẽdum est & differen/ dum, ut ad ea potius respondeatur quæ superuenientia requiruntur, quid fiet si etiam ipsis dum respondetur alia superuenerint? Num placet ut etiam his omissis illa suscipiantur, & semper priora fiant, quæ posteriora oboriunt, caq; sola terminare contingat, quibus cum scribuntur non superuenerit aliquid quod quæratur? Quod ut mihi accidat difficillimum est, sed non opinor tibi hoc placere. Non ergo debui alia interrũpere cũ tua superuenissent, sic nec tua si alia rursus irruerent, & tamen seruare hanc iustitiã non sinor. Nam ecce ut tibi hæc ipsa rescriberẽ, intermisi quæ agebam, & animũ meum ad hanc epistolam, ab alia ma/ gna intentione detorsi. Facile autem fuit hanc excusationem ut arbitror non iniquam litte/
2. Retrac. ca. 15. & 24 ris inditam tibi remittere, respondere autem iniquisitionibus tuis non ita facile est, & puto in ipsis opusculis quæ me nunc intentissimum detinent, nõ defutura quædam loca ubi hæc ipsa expediam quæ requiris si dominus fauerit. Iam etiam ex his quæstionibus quas mo/ do misisti, multa soluta sunt in eis libris quos nondum edidi, siue de trinitate, siue de Ge/ nesi: quanquam & illa si relegas quæ tibi iam diu nota sunt, uel nisi fallor, fuerunt, quia ea fortasse oblitus es quæ te conferente mecum ac sermocinante conscripsi, siue de ani/

mæ

A mæ quantitate,siue de libero arbitrio, inuenies unde dissoluas,& sine mea opera,dubitatio 1.Retrac.7.3
nes tuas,adhibito scilicet nonnullo labore cogitationis, ut his quæ ad intellectū liquidum 1.Retract.12.
certumq; perducta sunt consequentia nectantur. Habes etiam in libro de uera religione,
quem si recoleres atque perspiceres nunquam tibi uideretur ratione cogi deum esse,uel ra
tiocinando effici deum esse debere. Quandoquidem in ratione numerorum, quam certe in
usu quotidiano habemus, si dicimus septem & tria decem esse debent, minus considerate
loquimur,non enim decem esse debent, sed decem sunt. De quibus itaq; rebus recte dica
tur,quod esse debeant,siue iam sint,siue ut sint,satis quantum arbitror disputauimus in eis
libris quos commemoraui. Homo enim sapiens esse debet, si est ut maneat,si nondum est
ut fiat: deus autem sapiens non esse debet,sed est. Illa quoque de uisis quæ tibi nuperrime
scripsi, & ea commemoras subtiliter dicta,sed maioribus te quæstionibus implicasse,recen
se etiam atque etiam & cogita diligentius, non pertranseat sed habitet in eis consideratio
tua, & inde fortasse utcunq; conijcies, quomodo sit anima præsens uel absens. In eis quip
pe uisis demoratur in somnis,cum abest à sensu præsentiáq; cernendi quam præbet oculis
uigilans: hanc ab oculis, hoc est,tanquam à luminaribus corporis animæ absentiam, quæ
fit cum dormimus,si uis maior augeat, ut totum quod est inde subtrahatur, mors est. Si
cut ergo à cernendi sensu ad uisa somniorum, non cum aliquo corpore abscedit, nisi for
te illa quæ uidentur in somnis corporea, nosq; ipsos inter illa ferri ac referri cum aliquo cor
pore existimabimus, quod iam tibi arbitror non uideri, Ita si tota penitus abstrahatur at
que absit,quod fit in morte,nō secum putāda est auferre aliquod corpus ex corpore. Nam
si auferret,profecto etiam cum dormimus & abscedit ab oculis, inquantum eos relinquit,
intantum oculos secum auferret quamlibet subtiliores, corporeos tamen, quod non facit:
ueruntamen aufert secum quosdam simillimos,sed nō corporeos,quibus uisa simillima cer
nit in somnis,sed nec ipsa corporea. Porrò si aliquis quū credit etiam uisa somniorum,quæ
B similia corporibus apparent, non esse nisi corporea,uideatur sibi aliquid dicere, nec ista in
genij tarditas facile conuincitur. Multorum quippe est etiam non mediocriter acutorum,
quoniam parum attendunt quantum uideant imagines corporum, quæ fiunt in spiritu,
nec omnino sunt corpora. Cum uero eas coguntur intueri, si recte aduerterint, atq; com
pererint non eas esse corporeas,sed corporum simillimas, rationem tamen de his non cō
tinuo ualent reddere,quibus causis & quemadmodum fiant,qua denique natura sua subsi
stant,uel in quo subiecto sint: utrum ita in animo fiant ut in membrana ex atramento litte
ræ,ubi utraq; substantia est membrana scilicet & atramentum: an sicut sigillum in cera, uel
figura quælibet cui cera subiectū est illa in subiecto: an utroq; modo fiant ista in spiritu no
stro,aliquando sic,aliquando autem sic, Mouent enim nō solum ea,quæ absunt à sensibus
corporis,& in nostra reperiuntur memoria,uel quæ nosipsi ut libitum est,facimus,disponi
mus,augemus,minuimus,situ,habitu,motu,innumerabilibus qualitatibus formisq; uaria
mus, Talia sunt fortassis etiam illa quibus deludimur dormientes,quando nō diuinitus ad
monemur,nisi quod hæc uolentes agimus, illa præter arbitrium patimur. Non solum hæc
mouent,quæ in animo de ipso animo fieri non absurde quis putat,quāuis & hoc causis oc
cultioribus quibus agitur ut istud potius quàm illud in conspectu animi ueniat, sed etiam
quod ait propheta: Et dixit mihi angelus qui loquebatur in me. Neque enim forinsecus uo Zachariæ 1
ces ad aures corporeas prophetæ uenisse credendum est, cum dicit, loquebatur in me, non
ad me: utrum uoces erant de spiritu factæ,corporalibus similes, quales agimus cum apud
nos taciti multa memoriter, plerunque etiam cantando transcurrimus, sed tamen editæ ab
angelo sibi suggerente: Et quod in Euangelio scriptum est, ecce angelus dei apparuit illi in Matth.1
somnis dicens, Quomodo enim apparuerit, uel corpus angelicum oculis clausis, Abraæ Gen.18
quippe uigilanti sic apparuerunt,ut eos cum pedes lauit eis contrectando sentiret: uel spi
ritus spiritui dormientis in specie aliqua simili corpori, sicut nosipsi nobis uidemur tali fi
gura etiam per loca moueri somniantes,longe aliter quàm membra in stratis iacētia mo
uentur

uentur. Hæc & ideo mira ſunt, quia occultiorẽ habent rationem cꝫ uideri uel reddi ab ho C
mine homini poſſit. Nam iſtæ cauſæ ſunt admirationis, cũ uel ratio cuiuſcꝫ rei latet, uel ea
dem res uſitata non eſt, quod aut ſingularis, aut rara eſt. Ex illa ergo cauſa latentis ratio/
nis, ego dixi in epiſtola, quam te legiſſe commemoras, cum eis reſponderem qui negant
eſſe credendum, quod Chriſtum uirgo peperit, uirgo permanſerit, Si ratio quæritur, non
erit mirabile. Hoc enim dictum eſt, non quod ratione res careat, ſed quod eos lateat, qui/
bus hoc deus uoluit eſſe mirabile. Ex alia uero admirationis cauſa, quæ ideo eſt quia inſo/
Luc. 7 litum aliquid occurrit, ſcriptum eſt de dño, quod miratus ſit Centurionis fidem, Neqꝫ cũ
eum rei nullius ratio potuit latere, ſed admiratio pro laude poſita eſt eius, cuius par in po/
pulo Hebræo non apparuerat. Vnde ipſa admiratio ſatis expoſita eſt, cum dominus ait:
Amen dico uobis, non inueni tantam fidem in Iſraël. Quod autem adieci in eadem epiſto
la, Si exemplum poſcitur, non erit ſingulare, fruſtra tibi uiſus es uelut exempla inueniſſe de
uermiculo qui in pomo naſcitur, & aranea quæ filum textrinæ ſuæ corpore uelut integro
parit. Dicuntur enim aliqua argute cuiuſdam ſimilitudinis gratia, alia remotius, alia con/
gruentius, ſed ſolus Chriſtus natus eſt ex uirgine: unde iam intelligis, quantum exiſtimo,
cur hoc eſſe dixerim ſine exemplo. Habent itaqꝫ omnia cauſas ſuas, atqꝫ rationes rectas &
inculpabiles, quæ deus uel uſitata uel inuſitata operatur. Sed hæ cauſæ atqꝫ rationes cum
latent, miramur quæ fiunt: cum autem patent, conſequenter ea uel conuenienter fieri dici/
mus, nec mirandum eſſe, quia facta ſunt, quæ ratio exigebat ut fierent. Aut ſi miramur non
inopinata ſtupendo, ſed excellentia laudando miramur. Quo genere admirationis Centu
rio ille laudatus eſt. Nec ideo reprehendenda eſt ſententia qua dictum eſt, Si ratio quæri/
tur non erit mirabile, quoniam eſt aliud genus admirationis etiam cum ratio manifeſta eſt
Iacob. 1 admiranti. Neqꝫ enim propterea culpatur ſententia qua dictum eſt: Deus neminem ten/
Deut. 13 tat, quoniam eſt aliud genus tentatiõis, propter quod recte itidem dictum eſt, Tentat uos
dominus deus ueſter. Nec quiſquam exiſtimet ideo merito poſſe dici corporeis oculis à fi/ D
lio patrem uideri, ac non potius ſicut à patre filium, quia illi qui hoc putant cum in redden
da ratione defecerint, poſſunt & ipſi dicere, ſi ratio quæritur, non erit mirabile: hoc enim di/
ctum eſt, non quia non eſt ratio, ſed quia latet. Illius autem non miraculi, ſed erroris, de/
monſtrare debet nullam eſſe rationem, quiſquis id opinantes refellere aggreditur. Sicut
enim nulla ratio eſt, qua dei natura moriatur, aut corrumpatur, aut peccet, & cum hoc de/
um non poſſe dicimus, non derogamus poteſtati eius, ſed æternitatem ueritatemꝫ lauda
mus: Ita cum dicimus non poſſe uideri oculis corporeis, non latet ſed patet ratio bene in/
telligentibus, qua perſpicuum eſt deum corpus non eſſe, nec aliquid corporeis oculis cerni
poſſe, niſi quod alicuius interualli interpoſitione cernatur. Id autem non niſi corpus eſſe,
eamꝫ ſubſtantiam quæ minor ſit in parte quàm in toto, quod de deo credere nefas eſſe
debet, etiam his qui hoc intelligere nõdum ualent. Latet ratio diuerſarum commutationũ:
Hinc eſt omnium uiſibilium ſylua miraculorũ. Nunquid tamen ideo latet eſſe corpora, ha
bere nos corpus, nullum eſſe quantulumcunqꝫ corpuſculum quod non pro ſuo modo loci
occupet ſpacium? Nec in eo quod occupat ubiqꝫ ſit totum, ſed minus ſit in parte quàm in
toto? Hæc quoniam non latent, his contexenda ſunt conſequentia, quod nunc facere ni/
mis longum eſt, quibus oſtendatur non rationem latere, ſed rationem omnino nullam
eſſe qua credi debeat, uel poſſit intelligi, deum qui ubiqꝫ totus eſt, per ſpacia locorum cor/
porea mole diffundi, in qua neceſſe habeat partibus maioribus minoribusqꝫ conſtare, cer/
ni corporeis oculis poſſe. Vnde plura dicerem ſi hoc in epiſtola iſta ſuſcepiſſem, in cuius
longitudinem, non ſentiens progreſſus ſum, penè oblitus occupationum mearum, ita ut
fortaſſe, quod non arbitrabar, attentioni tuæ ſatiſfecerim, qui potes paucis admonitus plu
ra cogitare quæ competunt. Sed non etiam eorum in quorum manus non inaniter uenire
γνώμη iſta poſſunt, ſi diligentius & copioſius differantur. Laborant autem homines in diſcendo,
& breuia non ualent intelligere, prolixa non amant legere. Laborant itidem in docendo,
qui &

A qui & pauca tardis,& multa pigris frustra ingerunt. Mitte & illius epistolæ exemplum, quæ apud nos aberrans,non potuit inueniri.

August. Euodio de quæstionibus ad salutē nō necessarijs,de similitudinibus nō per omnia congruentibus rebus diuinis, de sacrosancta trinitate quid credere sufficiat. Epist. CII

AVGVSTINVS episcopus,Euodio episcopo. Si ea quæ me magis occupant, à quibus in aliud auerti nolo, sanctitas tua nosse tanti habet, mitte aliquem qui tibi describat. Iam enim plura perfecta sunt,quæ hoc anno ante pascha propinquante quadragesima à nobis fuerant inchoata. Nam tribus illis libris de ciuitate dei cōtra dæmonicolas inimicos eius,duos alios addidimus,quibus quinq; libris satis disputatum arbitror aduersus eos,qui propter præsentis uitæ felicitatem deos colendos putant,eamq; felicitatem à nobis impediri opinātes,christiano nomini infesti sunt. Deinceps dicendum est, sicut primo libro polliciti sumus, aduersus eos qui propter uitam post mortem futuram necessarium existimant cultum deorum suorum,propter quam uitā nos christiani sumus. Dictaui etiam trium psalmorum expositionem,non paruis uoluminibus,sexagesimi & septimi,septuagesimi & primi,septuagesimi & septimi. Reliqui nondum dictati neq; tractati,uehementer à nobis expectantur atq; flagitantur. Ab his me reuocari & retardari irruentibus de transuerso quibuslibet quæstionibus nolo, ita ut nec libris de trinitate,quos diu in manibus uerso,nondum compleui, modo attendere uelim,quoniam nimis operosi sunt,& paucis eos intelligi posse arbitror,unde magis urgēt quæ pluribus utilia fore speramus. Nō enim, ut scribis,qui ignorat ignorabitur, de hac re dixit Apostolus, tanquam ista pœna ille plectendus sit,qui non ualet intelligentia sic discernere ineffabilem trinitatis unitatem,sicut discernitur in animo nostro memoria,intellectus,uoluntas. Aliunde hoc dicebat Apostolus: Lege,& uidebis ea quæ loquebatur,quæ fidem uel mores multorum ædificarent,non quæ uix ad paucorum,eamq; exiguam,quantulacunq; in hac uita
B de re tanta esse potest, intelligentiā peruenirēt,id est ut linguis prophetia præponeretur, ut nō perturbate illa gererētur,quasi prophetiæ spiritus etiam inuitos loqui cogeret, ut mulieres in ecclesia tacerent, ut omnia honeste & secūdum ordinem fierent. Hæc cum ageret,ait: Si quis uidetur esse propheta aut spiritalis,agnoscat quæ scribo uobis, quia domini est mādatum: si quis aūt ignorat,ignorabitur,His uerbis coërcens,& ad pacificum ordinem reuocans inquietos,tanto ad seditionem faciliores,quāto sibi uidebātur spiritu excellere,cum superbiēdo cūcta turbarēt. Si quis ergo uidetur propheta esse aut spiritalis,agnoscat,inquit, quæ scribo uobis,quia domini est mandatum. Si quis uidetur esse,& utiq; nō est: nam qui est,sine dubitatione cognoscit,nec admonitione & cohortatiōe opus habet,quia omnia iudicat,& à nemine iudicatur. Illi ergo seditiones & perturbationes in ecclesia faciebant,qui uidebantur esse in ecclesia,quod nō erant. Hos docet cognoscere domini esse mādatum,quia nō est seditionis deus sed pacis. Si quis autē ignorat,ignorabitur,id est improbabitur. Nō enim deus,si ad scientiam referas,ignorat eos,quibus dicturus est,Non noui uos, sed eorū improbatio hoc uerbo insinuata est. Cum autem dominus dicat: Beati mundo corde,quoniam ipsi deum uidebūt,eaq; uisio nobis in fine summum præmium promittatur,omnino est metuendum,si nunc ad liquidum quæ de dei creatura credimus cōspicere non ualemus, ne inde sit dictum, Qui ignorat,ignorabitur: quia enim in sapientia dei nō cognouit mundus per sapientiam deum, placuit deo per stulticiam prædicationis saluos facere credentes. Hæc stulticia prædicationis ac stulticia dei,quæ sapientior est hominibus, multos cōtrahit ad salutem,ut nō solum qui nōdum certa ualent intelligentia cōspicere naturam dei, quam fide tenent, uerumetiam qui nōdum in ipsa anima sua ita incorpoream substantiam à corporis generalitate discernūt,quemadmodum certi sunt se uiuere,nosse,uelle, ideo sint alieni à salute,quā stulticia illa prædicationis fidelibus confert. Nam si propter eos solos Christus mortuus est,qui certa intelligētia possunt ista discernere,penè frustra in ecclesia laboramus: si autem, quod ueritas habet, infirmi populi credentium ad medicum currunt,sanandi per

2. Retract. 43 Vox hybrida δαιμονολάτρας.

1. De ciuitate dei cap. 36.

2. Retract. 15

1. Cor. 14

Matth. 5

1. Cor. 1

Stulticia dei τὸ μωρὸν.

B Christum

Christum,& hunc crucifixum,& ubi abũdauit peccatũ, superabũdat gratia,miris fit modis C
per altitudinem diuinam sapientiæ & scientiæ dei,& per inscrutabilia iudicia eius,ut & non/
nulli à corporibus incorporea discernentes,cum sibi ex hoc magni uidentur,& irrident stulti
ciam prædicationis,qua salui fiunt credentes,ab unica uia longe exirent,quæ ad uitam æter
nam sola perducit,& multi in cruce iusti gloriantes,& ab eadẽ uia nõ recedẽtes,etiam si ista
quæ subtilissime disseruntur ignorant,quia non perit unus ex illis pro quibus mortuus est,
ad eandem perueniãt † ueritatem,charitatem, id est ad stabilem,certam,plenamq; felicita/
tem,ubi manentibus,uidentibus,amantibus sint cuncta perspicua. Proinde in unum deum
patrem & filium & spiritumsanctũ firma pietate credamus: ita ut nec filius credatur esse qui
pater est,nec pater qui filius est,nec pater nec filius qui utriusq; spiritus est. Nihil putetur in
hac trinitate temporibus locisue distare, sed hæc tria æqualia esse & coëterna,& omnino es
se una natura:non à patre aliam,& à filio aliam,& à spiritusancto aliam conditam esse crea
turã,sed omnia & singula,quæ creata sunt uel creantur,trinitate creante subsistere: nec quen
quam liberari à patre sine filio & spiritusancto, aut à filio sine patre & spiritusancto, aut à
spiritusancto sine patre & filio: sed à patre & filio & spiritusancto uno,uero, uereq; immor
tali,id est omnimodo incommutabili solo deo.Multa autem etiam seperatim in scripturis
de singulis dici,ut insinuetur, quamuis inseparabilis trinitas,tamen trinitas:ut quemadmo/
dum simul dici non possunt cum sonis corporalibus commemorantur, quamuis simul sint
inseparabiliter,Ita & quibusdam scripturarum locis,& per quasdam creaturas sigillatim ui
cissimq; monstrentur:Sicut pater in uoce,qua sonuit: Tu es filius meus,& filius in homine,
quem suscepit ex uirgine,& spiritussanctus in colũbæ specie corporali. Hæc seperatim qui/
dem,sed nullo modo seperata tria illa demonstrant.Ad hoc utcunq; intelligẽdum assumi/
mus memoriam,intelligentiam,uoluntatem. Quamuis enim hæc suis separatisq; tempo/
ribus sigillatim singula enunciemus,nihil tamen horum sine alijs duobus agimus aut dici/
mus.Nec ideo putanda sunt hæc tria trinitati sic comparata, ut omni ex parte conueniant. D
Cui enim similitudini in disputando conuenientia tanta concedítur,ut ei rei cui adhibenda
est,ex omni parte coaptetur,uel quãdo ex creatura ad creatorem aliquid simile assumitur?
Primo ergo inuenitur similitudo dissimilis,quod tria hæc,memoria,intelligentia,uoluntas
animæ insunt,non eadem tria,est anima.Illa uero trinitas non inest,sed ipsa deus est. Ideo
ipsa mirabilis simplicitas cõmendatur,quia nõ ibi aliud est esse,aliud intelligere, uel si quid
de dei natura dicitur.Anima uero quia est,etiam dum non intelligit,aliud est quidem esse,
aliud est quod intelligit.Deinde quis audeat dicere patrem non intelligere per seipsum,sed
per filium, sicut memoria non intelligit per seipsam, sed per intellectum : uel potius anima
ipsa,cui hæc insunt,per intellectum tãtummodo intelligit,sicut per memoriam tantummo/
do meminit,& per uoluntatem tantummodo uult? Adhoc ergo adhibetur ista similitudo,
ut quoquo modo intelligatur,quemadmodum horum trium in anima,cum singula nomi/
na enunciantur,quibus eadem singula demonstrantur,tamen unumquodq; nomen his tri
bus cooperantibus enunciatur,cum & reminiscendo & intelligendo & uolendo dicitur: Ita
nullam esse creaturam,in qua uel solus pater,uel solus filius,uel solus spiritussanctus demõ/
stretur,quam non simul trinitas operetur,quæ inseparabiliter operatur, Ac per hoc nec uo/
cem patris,nec animam & carnem filij,nec columbam spiritussancti esse factam,nisi eadem
cooperante trinitate.Nec sanè sonus ille uocis,qui cõtinuo esse destitit,coaptatus est in uni/
tatem personæ spiritussancti. Nam ipsa quoq;,sicut nubes illa lucida,quæ operuit in mon/
te cum tribus discipulis saluatorem, uel potius sicut ille ignis,qui eundem spiritumsanctum
demõstrauit,officio significationis impleto,mox esse desinit: sed solus homo,quia propter
ipsam naturam liberandam illa omnia fiebant, in unitatem personæ uerbi dei,hoc est uni/
ci filij dei mirabili & singulari susceptione coaptatus,permanente tamen uerbo in sua natu
ra incommutabiliter, in qua nihil compositi cum quo subsistat ulla phantasia humani ani/
mi suspicandum est.Legitur quidem & spiritus sapientiæ multiplex, sed recte dicitur etiam
simplex.

Stabilitatem, aut simile uer bũ uidetur de esse.

ὅμοιον ἀνόμοιον

Coaptatus pro unitus.

Sap. 7

A simplex. Multiplex enim, quoniam multa sunt quæ habet: simplex autem, quia non aliud quàm quod habet est. Sicut dictus est filius habere uitam in semetipso, & eadem uita ipse est: homo autem uerbo accessit, non uerbum in hominem conuertibiliter accessit, atq; ita & filius dei simul cum homine susceptο dicitur, unde idem filius dei incommutabilis est atq; coæternus patri, sed in uerbo solo, & sepultus est filius dei, sed in carne sola. Proinde quæ de filio dei uerba dicuntur, uidendum est secundum quid dicantur. Non enim homine assum pto personarum numerus auctus est, sed eadem trinitas mãsit. Nam sicut in homine quo/libet præter unum illum, qui singulariter susceptus est, anima & corpus una persona est, ita in Christo uerbum & homo una persona est. Et sicut homo uerbi gratia, philosophus nõ utiq; nisi secundum animam dicitur, nec ideo tamen absurde, sed congruentissima & usita tissima locutione dicimus philosophum cæsum, philosophum mortuum, philosophum se/pultum, cum totum secundum carnem accidat, non secundum illud quod est philosophus: ita Christus deus dei filius, dominus gloriæ, & si quid huiusmodi secũdum uerbum dicitur, & tamen recte dicitur deus crucifixus, cum hoc eum secundum carnem passum esse, non se/cundum illud quod dominus gloriæ est, non habeatur incertum. Sonitus autem ille uocis & columbæ species corporalis, & linguæ diuisæ uelut ignis, qui insedit super unumquenque eorum, sicut illa in monte Syna, quæ terribili specie facta sunt, & sicut columna illa nubis per diem, & flammæ per noctem, significatiua operatione acta atq; transacta sunt. Illud in his maxime cauendum est, ne cuiquam dei natura uel patris uel filij uel spiritussancti com/mutabilis & conuertibilis esse credatur. Nec moueat quod aliquando res quæ significat, no men eius rei quam significat accipit. Spiritussanctus dictus est corporali specie tanquam co lumba descendisse & mansisse super eum. Sic enim & petra Christus, quia significat Chri/stum. Miror autem tibi uideri sonitum uocis illius, qua dictum est, Tu es filius meus, nõ me diante anima, sed diuino nutu sola corporali natura sic fieri potuisse: & non tibi uideri eo/

B dem modo potuisse fieri animantis cuiuslibet speciem corporalem motumq; uiuenti simi/lem diuino nutu, nullo animali interposito spiritu. Si enim obtemperat deo creatura corpo rea sine uiuificantis animæ ministerio, ut edantur soni quales edi ex corpore animato solẽt, ut forma locutionis articulatæ auribus inferatur, cur non obtemperet, ut sine animæ uiuifi/cantis ministerio figura motusq; uolucris eadem potentia creatoris ingeratur aspectibus? An sensus audiendi hoc mereri potest, uidendi non potest, cum ex iacenti materia corporis utrunque formetur, & quod insonat, & uocis articuli, & liniamenta membrorum, & audibi/lis & uisibilis motus, ut & uerum sit corpus quod sentitur corporis sensu, & nihil sit amplius quàm sentitur corporis sensu? Anima enim in illo sensu corporis uel in aliquo animante sentitur. Non igitur est opus quærere quomodo apparuerit colũbæ species corporalis, sicut non quærimus quomodo sonuerint uoces articulati corporis. Si enim potuit anima non es se media, ubi uox non quasi uox dicitur facta, quãtomagis potuit ubi dicitur columba, hoc uerbo significare solam speciem corporalem oculis redditam, non naturam uiuentis ani/mantis expressam. Hoc modo etiam illud dicitur: Factus est subito de cœlo sonus quasi fer retur flatus uehemẽs, & uisæ sunt illis linguæ diuisæ uelut ignis, ubi dicitur species quædam quasi flatus, & uelut ignis sensibilis usitatis similis notisq; naturis, non ipsæ usitatæ notæq; naturæ ad tempus factæ significari uidentur. Si autem subtilior ratio uel excellentior rei ue stigatio demonstrat eam naturam, quæ nec temporaliter nec localiter mouetur non moue/ri, nisi per illam quæ temporaliter tantum, non localiter moueri potest, consequens erit ut o/mnia illa per ministerium creaturæ uiuẽtis effecta sint, sicut per angelos fiunt. Vnde diligen tius differere & longum est, & non necessarium. Huc accedit, quia non sunt uisiones quæ ap parent spiritui tanquam corporis sensibus, non solum dormientibus uel furentibus, sed ali/quando sanæ mentis uigilantibus: non per fallaciam illudentium dæmonum, sed per ali/quam reuelationem spiritalem, quæ fit per formas incorporeas corporibus similes: quæ dis/cerni omnino non possunt, nisi diuino adiutorio plenius reuelentur, & mentis intelligentia

simile.

Act. 2

dijudicentur,uix aliquando cum fuerint,sed plerunq; postea cum transierint. Quæ cum ita C
sint,siue in naturis corporeis,siue sola specie corporali,natura autem spiritali nostro spiritui
tanquam sensibus corporis apparere uideantur,quando hæc sacra scriptura commemorat
cuius istorum duorum generis sint,& utrum mediante uiua creatura fiant, si corpore fiunt,
iudicare temere non debemus:dum tamen creatoris,hoc est summæ atque ineffabilis trini/
tatis inuisibilem,incommutabilem q; naturam,& à mortalium carnalium sensibus,& ab o/
mni conuertibilitate siue in melius,siue in deterius, siue in quodlibet aliud atq; aliud,remo/
tam atque discretam uel sine ulla dubitatione credamus, uel qualicunque etiam intelligen/
tia capiamus.Hæc tibi de duabus quæstionibus,hoc est de trinitate & columba, in qua spi/
ritus sanctus non sua natura,sed significatiua specie demonstratus est, sicut & filius dei non
Psalm. 109. sua natiuitate,de qua pater dixit: Ante luciferum genui te, sed in homine suscepto ex utero
uirginis, à Iudæis crucifixus est Iudæis,quàm ocioso ego tamen occupatissimus scribere po/
tui.Nec putaui omnia pertractanda quæ posuisti in litteris tuis, uerum ad illa duo, quæ ex
me audire uoluisti,me respondisse, & si non sufficienter auiditati tuæ, tamen charitati obe/
2.Retra. 45 dienter existimo. Præter autem illos duos libros, quos tribus me adiunxisse supra comme/
moraui,& trium psalmorum expositionem, scripsi etiam librum ad sanctum presbyterum
Hieronymum de animæ origine, consulens cum quomodo defendi possit illa sententia,
quam religiosæ memoriæ Marcellino suam esse scripsit,singulas animas nouas nascentibus
fieri,ut non labefactetur fundatissima ecclesiæ fides,qua inconcusse credimus,quod in Adã
omnes moriuntur, & nisi Christi gratia liberentur, qui per suum sacramentum etiam in
paruulis operatur,in condemnationem trahuntur. Scripsi alium ad eundem,quomodo illi
Iacob. 2 uideatur accipiendum esse quod scriptum est in epistola Iacobi: Quicunque autem totam
legem seruauerit,offendat autẽ in uno,factus est omnium reus.Sed in hoc dixi etiam quid
mihi uideatur: in illo autem de animæ origine tantũ quid ei uideatur,consultatoria quadã
disputatione quæsiui:Occasionẽ quippe cuiusdam sanctissimi & studiosissimi iuuenis pres/ D
byteri Orosij,qui ad nos ab ultima Hispania, id est ab Oceani littore solo sanctarum scri/
pturarum ardore flammatus aduenit, amittere nolui,cui ut ad illum quoque pergeret,per/
suasi.Huic etiam ipsi Orosio ad quædam interrogata, quæ illum de Priscillianistarum hæ/
resi,& Origenis quibusdam opinionibus,quas non recipit ecclesia,permouebant,uno libro
non grandi,quanta potui breuitate & perspicuitate respondi.Scripsi etiam grandem quen
dam librum aduersus Pelagij hæresem,cogentibus nonnullis fratribus, quibus contra gra/
tiam Christi opinionem pernicioſissimam ille persuaserat. Hæc omnia si habere uolueris,
aliquem mitte qui tibi cuncta describat. Me autem permitte his uacare quærendis atq; di/
scutiendis, quæ quoniam multis sunt necessaria, præponenda esse arbitror adualde paucos
pertinentibus inquisitionibus.

Augustinus Quintiano, commendat matrem uiduam cum filia uirgine,quæ defe/
rebant reliquias Stephani martyris. Epist. CIII

DOMINO beatissimo & merito uenerabili fratri & coëpiscopo Quintiano,Au
gustinus in domino salutem. Honorabiles dei familias,& præcipua mem
bra Christi Gallam uiduam sancti propositi,& eius filiam Simpliciolam uirgi
nem sacram,matri ætate subditam,sanctitate prælatã, quas uerbo domini alui
mus ut potuimus,uenerationi tuæ in Christi dilectione commendo, & tanquam mea ma/
nu per hanc epistolam trado consolandas, & in omnibus adiuuandas, quæ utilitas earum
uel necessitas postulat,quod & sine mea commẽdatione proculdubio faceret sanctitas tua.
Si enim nos propter supernam Hierusalem,cuius nos omnes ciues sumus, & in qua concu/
pierunt habere excellentioris sanctitatis locum,non solum ciuium, uerumetiam fraternum
eis debemus affectum:quãtomagis uos,apud quos earum etiam carnalis est patria,in qua
secularem nobilitatem pro Christi amore contemnunt dominæ illæ. Officium quoque sa/
lutationis per illas meum in charitate peto digneris sumere qua direxi, & meminisse in ora/
tionibus

A tionibus tuis. Portant sanè reliquias beatissimi & glorioſissimi martyris Stephani, quas nō ignorat ſanctitas ueſtra, ſicut & nos fecimus, quàm conuenienter honorare debeatis.

Auguſtinus Sixto presbytero, qui contra Pelagianos ſcripſerat, ut pergat impudē tes cohibere, diſſimulantibus mederi. Epiſt. CIIII

DOMINO uenerabili & in Chriſti charitate ſuſcipiendo ſancto fratri & con- 2. Retra. 42
presbytero Sixto, Auguſtinus in domino ſalutem. Ex quo Hipponem litteræ benignitatis tuæ per ſanctum fratrem noſtrum Firmum presbyterum directæ me abſente uenerūt, poſtea quàm illas cum remeaſſem, quamuis iam inde profecto earum perlatore legere potui, hæc prima eademq; gratiſſima reſcribendi occurrit occaſio per dilectiſſimum filium noſtrum Albinum acoluthum. Quod autē, quibus ſimul ſcripſiſti, tunc non eramus ſimul, ideo factum eſt, ut ſingulorum ſingulas non unam amborum epiſtolam ſumeres. A me quippe digreſſus eſt perlator huius per uenerabilem fratrem & coēpiſcopum meum Alipium qui tuæ ſanctitati aliam reſcriberet tranſiturus, ad quem etiam ipſas, quas ego iam legeram, litteras tuas ipſe portauit. Quæ nos quanta lætitia perfuderint, quid homo nitatur loqui quod non poteſt eloqui? nec teipſum ſatis noſſe arbitror, ſed nobis crede, quātum boni feceris talia nobis ſcripta mittendo. Sicut enim tu teſtis es animi tui, ita nos noſtri, quemadmodum ſit affectus illarum ſynceritate luculentiſſima litterarum. Si enim breuiſſimam epiſtolam tuam, quam de hac ipſa re ad beatiſſimum ſenem Aurelium per Leonem acoluthum direxiſti, exultanti alacritate deſcripſimus, & quibus poteramus magno ſtudio legebamus, ubi nobis expoſuiſti quid de illo perniciosiſſimo dogmate, uel quid cōtra de gratia dei, quam puſillis magnisq; largitur, cui eſt illud inimiciſſimum ſentias: quanta nos putas iſta tua prolixiora ſcripta uel exultatione legiſſe, uel cura ut legantur quibus ualuimus aliis obtuliſſe, atq; adhuc quibus ualemus offerre. Quid enim gratius legi uel audiri poteſt, quàm gratiæ dei tam pulchra defenſio aduerſus inimi-
B cos eius, ex ore eius qui eorundem inimicorum magni mométi patronus ante iactabatur? Aut unde uberiores deo debemus agere gratias, quàm quod eius ſic defenditur gratia, ab eis quibus datur aduerſus eos quibus uel nō datur, uel ingratum eſt quod datur? Quia ut eis gratum ſit, occulto & iuſto iudicio dei non datur. Quapropter domine uenerabilis & in Chriſti charitate ſuſcipiende ſancte frater, quamuis optime facias cum de hac re ſcribis ad fratres, apud quos ſe illi de tua ſolent efferre amicicia, tamē hæc cura maior tibi reſtat, ut nō ſolum ſalubri ſeueritate plectātur, qui errorem illum Chriſtiano infeſtiſſimum nomini audent garrire liberius, ſed etiam hi diligentiſſime caueantur uigilantia paſtorali propter infirmiores & ſimpliciores dominicas oues, qui eum preſſius, quidam autem timidius, ſed tamen inſuſurrare non ceſſant, penetrantes domos, ſicut ait Apoſtolus, & cætera quæ ſequuntur † exercitata impietate facientes: nec illi negligēdi ſunt, qui uſq; ad profundum ſilentium ſupprimunt timore quod ſentiunt, ſed tamen eandem peruerſitatem ſentire non deſinunt. Nonulli quippe eorum, antecq; iſta peſtilentia manifeſtiſſimo etiam ſedis apoſtolicæ iudicio damnaretur, uobis innoteſcere potuerunt, quos nunc repente reticuiſſe perſpicitis: nec utrum ſanati ſint ſciri poteſt, niſi cum non ſolum dogmata illa falſa tacuerint, uerumetiam illis uera cōtraria, eo quo illa ſolent ſtudio defenſauerint, qui tamē lenius profecto ſunt tractandi. Quid enim eos terreri opus eſt, quos ſatis territos ipſa taciturnitas monſtrat? Nec ideo tanq; ſani prætereundi ſunt diligentia medicinæ, quorū uulnus in abdito eſt. Etſi enim terrendi non ſunt, tamen docendi ſunt: & quantum exiſtimo, facilius poſſunt, dum in eis timor ſeueritatis doctorem adiuuat ueritatis, ut opitulāte domino, gratia eius intellecta atq; dilecta, etiam loquendo expugnent quod iam loqui non audent.

Forte exerta pro aperta.

Lenitas in hæreticos

Auguſtinus Sixto presbytero, inſtruens illum aduerſus Pelagianorum argumenta. Epiſt. CV

DOMINO in domino dominorum dilectiſſimo ſancto fratri & cōpresbytero Sixto, Auguſtinus in domino ſalutem. In epiſtola quam per chariſſimum fratrem noſtrum Albinū acoluthum miſi, prolixiorē me miſſurum eſſe promiſi per

ſanctum fratrem & conpresbyterum noſtrum Firmum, qui nobis litteras attulit ſynceri/ C
tatis tuæ,plenas fidei tuæ,quæ nobis tantum gaudium contulerunt,quantum magis poſſu
mus habere quàm dicere. Quod enim fatendum eſt charitati tuæ,triſtes eramus animo cũ
fama iactaret inimicis Chriſtianæ gratiæ te fauere. Sed ut hæc triſticia de noſtris cordibus
tergeretur, primo te priorem anathema eis in populo frequentiſſime pronunciaſſe eadem
fama non tacuit. Deinde cum litteris apoſtolicæ ſedis de illorum damnatione ad Africam
miſſis, tuæ quoque litteræ ad uenerabilem ſenem Aurelium conſecutæ ſunt, quæ tam&ſi
breues erant, tuum tamen uigorem aduerſus eorum errorem ſatis indicabant. Nunc uero
cum apertius & latius quid de illo dogmate contráque ſentires,ut litteris tuis fides ipſa no/
biſcum ratione eccleſiæ loqueretur, cui potiſſimum beatus apoſtolus Paulus de gratia dei
per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum,multa & multipliciter eſt locutus,non ſolum illud
omne triſticiæ nubilum fugit de cordibus noſtris, ſed etiã tantum ibi lætitiæ lumen infulſit,
ut nihil egiſſe in nobis uideretur ille mœror & timor,niſi ſucceſſu horum,ampliorẽ flagran
tiam gaudiorum. Itaq; te frater chariſſime,quamuis nõ uideamus nos oculis carnis,animo
tamen in fide Chriſti,in gratia Chriſti,in membris Chriſti tenemus, amplectimur, oſcula/
mur,& remeante à nobis ad te noſtrorũ inuicem colloquiorũ ſanctiſſimo & fideliſſimo per
latore,quem uoluiſti eſſe apud nos,non ſolum aduectorem ſcriptorum tuorum,uerumetiã
narratorem teſtemq; factorum,reſcripta perſoluimus,& aliquanto diutius tecum ſermoci/
namur admonẽtes,ut docendis inſtes,quibus terrẽdis ſatis quãtum comperimus inſtetiſti.
Sunt enim quidam,qui iuſtiſſime damnatas impietates adhuc liberius defendendas putãt:
& ſunt qui occultius penetrant domos,& quod in aperto iam clamare metuunt,in ſecreto ſe
minare nõ quieſcunt. Sunt autem qui omnino ſiluerunt magno timore cõpreſſi, ſed adhuc
in corde retinent quod ore iam proferre nõ audent,qui tamen eſſe poſſunt fratribus ex prio
re ipſius dogmatis defenſione notiſſimi. Proinde alij ſeuerius coërcendi,alij uigilãtius ueſti/
gandi,alij tractandi quidem lenius,ſed non ſegnius ſunt docendi,ut ſi non timentur ne per D
dant,nõ tamen negligantur ne pereant. Quod enim putant auferri ſibi liberum arbitrium,
ſi nec ipſam bonam uoluntatem ſine adiutorio dei hominem habere conſenſerint,nõ intel/
ligunt,nõ ſe firmare humanum arbitrium, ſed impellere ut per inania feratur,non in domi
no tanq; in petra ſtabili collocetur. Paratur enim uoluntas à domino. Quod autẽ perſona/
rum acceptorem deum ſe credere exiſtimãt,ſi credant quod ſine ullis præcedẽtibus meritis,
cuius uult miſeretur,& quos dignatur uocat,& quem uult religioſum facit, parum attendũt
quod debita reddatur pœna damnato,indebita gratia liberato, ut nec ille ſe indignũ que/
ratur,nec dignum ſe iſte glorietur, atq; ibi potius acceptionem nullam fieri perſonarũ, ubi
una eademq; maſſa damnationis & offenſionis inuoluit, ut liberatus de nõ liberato diſcat
quod etiam ſibi ſupplicium conueniret,niſi gratia ſubueniret. Si autẽ gratia,utiq; nullis me
ritis reddita,ſed gratuita bonitate donata. Sed iniuſtum eſt,inquiũt,in una eademq; mala
cauſa hunc liberari,illum puniri. Nempe ergo iuſtũ eſt utrũq; puniri. Quis hoc negauerit?
Agamus ergo gratias ſaluatori, dum nobis redditum non cernimus quod in damnatione
ſimilium etiam nobis debitum fuiſſe cognoſcimus. Si enim utriq; liberarentur, lateret quid
peccato per iuſticiam debeatur: ſi nemo,quid gratia largiretur. Vt ergo in hac difficillima
Rom.9 quæſtione uerbis potius utamur Apoſtoli: Volens deus oſtẽdere iram,& demonſtrare po/
tentiam ſuam,attulit in multa patiẽtia uaſa iræ quæ perfecta ſunt in perditionem: & ut no/
tas faceret diuitias gloriæ ſuæ in uaſa miſericordiæ,cui non poteſt figmẽtum dicere, Quare
ſic me feciſti,cum habeat poteſtatem ex eadem maſſa facere aliud uas in honorem,aliud in
cõtumeliam. Vbi quia uniuerſa iſta maſſa merito damnata eſt,contumeliam debitam red/
dit iuſticia,honorem donat indebitum gratia,nõ meriti prærogatiua,nõ fati neceſſitate,nõ
temeritate fortunæ,ſed altitudine diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ dei,quam non aperit,ſed
Rom.11 clauſam miratur Apoſtolus,damãs: O altitudo diuitiarũ ſapientiæ & ſcientiæ dei,cui inſcru
tabilia ſunt iudicia eius,& inueſtigabiles uiæ eius. Quis enim cognouit ſenſum domini: aut
quis

A quis cõsiliarius eius fuit,aut qs prior dedit illi & retribuet ei? Quoniã ex ipso, & per ipsum & in ipso sunt omnia, ipsi gloria in secula seculorũ amen. Nolunt autem ut sit ipsi gloria in Rom.10
iustificandis impijs gratuita gratia,qui eius ignorantes iusticiam,suam uolunt constituere, uel iam conclamantium religiosorum & piorum uocibus pressi,ita se fatentur ad habendã seu faciendam iusticiam diuinitus adiuuari,ut sui præcedat aliquid meriti,quasi priores uolentes dare ut retribuatur eis ab illo, de quo dictum est: Quis prior dedit illi & retribuetur Rom.11
ei,& suo putantes præire merito illum de quo audiunt,aut potius audire nolũt,Quoniam ex ipso.& per ipsum,& in ipso sunt omnia. Quarum autem diuitiarum est altitudo sapientiæ & scientiæ eius,ex his sunt diuitiæ gloriæ eius in uasa misericordiæ quæ uocauit in adoptionem, quas diuitias notas uult facere etiã per uasa iræ,quæ perfecta sunt in perditionẽ. Et quæ sunt uiæ inuestigabiles, nisi de quibus in Psalmo canitur: Vniuersæ uiæ domini Psal.24
misericordia & ueritas? Igitur inuestigabiles sunt misericordia & ueritas eius,quoniam cui ius uult miseretur,non iusticia sed misericordiæ gratia, & quem uult obdurat,non iniquita-
te, sed ueritate uindictæ, Quæ tamen misericordia & ueritas ita sibi occurrunt,quia scriptũ est,Misericordia & ueritas obuiauerunt sibi, ut nec misericordia impediat ueritatẽ qua plectitur dignus,nec ueritas misericordiã qua liberatur indignus. Quæ igitur sua merita iacta Psal.84
turus est liberatus, cui si digna suis meritis redderẽtur nõ esset nisi damnatus? Nulla ne igitur sunt merita iustorum? Sunt plane,quia iusti sunt. Sed ut iusti fierẽt,merita nõ fuerũt. Iusti enim facti sunt, cũ iustificati sunt,sed sicut dicit apostolus: Iustificati gratis per gratiã Rom.3
ipsius. Cum igitur huic gratiæ inimici infestiq; sint isti, Pelagius tamen in ecclesiastico iudicio Palæstino,nõ enim aliter inde impunitus exisset, anathematizauit eos qui dicũt gratiam dei secũdum merita dari. Sed nihil aliud in eorũ etiã posterioribus disputatiõibus inuenitur,quàm meritis dari etiam gratiam. De cuius commendatione maxime ad Roma-
B nos Apostolica epistola loquitur, ut inde se prædicatio eius uelut à capite orbis toto orbe diffunderet. Ea est enim qua iustificat impius,id est,fit iustus qui prius erat impius. Et ideo percipiendæ huius gratiæ merita nulla præcedunt, quoniam meritis impij, non gratia sed pœna debetur. Nec ista esset gratia si non daretur gratuita,sed debita redderetur. Sed cum ab istis quæritur,quam gratiã Pelagius cogitaret sine ullis præcedẽtibus meritis dari, quando anathematizabat eos qui dicunt gratiam dei secundum merita nostra dari,respondent sine ullis præcedentibus meritis gratiã ipsam humanam esse naturã in qua conditi sumus. Neq; enim anteq; essemus,mereri aliquid poteramus ut essemus. Abijciatur à Christiano rum cordibus ista fallacia, Nam omnino non istam gratiã cõmendat apostolus qua creati sumus ut homines essemus, sed qua iustificati sumus ut homines iusti essemus. Ista est enim gratia per Iesum Christũ dominũ nostrũ. Etenim Christus nõ pro nullis ut homines cõderentur,sed pro impijs mortuus est ut iustificarẽtur: quippe homo erat qui dicebat: Mi Rom.7
ser ego homo,quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christũ dominũ nostrũ. Possunt quidẽ dicere remissionẽ peccatorũ esse gratiã, quæ nullis præcedentibus meritis datur. Quid enim habere boni meriti possunt peccatores? Sed nec ipsa remissio peccatorũ sine aliquo merito est,si fides hãc impetrat. Neq; enim nullũ est meritũ fidei, qua fide ille dicebat: Deus propitius esto mihi peccatori,& descẽdit iustificatus merito fide Luc.18
lis humiliatus,quoniã qui se humiliat exaltabitur. Restat igitur ut ipsam fidẽ unde omnis iusticia sumit initiũ,propter quod dicitur ad ecclesiã in cantico canticorũ, Venies & pertransies ab initio fidei,non humano quo isti extolluntur tribuamus arbitrio,nec ullis præcedentibus meritis,quoniam inde incipiunt bona quæcunq; sunt merita,sed gratuitum donũ dei esse fateamur,si gratiam ueram,id est,sine meritis cogitamus. Quia sicut in eadem epistola legitur: Deus unicuiq; partitur mensurã fidei. Opera quippe bona fiũt ab homine,fides autem fit in homine,sine qua illa à nullo fiunt homine. Omne enim quod non est ex fide, peccatum est. Qua propter ne se uel ipsius orationis meritũ extollat,etiã ad uincẽdas tempora Rom.12
lium rerum cupiditates & diligẽda bona æterna, atque ipsum fontem omnium bonorum, Rom.14

domini adiutorium datur oranti, fides erat quæ data est non oranti, quæ utiq; nisi data es/ C
set, orare nō posset. Quomodo enim inuocabunt, in quem nō crediderunt? Quomodo cre/
Rom. 10 dent quem non audierunt? Quomodo audient sine prædicante? Igitur fides ex auditu, au/
ditus autem per uerbum Christi. Proinde minister Christi huius fidei prædicator, secundū
1. Cor. 3 gratiā quæ data est illi, plantator est & rigator. Nec tamen qui plantat est aliquid, neq; qui
rigat, sed qui incrementum dat deus, qui unicuiq; partitur mensuram fidei. Vnde & alibi di
Ephes. 6 citur: Pax fratribus & charitas cum fide, quam ne sibi tribuerent, cōtinuo subiunxit: A deo
patre & domino Iesu Christo: quia nec omnium est fides qui audiunt uerbum, sed quibus
deus partitur mensurā fidei: sicut nec omnia germinant quæ plantātur & rigantur, sed qui/
bus deus dat incremētum. Cur aūt ille credat, ille non credat, cum ambo idem audiunt, & si
miraculum in eorum conspectu fiat, ambo idem uidēt, altitudo est diuitiarum sapientiæ &
scientiæ dei, cuius inscrutabilia sunt iudicia, & apud quem non est iniquitas, dum cuius uult
miseretur, & quem uult obdurat: neq; enim propterea sunt ista iniusta, quia occulta. Dein/
de post remissionem peccatorum, nisi mundatam domum habitet spiritussanctus, nónne
cum alijs septem redit spiritus immundus, & erunt nouissima hominis illius peiora quàm
erant prima? Vt autē habitet spiritussanctus, nónne ubi uult spirat, & charitas dei, sine qua
nemo bene uiuit, diffunditur in cordibus nostris, non à nobis, sed per spiritumsanctum qui
Gal. 5 datus est nobis? Hanc enim fidem Apostolus diffinuit dicens: Neq; circuncisio est aliquid
neque præputium, sed fides, quæ per dilectionem operatur. Ista quippe fides est Christia/
norum non dæmoniorum: nam & dæmones credunt & contremiscunt, sed nunquid & di
ligunt? Nam si non crederent, non dicerent, Tu es sanctus dei, uel, Tu es filius dei: Si au/
tem diligerent, non dicerent, Quid nobis & tibi? Fides igitur ad Christum nos trahit, quæ
Ioan. 6 nisi desuper gratuito munere nobis daretur, non ipse diceret: Nemo potest uenire ad me,
nisi pater qui misit me attraxerit eum. Vnde & paulo post ait: Verba quæ ego locutus sum
uobis, spiritus & uita sunt, sed sunt quidam ex uobis qui non credunt. Deinde Euangelista D
subiungit: Sciebat enim ab initio Iesus qui essent credentes, & qui esset traditurus eum. Et
ne quisquam existimaret credentes sic ad eius præscientiam pertinere, quomodo non cre/
dentes, id est ut non eis fides ipsa desuper daretur, sed tantummodo uoluntas eorum præ/
noscceretur, mox adiecit atque ait: Et dicebat, Propterea dixi uobis, quia nemo potest ue/
nire ad me, nisi fuerit ei datum à patre meo. Hinc erat, quod eorum qui audierant loquen/
tem de carne sua & sanguine suo, quidam scandalizati abscesserunt, quidam credēdo man/
serunt: Quia nemo potest uenire ad illum, nisi cui datum est à patre, ac per hoc & ab ipso
filio & à spiritusancto. Neque enim separata sunt dona uel opera inseparabilis trinitatis,
sed filius sic honorans patrem, non affert ullius distantiæ documentum, sed magnum præ/
bet humilitatis exemplum. Hic iterum isti liberi arbitrij defensores, immo deceptores quia
inflatores, & inflatores quia præsumptores, non aduersum nos, sed aduersus Euange/
lium locuturi, quid aliud dicunt quàm id quod Apostolus sibi, quasi à talibus diceretur
Rom. 9 obiecit: Dicis itaque mihi, Quid adhuc conqueritur? Nam uoluntati eius quis resistit?
Hanc contradictionem sibimetipse tanquam ab altero opposuit, uelut ex eorum uoce qui
nolunt accipere quod superius dixerat, Ergo cuius uult miseretur, & quem uult obdurat.
Talibus itaque dicamus cum Apostolo, non enim melius illo inuenire possumus quid di/
camus: O homo, tu quis es qui respondeas deo? Quærimus nanque meritum obduratio/
nis, & inuenimus. Merito nanque peccati uniuersa massa damnata est, nec obdurat deus
1. senten. dis. impertiendo maliciam, sed non impertiendo misericordiam. Quibus enim non impertitur,
40. cap. qui/ nec digni fiunt, nec merentur: at potius ut non impertiatur, hoc digni sunt, hoc merentur.
cunque. Quærimus aūt meritum misericordiæ, nec inuenimus, quia nullum est, ne gratia euacuetur,
si non gratis donatur, sed meritis redditur. Si enim dixerimus fidem præcessisse, in qua es/
1. Corinth. 4 set meritum gratiæ, quid meriti habeat homo ante fidem, ut acciperet fidem? Quid enim
habet quod non accepit? Si aūt accepit, quid gloriatur quasi non acceperit? Sicut enim non
haberet

A haberet homo ſapientiam, intellectum,conſilium,fortitudinem,ſcientiam,pietatem,timo/
rem dei,niſi ſecundum propheticum eloquium accepiſſet ſpiritum ſapientiæ & intellectus,
conſilij & fortitudinis,ſcientiæ & pietatis ac timoris dei:ſicut non haberet uirtutem, charita
tem, continentiam,niſi accepto ſpiritu de quo dicit apoſtolus: Non enim accepiſtis ſpiritũ Rom.8
timoris, ſed uirtutis & charitatis & continentiæ, Ita non haberet fidem niſi accepiſſet ſpiri/
tum fidei,de quo idem ipſe dicit:Habentes autem eundem ſpiritum fidei, ſecundum quod 2.Cor.4
ſcriptũ eſt:Credidi propter quod locutus ſum,& nos credimus propter quod & loquimur,
Non autem merito accipi, ſed miſericordia eius qui cuius uult miſeretur,manifeſtiſſime o/
ſtendit,ubi de ſeipſo ait:Miſericordiã conſecutus ſum ut fidelis eſſem.Si dixerimus meritũ 1.Timoth.1
præcedere orationis ut donum gratiæ conſequatur, Impetrando quidem oratio quicquid De gratia &
impetrat,euidenter donum dei eſſe oſtendit,ne homo exiſtimet à ſeipſo ſibi eſſe,quod ſi in lib.ar.cap.30
poteſtate haberetur,non utiq; poſceretur:ueruntamen ne ſaltem orationis putarentur præ & 31 & 32
cedere merita,quibus non gratuita daretur gratia,ſed iam nec gratia eſſet,quia debita red
deretur,etiã ipſa oratio inter gratiæ munera reperitur.Quid enim oremus,ait doctor gen/ Rom.8
tium,ſicut oportet neſcimus,ſed ipſe ſpiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabili/ Interpellat.
bus.Quid eſt autẽ interpellat, niſi interpellare nos facit? Indigẽtis enim certiſſimũ indiciũ
eſt interpellare gemitibus.Nullius autem rei eſſe indigentẽ fas eſt credere ſpiritum.Sed ita
dictum eſt interpellat,quia interpellare nos facit,nobisq; interpellandi & gemẽdi inſpirat
affectum,ſicut illud in Euangelio: Non enim uos eſtis qui loquimini,ſed ſpiritus patris ue/ Matth.10.
ſtri qui loquitur in uobis.Neque enim & hoc ita fit de nobis tanquam nihil facientibus no
bis. Adiutorium igitur ſpirituſſancti ſic expreſſum eſt, ut ipſe facere diceretur, quod ut fa/
ciamus facit. Nam non eſſe intelligẽdum ſpiritum noſtrum de quo dictum eſt,Interpellat
gemitibus inenarrabilibus,ſed ſpiritum ſanctum quo noſtra infirmitas adiuuatur,ſatis de
monſtrat apoſtolus. Inde enim cœpit:Spiritus,inquit,adiuuat infirmitatem noſtram, de/ Rom.8
B inde ita ſubiunxit, Quid enim oremus,ſicut oportet neſcimus & cætera.De hoc quippe ſpi
ritu apertius alibi dicit, Non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, ſed acce/
piſtis ſpiritum adoptionis filiorum in quo clamamus,abba pater. Ecce hic nõ dixit quod
ipſe ſpiritus clamet orando, ſed in quo clamamus,abba pater. Alio tamen loco ait: Quo/ Galat.4
niam filij dei eſtis,miſit deus ſpiritum filij ſui in corda ueſtra clamantem,abba pater. Non
hic ait, In quo clamamus,ſed ipſum ſpiritum clamantem dicere maluit, quo efficitur ut cla/
memus, ſicut ſunt illa, Ipſe ſpiritus interpellat gemitibus inenarrabilibus, Et ſpiritus pa/
tris ueſtri eſt qui loquitur in uobis . Sicut ergo nemo recte ſapit, recte intelligit,recte con/
ſilio ac fortitudine prævalet, nemo ſcienter pius eſt uel pie ſciens, nemo timore caſto de/
um timet, niſi acceperit ſpiritum ſapientiæ & intellectus, conſilij & fortitudinis,ſcientiæ &
pietatis & timoris dei, nec habet quiſquam uirtutem ueram, charitatem ſynceram , con/
tinentiam religioſam, niſi per ſpiritum uirtutis & charitatis & continentiæ, Ita ſine ſpiri/
tu fidei non eſt recte quiſpiã crediturus,nec ſine ſpiritu orationis ſalubriter oraturus,Non
quia tot ſunt ſpiritus, ſed omnia hæc operatur unus atque idem ſpiritus diuidens propria 1.Cor.12
unicuiq; pro ut uult,quia ſpiritus ubi uult ſpirat, ſed quod fatendũ eſt, aliter adiuuat non/ Ioan.3
dum inhabitans,aliter inhabitans.Nam nondum inhabitans adiuuat ut ſint fideles, inha
bitans adiuuat iam fideles.Quod eſt ergo meritum hominis ante gratiã quo merito per/
cipiat gratiam,cum omne meritũ noſtrum,nõ in nobis faciat niſi gratia,& cum deus coro/ 2.ſent.diſ.25.
nat merita noſtra,nihil aliud coronet quàm munera ſua? Sicut enim ab initio fidei miſeri/ ex muneribus
cordiam conſecuti ſumus,nõ quia fideles eramus,ſed ut eſſemus,Sic in fine quod erit in ui/ De gratia &
ta æterna,coronabit nos,ſicut ſcriptum eſt, in miſeratione & miſericordia. Non itaque fru/ lib.ar.cap.15
ſtra deo cantatur, Et miſericordia eius præueniet me, Et miſericordia eius ſubſequetur me. & 16
Vnde & ipſa uita æterna quæ utiq; in fine ſine fine habebitur,& ideo meritis præcedẽtibus
redditur,tamen quia eadẽ merita quibus redditur, nõ à nobis parata ſunt per noſtrã ſuffi
cientiã,ſed in nobis facta per gratiã,etiã ipſa gratia nũcupatur,nõ ob aliud niſi quia gratis
datur,

De gratia & lib. arb. cap. 20, & 21.

datur,nec ideo quia meritis non datur,ſed quia data ſunt & ipſa merita quibus datur. Vbi C autẽ inuenimus etiam uitam æternam gratiam nuncupari, habemus apud eundem gratiæ magnificum defenſorẽ apoſtolum Paulum.Stipendium,inquit, peccati mors eſt,gratia autem dei uita æterna in Chriſto Ieſu domino noſtro. Vide obſecro te,in quanta breuitate q̃ uigilanter uerba poſuerit, quibus diligẽter cõſideratis,quæſtionis huius aliquantulum diluceſcat obſcuritas. Cum enim dixiſſet, Stipendium peccati mors,quis nõ congruentiſſime & cõſequenter addere iudicaret,Stipendium autem iuſticiæ uita æterna? Et uerum eſt,quia ſicut merito peccati tanquam ſtipendium redditur mors,ita merito iuſticiæ tanquam ſtipen-

Abacuc.2 dium uita æterna.Aut ſi nollet dicere iuſticiæ,diceret fidei,quoniam iuſtus ex fide uiuit. Vnde etiam & merces appellatur plurimis ſanctarum ſcripturarum locis: nuſquã porrò dicta eſt merces iuſticia uel fides, quia iuſticiæ uel fidei redditur merces. Quod eſt autem merces operanti,hoc militanti ſtipendium. Sed beatus Apoſtolus aduerſus elationem,quæ uſq; adeo magnis tentat irrepere,ut & ſibi propter ipſam dicat datum angelum ſatanæ, à quo colaphizaretur,ne uerticem præſumptionis erigeret,Aduerſus hanc ergo elationis peſtem uigilantiſſime militans,Stipẽdium,inquit,peccati mors. Recte ſtipẽdium,quia debetur,quia digne retribuitur, quia merito redditur. Deinde ne iuſticia de humano ſe extolleret bono merito,ſicut humanum meritum malum non dubitatur eſſe peccatum, non à contrario retulit,dicens: Stipendium iuſticiæ uita æterna, ſed gratia, inquit,dei uita æterna. Et hæc ne præter mediatorem aliqua alia uia quæreretur,adiecit, In Chriſto Ieſu domino noſtro,tanquam diceret: Audito quod ſtipendium peccati ſit mors,quid te diſponis extollere? O humana, non iuſticia, ſed nomine iuſticiæ planè ſuperbia, quid te diſponis extollere, & contrariam morti uitam æternam tanquam debitum ſtipendium flagitare? Cui debetur uita æterna, uera iuſticia eſt: Si uera iuſticia eſt,ex te non eſt,deſurſum eſt deſcendens à patre lu-

1. Cor.4 minum,ut haberes eam profecto accepiſti.Quid enim habes quod non accepiſti? Quapro- D pter ò homo,ſi accepturus es uitam æternam,iuſticiæ quidem ſtipẽdium eſt, ſed tibi gratia eſt,cui gratia eſt & ipſa iuſticia. Tibi enim tanquam debita redderetur,ſi ex te tibi eſſet iuſticia cui debetur.Nunc ergo de plenitudine eius accepimus non ſolum gratiam,qua nunc iuſte in laboribus uſq; in finem uiuimus, ſed etiã gratiam pro hac gratia,ut in requie poſtea ſine fine uiuamus. Hoc nihil ſalubrius fides credit,quia nihil uerius intellectus inuenit. Et

Eſa.7 debemus audire prophetam dicentem, Niſi crediderit is, non intelligetis. Sed excuſabunt ſe,inquit,homines,qui nolunt recte & fideliter uiuere,dicentes: Quid nos fecimus qui male uiuimus,quandoquidem gratiam,unde bene uiueremus,non accipimus? Non poſſunt ueraciter dicere nihil mali ſe feciſſe,quia male uiuunt. Si enim nihil mali faciunt,bene uiuunt: Si autem male uiuunt, de ſuo male uiuunt, uel quod originale traxerunt,uel quod inſuper addiderunt. Sed ſi uaſa ſunt iræ,quæ perfecta ſunt ad perditionem, quæ illis debita reddi-

σκληρὸν. tur,ſibi hoc imputent,quia ex ea maſſa facta ſunt,quam propter unius peccatum,in quo omnes peccauerunt,merito deus iuſtec̃ damnauit:Si autem uaſa ſunt miſericordiæ,quibus ex eadem maſſa factis ſupplicium debitum reddere noluit,non ſe inflent,ſed ipſum glorificent,qui eis miſericordiam non debitam præſtitit,& ſi quid aliter ſapiunt,& hoc quoq; illis ipſe reuelauit.Poſtremo quonã ſe iſti excuſabunt modo? Nempe illo,quem breuiter tanc̃

Rom. 9 ex eorum uoce ſibi obiecit Apoſtolus,ut dicant:Quid adhuc conqueritur? Nam uoluntati eius quis reſiſtit? Hoc eſt enim dicere, Quid de nobis fit querela quod deum offendamus male uiuendo,cum illius uoluntati nemo poſſit reſiſtere, qui nos obdurauit miſericordiam non præſtando. Si ergo illos non pudet hac excuſatione,non nobis ſed Apoſtolo contradicere,cur nos pigeat eis quod dixit Apoſtolus, hoc idem atque identidem dicere: O homo tu quis es qui reſpondeas deo? Nunquid dicit figmentum ei qui ſe finxit, Quare ſic me feciſti? An non habet poteſtatem figulus luti, ex eadem maſſa utique merito rectéque damnata facere,aliud uas in honorẽ indebitum propter miſericordiæ gratiam,aliud in contumeliã debitã propter iræ iuſticiã,& ut notas faciat diuitias gloriæ ſuæ in uaſa miſericordiæ,

ſic

A sic ostendens quid eis largiatur, cum id supplicium recipiēt uasa iræ quod pariter omnibus debebatur. Satis sit interim Christiano ex fide adhuc uiuenti, & nondum cernēti quod perfectum est sed ex parte sciēti, nosse uel credere quod neminem deus liberet nisi gratuita misericordia per dominum nostrum Iesum Christum, & neminem damnet, nisi æquissima ueritate per eundem dominū nostrū Iesum Christum. Cur autem illum potius q̄ illum liberet aut non liberet, scrutetur qui potest, iudiciorū eius tam magnum profundū, uerūtamen caueat præcipitium. Nūquid enim iniquitas est apud deum? Absit. Sed inscrutabilia sunt iudicia eius & inuestigabiles uiæ eius. Et in maioribus dūtaxat ætatibus merito dici potest, Hi noluerunt intelligere ut bene agerent, hi quod grauius est, intellexerunt & non obedierunt, quia sicut scriptum est: Verbis non emendabitur seruus dolosus, si enim & intellexerit non obediet. Vnde non obediet nisi sua pessima uoluntate, cui grauior damnatio diuina æquitate debetur? Cui enim plus datur, plus exigitur ab eo. Istos quippe scriptura dicit inexcusabiles quos nō latet ueritas, & in eis perseuerat iniquitas. Reuelatur enim ira dei de cœlo, ait apostolus, super omnem impietatem & iniusticiam hominum eorum qui ueritatem in iniusticia detinent, quia quod notum est dei manifestum est in illis. Deus enim illis manifestauit. Inuisibilia enim eius à creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciūtur, sempiterna quoq; uirtus eius ac diuinitas ut sint inexcusabiles. Si ergo istos inexcusabiles dicit qui inuisibilia illius per ea quæ facta sunt intellecta conspicere potuerūt, nec obedierunt tamen ueritati, sed iniqui & impij permanserunt, Neque enim non cognouerunt, sed cognoscentes inquit deum, non ut deum glorificauerunt, aut gratias egerūt: quanto magis inexcusabiles sunt qui ex lege eius instructi cōfidunt seipsos duces esse cæcorum, & alios docentes seipsos non docent: Qui prædicant non furandum & furantur, & cætera quæ de ipsis apostolus loquit. Eis quippe dicit: Propterea inexcusabilis es ô homo omnis qui iudicas. In quo enim alium iudicas teipsum condemnas, eadem enim agis quæ iudicas.

B Dicit enim ipse dominus in Euangelio: Si non uenissem & eis locutus fuissem peccatū non haberent, nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Non utiq; peccatum nullum haberent, qui pleni erant alijs magnis multisq; peccatis: sed hoc peccatum uult intelligi non eos habituros fuisse si non uenisset, qui cum audissent eum non crediderunt in eum: hanc eos excusationem non habere asserit qua possint dicere non audiuimus ideo non credidimus. Humana quippe superbia tanquam præsumens de uiribus liberi arbitrij excusatam se putat, quando ignorantiæ non uoluntatis uidetur esse quod peccat. Secundum hāc excusationem, inexcusabiles dicit scriptura diuina quoscunq; scientes peccare conuincit, dei tamen iustum iudicium nec illis parcit qui non audierunt, Quicunq; enim sine lege peccauerunt, sine lege peribunt. Et quamuis se ipsi excusare uideantur, non admittit hanc excusationem qui scit se fecisse hominem rectum eiq; obedientiæ dedisse præceptum, nec nisi quo male usus est libero uoluntatis arbitrio, etiam quod transiret in posteros manasse peccatum. Neque enim damnantur qui non peccauerunt, quandoquidem illud ex uno in omnes pertransijt, in quo ante propria in singulis quibusq; peccata omnes cōmuniter peccauerunt. Ac per hoc inexcusabilis est omnis peccator, uel reatu originis, uel additamento etiam propriæ uoluntatis, siue qui nouit, siue qui ignorat, siue qui iudicat, siue qui non iudicat: quia & ipsa ignorantia in eis qui intelligere noluerunt, sine dubitatione peccatum est, in eis autem qui non potuerunt, pœna peccati. Ergo in utrisque non est iusta excusatio, sed iusta damnatio. Ideo autem diuina eloquia eos inexcusabiles dicunt qui nō ignorantes sed scientes peccant, ut secundum iudicium superbiæ suæ quo multum confidunt de uiribus propriæ uoluntatis se inexcusabiles uideant, quia de ignorantia iam non habent excusationem, & nondum est iusticia cui præsumebant sufficere uoluntatem. At uero ille cui dominus & sciendi & obediendi largitus est gratiā, Per legem enim inquit cognitio peccati, & peccatum non cognoui nisi per legem, Nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret: Non concupisces, nec uult intelligi hominem præceptricis legis ignarum, sed liberatricis

Prouer. 29

Rom. 1

Rom. 2

Ioan. 15

Peccatum nō haberent.

Rom. 2

πάντα σκληρὰ.

Rom. 3

liberatricis indignum gratiæ,ubi dicit: Condelector legi dei ſecundum interiorem hominé, C
& cum hac non ſolum ſcientia, uerumetiam & delectatione legis, poſtea dicit: Miſer ego
homo,quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Ieſum Chriſtum domi/
num noſtrum. Nemo itaq; liberat à uulneribus illius trucidatoris,niſi huius gratia ſaluato
ris. Nemo liberat uenundatos ſub peccato à uinculis captiuantis,niſi gratia redimentis: ac
per hoc uniuerſi,qui ſe in nequitijs & iniquitatibus excuſatos uolũt,ideo iuſtiſſime puniun/
tur, quoniam qui liberantur,non niſi gratia liberantur. Nam ſi excuſatio illa iuſta eſſet,non
inde iam gratia,ſed iuſticia liberaret. Cum uero non liberat niſi gratia,nihil iuſtum inuenit
in eo quem liberat,non uoluntatem,non operationẽ,non ſaltem ipſam excuſationem: nam
ſi hæc iuſta eſt, quiſquis ea utitur, merito non gratia liberatur. Nouimus enim liberari per
Rom. 9 gratiam Chriſti quoſdam etiam eorum qui dicunt: Quid adhuc conqueritur? Nam uolun
tati eius quis reſiſtit? Quæ ſi iuſta eſt excuſatio,non iam gratuita gratia, ſed propter huius
excuſationis iuſticiam liberantur. Si autem gratia eſt qua liberantur,profecto hæc excuſa/
tio iuſta non eſt. Tunc enim uera gratia eſt,qua homo liberatur, ſi nõ ſecundũ debitum iu/
ſticiæ retribuitur. Nihil ergo fit in eis, qui dicunt: Quid adhuc conqueritur? Nam uolunta
Prouerb. 19 ti eius quis reſiſtitit? niſi quod legitur in libro Salomonis: Inſipientia uiri uiolat uias eius,
deum autem cauſatur in corde ſuo. Quamuis itaq; deus faciat uaſa iræ in perditionem, ut
oſtendat iram, & demonſtret potentiam ſuam,qua bene etiam utitur malis,& ut notas faci
at diuitias gloriæ ſuæ in uaſa miſericordiæ,quæ fecit in honorem, non damnabili maſſæ de
bitum,ſed ſuæ gratiæ largitate donatum: tamen in eiſdem iræ uaſis propter meritum maſ/
ſæ in cõtumeliam debitam factis,id eſt,in hominibus propter naturæ quidem bonum crea
tis,ſed propter uitia ſupplicio deſtinatis,iniquitatẽ, quam rectiſſime ueritas improbat, da/
mnare nouit ipſe non facere. Sicut enim uoluntati eius tribuitur humana natura nullo du/
bitante laudanda, ſic hominis uoluntati culpa tribuitur nullo recuſante damnanda. Quæ
uoluntas hominis aut hæreditarium uitium tranſmiſit in poſteros, quos in ſe habuit cum D
peccaret, aut acquiſiuit etiam cætera uitia,cum in ſeipſo unuſquiſq; perdite uiueret. Sed ne/
que ab illo, quod originaliter trahitur, neq; ab his,quæ unuſquiſque in uita propria uel in/
telligendo uel nolendo intelligere, mala cõgregat, uel etiam inſtructus ex lege,additamen/
to præuaricationis exaggerat,quiſq; liberatur & iuſtificatur,niſi gratia dei per Ieſum Chri/
ſtum dominum noſtrum: nõ ſolum remiſſione peccatorum,ſed prius ipſius inſpiratione fi/
dei & timoris dei, impartito ſalubriter oratiõis affectu & effectu, donec ſanet omnes lãguo
Pſalm. 102. res noſtros, & redimat de corruptione uitam noſtram, & coronet nos in miſeratione & mi/
ſericordia. Verum iſti,qui perſonarum acceptorem fieri exiſtimãt deum,ſi in una eademq;
cauſa ſuper alios ueniat miſericordia eius,ſuper alios uero maneat ira eius,nempe totas ui
res argumẽtationis humanæ in paruulis perdunt. Nam ut interim taceam quod non eſt
præter paruulos quamlibet materno utero recentiſſimos ea pœna,de qua loquens Apoſto
lus ait: Per unius delictum in omnes homines ad condemnationem,unde non liberat niſi
unus ille, de quo idem ait: Per unius iuſtificationem in omnes homines ad iuſtificationem
uitæ: Vt ergo hoc interim omittam,& hoc ſolum de paruulis dicam,quod ipſi quoq; auto/
ritate euangelica territi, uel potius Chriſtianorum populorum concordiſſima fidei conſpi/
ratione perfracti,ſine ulla excuſatione cõcedunt,quod nullus paruulus,niſi renatus ex aqua
& ſpiritu,intrat in regnum cœlorum, quam quæſo allaturi ſunt cauſam, quod alius ſic gu/
bernatur,ut baptizatus hinc exeat, alius infidelium manibus traditus, uel etiam fidelium,
priuſquam ab eis baptizãdus efferatur,expiret? An hoc fato uel fortunæ daturi ſunt? Nõ
opinor eos in tantam dementiam prodituros,quantulumcunq; nomen chriſtianum tene/
re cupientes. Cur ergo in regnum cœlorũ,non accepto regenerationis lauacro,paruulus nul
lus intrabit? Nunquid nam ipſe ſibi parẽtes infideles uel negligentes,de quibus naſceretur,
elegit? Quid dicam de inopinatis uel repentinis innumerabilibus mortibus, quibus ſæpe
etiam religioſorum Chriſtianorum præueniuntur & baptiſmo præripiuntur infantes,cum

econtra

A econtrario ſacrilegorum & inimicorum Chriſti aliquo modo in Chriſtianorum manus ue
nientes, ex hac uita non ſine ſacramẽto regenerationis emigrẽt? Quid hinc dicturi ſunt qui
ut gratia dari poſſit nonnulla præcedere merita humana contendunt, ne ſit perſonarũ acce
ptor deus? Quæ tandem hic merita præceſſerunt? ſi eorundem cogitaueris paruulorũ, nul
la ſunt propria, utriſq; eſt illa maſſa cõmunis. Si parentum attenderis, bona ſunt illa quo
rum filij repentinis mortibus ſine Chriſti baptiſmate perierunt, Mala uero illa quorum filij
per Chriſtianorum aliquam poteſtatem ad ſacramenta eccleſiæ peruenerunt. Et cur prouí
dentia dei cui noſtri capilli numerati ſunt, ſine cuius uolũtate non cadit paſſer in terrã, quæ *Matth.10*
nec fato premitur, nec fortuitis caſibus impeditur, nec ulla iniquitate corrumpitur ut renaſ
catur ad hæreditatem cœleſtem, non conſulit omnibus paruulis filiorum ſuorum, & non
nullis conſulit etiam paruulis impiorum? Iſte infans de fidelibus cõiugatis ortus, lætitia pa
rentum ſuſceptus, matris uel nutricis ſomnolentia ſuffocatus fit † exterus & expers ſuorum *al's exſors*
fidei. Ille infans de ſacrilego ſtupro naſcitur, crudeli timore matris exponitur, alienorum mi
ſericordi pietate colligitur, eorum Chriſtiana ſolicitudine baptizatur, fit conſors & parti
ceps regni. Iſta cogitent, iſta conſiderent, hinc audeant dicere deum uel acceptorẽ in ſua gra
tia perſonarum uel remuneratorem præcedentium meritorum. Nam & ſi conabuntur ma
ioris ætatis aliqua merita ſuſpicari ſeu bona ſeu mala, quid de iſtis infantibus dicent, quorũ
nec iſte ſibi ullis proprijs meritis malis potuit acquirere uiolentiam ſuffocantis, nec bonis il
le diligentiam baptizantis? Nimiæ uanitatis & cæcitatis ſunt, ſi etiam his conſideratis non
dum dignantur exclamare nobiſcum, O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ dei, cuiꝰ in *Roma.11.*
ſcrutabilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles uiæ eius. Nõ itaq; miſericordiæ gratuitæ dei p
tinaciſſima aduerſentur inſania. Sinãt filium hominis in qualibet ætate quærere & ſaluum *Lucæ 19.*
facere quod perierat. Nec de inſcrutabilibus iudicijs eius audeant iudicare, cur in una eadẽ
q; cauſa ſuper aliũ ueniat miſericordia eius, ſuper aliũ maneat ira eius. Qui enim ſunt iſti *Roma.9*
B qui reſpondeant deo, quandoquidem ille Rebeccæ habenti geminos ex uno cõcubitu Iſa
ac patris noſtri, cum illi nondum nati nihil egiſſent boni uel mali, ut ſecũdum electionem
propoſitũ eius maneret, electionem ſcilicet gratiæ non debiti, electionem qua eligendos fa
cit ipſe non inuenit, non ex operibus, ſed ex uocante dicit minori ſeruiturum eſſe maiorem.
In quam ſententiam beatus apoſtolus etiam teſtimonium prophetæ longe poſterioris *Malachie 1.*
aſſumpſit, Iacob dilexi, Eſau autem odio habui, ut intelligeretur hoc apertum poſtea per
prophetam, quod anteq; illi naſcerentur erat in dei prædeſtinatione per gratiã. Quid enim
diligebat in Iacob anteq; natus feciſſet aliquid boni, niſi gratuitũ miſericordiæ ſuæ donũ?
Et quid oderat in Eſau anteq; feciſſet aliquid mali, niſi originale peccatũ? Nam neq; in illo
diligeret iuſticiam quam nullam ille fecerat, neq; in iſto odiſſet naturam quam bonam ipſe
perfecerat. Mirum autem cum his † coarctantur anguſtijs, in quãta ſe abrupta præcipitẽt *al. coarguan-*
metuentes retia ueritatis. Ideo inquiunt, nondum natorum alium oderat, alium diligebat, *tur.*
quia eorum futura opera præuidebat. Quis iſtum acutiſſimum ſenſum defuiſſe apoſtolo *Hoc Ambro-*
non miretur? Hoc quippe ille non uidit, quando ſibi uelut aduerſantis obiecta quæſtione, *ſius.*
non id potius tam breue, tam apertum, tam, ſicut iſti putant, uerum abſolutum q; reſpõdit.
Cum enim rem ſtupendam propoſuiſſet, quomodo de nondum natis, nec aliquid agenti
bus boni aut mali recte dici potuerit, q; unum deus dilexerit, alium odio habuerit, ipſe ſibi
obiecta quæſtione motũ exprimens auditoris, Quid ergo dicemus? inquit. Nunquid ini
quitas apud deum? Abſit. Hic ergo erat locus ut diceret quod iſti ſentiũt. Futura enim deus
opera præuidebat, atq; ideo minori maiorem ſeruiturum eſſe dicebat. Non autẽ hoc apo
ſtolus dicit, ſed potius ne quiſq; de ſuorum operum audeat meritis gloriari, ad dei gratiã
& gloriam commendandam uoluit ualere quod dixit. Cum enim dixiſſet, Abſit ut ſit ini
quitas apud deum, tanquam ei diceremus, Vnde hoc oſtendis cũ aſſeras non ex operibus,
ſed ex uocante dictum eſſe, Maior ſeruiet minori: Moyſes enim dicit, inquit, Miſerebor cui
miſertus ero, & miſericordiam præſtabo cui miſericors fuero. Igitur non uolentis neq; cur

C rentis

rentis,ſed miſerentis eſt dei. Vbi nunc merita,ubi opera uel præterita uel futura tanc̃ libe/ C
ri arbitrij uiribus adimpleta uel adimplenda? Nónne apertam protulit apoſtolus de gra/
tuitæ gratiæ,hoc eſt ueræ gratiæ commendatione ſentẽtiam? Nónne ſtultam fecit deus hæ/
reticorum ſapientiam? Quid autem agebatur ut hoc apoſtolus diceret,ut eorum geminotũ
commemoraret exemplum? Quid perſuadere moliebatur? Quid inculcare cupiebat? Né/
pe hoc quod ipſorum oppugnet amentia, quod ſuperbia non capiunt, quod ſapere nolũt.
Roma.10. Qui ignorantes dei iuſticiã,& ſuam uolentes conſtituere,iuſticiæ dei non ſunt ſubiecti, De
ipſa quippe gratia ſatis agebat apoſtolus, & ideo promiſſionis filios commẽdabat. Quod
enim promittit deus non facit niſi deus, habet nanq; aliquid rationis & ueritatis, ut homo
promittat & deus faciat,ut autem homo ſe facere dicat quod promiſerit deus, ſuperbæ im/
pietatis eſt reprobus ſenſus. Commendans ergo filios promiſſionis, hoc primum ſignifica
tum oſtendit,per Iſaac filium Abrahæ. Euidentius nanq; opus dei apparet in eo quẽ non
genuit uſitatus ordo naturæ de ſterilibus uiſceribus & ſenectute confectis,ut in filijs dei qui
futuri prænunciabantur hoc eſſet ſignum diuini operis nõ humani. In Iſaac inquit uocabi/
Roma.9. tur tibi ſemen,hoc eſt,non qui filij carnis,hi filij dei,ſed filij promiſſionis deputãtur in ſemi/
ne. Promiſſionis enim uerbum hoc eſt: Ad hoc tempus ueniam & erit Saræ filius. Non ſo/
lum autem illa,ſed & Rebecca ex uno concubitu,niſi ut non ſolum de ſuis, neq; de parentũ
meritis aliorum,ſed ne de ipſius quidem unius patris,mutata forte in melius uoluntate glo/
riaret Iacob dicens, ideo ſe à creatore nõ derelictũ quia pater eius quando eum ſeminauit,
melioribus laudabilior moribus fuit. Ex uno inquit concubitu,unum tunc ad eos ſeminan/
dos meritum patris,unũ ad cõcipiendos meritũ matris. Quia & ſi mater eos donec pareret
uiſceribus portauit incluſos, & forte uoluntates affectionesq; uariauit,non uni ſed ambo/
bus utiq; uariauit,quos pariter uentre portauit. Intentio igitur intuenda eſt apoſtoli,quo/
modo propter gratiam commendandam nolit eum de quo dictum eſt,Iacob dilexi,niſi in D
domino gloriari: ut cum ex eodem patre, eadem matre, uno concubitu, antequam aliquid
egiſſent boni aut mali,alterum deus diligit, odit alterum, intelligat Iacob ex illa maſſa ori/
ginalis iniquitatis,ubi fratrem ſuum cum quo habuit communem cauſam, uidet per iuſti/
ciam meruiſſe damnari, non niſi per gratiam ſe potuiſſe diſcerni. Nondum enim naſcenti/
bus,nec agentibus bonum aut malum, ut ſecundum electionem propoſitum dei maneret,
non ex operibus ſed ex uocante dictum eſt ei,Maior ſeruiet minori. Electionem aũt gra/
tiæ nullis fieri operum præcedentibus meritis, alio loco apertiſſime idem apoſtolus oſten/
Roma.11. dens,Sic ergo inquit,& in hoc tempore reliquiæ ſecundum electionem gratiæ ſaluæ factæ
ſunt. Si autem gratia iam non ex operibus,alioquin gratia iam non eſt gratia. Secundum
hanc ergo gratiam etiam propheticum teſtimonium aſſumens ,Sicut ſcriptum eſt inquit,
Iacob dilexi,Eſau autem odio habui: & continuo,Quid ergo dicemus inquit,Nunquid ini
quitas eſt apud deũ? Abſit. Sed quare abſit? An propter opera quæ futura præſciebat am/
borũ? Immo & hoc abſit. Moyſes em̃ dicit: Miſerebor cui miſertus ero,& miſericordiã præ
ſtabo cui miſericors fuero. Igit̃ non uolẽtis neq; currẽtis,ſed miſerẽtis eſt dei. Atq; ut in ua
ſis quæ perfecta ſunt in perditionẽ,quæ dãnatæ debita eſt maſſæ, agnoſcant uaſa ex eadẽ
maſſa in honorem facta,quid eis miſericordia diuina largita ſit. Dicit enim inquit ſcriptu/
ra ad Pharaonem,Quia ad hoc te excitaui ut oſtendam in te potentiam meam,& ut glori
ficetur nomen meum in uniuerſa terra. Deniq; ad utrunq; concludit,Ergo cuius uult miſe/
retur,& quem uult indurat. Hoc facit apud quem nõ eſt iniquitas. Miſeretur itaq; gratuito
dono, obdurat autem iuſtiſſimo merito. Sed dicat adhuc uel ſuperbi infidelis elatio,uel pu
niti damnabilis excuſatio. Quid adhuc conquerit̃? Nam uoluntati eius quis reſiſtit? Dicat
& audiat quod conuenit homini: O homo tu quis es qui reſpondeas deo, & cætera,de qui
bus iam quantum potui ſatis ac ſæpe diſſerui. Audiat hæc & non contemnat. Quod ſi con/
tempſerit,etiam ut contemneret ſe inueniat obduratum. Si non contempſerit, etiam ut nõ
contemneret eſſe credat adiutum,ſed obduratum debito,adiutũ gratia. Neq; enim ſi duo
rum de

A tum de Isaac patriarcha geminorum,quod quidem iam ostendimus quanta cæcitate dica/
tur,futura præuidit deus opera,quia uixerũt atq; senuerũt, & propterea Iacob dilexit Esau
autem odio habuit, ideo moriturorum etiam paruulorum potest quisquam dicere,ut huic
ad percipiendum baptismum non consulat, illi autem consulat, deum futura eorum opera
præuidere.Quomodo enim futura dicũtur quæ nulla erunt? Sed inquiunt in eis quos hinc
aufert præuidet,quemadmodum uicturus esset quisq; si uiueret,& ideo quem nequiter no/
uit fuisse uicturum, sine baptismo facit & mori, sic in eo puniens opera mala,non quæ fecit
sed quæ facturus fuit.Si ergo diuinitus etiam quæ cõmissa non sunt mala opera puniunt,
Primo attendãt cq; falsò polliceant in dãnationẽ paruulos non ituros, qui sine baptismate
moriunt,qui ꝓpterea nõ baptizãtur,quia mali uicturi erant si uiuerent: propter ipsam qp
pe malã uitã proculdubio dãnabunt,si etiã mala quæ fuerãt futura dãnantur. Deinde si eis
ad percipiendũ baptismatis consulit sacramentum, quos nouit deus si uiuerent bene fuisse
uicturos, cur non omnes tenentur in uita quã bonis operibus ornaturi sunt? Cur etiam eo/
rum qui baptizantur quidam diu uiuentes pessime uiuunt,& usq; ad apostasiam aliquãdo
perueniunt? Cur ipsum primum coniugium peccatorum,quos utiq; nouerat deus peccatu
ros non de paradiso ante proiecit,ne ibi committerẽt quod tam sancto loco esset indignũ,
si iuste peccata etiam nondum commissa puniuntur? Quid deniq; præstatur ei qui rapitur
ne malicia mutet intellectum eius,& ne fictio decipiat animam eius, si iuste etiam illa puni/
untur, quæ licet non fecerit,fuerat tamen uiuendo facturus? Postremo cur non ad percipiẽ/
dum regenerationis lauacrum, ei magis consulit moriturο qui male fuerat uicturus si uiue/
ret,ut ei peccata quæ fuerat cõmissurus remittant in baptismo? Quis enim est tam uecors
q ea neget per baptismũ posse dimitti,quæ sine baptismo dicit posse puniri? Sed disputan
do aduersus eos,qui usq;quaq; conuicti etiam non commissorum peccatorum deum per/
suadere moliuntur ultorem,uerẽdum est ne nos in eos ista fingere existimemur, illi autem
B nullo modo tam hebetes esse credantur, ut hæc uel sentiant, uel cuiquam persuadere conẽ/
tur, ueruntamen nisi eos hæc dicere audissem, refellenda esse non arbitror. Circunstipãtur
enim & diuinarum autoritate lectionum, & antiquitus tradito & retento firmo ecclesiæ ri/
tu in baptismate paruulorum, ubi apertissime demonstrantur infantes,& cum exorcizãtur
& cum ei per eos à quibus gestantur renunciare respondent, à diaboli dominatione libera/
ri,& non inuenientes qua exeant,pergunt in præcipitem stultitiam dum nolunt mutare sen
tentiam.Illud sanè sibi uidentur acutissime dicere, quomodo peccatum transit in filios fide/
lium, quod in parentibus non dubitamus dimissum esse per baptismum, quasi propterea
possit non habere generatio carnalis, quod sola tollit regeneratio spiritalis.Aut uero in ba
ptismo concupiscentiæ carnis infirmitas continuo sanatur, sicut cõtinuo reatus eius abolet,
sed gratia renascendi,non conditione nascendi. Vnde quisquis per hanc concupiscentiam,
etiam de renato nascitur,sine dubitatione oberit nato,nisi & ipse similiter renascatur. Verũ
quicquid est in hac quæstione difficultatis, ita in agro Christi non impedit operarios eius, De Gen. ad
quo minus ab eis in remissionem peccatorum baptizentur infantes, siue de fidelibus, siue litteram li.10
de infidelibus nati sint,sicut agricolas non impedit,quo minus ab eis inserendi cura in oleas cap.23.
conuertantur oleastri,siue de olcastris siue de oleis oriantur.Nam & hoc si ut respondeat ru
stico proponatur,quæ causa sit ut cum aliud sit olea,aliud oleaster, non tamen nisi oleaster
de semine utroq; nascatur, non omittit inserendi curationem,etiam si non possit istam sol/
uere quæstionem. Alioquin dum ex oliuæ semine exorta uirgulta nõ aliud cq; oleas esse ex
istimat,efficit desidia uanitatis,ut totus ille ager amara sterilitate syluescat. Nã illud quod
excogitauerunt cum ueritatis pondere premerentur, quia fidelis dominus in uerbis suis, &
propterea eius ecclesia nullo modo fallaciter paruulos in remissionem peccatorũ baptizat,
sed ut fide agatur quod agit, utiq; fit quod dicitur, Quod ergo cogitauerunt cum hæc eos
apertissima moles ueritatis urgeret, quis non Christianus irrideat quamlibet uersutissimũ
cernat? Dicunt enim,ueraciter quidem respondere paruulos per ora gestantium,in remissi/

onem se credere peccatorum,non tamen quia sibi remittuntur, sed quia credant q̃ in eccle/ C
sia uel in baptismo remittuntur in quibus inueniũtur, non in quibus nulla sunt. Ac per hoc
nolunt eos ita baptizari in remissionem peccatorum tanq̃ in eis fiat ipsa remissio,quos có/
tendunt nullum habere peccatum.Sed quoniam licet sine peccato meo cum baptismate ba
ptizãtur,quo fit in quibusq; peccatoribus remissio peccatorum, fieri quidem potest ut hæc
uersipellis astutia subtilius & acutius ex ocio refellatur, ueruntamen secundum istam suam
calliditatem non inueniunt quid ad hoc respondeant,q̃ exorcizantur & exufflantur infan/
tes,hoc enim proculdubio fallaciter fit si diabolus eis non dominatur . Si autem domina/
tur,& ideo non fallaciter exorcizãtur & exufflantur, per quid dominatur nisi per peccatum
princeps utiq; peccatorũ? Proinde si iam erubescunt nec audent dicere hæc in ecclesia men/
daciter geri,fateantur quod perierat etiam in paruulis quæri , neq; enim nisi propter pecca/
tum perierat, quod nisi per gratiam non potest quæri,non potest inueniri.Sed deo gratias,
cum saltem argumentantur contra remissionem peccatorum ne fieri credatur in paruulis,
iam tamen quamuis per corda & ora malorũ credere paruulos confitentur. Sicut ergo au/
Ioan.3. diunt dominũ dicentẽ, Qui nõ renatus fuerit ex aqua & spiritusancto non introibit in re/
Marci 16. gnum cœlorum,propter quod eos baptizandos esse concedunt, Sic audiant eundem domi
num dicẽtem,Qui non crediderit condẽnabitur, quia sicut eos renasci per ministerium ba/
ptizantium,ita etiam credere per corda & ora confitentiũ confitemur. Audeant ergo dicere
q̃ à iusto deo innocẽs condẽnabitur si nullo uinculo peccati originalis innectitur. Si sermo
iste prolixus est & onerosus occupationibus tuis,da ueniam, quia hoc ad te scriberem,& oc
cupatus litteris tuis indicibus erga nos beneuolentiæ tuæ tecum ista colloquerer, etiam ego
uim feci interrumpentibus occupationibus meis . Si qua illos alia excogitare aduersus fidẽ
catholicam scitis,ut quæcunq; aduersus eos ne dominici gregis infirma deuastent,uos quo/
q̃ fideli & planè pastorali dilectione disseritis,nota facite nobis.Hæreticorum quippe inqe
titudine,ut scripturas uigilantius perscrutemur,unde ne ouili Christi noceant, eis possit oc/ D
curri,tanq̃ de somno ignauiæ nostra excitur industria : ita per multiplicem gratiam salua/
toris etiã quod inimicus in pernicie machinatur, deus cõuertit in adiutoriũ: Quoniã diligẽ
tibus deũ omnia cooperant in bonũ. Sẽper in deo uiuas , memor nostri frater charissime.

Augustinus & Alipius Bonifacio,siue ut alij codices habebant Paulino,laudans li
brũ aduersus Pelagianos ab eo conscriptum , & plenius eũ instituens aduersus eam
hæresim. CVI.

Epistola.

DOMINO beatissimo & in Christi uisceribus amplectẽdo plusq̃ dici potest de/
siderabili fratri & coepiscopo Paulino,Alipius & Augustinus. Tandẽ aliquan/
do prouidit deus nobis litterarum fidelissimum perlatorem omnium nostro/
rũ merito charissimũ fratrem Ianuariũ,per quẽ etiãsi non scriberemus , omnia
quæ circa nos sunt possit syncerítas tua tanq̃ per uiuentem atq; intelligentem epistolã no/
scere.Pelagium quem credimus,ut ab alio distingueretur qui Pelagius tarenti dicitur,Brito
nem fuisse cognominatum, quem ut seruum dei dilexeris nouimus, Nunc autem quem
admodum diligas ignoramus. Nam & nos non solum dileximus, uerumetiam diligimus
eum.Sed aliter nunc diligimus,aliter aliquando dileximus. Tunc enim quia nobis rectæ fi
dei uidebatur,nunc autem ut his quæ inimica & aduersa gratiæ dei sentire dicitur, illius mi
sericordia liberetur.Nam cum hoc de illo aliquandiu fama iactaret,non utiq; facile creden
dum fuit.Solet quippe fama mentiri, Sed propius ut crederemus accessit, q̃ librũ quẽdam
eius,ea prorsus persuadere molientem, quæ gratiam dei per unum mediatorẽ dei & homi/
num hominem Iesum Christum generi humano impertitam,de fideliũ cordibus creditam
deleãt,legimus,traditũ nobis à famulis Christi,qui eũ talia docentem studiosissime audie/
rant,fuerantq̃ sectati.Cui quidem libro,eisdem rogantibus, quia & fieri oportere uideba/
mus,tacito nomine autoris,ne offensus insanabilior redderetur,unius nostrum damnatio/
ne responsum est , quod libro continetur & multipliciter atq; abundanter asseritur: q̃ etiã
quibusdã

A quibuſdam litteris agit ad tuam uenerationẽ datis, ubi dicit ſe non debere exiſtimari ſine gratia dei defendere liberũ arbitriũ,cũ poſſibilitatẽ uolẽdi atq; opandi ſine qua nihil boni uelle atq; agere ualeremus à creatore nobis inſitam diceret,ut uidelicet hæc intelligatur dotore ipſo gratia dei,quæ Paganis atq; Chriſtianis,impijs & pijs,fidelibus atq; infidelibus cõmunis eſt.Hæc mala,quibus ſaluatoris euacuaretur aduentus, ubi hoc poſſumus dicere quod de lege dicit apoſtolus, Si per naturam iuſticia,ergo Chriſtus gratis mortuus eſt, re/ fellebamus ut poteramus in cordibus eorum qui iſta ſentirent, ut his cognitis,& ille ſi fieri poſſet nõ laceſſitus iſta emendaret,atq; ita & pernicies deſtrueret erroris, & hominis uere/ cũdiæ parceretur.Sed poſtea cũ ad nos litteræ de oriẽte uenerũt, eandẽ cauſam apertiſſime uentilantes,nullo modo iã qualicũq; epiſcopali autoritate deeſſe eccleſiæ debueramus.Miſ ſæ ſunt itaq; de hac re ex duobus cõcilijs,Carthaginẽſi & Mileuitano relationes ad apoſto licam ſedem,anteq; geſta eccleſiaſtica,quibus apud epiſcopos prouinciæ Palæſtinæ Pelagi us perhibetur eſſe purgatus,uel in manus noſtras,uel in Africã peruenirent.Scripſimus eti am ad beatæ memoriæ papã Innocẽtiũ,præter conciliorũ relationes,litteras familiares, ubi de ipſa cauſa aliquanto diutius egimus. Ad omnia nobis ille reſcripſit eodẽ modo quo fas erat atq; oportebat apoſtolicæ ſedis antiſtitẽ. Quæ omnia modo legere poteris,ſi eorũ forte ad te uel nulla,uel nõ cuncta peruenerant, ubi uidebis ſeruata erga hominem moderati/ one quæ debuit,ne dãnaretur ſi prauã dãnaret, ipſum tamẽ nouellũ & pernicioſum errorẽ ſic eccleſiaſtica autoritate cõpreſſum,ut multũ miremur eſſe adhuc quoſdam qui per quẽli/ bet errorẽ gratiæ dei conẽtur obſiſtere,ſi tamen hæc geſta didicerũt:q; gratia dei per Ieſum Chriſtũ dominũ noſtrũ,quod fides uera & catholica tenet, ſemper eccleſia puſillos cũ ma/ gnis à morte primi hominis,ad uitam ſecundi hominis transfert: non ſolũ peccata delẽdo, uerũetiã ad non peccandũ rectẽq; uiuendũ,eos qui iã uti poſſunt uoluntatis arbitrio ſic ad iuuando,ut niſi adiuuet nihil pietatis atq; iuſticiæ,ſiue in opere,ſiue etiam in ipſa uoluntate

B habere poſſimus. Deus quippe operatur in nobis, & uelle & operari pro bona uoluntate. Nã quis nos niſi qui uenit quærere & ſaluare quod perierat,ab illa perditionis maſſa & cõ/ tentione diſcernit? Vnde apoſtolus interrogat dicens,Quis enim te diſcernit? Vbi ſi dixerit homo,Fides mea,uoluntas mea,bonũ opus meum,Reſpõdetur ei, Quid enim habes qđ non accepiſti? Si autem & accepiſti,quid gloriaris quaſi nõ acceperis? Hoc utiq; totũ ideo, non ut homo non glorietur, ſed ut qui gloriatur in domino glorietur, non ex operibus, ne forte quis extollatur.Non quia bona opera iſta pia cogitatione fruſtrantur, cum deus red/ dat unicuiq; ſecundũ opera eius,ſitq; gloria & honor & pax omni operanti bonũ:ſed quia opera ex gratia nõ ex operibus gratia:quoniam fides quæ per dilectionem operatur, nihil operaret niſi ipſa dilectio dei diffũderetur in cordibus noſtris per ſpiritũſanctũ qui datus eſt nobis.Nec ipſa fides eſſet in nobis,niſi deus unicuiq; partiretur menſurã fidei. Bonũ eſt igitur homini ut cum totis uiribus liberi arbitrij ſui ueraciter dicat,Fortitudinem meam ad te cuſtodiam:quia ille qui putauit ſine ipſius adiutorio ſe poſſe cuſtodire quod dedit,profe ctus in longinquam regionem,& uiuens prodige cuncta conſumpſit, & miſeria duræ ſerui uitutis attritus,reuerſuſq; in ſemetipſum dixit,Surgam & ibo ad patrem meum.Quã cogi tationẽ bonã quando haberet, niſi & ipſam illi in occulto pater miſericordiſſimus inſpiraſ ſet? Quam intelligens miniſter ille noui teſtamenti,Non quia idonei ſumus inquit cogita/ re aliquid à nobis quaſi ex nobiſmetipſis, ſed ſufficientia noſtra ex deo eſt. Vnde & ille cũ dixiſſet:fortitudinẽ meã ad te cuſtodiam,ne uel hoc ipſum qa cuſtodit,ſuis uiribus arroga/ ret, tanq; ei ueniſſet in mentẽ, quia niſi dominus cuſtodierit ciuitatẽ,inuanũ uigilãt qui cu ſtodiunt eam, & non dormit neq; dormitat qui cuſtodit Iſrael, adiunxit cauſam unde fiat idoneus cuſtodire,uel quo potius cuſtode ſeruetur. Quoniã deus inquit ſuſceptor meus es. Recolat igitur iſte ſi poteſt merita ſua,unde factũ ſit ut deus dignaretur eius eſſe ſuſceptor, ac ſi deus eſſet ſuſceptus. Recolat utrũ quæſierit an quæſitus ſit,ab illo ſcilicet qui uenit quæ rere & ſaluare quod perierat. Nam ſi quærere uoluerit ante gratiam quid meruerit ut acci/

Gala.2.

Apoſtolicæ ſedes.

philip.2.

1.Cor.4.

Pſal.58

Lucæ 15

peret eam,mala ſua poterit homo inuenire nõ bona,etiam ſi eum unius diei uitam habẽ/ C
tem ſuper terram gratia ſaluatoris inuenerit. Quia ſi aliquid boni operatur homo ut gratiã
mereatur,non ei merces imputatur ſecũdum gratiã,ſed ſecundũ debitũ, Si aũt credit in eũ
Abachuc 2. qui iuſtificat impium ut deputetur fides eius ad iuſticiam,Iuſtus enim ex fide uiuit,pfecto
anteq̃ gratia iuſtificetur ut iuſtus efficiatur, impius quid eſt niſi impius? Quẽ ſi debitũ ſe/
queretur,quid eius merito niſi ſupplicium redderetur? Si ergo gratia iã nõ ex operibus eſt,
Roma.11. alioquin gratia iam non eſt gratia. Operibus enim debitũ redditur,gratia gratis daſ unde
etiam nuncupatur. Si quis autem dixerit q̃ gratiam bene operandi fides mereatur,negare
nõ poſſumus,immo uero gratiſſime confitemur. Hanc enim fidem uolumus habeant qua
impetrent charitatem quæ ſola uere bene operatur,iſti fratres noſtri qui multum de ſuis o/
peribus gloriantur. Charitas aũt uſq̃ adeo donum dei eſt,qua impetrent iuſtificationẽ per
2.Cor.6 dei gratiam peruenerũt ad legem iuſticiæ. Vnde dicitur, Tempore acceptabili exaudiui te,
& in die ſalutis adiuui te. Proinde in his qui per electionem gratiæ ſalui fiunt,adiutor deus
philip.2. operatur & uelle & operari pro bona uolũtate,quoniam diligentibus deum omnia coope/
rantur in bonũ. Si omnia,utiq̃ & ipſam dilectionem quam fide impetramus,ut eũ qui nos
prior dilexit ut in illum crederemus,per eius gratiam diligamus,& diligamur quod opera/
ti non ſumus. Qui uero ſuis meritis præmia tanq̃ debita expectãt, nec ipſa merita dei gra/
tiæ tribuunt,ſed uiribus propriæ uoluntatis,ſicut dictum eſt de carnali Iſrael,perſequentes
legem iuſticiæ in legem iuſticiæ nõ perueniunt, Quare? Quia non ex fide,ſed tanq̃ ex o/
peribus. Ipſa eſt enim iuſtitia ex fide quam gentes apprehenderunt,de quibus dictum eſt,
Roma.9 Quid ergo dicemus? Quia gentes quæ non cognouerunt iuſticiam apprehenderũt iuſticiã.
Iuſticiam aũt quæ ex fide eſt: Iſrael autem perſequens legem iuſticiæ,in legem iuſticiæ non
peruenit. Quare? Quia non ex fide,ſed tanq̃ ex operibus. Offenderunt enim in lapidẽ of/
Eſa.28 fenſionis,ſicut ſcriptum eſt,Ecce ponam in ſion lapidem offenſionis, & petram ſcandali, &
qui crediderit in eum nõ confundetur. Ipſa eſt iuſticia ex fide qua credimus nos iuſtificari, D
hoc eſt iuſtos fieri gratia dei per Ieſum Chriſtũ dominũ noſtrũ, ut inueniamur in illo non
habentes noſtram iuſticiã quæ ex lege eſt, ſed eam quæ eſt per fidem Chriſti. Quæ ex deo
iuſticia in fide? utiq̃ in fide qua credimus nobis iuſticiam diuinitus dari, non à nobis in no
bis noſtris uiribus fieri. Nam cur illam iuſticiam quæ ex lege eſt,ſuam dixit apoſtolus, non
ex deo,quaſi lex non ſit ex deo? Quis hoc niſi impius ſenſerit? ſed quia lex per litterã iubet,
non per ſpiritum iuuat,quicunq̃ ſic audit litteram legis ut ei ſufficere uideatur cognouiſſe
quid iubeat aut prohibeat,quo id ſe arbitrij ſui uirtute impleturum eſſe cõfidat,nec fide cõ
fugiat adiuuandus ad ſpiritum uiuificantem, ne reum factũ littera occidat, Is profecto ze/
Roma.10. lum dei habet,ſed non ſecundum ſcientiam. Ignorans enim dei iuſticiam,id eſt eã quæ da/
tur ex deo,& ſuã uolens conſtituere,ut tantũmodo ex lege ſit,iuſticiæ dei non eſt ſubiectus,
Finis enim legis Chriſtus ad iuſticiam omni credenti, ſicut idem apoſtolus dicit,ut nos ſi/
mus iuſtitia dei in ipſo. Iuſtificati igitur ex fide pacem habemus ad deum per dominũ no/
2.ſen.diſ. 26. ſtrum Ieſum Chriſtũ, Iuſtificati aũt gratis per gratiam ipſius, ne fides ipſa ſuperba ſit. Nec
cap. & ſi. dicat ſibi,ſi ex fide quõ gratis? Quod enim fides meretur,cur nõ potius redditur q̃ donat?
Nõ dicat iſta homo fidelis,quia cũ dixerit ut merear iuſtificationẽ habeo fidem,reſpondeẽ
ei, Quid enim habes quod non accepiſti? Cum ergo fides impetrat iuſtificationẽ,ſicut uni/
2.ſenten. diſ. cuiq̃ deus partitus eſt etiã ipſius menſurã fidei, nõ gratiã aliquid meriti præcedit humanã,
26.cap.itaq;. ſed ipſa gratia augeri ut aucta mereatur perfici,comitãte non ducente,pediſequa non præ/
uia uoluntate. Vnde ille qui dixit, Fortitudinẽ meã ad te cuſtodiã, cauſamq̃ reddit dicens,
Pſal. 58. Quoniã deus ſuſceptor meus es,tanq̃ requirẽs quibus id meritis fuerit conſecutus, nihilq̃
in ſe inueniens ante gratiã dei, Deus meus inquit miſericordia eius præuenit me. Quãtum/
cunq; inquit cogitauero antecedentia merita mea,miſericordia eius præueniet me. Proinde
ab illo attributam fortitudinẽ ſuã ad illum cuſtodiens,eodem ſeruatore nõ perdit quod eo
dẽ largitore ſuſcepit. Neq; ob aliud meret ampliora,niſi pie fideliterq̃ ſciẽdo à quo ſibi bo/
na ſunt

A na ſunt omnia,& hoc ſciendo non ex ſeipſo, ne uel hoc ſit in eo quod non ſit ex deo, Vn/
de optime apoſtolus,Nos inquit nō ſpiritū huius mundi accepimus,ſed ſpiritū qui ex deo
eſt,ut ſciamus quæ à deo donata ſunt nobis,ac per hoc & ipſum hominis meritū donū eſt
gratuitū.Nec à patre luminū à quo deſcendit omne datū optimum, boni aliquid accipere
quiſq; meretur, niſi accipiendo quod non meretur. Multū eſt aūt indulgentius & ſine ulla
dubitatiōe gratuitū,quod dei gratia per Ieſum Chriſtum dominū noſtrū præſtatur infan
tibus,ut eis non obſit ex Adam generatio, & proſit in Chriſto regeneratio, in quibus & i/
pſum accipiendi ſenſum tanto ante miſericordia dei præuenit: qui certe ſi in hac paruula
ætate de corpore exierint,uitam æternam regnumq; cœlorum ſcientes accipiunt,eius mune
ris merito quod hic cum utiq; profuit neſcierunt. Certe in his poſt priorum doctrinā,ita nō
niſi priora ſunt dona,in quibus donandis dei gratia ſic operatur, ut nec uoluntas accipien/
tium uel præmittatur uel adiungatur uel ſubſequatur. Quandoquidē tantum beneficiū nō
ſolū non libentibus,uerūetiam reluctantibus datur,quod eis ad magnū imputaret ſacrile/
giū,ſi iam in his aliquid ualeret uoluntatis arbitrium. Hoc diximus propter eos qui nō ua/
lētes in cauſa gratiæ inſcrutabilia dei iudicia perſcrutari,cur ex Adā maſſa quæ profecto ex
uno in condēnationē tota collapſa eſt,illud uas faciat in honorē, illud in contumeliā, tamē
audent paruulos reos propriorū conſtituere peccatorum,ut qui bona mala ue cogitare nō
poſſunt,putentur per liberū arbitriū uel pœnam mereri poſſe uel gratiā:cum potius apo
ſtolica ueritas dicendo, Ex uno omnes in condemnationem, ſatis oſtendat q; naſcantur in
pœna,ut non merito ſed miſericordia renaſcantur in gratia. Alioquin gratia iam nō eſt gra
tia,ſi nō diuinis opibus gratis dat,ſed humanis meritis reddit. Quæ ſola ſic diſcernit à pœ/
na, ut cum pœna ſit ex Adam omnibus debita,gratia uero per unū Ieſum Chriſtum nulli *pœna damni.*
debita,ſed gratuita,ut uere ſit gratia,inſcrutabilia iudicia dei tanq; deus eſſe poſſint,cū par
uulos ipſe diſcernat, quos merita nulla diſcernunt, ſed iniqua eſſe non poſſint, quia uniuer/
B ſæ uiæ domini miſericordia & ueritas. Vnde cū præbetur alteri miſericordiæ gratia,nō ha/ *Pſal.24.*
bet quod de humano merito glorietur,quoniam non ex operibus,ne forte quis extollatur:
Cum uero alteri uindictæ redditur ueritas,non habet cur iuſte queratur. Id enim redditur
quod peccato iure debetur,quoniam unus in quo omnes peccauerunt, utiq; etiā in ſingulis
quibuſq; punitur. In quorum pœna clarius oſtenditur, quid uaſis miſericordiæ per non de/
bitam ſed ueram gratiam,hoc eſt gratuitam conferatur. Vnde ergo argumentantur aduer/ *Roma.5*
ſum apoſtolū apertiſſime dicentem,Per unū hominē peccatū intrauit in mundū,& per pec
catū mors,& ita in omnes homines pertranſijt, in quo omnes peccauerunt, dicentes etiam
paruulos propria per liberū arbitrium habere peccata,tædet attēdere,pigetq; proferre, ſed
magis compellimur,Quod enim potuerūt magna & acuta ingenia cogitare,aut inopiæ eſt
tacendo uitare,aut arrogantiæ contēnendo præterire.Ecce inquiunt Eſau & Iacob inter uiſ/
cera materna luctantur,& dum naſcuntur,alter ſupplantatur ab altero, atq; in pede præce/
dentis manus conſequentis & tenentis inuenta,perſeuerans quodammodo lucta conuinci/
tur. Quomodo ergo in infantibus hæc agentibus,nullū eſt uel ad bonum uel ad malū pro
priæ uoluntatis arbitrium,unde præmia ſiue ſupplicia meritis præcedentibus ſubſequātur?
Ad hoc nos dicimus,ideo motus illos & tanq; litigiū paruulorū ſignū rerum fuiſſe magna
rum, quia nō fuit arbitrium ſed prodigium: neq; enim daturi ſumus & aſinis liberum arbi
trium uoluntatis,quoniam huius generis iumētum, ſicut ſcriptum eſt, & ſubiugale ſine uo *Numeri 22.*
ce,hominis uoce reſpōdens uetuit prophetæ demētiam. Hi aūt qui tales nō ꝓdigioſos mo/
tus,ſed uolūtarios actus,nec de paruulis ſed à paruulis factos eſſe contendūt,qd apoſtolo
reſponſuri ſunt,qui cū & hos geminos ad documentū gratuitæ gratiæ cōmemorādos uide
ret,nōdū enim natis inquit,nec aliquid agentibus boni aut mali,ut ſecundū electionē ꝓpo/
ſitū dei maneret, nō ex operibus,ſed ex uocante dictū eſt,quia maior ſeruiet minori: Dein/
de adiungens teſtimoniū prophetæ longe poſt quidem iſta dicētis,ſed tamen de hac re an/
tiquū dei conſiliū declarātis,ſicut ſcriptum eſt inquit,Iacob dilexi, Eſau autem odio habui?

Nempe doctor gentium in fide & ueritate iſtos geminos nõdum natos nihil boni aut ma/ C
li egiſſe teſtatur ut gratia commendetur,ut quod dictum eſt:Maior ſeruiet minori,non ex
operibus,ſed ex uocante dictum intelligatur,ut ſecundũ electionẽ dei propoſitũ dei mane
ret,non meritum hominis anteiret. Non enim dicit,electionem uolũtatis humanæ ſiue na/
turæ,cum par eſſet in utroq; mortis damnationisq; conditio,ſed electionem proculdubio
gratiæ,quæ non inuenit eligendos,ſed facit,de qua & in cõſequentibus eiuſdem epiſtolæ lo
Rom.11 quens ait:Sic ergo & in hoc tempore reliquiæ per electionem gratiæ ſaluæ factæ ſunt.Si au
tem gratia,iam non ex operibus,alioquin gratia non eſt gratia. Cui loco ſatis locus iſte cõ/
cordat,ubi commemoratur, non ex operibus,ſed ex uocante dictum, Maior ſeruiet mino/
ri. Vt quid ergo prædariſſimo gratiæ commendatori de infantum libero arbitrio,& non/
dum natorum actibus tam impudẽter reſiſtitur? Cur meritis præueniri gratia perhibetur,
quæ gratia non eſſet ſi ſecundum meritum imputaretur? Cur contra ſalutem quæ miſſa eſt
perditis,quæ uenit indignis,quãlibet acuta,quãlibet copioſa & ornata,mirũ tamen ſi Chri/
ſtiana diſputatione cõtenditur? Sed quomodo,inquiunt,non eſt iniquitas apud deũ,ſi dili
gendo diſcernit quos merita operũ nulla diſcernunt? Ita nobis hoc dicitur tanq; id apoſto
lus ipſe nõ uiderit,nõ propoſuerit,nõ reſpõderit. Vidit utiq; quid his auditis humana poſ/
Rom.9 ſet infirmitas uel ignorantia cogitare,& eandẽ quæſtionem ſibijpſe proponẽs, Quid ergo
dicemus,inquit? Nunquid iniquitas apud deum? Continuo reſpondit,Abſit.Rationemq;
reddẽs cur abſit,id eſt,cur nõ ſit iniquitas apud deũ,non ait,Merita enim uel opera iudicat
etiã paruulorũ,etiam ſi adhuc ſint in materno utero cõſtituti: Quomodo enim hoc diceret
qui iam dixerat de nondũ natis,& de his qui nihil adhuc egerant boni uel mali, quod non
ex operibus,ſed ex uocãte dictũ ſit,maior ſeruiet minori? ſed cũ uellet oſtẽdere cur in his nõ
ſit iniquitas apud deum,ait,Moyſi enim inquit,Miſerebor cui miſertus ero,& miſericordiã
præſtabo cui miſericors fuero.Quid nos hic docuit, niſi ex illa maſſa primi hominis cui me
rito mors debetur,non ad merita hominũ,ſed ad dei miſericordiã pertinere quod quiſque D
liberatur,atq; ita nõ eſſe iniquitatẽ apud deũ,quia neq; permittendo neq; exigendo quod
debetur iniuſtus? Ibi enim grata eſt indulgentia,ubi iuſta poſſet eſſet uindicta.Et hinc eui/
dentius apparet à pœna debita liberato & gratis iuſtificato,quantũ beneficij conferatur,q;
alter æqualiter reus ſine punientis iniquitate punitur.Deniq; ſubiũgit & dicit,Igitur nõ uo
lentis neq; currentis,ſed miſerẽtis eſt dei:hoc propter eos dictũ eſt qui per gratiã liberati iu
ſtificãtur,Propter eos aũt ſuper quos ira dei manet,quia & ipſis deus bene utitur ad docen
dos alios quos liberare dignatur,ſubiũxit atq; ait, Dicit enim ſcriptura Pharaoni, quia ad
hoc te excitaui,ut oſtendã in te potentiã meã,& ut annũcietur nomẽ meũ in uniuerſa terra.
Deinde ad utrũq; cõcludẽs,Ergo,inquit,cuius uult miſeretur & quẽ uult obdurat, profecto
neutrũ aliqua iniquitate, ſed utrũq; miſericordia & ueritate. Et adhuc tamẽ audax moue/
tur infirmitas eorũ ſcilicet qui ſecundũ cõiecturas cordis humani inſcrutabilẽ altitudinẽ iu/
diciorũ dei cogitare conãtur.Hãc quæſtionem ſibi ex aduerſo opponẽs apoſtolus ait,Dicis
itaq; mihi,Quid adhuc cõqueritur? Nam uolũtati eius quis reſiſtit? Nobis hoc dictũ pute
mus.Quid ergo aliud cẽſ quod reſpõdit apoſtolus,reſpondere debemus, aut ſi & nos talia
mouẽt,quia & nos homines ſumus,ſimul oportet omnes audiamus dicẽtẽ, O homo tu qs
es qui reſpõdeas deo? Nũquid dicit figmentũ ei qui ſe finxit,quare me feciſti ſic? An nõ ha/
bet poteſtatẽ figulus luti ex eadẽ maſſa facere aliud uas in honorẽ,aliud in cõtumeliã? Hæc
maſſa ſi eſſet ita media,ut quẽadmodum nihil boni ita nec mali aliquid mereretur,non fru
ſtra uideretur iniquitas,ut ex ea fierẽt uaſa in contumeliã. Cũ uero per liberũ arbitrium pri
mi hominis in cõdemnationẽ uniuerſa defluxerit,proculdubio quod ex ea fiunt uaſa in ho
norẽ,nõ ipſius iuſticiæ quæ gratiã nulla præceſſit,ſed dei miſericordiæ,quod uero in contu/
meliam,nõ iniquitati dei,quæ abſit ut ſit apud deũ,ſed iudicio deputandum eſt.Hoc quiſ/
quis cum eccleſia ſapit,non contra gratiam pro meritis diſputat , ſed miſericordiam & iudi/
cium domino cantat,ut nec miſericordiam recuſet ingratus,nec iudiciũ accuſet inuitus.Alia

eſt

A est nanq; illa consperſio,de qua idem dicit apostolus,Si autem delibatio sancta est & con/ Roma.11.
sperſio,& si radix sancta est & rami. Illa est ex Abrahã non ex Adam, id est ex cõmunione
sacramenti & similitudine fidei,non ex propagine mortali. Ista uero uel cõsperſio , uel sicut φύραμα
in plerisq; codicibus legitur,massa,quoniã tota mortis est , cũ per unum hominem peccatũ
intrauit in mundũ,& per peccatũ mors,& ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes Roma.5.
peccauerũt,misericordia ex illa fit aliud uas in honorem,iudicio aũt in cõtumeliã. Neq; ibi
præcedunt merita gratiam liberantis,neq; hic effugiunt peccata iusticiã puniẽtis,quod qui
dem in ætatibus maioribus aduersus contentiosos non tam euidenter apparet,ubi pro me
ritis hominum qualicunq; uelut protecti obscuritate confugiunt:sed ideo contra eorũ con/
tentionem illos inuehit apostolus,in quibus nondum natis neq; agẽtibus aliquid boni aut
mali,non ex operibus,sed ex uocãte dictum est,maior seruiet minori. Qua in re nimis alta
& inscrutabilia sunt iudicia dei & inuestigabiles uiæ eius: interim teneat homo non esse ini
quitatem apud deum,sed qua æquitate cuius uult miseretur,& quem uult obdurat , se tan/
quam hominẽ ignorare fateatur. Ita sanè,ut propter illud quod inconcussum tenet,nõ esse
iniquitatẽ apud deũ, cuius nemo ab illo iustificetur meritis præcedentibus, neminem tamẽ
obdurari nisi merito,nouerit: pie nanq; & ueraciter creditur deus nocentes atq; impios iu/
stificando à pœnis debitis liberare: Quenq; uero immeritum & nulli obnoxium peccato si
deus damnare creditur,alienus ab iniquitate non creditur. Vbi ergo liberatur indignus,tã/
to debetur maior actio gratiarũ, quãto pœna iustior debebat:ubi autẽ damnatur dignus
nec misericordia,nec ueritas damnatur. Quomodo inquiunt,Esau nõ damnatur indignus,
si non ex operibus,sed ex uocante dictum est,Quia maior seruiet minori? Sicut enim illius
nulla præcesserant opera bona ut ad gratiam pertineret,sic nec huius mala ut ad pœnã per
tinere deberet . Nulla planè in utroq; opera uel bona uel mala,sed propria: uterq; autẽ illi
uni obnoxius erat in quo omnes peccauerunt,ut omnes in illo morerẽtur. Quicunq; enim
B ex illo uno multi in seipsis futuri erant : proinde illud peccatum solius esset si ex illo nullus
exisset. Porrò autem in quo erat natura cõmunis,ab eius uitio est nullus immunis:sed am/
bo qui nondum propria uel bona uel mala operabantur, rei tamen ex origine nascebãtur.
Laudet misericordiam qui liberatur,non culpet iudicium qui punitur. Hic si dixerimus,quã
to melius ambo liberarentur,nihil nobis conuenientius dicetur,cur,o homo tu quis es qui re Roma.9.
spõdeas deo? Nouit quippe ille quid agat,& quãtus numerus esse debeat primitus omniũ
hominũ,deinde sanctorum,sicut syderũ,sicut angelorũ,atq; ut de terrenis loquamur,sicut
pecorum,piscium,uolatilium, sicut arborum & herbarum,sicut deniq; foliorum capillorum
q; nostrorum. Nam nos humana cogitatione adhuc possumus dicere, quoniã bona sunt
cuncta ista quæ fecit,quanto melius illa duplicasset & multiplicasset, ut multo essent plura q̃
sunt. Si enim non ea caperet mundus,nunquid non posset etiam ipsum facere quantum uel
let ampliorẽ? Et tamẽ quantumcunq; faceret,uel illa plura,uel istum capaciorem atq; maio
rẽ, nihilominus eadem de multiplicandis eis dici possent , ut nullus esset immoderatus mo
dus . Etenim etiam illud dici potest,siue sit gratia qua iusticantur iniusti,de qua nobis dubi
tare fas non est, siue ut quidam uolunt, semper præcedat liberum arbitrium, cuius meritũ
sequatur uel pœna uel præmium,cur omnino creati sunt, quos deus ita peccaturos,ut æter/
no essent igne dãnandi sine dubitatione præsciuit? Quamuis enim peccata non fecerit,natu
ras tamẽ ipsas quæ per se ipsæ sine dubio bonæ sunt,qbus tamen ex arbitrio uolũtatis futu
ra essent uitia peccatorũ,& in multis talia quibus esset æterna pœna reddẽda,quis nisi deus
creauit? Quare? nisi quia uoluit. Quare aũt uoluerit,O homo tu quis es qui respõdeas deo?
Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit,quare sic me fecisti? An non habet potestatẽ figu
lus luti ex eadem consperſione facere,aliud quidem uas in honorem,aliud aũt in contumeli
am? atq; utinam discamus quod sequitur,Si autem uolens deus ostendere irã,& demõstra
re potentiã suã,ptulit in multa patiẽtia uasa iræ quæ pfecta sunt in perditionẽ,ut notas face
ret diuitias gloriæ suæ in uasa misericordiæ. Ecce etiã ratio reddita est homini,quãta debuit

homini,

homini,si tamen uel istam capit qui pro sui arbitrij libertate infirmitatis seruitute conten/ C
dit. Ecce dictæ sunt causæ. Tu ergo quis es qui respõdeas deo, si uolens deus ostendere irã,
& demonstrare potentiam suam,quod & malis bene uti optime possit,malis duntaxat nõ
conditione diuina, sed uitiata uoluntatis iniquitate natura, quæ à deo conditore condita
est bona, pertulit in multa patientia uasa iræ aptata in interitũ: non q̃ illi essent necessaria,
siue angelica siue humana peccata,cui nec iusticia creaturæ cuiusquam est necessaria, sed ut
notas faceret diuitias gloriæ suæ in uasa misericordiæ, ne se in bonis operibus tanquam de
proprijs extollerent uiribus, sed humiliter intelligerent, nisi illis dei gratia non debita sed
gratuita subueniretur, id fuisse reddendum meritis suis quod alijs in eadem massa reddi/
tum cernerent. Certus est ergo dei præscientiæ definitus numerus,& multitudo sanctorum,
Rom.8 quibus diligentibus deum quod eis donauit per diffusum in cordibus eorum spiritumsan/
ctum,omnia cooperantur in bonum, hi qui secundum propositum uocati sunt, quos an/
te præsciuit & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui, ut sit ipse primogenitus in
multis fratribus. Quos autem prædestinauit, illos & uocauit, Hic subaudire debemus, se/
cundum propositum. Sunt enim & alij uocati, sed non electi,ac per hoc nõ secundum pro/
positum uocati. Quos autem uocauit, hoc est secundum propositum, illos & iustificauit.
Quos autem iustificauit,illos & glorificauit,Hi sunt filij promissionis, hi sunt electi qui per
Rom.11 electionem gratiæ salui fiunt, ubi dictum est: Si autem gratia iam non ex operibus, alio/
quin gratia iam nõ est gratia. Hæc sunt uasa misericordiæ,in quibus deus etiã per uasa iræ
notas facit diuitias gloriæ suæ. Horum fit per spiritum sanctum cor unum & anima una
quæ benedicit deum, & non obliuiscitur omnes retributiones eius, qui propitius fit omni/
Psal.102 bus iniquitatibus eius, qui sanat omnes languores eius, qui redimit de corruptione uitam
Rom.9 eius, qui coronat eam in misericordia, Quia non uolentis neque currentis, sed miserentis
est dei. Cæteri autem homines ad istam societatem non pertinentes, quorum tamen &
animam & corpus dei bonitas operata est, & quicquid habet ipsa natura præter uitium D
quod eidem inflixit superbientis uoluntatis audacia, propter hoc à deo præsciente creati
sunt, ut in his ostenderet liberum desertoris arbitrium sine sua gratia quid ualeret,& in eo/
rum iustis & debitis pœnis uasa misericordiæ quæ non suorum operum meritis, sed gra/
tuita dei gratia sunt ab illa concretione discreta, quid sibi collatum esset addiscerent, ut
1.Cor.1 omne os obstruatur, & qui gloriatur in domino glorietur. Quisquis aliter docet & non ac/
Luc.19 quiescit sanis sermonibus domini nostri Iesu Christi, qui dixit: Venit filius hominis quæ/
rere & saluare quod perierat: Non enim ait quod periturum fuerat, sed quod perierat,
quid ostendens nisi peccato primi hominis uniuersi generis humani periisse naturam? Qui
ergo aliter docet & non acquiescens ei quæ secundum pietatem est doctrinæ, contra gra/
tiam saluatoris, & contra sanguinem redemptoris tanquam saluam & liberam naturam
defendit humanam, & Christiano tamen censeri uocabulo affectat, quid de paruulorum
discretione dicturus est, cur alius in uitam secundi hominis assumatur, alius in mortem pri
mi hominis relinquatur, Si dixerit liberi arbitrij merita præcessisse, Respondet apostolus,
quæ supra diximus,de nondũ natis neque aliquid agentibus boni aut mali. Si autem di/
xerit,quod adhuc in libris quos nuperrime Pelagius perhibetur edidisse defenditur,quam
uis iam uideatur anathematizasse in episcopali iudicio Palæstino eos qui dicunt quod pec
catum Adæ ipsum solum læserit & non genus humanum, Si dixerit ambo sine iudicio na/
tos,nec aliquid de primi hominis damnatione traxisse, profecto quoniam negare non au/
det in regnum cœlorum adoptari eum qui fuerit regeneratus in Christo, respondeat quid
de illo futurum sit qui nulla sua culpa non baptizatus ista fuerit temporali morte præuen/
tus,si non putamus esse dicturum,quod innocentem deus nec habentem originale pecca/
tum ante annos quibus haberet proprium,æterna morte damnauit? Cogitur itaq; respon/
dere quod iam Pelagius in ecclesiastico iudicio, ut aliquo modo catholicus pronunciaretur
anathematizare compulsus est, infantes etiam si non baptizentur habere uitam æternam.

Hac

A Hac enim negata quid nisi mors æterna remanebit, ac per hoc contra sententiam domini disputabit dicentis, Patres uestri manducauerunt manna in deserto & mortui sunt, Hic est panis qui de cœlo descendit, ut si quis ex ipso manducauerit nõ moriatur, Non enim de ista morte loquebatur, quam necesse est patiantur, etiam qui de ipso pane manducant, Et paulo post, Amen amen dico uobis nisi manducaueritis carnẽ filij hominis & biberitis eius sanguinem, nõ habebitis uitam in uobis, utiq; illam quæ post hãc mortem futura est: & cõtra apostolicæ sedis autoritatem, ubi de hac ipsa re cum ageretur, hoc testimonium adhibitum est euangelicum, ne paruuli non baptizati uitam posse habere credantur: & cõtra ipsius Pelagij uerba apud episcopos à quibus audiebatur expressa, ubi anathematizauit eos, qui dicerent infantes non baptizatos habere uitam æternam. Quod propterea commemorauimus, quoniamquidem apud nos, uel in nostra potius ciuitate, si tamen uerum est quod audiuimus, tanta pro isto errore quidam obstinatione nituntur, ut dicant facilius esse ut etiam Pelagium deserant atq; contemnant, qui hæc sentientes anathematizauit, cẽp ab huius sententiæ sicut eis uidetur ueritate discedãt. Si autem cedunt sedi apostolicæ, uel potius ipsi magistro & domino apostolorũ, qui dicit non habituros uitam in semetipsis, nisi manducauerint carnem filij hominis, & biberint sanguinem quod nisi baptizati non utiq; possint, nempe aliquando fatebuntur paruulos non baptizatos uitam habere nõ posse, ac per hoc quãlibet tolerabilius omnibus qui etiam propria peccata committunt, tamen æterna morte mulctari. Quæ cũ ita sint, audeant disputare, & quibus possunt persuadere contendant, deum iustum apud quem non est iniquitas, paruulos peccatis propriis innocẽtes, si nec illo ex Adam obligati & obstricti sunt, morte perpetua damnaturum. Quod si absurdissimũ est, & à iusticia dei penitus alienum, & tamen nullus qui se meminit catholicæ fidei Christianum, negat aut dubitat paruulos non accepta gratia regenerationis in Christo sine cibo carnis eius & sanguinis potu, non habere in se uitam, ac per hoc pœnæ sempiternæ obnoxios, profecto restat, ut quia ipsi non egerunt aliquid boni aut mali, ideo mortis eorũ iusta sit pœna, quia in illo moriuntur in quo omnes peccauerunt, unde in isto solo iustificantur à quo peccatum nec originale trahi potuit, nec proprium perpetrari, Ipse uocauit nos non solum ex Iudæis, uerumetiam ex gentibus, quoniam & illius Hierusalem filios quæ interfecit prophetas, & lapidauit missos ad se, quamuis illa nolente collegit ipse quos uoluit, & ante incarnationem suam ipsos prophetas, & postea quàm uerbum caro factum est, sicut apostolos & hominum milia, qui & precia rerum suarum ante pedes apostolorum posuerunt. Omnes quippe illi filij sunt Hierusalem nolentis ut colligerentur, qui tamen illa nolente collecti sunt, de quibus dicit, Si ego in beelzebub eiicio dæmonia, filij uestri in quo eiiciunt? Ideo ipsi iudices uestri erunt: de his prædictum erat, Si fuerint filij Israel sicut arena maris, reliquiæ saluæ fient. Non potest excidere uerbũ dei, nec repulit plebẽ suã quã præsciuit, quæ tamẽ reliquiæ per electionem saluæ factæ sunt. Si autem gratia quod sæpe dicendum est, iam non ex operibus, alioquin gratia iã non est gratia: non hæc utiq; nostra, sed apostoli uerba sunt. Quod ergo ad Hierusalem nolentem colligi filios suos ille clamabat, hoc nos clamamus aduersus eos, qui filios uolentes ecclesiæ colligi, nolunt, Nec saltem post iudicium quod de ipso Pelagio in Palæstina factum est corriguntur, de quo damnatus exisset nisi obiecta sibi contra gratiam dei dicta quæ obscurare non potuit ipse damnasset. Præter illa enim quæ quomodo potuit ausus est qualicunq; ratione defendere, obiecta quædam sunt quæ nisi remota omni tergiuersatione anathematizasset, ipse anathematizatus esset. Obiectũ est enim eũ dicere, qa Adã siue peccaret siue nõ peccaret moriturus esset: & qp peccatũ eius ipsum solũ læserit, nõ & genus humanũ: & qp infantes nup nati in illo statu sint in quo Adã fuit ante præuaricationem: & qp neq; per mortẽ uel per præuaricatio nẽ Adæ omne genus humanum moriatur, neq; per resurrectionẽ Christi omne genus humanum resurgat. Et infantes etiã si nõ baptizent habere uitã æternã, Et diuites baptizatos nisi omnibus abrenũciẽt, si qd boni uisi fuerint facere nõ reputari illis, nec eos habere posse

Ioan. 6

Eucharistiam infantibus ne cessariã putat

Sedes apostolica.

Matth. 12.

Rom. 9. 11.

regnum

regnum dei: & gratiam dei atq; adiutorium non ad singulos actus dari, sed in libero arbi- C
trio esse uel in lege atq; doctrina: & dei gratiã secundum merita nostra dari: & filios dei nõ
posse uocari, nisi omnino absq; peccato fuerint effecti: & non esse liberũ arbitrium si dei in-
diget auxilio, quoniam in propria uoluntate habet unusquisq; facere aliquid uel non face-
re: & uictoriam nostram non ex dei adiutorio esse, sed ex libero arbitrio: & quod pœnitenti
bus uenia non detur secundum gratiam & misericordiam dei, sed secundum meritum & la-
borem eorum qui per pœnitẽtiam digni fuerint misericordia. Hæc omnia Pelagius sic ana-
thematizauit, quod satis gesta ipsa testantur, ut nihil ad ea quoquo modo defendenda di-
sputationis attulerit: unde fit consequens, ut quisquis sequitur illius episcopalis autoritatem
iudicij, & ipsius Pelagij confessionem, hæc tenere debeat quæ semper tenuit catholica eccle-
sia: Adam nisi peccasset non fuisse moriturum. Quod peccatum eius non ipsum solum læse-
rit, sed & genus humanum. Et quod infantes nuper nati non sint in illo statu in quo Adam
1. Cor. 15 fuit ante præuaricationem, ut ad ipsos pertineat etiã quod breuiter ait apostolus: Per unũ
hominem mors, & per unum hominẽ resurrectio mortuorũ. Sicut enim in Adam omnes
moriũtur, ita & in Christo omnes uiuificabũtur, unde fit quod infantes non baptizati, non
solum regnum cœlorum, uerumetiam uitã æternam habere non possint. Cõfiteatur etiam
diuites baptizatos, etiam si diuitijs suis nõ careant, & sint tales quales ad Timotheum de-
1. Timoth. 6 scribit apostolus dicens, Præcipe diuitibus huius mundi nõ superbe sapere neq; sperare in
incerto diuitiarum, sed in deo uiuo qui præstat omnia abundanter ad fruendũ, diuites sint
in operibus bonis, facile tribuant, communicent, thesaurizent sibi fundamentum in futurũ,
& apprehendant ueram uitam, non eos regno dei posse priuari. Fateatur gratiã dei, & ad-
iutorium etiam ad singulos actus dari, eamq; nõ dari secundum merita nostra, ut uera sit
Exo. 33 gratia, id est, gratis data per eius misericordiam qui dixit: Miserebor cui misertus ero, & mi
sericordiã præstabo cui misericors fuero. Fateatur filios dei uocari posse illos qui quotidie D
Matth. 6 dicunt: Dimitte nobis debita nostra, quod utiq; ueraciter nõ dicerent si essent omnimodo
sine peccato. Fateatur esse liberũ arbitriũ etiam si diuino indiget adiutorio. Fateatur quan-
do contra tentationes concupiscentiasq; illicitas dimicamus, quãuis illic habeamus & pro-
priam uoluntatem, non tamen ex illa, sed ex adiutorio dei nostram prouenire uictoriam.
Rom. 9 Non enim aliter uerum erit quod apostolus ait: Non uolentis neq; currentis, sed miserẽtis
est dei. Fateatur secundum gratiam & misericordiam dei ueniam pœnitentibus dari, nõ se-
cundum meritum eorum, quandoquidem etiam ipsam pœnitẽtiam donum dei dixit apo-
2. Timoth. 2 stolus, ubi ait de quibusdam: Ne forte det illis deus pœnitentiam. Hæc omnia simpliciter si
ne ullis fateatur ambagibus, si quis in autoritatem catholicam & in ipsius Pelagij expressa
ecclesiasticis gestis uerba consentit. Neq; enim illa quæ his sunt contraria ueraciter anathe-
matizata esse credẽdum est, nisi hæc quibus sunt contraria fideli corde teneantur, & aperta
confessione promantur. Nec in istis libris recentioribus, quos idem Pelagius post illud iu-
dicium dicitur edidisse, quãuis adiutorio diuinæ gratiæ consentire uideatur, quid de hac re
sentiat satis euidenter apparet. Aliquando enim ita paribus momentis potestatem uolun-
tatis æqua lance perpendit, ut aliquantũ etiã ad non peccãdum ualere diffiniat, quod si ita
est, nullus locus adiutorio gratiæ reseruatur, sine qua nos dicimus ad non peccandum nihil
uoluntatis arbitrium ualere. Aliquando autem quotidiano gratiæ dei muniri nos confite-
tur auxilio, quamuis habeamus ad non peccãdum forte ac firmum liberum arbitriũ, quod
utiq; inualidum & infirmum debuit confiteri donec sanentur omnes languores animæ no
Psal. 6 stræ. Nõ enim pro infirmitate corporis precabatur qui dicebat: Miserere mei domine quo-
niam infirmus sum, sana me domine quoniam cõturbata sunt ossa mea. Nam ut ostende-
ret pro anima se rogare, secutus adiunxit, Et anima mea turbata est ualde. Videtur ergo au
xilium gratiæ tanquam ex abundanti putare concedi, id est, ut etiam si non concedatur, ha
beamus tamen ad non peccandum forte ac firmum liberum arbitrium. Quod ne existime
mur de illo temere suspicari, & fortasse quis dicat sic eum sentire forte ac firmum ad non

peccandum

A peccandum liberum arbitrium, cuius sine dei gratia id efficere atq; adimplere nō possit, si/
cut sanos oculos firmos dicimus ad uidendum, quod tamē nullo modo facere possunt si de
sit lucis auxilium, alio loco quid diceret, uel quid putaret ostendit ubi ait, Ideo dei gratiam
hominibus dari, ut quod facere per liberum iubētur arbitrium, facilius possint implere per
gratiam: utiq; cum dicit facilius, quid uult intelligi, nisi & gratia si desit posse per liberum ar
bitrium, uel facile uel etiam difficile quæ diuinitus iubentur impleri? Vbi est ergo, Quid Psal.8.
est homo quod memor es eius? Vbi postremo illa testimonia, quæ Hierosolymitanæ anti
stes ecclesiæ, sicut in eisdem gestis legitur, ipsi Pelagio se dixisse commemorat, cum ad eum
perlatum esset, quod sine gratia dei diceret absq; peccato hominē esse posse? Hæc sunt em
ab illo dicta tria testimonia ualde magna contra huiusmodi impiam præsumptionem, q;
apostolus ait, Plus omnibus illis laboraui, non ego autem, sed gratia dei mecum, Non uo/ 1.Cor.15
lentis neq; currentis sed miserentis est dei, Et nisi dominus ædificauerit domum, inuanū la/ Rom.9
borauerunt ædificantes eam. Quomodo ergo qd' deus iubet, sine adiutorio ipsius uel dif/ Psal.126
ficile impletur, cum si dominus non ædificet, inuanum ædificans laborasse dicatur? Neq;
scriptum sit, Est quidem uolentis atq; currentis, facilius autem miserentis dei, sed scriptum
sit, Non uolentis neq; currentis, sed miserentis est dei, non quia in illa est hominis atq; uo/
luntatis concursus, sed quia nihil potest nisi ille misereatur. Nec apostolus dixerit, Et ego,
sed dixerit, Non ego aūt sed gratia dei mecum: Non quia ipse nihil boni agebat, sed quia
nihil ageret si illa non adiuuaret. Quanq; illa possibilitas liberi arbitrij tam in bonum q; in
malum ex æqua lance perpensione huic facilitati locum relinquit, quam saltem uidetur esse
confessus dicendo, facilius possunt implere po gratiam, facilius impletur, facillime autem si
ne gratia fit malum, profecto ista possibilitas non æqua lance perpenditur. Sed quid plu/
ra? Non solum ad istos uitandos cauti esse debemus, uerumetiam ad docēdos uel monen
dos si patiantur, pigrescere non debemus. Plus eis tamen sine dubitatione præstamus, si ut
B corrigantur oremus, ne cum tantis ingenijs uel pereant uel alios perdāt præsumptione da/
mnabili, quia zelum dei habent, sed non secūdum scientiam, id est iusticiam quæ à deo est
ignorantes, & suam uolentes constituere, iusticiæ dei non sunt subiecti. Quibus utiq; quo/ Rom.10
niam Christiani appellantur, magis obseruandum est q; Iudæis, de quibus hæc dixit apo/ Rom.9
stolus, Ne offendant in lapidem offensionis, uelut argute defendēdo naturam & liberum
arbitrium, quemadmodum philosophi huius mundi, qui uehementer egerunt, ut putaren
tur uel putarent sibi beatam uitam uirtute propriæ uolūtatis efficere. Caueant ergo isti ne
per sapientiam uerbi euacuent crucem Christi, & hoc sit eis offendere in lapidem offensio/
nis. Natura enim humana etiam si in illa integritate in qua condita est permaneret, nullo
modo seipsam creatore suo non adiuuante seruaret. Cum igitur sine dei gratia salutem nō
posset custodire quam accepit, quomodo sine dei gratia potest reparare quā perdidit? Nō
autem ideo pro istis non orare debemus, quia si non corriguntur eorum imputandum est
uoluntati qui nolunt credere etiam ad hoc ipsum sibi necessariam gratiam saluatoris, quod
putant consistere in solis uiribus uoluntatis. Nam & illi quibus sunt isti in hac causa omni/
no simillimi, de quibus hoc dixit apostolus, quod ignorantes dei iusticiam & suam uolētes
constituere, iusticiæ dei non sunt subiecti, profecto suæ uoluntatis uitio nō credebant. Nō
enim ut essent infideles cogebantur in uitium, sed nolendo credere infidelitatis crimine nō
carebant. Et tamen quia uoluntas ut ad uera credenda moueatur, non sibi sufficit nisi per
gratiam dei opituletur, dicente ipso domino cum de non credētibus loqueretur, Nemo ue/ Ioan.6
nit ad me nisi ei datum fuerit à patre, Propter hoc & apostolus, cuius eis instanter euange/
lium prædicaret, parum tamen esse credebat, nisi pro illis etiam oraret ut crederent. Ait em Rom.10
Fratres bona uolūtas quidem cordis mei & deprecatio ad deum fit pro illis ad salutem, &
tunc adiunxit illa quæ diximus, Testimonium enim illis perhibeo, quia zelum dei habent,
sed non secūdum scientiam &c. Oremus ergo pro illis sancte frater. Cernis quippe nobiscū
q; malo errore teneantur, Fragrant enim epistolæ tuæ odore synceriſſimo Christi, ubi ger/

D manissi/

maniſſimus gratiæ ipſius dilector & cõfeſſor appares. Se quod diu tecum ex hac re loquen C
dum putauimus, Primo, quia iocundiſſimum eſt fecimus. Quid enim debet eſſe iocundius
uel infirmis gratia qua ſanantur, uel pigris gratia qua excitantur, uel nolentibus gratia qua
iuuantur? Deinde, ut ſi quid noſtra diſputatione deo adiuuante poſſemus, tua non fides
ſed fidei contra tales adminiculetur aſſertio, ſicut nos quoq; in hanc facultatem tuæ germa
nitatis litteris adiuuamur. Quid enim uberius & ueraciſſima cõfeſſione plenius, q̃ illud eſt
in quadam epiſtola tua, ubi naturam noſtram non manſiſſe ut condita eſt, ſed uitiatã eſſe
per illum generis humani patrem, humiliter deploraſti dicens, Pauper ego & dolẽs qui ad
huc terrenæ imaginis ſqualore concretus ſum, & plus de primo q̃ de ſecundo Adam carnis
ſenſibus & terrenis actibus refero, quomodo tibi audebo me pingere, cum cœleſtis imagi
nis inficiator prober corruptione terrena? Vtrinq; me concludit pudor. Erubeſco pingere
quod ſum, non audeo pingere quod non ſum: odi quod ſum, & non ſum quod amo. Sed
quid miſero mihi proderit odiſſe iniquitatem & amare uirtutem, cum id potius agam qd̃
odi, nec elaborem piger id potius agere quod amo, ipſe diſcors & inteſtino bello diſtrahor
dum ſpiritus aduerſus carnem, caro aduerſus ſpiritum dimicat, & lex corporis lege peccati
legem mentis impugnat? Infelix ego qui me uenenatum inimicæ arboris guſtu, nec crucis
ligno digeſſi. Durat enim mihi illud per Adam uirus paternum quo uniuerſitatem gene
ris ſui pater præuaricatus infecit. Et cætera, quæ de hac miſeria multa connectis ingemiſcen
do, expectans redẽptionem corporis tui, & nondum re, ſed ſpe ſaluũ te eſſe cognoſcẽs. Sed
fortaſſis tu alium in te tranſfiguraſti cum hæc diceres, nec aliquas de carne concupiſcẽte ad
uerſus ſpiritum, q̃uis ei non conſentias, moleſtias importunas pateris & odioſas: Veruntã
men & tu, & quiſquis hæc patitur, & gratiam Chriſti per quam de corpore mortis huius li
berari expectat, nondum quidem euidenter in ſeipſo, ſed in illo homine latẽter ibi erat, qñ
cibus uetitus tangebatur, & concupiebatur longe lateq̃ per cũctos itura perditio. De oran
do aũt & gemitibus flagitando proficiendi ac recte uiuendi adiutorio quem tua non feri D
ret epiſtola? Quid eſt tui quantumcũq; ſermonis ubi non ſit ſparſum gemebũda pietate q̃d
in orõne dicimus, Ne nos inferas in tentationẽ? Inuicẽ itaq; nos & conſolemur in his omni
bus & exhortemur, & quantũ dat dñs adiuuemus. Quæ aũt & de quibus audierimus quæ
multũ dolemus, & facile credere nolumus, audiet à cõmuni amico ſanctitas tua quo in dei
miſericordia cum ſalute remeante ſperamus nos de omnibus fieri poſſe certiſſimos.

Auguſtinus Vitali Carthaginenſi, delato quod doceret non orandum pro incredulis, ſed tantum illis impartiendam doctrinam, cui proponit duodecim regulas, minitans ni deſinat obſtrepere precibus ab eccleſia fieri ſolitis, ſe cenſuris eccleſiaſticis cũ eo acturũ. Ep. CVII.

Seruus ſeruorum.

AVGVSTINVS epiſcopus ſeruus Chriſti, & per ipſum ſeruus ſeruorũ ipſius, Vitali fratri in ipſo ſalutem. Cum de te mihi eſſent nunciata non bona, & rogaui dominum, & donec mihi bona nunciẽtur, adhuc rogo, ut litteras meas nec aſper nanter ſumas & ſalubriter legas. Si hanc exaudit pro te orationem meam, etiam de te gra tiarum actionem donat ut offerã. Quod ſi impetro, proculdubio non contradices huic ipſi principio epiſtolæ meæ. Hoc em̃ pro te oro ut ſis rectæ fidei. Si hoc ergo ꝓ charis noſtris non tibi diſplicet ut oremus, ſi hãc orõnem recognoſcis eſſe chriſtianã, ſi & tu ꝓ charis tuis talia uel orare te recolis uel orare te debere cognoſcis, quomodo dicis quod te audio dice re, ut recte credamus in deũ & euangelio conſentiamus, nõ eſſe donum dei, ſed hoc nobis eſſe à nobis, id eſt ex propria uoluntate quam nobis in noſtro corde nõ operatus eſt ipſe? Et ad hoc cum audieris, quid eſt ergo quod ait apoſtolus, Deus in nobis operatur & uelle & perficere? Reſpõdes, per legem ſuam, per ſcripturas ſuas, deum operari ut uelimus quas uel legimus uel audimus, ſed eis conſentire uel non conſentire, ita noſtrum eſt, ut ſi uelimus fiat, Si aũt nolumus, nihil in nobis operationem dei ualere faciamus. Operatur quippe ille dicis quantum in ipſo eſt ut uelimus, cum nobis nota fiũt eius eloquia, ſed ſi eis acquieſcere nolumus, nos ut operatio eius nihil in nobis proſit efficimus. Quæ ſi dicis, profecto noſtris

oratio/

A orationibus contradicis. Dic ergo apertissime nos pro his quibus euãgelium prædicamus non debere orare ut credant, sed eis tantummodo prædicare. Exerce contra orationes eccle siæ disputationes tuas, & quando audis sacerdotem dei ad altare exhortantem populum dei, orare pro incredulis ut eos deus conuertat ad fidem, & pro catechumenis ut eis desiderium regenerationis inspiret, & pro fidelibus ut in eo quod esse cœperunt eius munere perseuerent, subsanna pias uoces, & dic te non facere quod hortatur, id est deum pro infidelibus, ut eos fideles faciat non rogare, eo quod nõ sint ista diuinæ miserationis beneficia, sed humanæ officia uoluntatis. Et homo in Carthaginensi eruditus ecclesia, etiã beatissimi Cypriani librum de dominica oratione cõdemna, quam doctor ille cum exponeret, ea peteda esse ostendit à deo patre, quæ tu dicis esse homini ab homine, hoc est à seipso. Quod si de precibus ecclesiæ, & de martyre Cypriano, parum putas esse quod dixi, adde maiora, reprehende apostolum qui dixit, Oramus ad deũ ne quid faciatis mali. Neq; enim dicturus 2. Cor. 13.
es, nihil mali eum facere qui non credit in Christum, aut qui fidem deserit Christi, ac per hoc qui dicit, Ne quid faciatis mali, nec ista uult fieri. Satisq; illi non est præcipere, sed confitetur se deum rogare ne fiant, sciens hominis uoluntatem ab ipso corrigi ac dirigi ut ista non faciat, A domino enim gressus hominis diriguntur, & uiam eius uolet: Non dixit, Et Psal. 36
uiã eius discet, aut tenebit, aut ambulabit, aut aliquid huiusmodi, quod posses dicere à domino quidem dari, sed homini iam uolẽti, ut si beneficium dei quo gressus hominis dirigit ut uiam eius discat, teneat, gradiatur, sua homo uoluntate præcedat, & hoc dei donum præcedente sua uoluntate mereatur. Sed ideo dixit: A domino gressus hominis diriguntur, & uiam eius uolet, ut intelligeremus ipsam uoluntatem bonam qua incipimus uelle credere, quoniam dei uia quid est nisi fides recta, illius esse donum qui gressus nostros propterea dirigit primitus ut uelimus. Non enim ait scriptura, A domino gressus hominis diriguntur, quia uiam eius uoluit, sed diriguntur inquit & uolet. Non igitur, quia uoluit diriguntur, sed Psal. 36
B quia diriguntur uolet. Hic tu rursus fortasse dicturus es, hoc fieri à domino, dum doctrina eius legitur uel auditur, si homo ueritati quam legit uel audit sua consentiat uoluntate. Si enim lateret inquis doctrina dei, non dirigerentur gressus eius, quibus directis, uellet uiam dei. Ac per hoc tantum putas à domino gressus hominis dirigi ad eligendam uiam dei, quia sine doctrina dei non ei potest innotescere ueritas cui propria uoluntate consentiat. Cui si consentit inquis, recte utiq; dicũtur ab illo dirigi gressus eius ut uiam eius uelit, cuius doctrinam suasione præcedente, subsequente consensione sectatur, quod libertate naturali si uult facit, si non uult non facit, pro eo quod fecerit præmium uel supplicium recepturus. Hæc est illa Pelagianorum mala, male diffamata, meritoq; reprobata, & ab ipso etiam Pelagio timente damnari in orientalium episcoporum iudicio damnata sententia, qua dicũt gratiam dei nõ ad singulos actus dari, sed in arbitrio esse, uel in lege atq; doctrina: & usq; adeo frater erimus graues corde, ut de gratia dei, immo aduersus gratiam dei eam Pelagianam sententiam teneamus, quam pectore quidem ficto, sed tamen catholicos iudices timens Pelagius ipse damnauit. Et quomodo inquies respondebitur? quomõ censes facilius & apertius, q̃p ut illud qd' de orando deo superius egimus, sic amplectamur, ut hoc menti nostræ nulla subtrahat obliuionis irreptio, nulla calliditas argumentationis extorqueat. Si enim quod scriptum est, A domino gressus hominis diriguntur, & uiam eius uolet, Et, præ Phil. 2
paratur uoluntas à domino, Et, deus est enim qui operatur in nobis & uelle, Et multa huiusmodi quibus commendatur uera dei gratia, hoc est quæ non secũdum merita nostra datur, sed dat merita ipsa cum datur, quia præuenit hominis uoluntatem bonam, nec eam cuiusquã inuenit in corde, sed facit: Si ergo ita præpararet atq; operaretur deus hominis uoluntatem, ut tantummodo legem suam atq; doctrinam libero eius adhiberet arbitrio, nec uocatiõe illa alta atq; secreta sic eius ageret sensum, ut eidem legi atq; doctrinæ accommodaret assensum, proculdubio eam legere uel intelligere legendo, uel etiam exponere ac prædicare sufficeret, nec opus esset orare, ut deus ad fidem suam infideliũ corda conuerteret, &

conuersis proficientem perseuerantiam eiusdem gratiæ suæ largitate donaret. Si ergo hæc à domino poscenda esse nō renuis, quid restat frater Vitalis, nisi ut ab illo ea donari fateaC
ris à quo poscēda esse cōsentis? Si aūt negas ab illo nos poscere ista debere, eidē doctrinæ
ipsius contradicis, quia & hoc in ea didicimus, ut ab illo ista poscamus. Orationem domi-
Matt.6 nicā nosti, nec dubito te deo dicere: Pater noster qui es in cœlis &c. Lege expositorem eius
Cyprianus. beatissimum Cyprianum, & quemadmodum exposuerit quod ibi dicitur, Fiat uoluntas
tua sicut in cœlo & in terra, diligenter attende, & obedienter intellige, profecto docebit te
Matt.5 orare pro infidelibus inimicis ecclesiæ secundum præceptū domini dicentis: Orate pro ini-
micis uestris, & hoc orate ut fiat uolūtas dei, sicut in eis qui iam fideles sunt & portant ima
ginem cœlestis hominis, & propterea cœli nomine digni sunt, ita & in eis qui per infidelita
tem non nisi imaginem terreni hominis portant, & ob hoc terra merito nuncupātur. Nem
pe isti pro quibus inimicis dominus nos iussit orare, & glorioſissimus martyr sic exposuit
quod in oratione dicimus, Fiat uoluntas tua sicut in cœlo & in terra, ut ipsis etiam posca-
mus fidem quam fideles habent, Nempe ergo isti christianæ pietatis inimici, legem dei at-
que doctrinam qua Christi meditatur fides, uel omnino audire nolunt, uel ad hoc audiūt
siue etiam legunt ut irrideant & detestentur, & quanta possunt contradictione blasphe-
ment. Inaniter igitur & perfunctorie potius quàm ueraciter pro eis, ut doctrinæ cui aduer
santur credendo consentiant deo fundimus preces, si ad eius non pertinet gratiam conuer-
tere ad fidem suam ipsi fidei contrarias hominum uoluntates. Inaniter etiam & perfuncto
rie potius quàm ueraciter magnas cum exultatione agimus deo gratias, quando aliqui eo
rum credunt, si hoc in eis ipse non facit. Non fallamus homines, nam deum fallere non ua-
lemus. Prorsus non oramus deum, sed orare nos fingimus si nosipsos non illum credimus
facere quod oramus. Prorsus non gratias deo agimus, sed nos agere fingimus, si unde illi
gratias agimus ipsum facere non putamus. Labia dolosa si in hominum quibuscunq; ser-
monibus sunt, saltem in orationibus non sint. Absit, ut quod facere deum rogamus oribus D
& uocibus nostris, eum facere negemus cordibus nostris, Et quod est grauius, ad alios etiā
decipiendos hoc non taceamus disputationibus nostris, & dum uolumus apud homines
defendere liberum arbitrium, apud deum perdamus oratiōis auxilium, & gratiarumactio
nem non habeamus ueram, dum ueram cognoscimus gratiam. Si uere uolumus defende-
re liberum arbitrium, non oppugnemus unde fit liberum. Nam qui oppugnat gratiam,
qua nostrum ad declinandum à malo & faciendum bonum liberatur arbitrium, ipse arbi
Col.1 trium suum adhuc uult esse captiuum. Responde obsecro quomodo dicit apostolus, Gra-
tias agentes patri idoneos facienti nos in parte sortis sanctorum in lumine, qui eruit nos de
potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij charitatis suæ, si nō ipse arbitriū nostrū
sed ipsum arbitrium se liberat? Mendaciter ergo agimus gratias patri tanquam ipse faci-
at quod ipse non facit. Et errauit qui dixit, quod ipse nos faciat idoneos in parte sortis san-
ctorum in lumine, quia ipse nos eruit de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij
charitatis suæ. Responde quomodo ad declinandum à malo & faciendum bonum libe-
rum habeamus arbitrium, quando erat sub potestate tenebrarum, unde nos si quemad-
modum dicit apostolus, deus eruit, ipse utiq; illud liberum fecit: quod tam magnum no-
strum bonum, si per suæ doctrinæ prædicationem tantummodo facit, quid de his dice-
mus quos de ipsa tenebrarum potestate nondum eruit, prædicanda tantum illis est doctri
na diuina, an etiam orandum pro eis ut de tenebrarum potestate diuinitus eruantur? Si
tantummodo prædicandum esse dicis, iussioni domini & orationibus ecclesiæ contradicis:
si autem fateris pro eis orandum, id utiq; orandum fateris, ut eidem doctrinæ arbitrio li-
berato à tenebrarum potestate consentiant. Ita fit ut neq; fideles fiant nisi libero arbitrio,
& tamen illius gratia fideles fiant qui eorum à potestate tenebrarum liberauit arbitrium.
Sic & dei gratia non negatur, sed sine ullis humanis præcedentibus meritis uera monstra-
tur, & liberum ita defenditur, ut humilitate solidetur, nō elatione præcipitetur arbitriū,

&

A & qui gloriatur, non in homine,uel quolibet alio,uel ſeipſo,ſed in domino glorietur.Pote
ſtas enim tenebrarum quid eſt niſi poteſtas diaboli & angelorum eius, qui cũ fuiſſent an/
geli lucis, in ueritate per liberũ arbitrium nõ ſtantes,ſed in ea cadentes facti ſunt tenebræ:
Non te iſta doceo,ſed quæ noſti ut recorderis admoneo. Huic igitur poteſtati tenebrarũ,
per illius ruinam cui primo homini ab ea poteſtate præuaricatio perſuaſa eſt,& in quo oẽs
cecidimus,ſubiectum eſt genus humanum,propter quod de poteſtate tenebrarũ eruuntur
& paruuli,cum regenerantur in Chriſto.Neq; hoc apparet in eorum arbitrio liberato,niſi
cum ad annos peruenerint ratione utentis ætatis, habentes conſentientẽ doctrinæ ſalutari
in qua nutriti ſunt uoluntatem,& in ea finientes iſtam uitam ſi electi ſunt in Chriſto ante
conſtitutionem mundi,ut eſſent ſancti & immaculati in conſpectu eius in charitate præde
ſtinati in adoptionem filiorum. Hæc autẽ poteſtas tenebrarum,id eſt diabolus qui dicitur
etiam princeps poteſtatis aëris,operatur in filijs diffidẽtiæ,princeps iſte rector tenebrarũ, *Ephe.6*
id eſt diabolus diffidentiæ filiorum regens eos ad arbitrium,quod neq; ipſe habet liberũ *Col.3*
ad benefaciendum,ſed ad maximam maleuolentiam pœna ſui ſceleris obduratũ:unde ne/
mo ſanæ fidei credit,aut dicit hos apoſtatas angelos ad priſtinam pietatem correcta aliqñ
uoluntate conuerti.Quid ergo operatur hæc poteſtas in filijs diffidẽtiæ,niſi opera ſua ma/
la,& in primis maximeq; ipſam diffidẽtiam & infidelitatem qua ſunt inimici fidei,per quã
ſcit eos poſſe mundari,poſſe ſanari,poſſe perfectiſſime liberos,quod eis uehementer inui/
det,in æternitate regenerari. Itaq; aliquos eorũ per quos amplius decipere affectat,ſcit ha
bere nonnulla uelut opera bona in quibus laudantur, per quaſq; gẽtes,præcipueq; in gen
te Romana,quæ præclare glorioſiſſimeq; uixerunt.Sed quoniam ſicut ueriſſima ſcriptura
dicit,Omne quod nõ eſt ex fide,peccatum eſt,Et ſine fide impoſſibile eſt utiq; placere deo, *Rom.14*
non hominibus,nihil ſic agit hic princeps,cũ ut non credatur in deum,nec ad mediatorem *Heb.11*
B à quo ſoluuntur opera eius credendo ueniatur.Sed ipſe mediator intrat in domum fortis,
id eſt in hoc ſeculum mortalium ſub poteſtate diaboli quantum ad ipſum pertinet cõſtitu
tum,De ipſo quippe ſcriptum eſt,quod poteſtatem habeat mortis: intrat in domũ fortis,
id eſt in ſuo dominatu habẽtis genus humanum,& prius alligat eum, id eſt eius coërcet &
cohibet poteſtatem poteſtatis ſuæ fortioribus uinculis,& ſic eripit uaſa eius quæcũq; præ
deſtinauit eripere arbitrium eorũ ab eius poteſtate liberans, ut illo non impediente credãt
in iſtum libera uoluntate.Proinde hoc opus eſt gratiæ non naturæ.Opus eſt inquã gratiæ
quam nobis attulit ſecundus Adam,non naturæ quam totã perdidit in ſemetipſo primus
Adam.Opus eſt gratiæ tollentis peccatum & uiuificantis mortuum peccatorem, nõ opus
legis oſtendẽtis peccatum nec à peccato uiuificantis. Nam ille magnus gratiæ prædicator,
Peccatum,inquit,non cognoui niſi per legem. Et ſi data eſſet inquit,lex quæ poſſet uiuifica *Rom.7*
re,omnino ex lege eſſet iuſticia. Opus eſt hoc gratiæ, quam qui accipiũt doctrina ſalutari
ſcripturarum ſanctarum,&ſi fuerunt inimici fiunt amici,non opus eiuſdem doctrinæ, quã
qui audiunt & legunt ſine gratia dei peiores eius efficiuntur inimici. Non eſt igitur gratia
dei in natura liberi arbitrij & in lege atq; doctrina, ſicut Pelagiana peruerſitas deſipit, ſed
ad ſingulos actus datur illius uoluntate, de quo ſcriptum eſt, Animam uoluntariam ſegre/ *Pſal.67*
gans deus hæreditati tuæ, Quia & liberum arbitrium ad diligendum deum primi peccati
granditate pdidimus,& lex dei atq; doctrina cũius ſancta & iuſta & bona,tamen occidit ſi
non uiuificet ſpiritus,per quem fit,non ut audiendo,ſed ut obediendo,neq; ut lectione,ſed
ut dilectione teneatur.Quapropter ut in deum credamus,& pie uiuamus,non uolentis ne/
que currentis,ſed miſerentis eſt dei,non quia uelle non debemus & currere,ſed quia ipſe in
nobis & uelle operatur & currere. Vnde & ipſe dominus Ieſus credentes à non credẽtibus,
id eſt ab iræ uaſis uaſa miſericordiæ diſcernens, Nemo inquit uenit ad me niſi fuerit ei da *Ioan.6*
tum à patre meo.Et utiq; ut hoc diceret in eius doctrina fuerant ſcandalizati diſcipuli eius
qui eum poſtea non ſunt ſecuti.Non ergo gratiam dicamus eſſe doctrinam, ſed agnoſca/
mus gratiam quæ facit prodeſſe doctrinam, quæ gratia ſi deſit,uidemus etiam obeſſe do/

ctrinam. Propterea deus ut omnia futura opera ſua in prædeſtinatione præſciuerit,ſic illa o
diſpoſuit,ut quoſdam non credentes ad fidem ſuam orationes credentium pro eis exau/
diendo conuertat,unde refutentur,& ſi ille eſt eis propitius corrigantur qui putãt gratiam
dei eſſe naturam liberi arbitrij cum qua naſcimur,aut gratiam dei eſſe doctrinam q̃uis uti
lem quæ per linguas & litteras prædicatur. Nõ enim hoc oramus pro infidelibus ut fiat eo
rum doctrina,id eſt ut homines ſint,aut ut doctrina eis prædicetur quam malo ſuo audi/
unt ſi non credunt. Et plerunq; pro eis oramus qui cum legant uel audiant nolunt credere.
Sed oramus ut uoluntas corrigatur,doctrinæ cõſentiatur,natura ſanetur. Iam uero ut per
ſeuerent in eo quod eſſe cœperunt,etiam pro ſeipſis orant fideles:utile eſt quippe omnibus
uel penè omnibus propter humilitatem ſaluberrimam, ut quales futuri ſint ſcire non poſ/
1 Cor. 10 ſint. Ad hoc dicitur, Qui uidetur ſtare,uideat ne cadat:propter huius timoris utilitatem,ne
regenerati & pie uiuere incipientes,tanq̃ ſecuri alta ſapiamus, quidã non perſeueraturi per
ſeueraturis dei permiſſione uel prouiſione ac diſpoſitione miſcentur,quibus cadentibus ter
riti cum timore & tremore gradiamur uiam iuſtam,donec ex hac uita quæ tentatio eſt ſup
terram tranſeamus ad aliam,ubi iam non ſit elatio cõprimenda,nec contra eius ſuggeſtio
nes tentationesq; luctandum. Sed de hac re,id eſt,cur quidã non permanſuri in fide & ſan
ctitate chriſtiana,tamen accipiant ad tempus hanc gratiã, & dimittantur hic uiuere donec
cadãt,cum poſſint rapi de hac uita ne malicia mutaret intellectum eorum, quod de ſancto
Sap. 4 in matura ætate defuncto ſcriptum eſt in libro Sapientiæ,quærat quiſq; ut potuerit,& ſi in
uenit præter hanc quæ à me reddita eſt aliam probabilem rationẽ à recta fidei regula non
recedens,teneat eam,& ego cum illo ſi me non latuerit: ueruntamen in quod peruenimus,
in eo ambulemus donec nobis deus reuelet ſi quid aliter ſapimus, ſicut apoſtolicis litteris
admonemur. Peruenimus autem in ea quæ ad fidem ueram & catholicam pertinere firmiſ/
ſime ſcimus,in quibus ita nobis ambulandum eſt adiuuante illo atq; miſerãte cui dicimus,
Deduc me domine in uia tua & ambulabo in ueritate tua,ut ab eis nullo modo deuiemus. D
Duodecim ſen tentiæ contra Pelagianos Quoniam ergo propitio Chriſto Chriſtiani catholici ſumus, ſcimus nondum natos nihil
egiſſe in uita propria boni ſeu mali, nec ſecundum merita prioris alicuius uitæ quæ nulla
propria ſinguli habere potuerũt,in huius uitæ uenire miſerias: Sed tamen ſecũdum Adam
carnaliter natos contagium mortis antiquæ prima natiuitate contrahere, nec liberari à ſup
plicio mortis æternæ,quod trahit ex uno in omnes tranſiens iuſta damnatio,niſi per gra/
tiam renaſcantur in Chriſto. Scimus gratiam dei nec paruulis nec maioribus ſecũdum me
rita noſtra dari. Scimus maioribus ad ſingulos actus dari. Scimus non omnibus homini/
bus dari,& quibus datur non ſolum ſecundum merita operum non dari, ſed nec ſecũdum
merita uoluntatis eorum quibus datur,quod maxime apparet in paruulis. Scimus eis qui/
bus datur,miſericordia dei gratuita dari. Scimus eis quibus non datur,iuſto iudicio dei nõ
dari. Scimus quod omnes aſtabimus ante tribunal Chriſti, ut ferat unuſquiſq; ſecundum
ea quæ per corpus geſſit,non ſecundum ea,quæ ſi diutius uiueret geſturus fuit,ſiue bonum
ſiue malum. Scimus etiam paruulos ſecundum ea quæ per corpus geſſerunt,recepturos uel
bonum uel malum. Geſſerunt autem nõ per ſeipſos,ſed per eos quibus pro illis reſponden
tibus & renunciare diabolo dicuntur & credere in deum, unde & in numero fidelium cõpu
Marci. 16 tantur,pertinentes ad ſententiam domini dicentis, Qui crediderit & baptizatus fuerit ſal/
uus erit. Propter quod & illis qui hoc ſacramentum non accipiunt,cõtingit quod ſequitur,
Qui autem non crediderit condemnabitur. Vnde & ipſi ſicut dixi,ſi in illa parua ætate mo
riuntur,utiq; ſecundum ea quæ per corpus geſſerunt,id eſt tempore quo in corpore fuerũt,
Euchariſtia infantium. quando per corda & ora geſtantium crediderunt uel non crediderunt, quando baptizati
uel non baptizati ſunt,quando carnem Chriſti manducauerunt uel non manducauerunt,
quando & ſanguinem biberunt uel non biberunt,ſecũdum hæc ergo quæ per corpus geſſe
runt,non ſecundum ea quæ ſi diu hic uiuerent geſturi fuerant iudicãtur. Scimus felices eſſe
mortuos qui in domino moriuntur, nec ad eos pertinere, quicquid acturi fuerant ſi tem/
pore

A pore diuturniore uixiſſent. Scimus eos qui corde proprio credunt in dominum, ſua id face
re uoluntate ac libero arbitrio. Scimus pro eis qui nolunt credere, nos qui iam credimus re
cta fide agere cum deum oramus ut uelint. Scimus pro eis qui ex illis crediderũt tanquam
de beneficijs recte atq; ueraciter & debere nos deo agere gratias & ſolere. Recognoſcis me
ut puto in his quæ nos ſcire dixi, nõ omnia quæ ad fidem catholicam pertinent commemo
rare uoluiſſe, ſed ea tantum quæ ad iſtam quæ inter nos agitur de dei gratia quæſtionem,
utrum præcedat hæc gratia an ſubſequatur hominis uoluntatem, hoc eſt, ut planius id elo
quar, utrum ideo nobis detur, quia uolumus, an per ipſam deus etiã hoc efficiat ut uelimus.
Si ergo iſtas duodecim ſententias quas nos dixi ſcire ad fidem rectam & catholicam per
tinere, etiam tu frater nobiſcum tenes, ago deo gratias, quas profecto nõ ueraciter agerem,
niſi gratia dei fieret ut teneres. Quæ tibi tenenti nullum omnino remanet nobiſcum de hac
quæſtione certamen. Vt enim eadem duodecim breui expoſitione percurram, Quomo
do uoluntatis humanæ meritum ſequitur gratia cum detur & paruulis, qui hoc nondum
poſſunt uelle ſeu nolle. Quomodo gratiam uel in maioribus dicũtur præcedere merita uo
luntatis, ſi gratia ut uera ſit gratia non ſecundum merita noſtra datur, quam ſentẽtiam ca
tholicam Pelagius ipſe ſic timuit, ut eos qui dicunt gratiam dei ſecundum merita noſtra da
ri, ſine dubitatione damnaret, ne à catholicis iudicibus damnaretur. Quomodo dicitur gra
tia dei in natura eſſe liberi arbitrij uel in lege atque doctrina, cum & iſtam ſententiam Pela
gius ipſe damnauerit, proculdubio confitens gratiam dei ad ſingulos actus dari eis utique
qui iam libero arbitrio utuntur. Quomodo dicitur omnes homines eam fuiſſe accepturos
ſi non illi quibus nõ datur eam ſua uoluntate deſpuerẽt, quoniã deus uult omnes homines 1. Timoth. 2
ſaluos fieri, cum multis non detur paruulis, & ſine illa pleriq; moriantur qui non habent cõ
tratiã uoluntatẽ, & aliquando cupiẽtibus feſtinantibuſq; parẽtibus, miniſtris quoq; uolen
tibus ac paratis, deo nolente nõ detur, cum repente antequã detur expirat pro quo ut acci
B peret currebatur. Vnde manifeſtũ eſt eos qui huic reſiſtũt tam perſpicuæ ueritati, nõ intelli 2. Cor. 15
gere omnino qua locutione ſit dictum, quod omnes homines uult deus ſaluos fieri, cũ tam
multi ſalui nõ fiant, nõ quia ipſi, ſed quia deus nõ uult, quod ſine ulla caligine manifeſtatur
in paruulis. Sed ſicut illud quod dictũ eſt: Omnes in Chriſto uiuificabuntur, cũ tam multi
æterna morte puniantur, ideo dictũ eſt, quia omnes quicunq; uitã æternã percipiũt nõ per
cipiũt niſi in Chriſto. Ita quod dictũ eſt, omnes homines uult deus ſaluos fieri, cũ tam mul
tos nolit ſaluos fieri, ideo dictũ eſt, quia omnes qui ſalui fiũt, niſi in ipſo uolẽte nõ fiunt, & ſi
quo alio modo illa uerba apoſtolica intelligi poſſunt, ut tamẽ huic apertiſſimæ ueritati, in
qua uidemus tam multos uolẽtibus hominibus, ſed deo nolẽte ſaluos nõ fieri, cõtraria eſſe
nõ poſſint. Quomodo ut detur gratia diuina, uolũtas meretur humana, ſi eis quibus datur
gratuita miſericordia datur, ut uera ſit gratia? Quomodo in hac re merita pẽſantur uolun
tatis humanæ, quandoquidẽ illis quibus gratia iſta nõ datur, nullo plerunq; merito, nulla
uoluntate diſtantibus, ſed ſimilem cum eis quibus datur habẽtibus cauſam iuſto tamen iu
dicio dei nõ datur. Nõ enim eſt iniquitas apud deũ, ut intelligãt quibus datur ẽq; gratis eis
detur, quãdo iuſte utiq; nõ daretur, quoniã ſimilẽ habẽtibus cauſam iuſte nõ datur. Quo
modo nõ gratiæ dei eſt nõ ſolũ credendi uolũtas ab initio, uerumetiã perſeuerãdi uſq; in fi
nem, cum finis ipſe uitæ huius nõ in hominis, ſed in dei ſit poteſtate, & poſſit utiq; deus etiã
hoc beneficiũ non perſeueraturo cõferre, ut rapiatur ex corpore ne malicia mutet intellectũ
illius? Nõ enim recipiet homo ſeu bonũ ſeu malũ, niſi ſecundũ ea quæ per corpus geſſit, nõ
ſecundũ ea quæ ſi diutius uiueret geſturus fuit. Quomodo dicit propterea quibuſdã nõ da
ri, quibuſdã morituris paruulis dei gratia dari, quia eorũ futuras præuidet uolũtates quas
habituri eſſent ſi uiuerẽt, cũ ſecundũ ea quæ p corpus geſſit, nõ ſecũdũ ea quæ geſturus eſſet
ſi diutius fuiſſet in corpore, unuſquiſq; recipiat ſiue bonũ ſiue malũ, ſicut apoſtolus diffinit?
Quomodo ſecũdũ uolũtates ſuas futuras homines iudicant quas habituri fuiſſe dicunt, ſi
diutius tenerent in carne, cũ dicat ſcriptura, fœlices mortui q in dño moriũtur? quorũ ſine Apocal. 14

dubio certa & ſecura felicitas non eſt,ſi & ea quæ non egerunt, ſed acturi fuerant ſi eſſet eis C
hæc uita prolixior, iudicabit deus:nullumq; accipit beneficium qui rapitur ne malicia mu/
tet intellectum eius,quia & pro ipſa malicia cui forſitan imminenti ſubtractus eſt pœnas
luit:nec gaudendum eſt de his quos in fide recta & uita bona nouimus eſſe defunctos, ne
ſecundum aliqua ſcelera iudicentur quæ fuerant ſi uiuerent fortaſſe facturi:nec dolendi uel
deteſtandi ſunt hi qui uitam iſtam infidelitate ac perditis moribus finierũt,quia forte ſi ui/
uerent,acturi fuerant pœnitentiam pieq; uicturi,& ſecundum iſta ſunt iudicandi: totusq;
Cyprianus de mortalitate ille de mortalitate liber glorioſiſſimi Cypriani reprobandus & abiiciendus eſt,in quo tota
eius intentio eſt,ut ſciamus bonis fidelibus gratulandum eſſe morientibus,quando huius
uitæ tentationibus auferuntur, deinceps in beatiſſima ſecuritate manſuri. Sed quoniam
hoc falſum non eſt,& ſine dubitatione felices ſunt mortui qui in domino moriuntur,riden
dus eſt & execrandus error quo putatur quod homines ſecundũ ſuas futuras,quæ morien
tium non ſunt futuræ,iudicandi ſunt uoluntates. Quomodo dicuntur negare liberũ uolun
tatis arbitrium, qui confitentur oẽm hominem quiſquis ſuo corde credit in deum,non niſi
ſua libera credere uoluntate,cum potius illi oppugnent dei gratiam qua uere ad bona eli/
genda & agenda fit liberũ? Quõ dicitur q; per legem dei atq; doctrinã ſcripturarum fiat,
quod eadem ſcriptura dixit,Præparatur uoluntas à dño,ac non potius per occultã inſpira
tionem gratiæ dei,quoniãquidem pro eis qui eidem doctrinæ cõtradicentes nolunt ei cre/
dere ipſum deum fide recta rogamus ut uelint? Quõ deus expectat uoluntates hominum
ut præueniant eum quibus det gratiã,cum gratias ei non immerito agamus de his quibus
nõ ei credentibus aut eius doctrinã uolũtate impia perſequentibus miſericordiã prærога/
uit,eosq; ad ſeipſum omnipotẽtiſſima facilitate conuertit,ac uolẽtes ex nolentibus fecit:ut
quid ei inde gratias agimus,ſi hoc ipſe non fecit, ut quid tantomagis eum magnificamus,
quanto nolebãt credere quos credidiſſe gaudemus,ſi gratia diuina uoluntas in melius non
Gal.1 mutatur humana? Apoſtolus Paulus,Eram inquit ignotus facie eccleſijs Iudææ quæ ſunt D
in Chriſto,tantum aũt audiebant quia qui aliqñ nos perſequebatur,nunc euangelizat fidẽ
quã aliqñ uaſtabat,& in me magnificabãt deũ. Vt quid magnificabant deũ ſi nõ deus ad
ſeipſum cor illius uiri ſuæ gratiæ bonitate cõuerterat,qñ ut ipſe confitetur,miſericordiã cõſe
cutus eſt ut fidelis eſſet ea fide quã aliqñ uaſtabat: ipſum etiam uerbum quod poſuit, quẽ
niſi deum hoc tantum magnũ bonum feciſſe declarat? Quid eſt enim, In me magnificabãt
Atqui græce eſt ἐδόξαζον non ἐμεγάλυνον. deum,niſi in me deũ magnificum prædicabant? Si magnum illud factum de Pauli cõuer
ſione ipſe non fecerat, & quo pacto ipſe fecerat ſi uolentẽ credere ex nolente ipſe non fece/
rat? Nempe manifeſtum eſt ex illis duodecim ſententijs quas pertinere ad catholicam fidẽ
negare non ſineris,non ſolum omnibus,uerumetiam ſingulis id confici ut confiteamur gra
tia dei præueniri hominum uoluntates,& per hanc eis potius præparari, q̃ propter eorum
meritum dari. Aut ſi aliquid eorum duodecim eſſe uerum negas,quorum propterea com/
mendo etiam numerum,ut facilius memoriæ mandẽtur diſtinctiusq; teneantur,non te pi
geat reſcribere ut ſciam,& ea quam mihi dominus dederit facultate reſpõdeam. Ego enim
hæreticum quidem Pelagianum te eſſe non credo, ſed ita te eſſe nolo ut nihil illius ad te
tranſeat,uel in te relinquatur erroris. Sed inter hæc duodecim reperies forte aliquid quod
negandum uel dubitandum putes,& unde nos operoſius diſputare compellas. Nunquid
& orare prohibebis eccleſiam pro infidelibus ut fint fideles, pro his qui nolunt credere ut
uelint credere,pro his qui ab eius lege doctrinaq; diſſentiunt,ut legi eius doctrinæq; con/
ſentiant,ut det illis deus quod per prophetam promiſit, cor cognoſcendi eum & aures au/
Matt.13 dientes, quas utiq; acceperant, de quibus ſaluator ipſe dicebat, Qui habet aures audien/
di audiat? Nunquid ubi audieris ſacerdotem dei ab eius altari populum hortantem ad
deum orandum,uel ipſum clara uoce orantem, ut incredulas gentes ad fidem ſuam ueni/
re compellat,non reſpondebis,Amen? Aut etiam huius fidei ſanitati cõtraria diſputabis?
Nũquid beatiſſimũ Cyprianum in hoc erraſſe damabis uel ſuſurrabis, ubi pro inimicis fi/
dei

A dei Christianæ,ut etiam ipsi ad eam cõuertantur orare nos docet? Nũquid postremo apo
stolum Paulum pro Iudæis infidelibus habentem talia uota culpabis,de quibus ait: Bona Rom.10
uoluntas quidem cordis mei & deprecatio ad deum pro illis in salutẽ? Quinetiam thessa- 2.Thessal.3
lonicensibus dicit:De cætero fratres orate pro nobis,ut uerbũ domini currat & glorificetur
sicut etiã apud uos,ut eruamur ab iniquis & malis hominibus.Non enim omniũ est fides.
Quomodo curreret & glorificaretur uerbũ dei nisi ad fidem conuersis eis quibus prædicare
tur,quandoquidẽ iam credentibus dicit,quemadmodũ & apud uos? Scit certe hoc ab illo
fieri quem uult rogari ut hoc faciat,ut etiã eruatur ab iniquis & malis hominibus,qui profe
cto & illis orantibus nõ erant credituri.Propter quod addidit,Non enim est omniũ fides,
tanquam diceret,Non enim apud omnes etiam nobis orantibus glorificabitur uerbũ dei,
quia ipsi utiq; fuerant credituri,qui ordinati erãt in uitam æternã,prædestinati in adoptio-
nem filiorũ per Iesum Christum in ipsum, & electi in ipso ante mundi constitutionẽ, Sed
ideo deus per orationes credentium nondum credentes credere facit. Nemo est enim tam
imperitus,tam carnalis,tam tardus ingenio,qui nõ uideat deum facere quod rogari se præ
cepit ut faciat.Hæc & alia testimonia diuina quæ cõmemorare longum est,ostendunt deũ
gratia sua auferre infidelibus cor lapideum & præuenire in hominibus bonarũ merita uo-
luntatum,Ita ut uoluntas per antecedentem gratiam præparetur,non ut gratia merito uo
luntatis antecedente donetur:hoc est gratiarumactio indicat quod oratio,oratio pro infi-
delibus,gratiarumactio pro fidelibus. Qui enim est orandus ut faciat,illi est actiogratiarũ
reddẽda cum fecerit. Vnde idem dicit apostolus ad Ephesios:Propter hoc & ego audita fi- Eph.1
de uestra in domino Iesu & in omnes sanctos,nõ cesso gratias agere pro uobis.Loquimur
autem nunc de ipsis initijs,cum homines qui erãt auersi & aduersi conuertuntur ad deum,
& uelle incipiunt quod nolebant, & habere fidem quam non habebant, quod ut fiat in eis
oretur pro eis,quamuis non oretur ab eis,Ipsi enim quomodo inuocabunt in quem nõ cre- Rom.10
B diderunt? Cum uero factum fuerit quod oratur,ei qui fecit aguntur gratiæ & pro eis & ab
eis.De orationibus autẽ iam fideliũ quas & pro se & pro alijs fidelibus faciunt ut proficiãt
in eo quod esse cœperunt,& de gratiarũactionibus quia proficiunt,confligendũ esse tecum
non puto.Contra Pelagianos est iste conflictus tibi nobisq; cõmunis. Illi quippe omnia
ad fidelem piamq; uitam hominum pertinentia ita tribuunt libero uoluntatis arbitrio, ut
habenda ex nobis,nõ à domino putent esse poscenda, Tu autẽ si ea quæ de te audio uera
sunt,initiũ fidei ubi est etiã initiũ bonæ hoc est piæ uolũtatis,nõ uis donum esse dei,sed ex
nobis nos habere contendis ut credere incipiamus,cætera autẽ religiosæ uitæ bona deũ per
gratiam suã iam ex fide petentibus,quærentibus,pulsantibus donare consentis.Nec atten-
dis ideo pro infidelibus deũ rogari ut credant,quoniã deus donat & fidem,Ideo pro eis &
qui crediderint deo gratias agi,quoniam donat fidem.Quamobrem ut hunc ad te sermo-
nem aliquando cõcludam,si negas orandum esse,ut qui nolunt credere uelint credere,si ne-
gas agendas esse deo gratias quoniam credere uoluerũt qui nolebant credere,aliter tecum
agendum est ut nõ sic erres,aut si errare persistis ne mittas alios in errorem.Si autem quod
de te magis credo,sentis atq; consentis orare nos deum debere ac solere pro nolentibus cre
dere ut uelint credere,& pro eis qui aduersantur & cõtradicunt legi eius atq; doctrinæ,ut ei
credant eamq; sectentur,Si sentis atq; consentis debere nos etiam deo agere gratias ac so-
lere pro talibus,quod ad fidem eius doctrinamq; cõuersi uolẽtes ex nolentibus fiunt,opor
tet sine dubitatione fatearis uoluntates hominum dei gratia præueniri,& ut bonum uelint
homines quod nolebãt,deum facere, qui rogatur ut faciat,& cui nos nouimus agere grati-
as dignũ & iustũ esse cum fecerit.Dominus tibi det intellectũ in omnibus domine frater.

Augustinus Seleucianæ,de baptismo & pœnitẽtia Petri cõtra Nouatianos. Ep. CVIII.

RELIGIOSISSIMAE & in Christi dilectione honorãdæ famulæ dei Seleucianæ Au
gustinus episcopus in domino salutẽ. Lectis literis tuis de salute uestra lætatus ad ea
quæ scripsisti respondere non distuli.Et primum miratus quomodo dicat Nouatianus iste

Petrum

Petrum baptizatum non fuisse,cum paulo superius scripseris eum dixisse q̄ apostoli fue- C
runt baptizati. Vnde aũt illi uideatur quod inter apostolos baptizatus Petrus non fuerit,
ignoro. Et ideo exemplũ epistolæ tuæ ne forsitan tu nõ habeas,misi tibi,in quo diligentius
considerares ad ea me respondere quæ inueni in litteris tuis. Si enim notarius non mendo
se excepit,aut scripsit,nescio quale cor habeat,qui cum apostolos baptizatos dicat, Petrũ
Pœnitentes. baptizatum negat. Quod autem dicitur Petrum egisse pœnitentiam,cauendum est,ne ita
putetur egisse quomodo agunt in ecclesia qui proprie pœnitentes uocantur. Et quis hoc fe-
rat,ut primum apostolorum,inter tales pœnitentes numerandum putemus? Pœnituit eũ
Matt.26 eum negasse Christum,quod eius indicãt lachrymæ. Sic enim scriptũ est, Quia fleuit ama
re. Nondum enim fuerant resurrectione domini confirmati, & illo aduentu spiritussancti
qui apparuit die pentecostes,uel illa inspiratione quam demonstrauit dñs postea q̄ resur-
Ioan.20 rexit à mortuis,cum insufflauit in eorum faciem dicens,Accipite spiritũsanctum. Vnde re-
cte dici potest,quia cum Petrus negauit dñm,nondum fuerant apostoli baptizati,non ta-
men aqua,sed spiritusancto. Hoc enim eis dixit post q̄ resurrexit, & conuersatus est cũ eis,
Act.1 Iohãnes quidem baptizauit aqua, uos aũt spiritusancto baptizabimini,quem & acceptu-
Incipietis ri estis non post multos hos dies. Aliqui aũt codices habent. Vos aũt spiritusancto incipie
μέλλετε tis baptizari. Sed siue dicatur baptizabimini,siue incipietis baptizari,ad rem nihil interest.
Immo uerbũ Nam in quibuscunq; codicibus inuenitur, baptizabitis, aut incipietis baptizare, mendosi
medium est. sunt,qui ex græcis facillime conuincuntur. Si autem dicimus aqua nõ fuisse baptizatos,me-
tuendum est ne grauiter in eis erremus,ne demus hominibus autoritatem contemnẽdi ba
ptismum,quem usq; adeo non contemnendum ipsa apostolica disciplina commendat, ut
Act.10 Cornelius centurio & hi qui cum illo erant,etiam iam accepto spũsancto fuerint baptizati.
Sicut antiqui iusti si non circumciderentur,non erat eis peccatum: postea uero q̄ iussit deus
Gen.17 ut circũcideretur Abraam,eiusq; posteritas,iam si non fieret,graue peccatum fuit. Sic etiã
post q̄ dñs Christus in ecclesia sua sacramentum noui testamenti pro circumcisione carnis D
Ioan.3 sanctum baptismum dedit,& apertissime dixit, Si quis non renatus fuerit ex aqua & spiri
tusancto,non intrabit in regnum cœlorum,iam non debemus quærere,quando quisq; fue
rit baptizatus,sed quoscunq; legimus in corpore Christi quod est ecclesia,pertinere ad re-
gnum cœlorum, nõ nisi baptizatos intelligere debemus, nisi forte quos angustia passionis
inuenit,& nolentes negare Christum,ante q̄ baptizarentur occisi sunt, quibus ipsa passio
Baptismus pro baptismo deputata est. Sed nunquid hoc possumus de apostolis dicere, qui usq; adeo
sanguinis. largum tempus habuerunt quo baptizarentur,ut alios etiam baptizarent? Sed non om-
nia quæ facta sunt,etiam scripta inueniuntur,ueruntamen facta esse ex cæteris documẽtis
probantur. Scriptum est,quando baptizatus sit apostolus Paulus,& scriptũ non est,quan
do baptizati sint alij apostoli, ueruntamen etiam ipsos baptizatos intelligere debemus:
quemadmodum scriptum est,quando baptizatæ sunt plebes ecclesiarum in Hierusalem &
Samaria,quando autem baptizatæ sint aliæ plebes gentium quibus apostoli epistolas mi
serunt,non est utiq; scriptum: & tamen etiam ipsas baptizatas utiq; minime dubitamus,
propter illam domini sententiam, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritusancto,non in
Ioan.4 trabit in regnum cœlorum. Vtrũq; autem de domino scriptum est, & quia baptizabat plu
res q̄ Iohannes, & quia ipse non baptizabat sed discipuli eius, ut intelligeremus & ipsum
quidem baptizasse præsentia maiestatis,non tamẽ ipsum baptizasse manibus suis. Ipsius
enim erat baptismi sacramentum, ad discipulos autem baptizandi ministerium pertine-
Ioan.3 bat. Tunc ergo quando dicit Iohannes euangelista in euangelio suo, Post hæc exijt Iesus
& discipuli eius in Iudæam terram,& illic morabatur cum eis, & baptizabat. Tunc paulo-
Ioan.4 post de illo loquens ait: Vt ergo cognouit Iesus quia audierũt pharisæi quod Iesus plures
discipulos faceret,& baptizaret plures quàm Iohannes, quanq̄ Iesus non baptizaret, sed
discipuli eius, reliquit Iudæam & abijt iterũ in Galilæam. Tunc ergo quando ab Hierosoly
mis exijt cum discipulis suis in Iudæam terram,& illic morabatur cũ eis, baptizabat nõ per
seipsum

A seipsum,sed per discipulos suos,quos intelligimus iam fuisse baptizatos,siue baptismo Ioannis sicut nõnulli arbitrantur,siue quod magis credibile est baptismo Christi.Neq; enim ministerio baptizãdi defuit,ut haberet baptizatos seruos,per quos cæteros baptizaret, qui non defuit memorabilis illius humilitatis ministerio,quando eis lauit pedes,& petenti Petro,ut non tantum pedes,uerumetiam manus & caput ei lauaret,Respondit: Qui lotus est non indiget nisi ut pedes lauet, sed est mundus totus,ubi intelligitur quod iam Petrus baptizatus fuerat.Quomodo autẽ iste dicat,quod in epistola tua posuisti,quod apostoli dederint pœnitentiã pro baptismo,non euidenter expressum est.Si enim pro baptismo ideo dicit,quoniam per pœnitẽtiam remittuntur peccata,habet aliquid rationis quod dicit.Sed talis pœnitentia post baptismum potest utilis esse,si quis peccauerit.Iste autem quoniã negat post baptismũ dari pœnitentiæ locũ,cum dicit, sicut scripsisti, pœnitẽtiam solam ante baptismum esse, datur intelligi sic eum dixisse,quod apostoli dederint pœnitentiã pro baptismo,ut ante baptismum eam dederint,atq; hi quibus data sit postea non fuerint baptizati,quia eis illa pro baptismo fuit,quod Nouatianos dicere nunquã audiui. Vnde quære diligenter,ne forte alicuius alterius erroris sit, & Nouatianũ se esse cõfingat uel putet. Aut si & hoc Nouatiani dicũt,nescio,Illud tamẽ scio quoniã quisquis hoc dicit,à regula fidei catholicæ & à doctrina Christi & apostolorũ prorsus alienus est. Agunt enim homines ante baptismum pœnitentiam de suis prioribus peccatis, ita tamen ut etiam baptizentur, sicut scriptum est in actibus apostolorum,loquente Petro ad Iudæos & dicente: Agite pœnitentiam & baptizetur unusquisq; uestrum in nomine domini Iesu Christi, & dimittentur uobis peccata uestra. Agunt etiam homines pœnitentiam,si post baptismum ita peccauerint ut excommunicari & postea reconciliari mereantur,Sicut agunt in omnibus ecclesijs illi qui proprie pœnitẽtes appellantur. De tali enim pœnitentia locutus est apostolus Paulus,ubi ait:Ne iterũ cum uenero humiliet me deus apud uos & lugeam multos ex his qui ante pec

Ioan.13

De conse. dis. 4 agũt homines.

Act.2

Peccata ob quæ excommunicamur.

B cauerunt, & non egerunt pœnitentiam super immundicia & luxuria & fornicatione quam egerunt, Neq; enim scribebat ista,nisi eis qui iam baptizati fuerãt.Habemus etiam in actibus apostolorum:Simonem iam baptizatũ,cum pecunia uellet emere,ut ei per impositionem manus daretur spiritussanctus,admonitũ à Petro ut de hoc graui peccato ageret pœnitentiam. Est enim pœnitentia bonorum & humilium fidelium pœna quotidiana in qua pectora tundimus dicentes:Dimitte nobis debita nostra,sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Neq; enim ea nobis dimitti uolumus quæ dimissa non dubitamus in baptismo,sed illa utiq; quæ humanæ fragilitati quãuis parua tamẽ crebra subrepũt.Quæ si colle cta contra nos fuerint,ita nos grauabunt & oppriment sicut unũ aliquod grande peccatũ. Quid enim interest ad naufragiũ utrum uno grãdi fluctu nauis operiatur & obruatur, an paulatim subrepẽs aqua in sentinã & per negligentiã derelicta atq; contẽpta impleat nauẽ atq; submergat? Propter hæc ieiunia & eleemosynæ & oratiões inuigilãt,in quibus cũ dicimus,Dimitte nobis sicut & nos dimittimus,manifestamus habere nos quod nobis dimittatur,atq; in his uerbis humiliãtes animas nostras,quotidianã quodãmodo agere pœnitẽtiam nõ cessamus.Ad ea quæ scripsisti,puto me breuiter sed sufficiẽter respõdisse.Superest ut ille non sit cõtentiosus propter quem lucrandum ad me tales litteras dandas putasti.

Act.8

Matth.6

Venialia multa obruunt.

Augustinus monachas,quæ dum student mutare præpositam indecenter fuerant tumultuatæ,reuocat ad concordiam præscribens illis uitæ regulam. Epist. CIX.

SICVT parata est seueritas peccata quæ inuenerit uindicare, Ita nõ uult charitas quod uindicet inuenire. Hæc causa fecit ut ad uos nõ uenirem cum meam præsentiam quæreretis, non ad pacis uestræ gaudium, sed ad dissensionis uestræ augmentum.Quomodo enim cõtemnerem & impunitum relinquerem, si & me præsente tantus uester tumultus existeret,quantus me absente,& si oculos meos latuit, tamen aures meas uestris uocibus uerberauit? Nam fortassis etiam maior esset uestra seditio in præsentia mea,quam necesse esset uobis non concedi,quæ in pernicios issimũ exemplum

exemplum contra ſanam diſciplinam,quod uobis non expedit petebatis,ac ſic quales non C
uolo inuenirem uos,& ipſe inuenirer à uobis qualem non uolebatis. Cum ergo ſcribat a/
poſtolus ad Corinthios dicens, Teſtem deum facio ſuper animam meam, quia parcens
uobis nondum ueni Corinthum,non quia dominamur fidei ueſtræ, ſed cooperatores ſu/
mus gaudij ueſtri, hoc ego etiam dico uobis,quia parcens uobis non ad uos ueni. Peper/
ci etiam mihi,ne triſticiam ſuper triſticiam haberem, & elegi nō ut exhiberem faciem meā
uobis,ſed effunderem cor meum deo pro uobis,& cauſam magni periculi ueſtri,non apud
uos uerbis,ſed apud deum lachrymis agerem,ne conuertat in luctum gaudiū meum,quo
ſoleo gaudere de uobis,& inter tanta ſcandala,quibus ubiq; abundat hic mūdus aliquan/
do conſolari,cogitans copioſam congregationem,& caſtam dilectionem, & ſanctam con/
uerſationem ueſtram,& largiorem gratiam dei,quæ data eſt uobis,ut non ſolum carnales
nuptias contemneretis,uerumetiam eligeretis in domo ſocietatem unanimes habitādi, ut
ſit uobis anima una & cor unum in deum. Hæc in uobis bona,hæc dei dona conſiderans,
inter multas tempeſtates,quibus ex alijs malis quatitur cor meum ſolet utcūq; requieſcere.
Currebatis bene,quis uos faſcinauit? Suaſio illa non eſt ex deo qui uocauit uos. Modicum
fermenti,nolo dicere quod ſequitur. Hoc enim magis cupio & oro & hortor, ut ipſum fer/
mentum conuertatur in melius,ne tota maſſa ſicut penè iam fecerat,conuertatur in peius.
ἀνεβάλετε Si ergo repullulaſtis ſanum facere,orate ne intretis in tentationem,ne iterum in contentio
nes,æmulationes,animoſitates,diſſenſiones, detractiones, ſeditiones, ſuſurrationes. Non
enim ſic plantauimus & rigauimus hortum dominicum in uobis, ut ſpinas metamus iſtas
ex uobis. Si autem adhuc ueſtra tumultuatur infirmitas, orate ut eruamini de tentatione.
Quæ autem conturbant uos,ſi adhuc conturbant uos,niſi correxerint portabunt iudicium
Forte in dog/matis unitate quæcūq; illæ fuerint. Cogitate quid mali ſit ut cum † deo natis in unitate gaudeamus,inter
na ſchiſmata in monaſterio lugeamus. Perſeuerate in bono propoſito, & non deſiderabi/ D
tis mutare præpoſitā, qua in monaſterio illo per tam multos annos perſeuerante & nume
ro & ætate creuiſtis,quæ uos mater nō utero ſed animo ſuſcepit. Omnes enim quæ illuc ue
niſtis,ibi eam aut ſanctæ præpoſitæ ſorori meæ ſeruientem,placentem,aut etiā ipſam præ
poſitam quæ uos ſuſcepit inueniſtis: ſub ipſa eſtis eruditæ,ſub illa uelatæ,ſub illa multipli/
catæ,& ſic tumultuamini ut eam uobis mutetis,cum lugere deberetis, ſi eam uobis mutare
uellemus. Ipſa eſt quam noſtis,ipſa eſt ad quam ueniſtis, ipſa eſt quam per tot annos ha/
bendo creuiſtis. Nouum non accepiſtis niſi præpoſitum, aut ſi propter illum quæritis no/
uitatem,& in eius inuidiā contra matrem ueſtram ſic rebellaſtis, cur non potius id petiſtis
ut ipſe uobis mutetur? Si autem hoc exhorretis,quia noui quomodo eum in Chriſto uene
rabiliter diligatis,cur non potius illam? In uobis nanq; regendis ſic præpoſiti rudimēta tur
bantur,ut magis uelit uos ipſe deſerere,q̄ iſtam ex uobis famam & inuidiam ſuſtinere, ut
dicatur non uos aliam quæſituras fuiſſe præpoſitam niſi ipſum cœpiſſetis habere præpoſi/
tum. Tranquillet ergo deus & componat animos ueſtros,nō in uobis prævaleat opus dia
Forterecurra/tis uel reſipia/tis. boli,ſed pax Chriſti uincat in cordibus ueſtris: nec dolore animi quia non fit quod uultis,
uel quia pudet uoluiſſe quod uelle non debuiſtis,erubeſcendo curratis in mortē,ſed potius
pœnitēdo † reſumatis,nec habeatis pœnitētiam Iudæ traditoris, ſed potius lachrymas Pe
Regula beati Auguſtini quam dedit ſanctimonia/libus. tri paſtoris. Hæc ſunt quæ ut obſeruetis præcipimus in monaſterio conſtitutæ. Primum
propter quod eſtis in unum congregatæ,ubi unanimes habitetis in domo, & ſit uobis cor
unum & anima una in deo. Et non dicatis aliquid proprium,ſed ſint uobis omnia commu
nia,& diſtribuatur unicuiq; ueſtrum à præpoſita ueſtra uictus & tegumentum,non æqua
11.q.1.non dicatis. liter omnibus,quia non æqualiter ualetis omnes,ſed unicuiq; ſicut opus fuerit. Sic enim le/
giſtis in Actibus apoſtolorum, Quia erāt eis omnia communia & diſtribuebatur ſingulis
prout cuiq; opus erat. Quæ aliquid habebant in ſeculo,quando ingreſſæ ſunt monaſteriū,
libenter uelint illud eſſe commune. Quæ autem non habebant,non ea quærant in monaſte
rio quæ nec foris habere potuerunt: ſed tamen earum infirmitati quod opus eſt tribuatur,
& ſi

A & si pauperies eatum quando foris erant, nec ipsa necessaria poterat inuenire: ac non ideo putent se esse felices, quia inuenerunt uictum & tegumentum, quale foris inuenire non potuerunt: nec erigant ceruicem quia sociantur eis, ad quas foris accedere non audebant, sed sursum cor habeant, & terrena bona nō quærant, ne incipiant monasteria esse diuitibus utilia non pauperibus, si diuites illic humiliantur, & pauperes illic inflantur. Sed rursus etiam illæ quæ aliquid esse uidebantur in seculo, non habeant fastidio sorores suas, quæ ad illam sanctam societatem ex paupertate uenerunt. Magis autem studeant non de parētum diuitum dignitate, sed de pauperum sororū societate gloriari. Nec extollantur si cōmuni uitæ de suis facultatibus aliquid cōtulerunt: nec de suis diuitijs magis superbiāt, quia eas monasterio partiūtur, quàm si eis in seculo fruerentur. Alia quippe quæcunq; iniquitas in malis operibus exercetur ut fiant: superbia uero bonis operibus insidiatur ut pereant. Et quid prodest dispergere dando pauperibus & pauperem fieri, si anima misera superbior efficiatur contēnendo quàm fuerat possidendo? Omnes ergo unanimiter & concorditer uiuite, & honorate in uobis inuicem deum, cuius tēpla factæ estis: orationibus instate horis & tēporibus constitutis. In oratorio nemo aliquid agat nisi ad quod est factū, unde & nomen accepit: Vt si aliquæ etiā præter constitutas, si eis uacat orare uoluerint, non eis sint impedimēto quæ ibi aliquid agere uoluerint. Psalmis & hymnis cum oratis deum, hoc uersetur in corde quod profertur in uoce, & nolite cantare nisi quod legitis esse cantādum: quod aūt non ita scriptum est ut cantetur, nō cantetur. Carnem uestram domate ieiunijs & abstinētia escæ & potus quantum ualitudo permittit. Quando autem aliqua nō potest ieiunare, non tamen extra horam prandij aliquid alimentorū sumat nisi cū ægrotat. Cum accediti s ad mēsam, donec inde surgatis, quod uobis secūdum consuetudinē legitur sine tumultu & contentionibus audite. Nec solæ uobis fauces sumant cibum, sed & aures percipiant dei uerbum. Quæ

B infirmæ sunt ex pristina cōsuetudine, si aliter tractantur in uictu nō debet alijs molestū esse nec iniustū uideri quas fecit alia cōsuetudo fortiores. Nec illas feliciores putent, quia sumūt qd' nō sumūt ipsæ: sed sibi potius gratulentur, quia ualent qd' nō ualent illæ. Et si eis quæ ueterū ex moribus delicatioribus ad monasterium, aliquid alimentorū, uestimentorū, stramentorū, operimentorū datur, quod alijs fortioribus, & ideo felicioribus non datur, cogitare debent quibus non datur, quantum de sua seculari uita illæ ad istam descenderint, quam uis usque ad aliarum, quæ sunt corpore fortiores, frugalitatem peruenire nequiuerint. Nec illæ debent conturbari, quod eas uident amplius, non quia honorantur, sed quia tolerantur accipere, ne contingat detestanda peruersitas, ut in monasterio, ubi quantum possunt fiunt diuites laboriosæ, fiant pauperes delicatæ. Sanè quemadmodum ægrotantes necesse habēt minus accipere ne grauentur, ita post ægritudinem sic tractandæ sunt, ut citius recreentur, etiā si de humillima seculi paupertate uenerunt, tanq; hoc illis contulerit recētior ægritudo, quod diuitibus anterior consuetudo. Sed cum uires pristinas recuperauerint, redeant ad feliciorem cōsuetudinem suam, quæ famulas dei tanto amplius decet, quanto minus indigēt: nec ibi eas teneat uoluntas iam uegetas, quo necessitas leuarat infirmas. Illæ se existiment ditiores, quæ fuerint in sustinenda parcitate fortiores. Melius est enim minus egere, quàm plus habere. Non sit notabilis habitus uester, nec affectetis uestibus placere, sed moribus. Nec sint uobis tam tenera capitum tegmina, ne retiola subter appareant. Capillos ex nulla parte nudos habeatis, nec foris uel spargat negligētia uel componat industria. Quando proceditis, simul ambulate, cum ueneritis quò itis simul state. In incessu, in statu, in habitu, in omnibus motibus uestris nihil fiat quod illiciat cuiusquam libidinem, sed quod uestram deceat sanctitatem. Oculi uestri & si iaciuntur in aliquem, figantur in neminem. Neque enim quando proceditis, uiros uidere prohibemini, sed appetere aut ab ipsis appeti uel le criminosum est. Nec solo tactu, sed affectu quoque & aspectu appetitur & appetit fœmina. Nec dicatis uos habere animos pudicos, si habeatis oculos impudicos: quia impudicus oculus impudici cordis est nuncius. Et cum seinuicē sibi etiam tacente lingua conspectu mu-

Dist. 42. In oratorio.

Cantus monachorum.

Notabilis habitus.

23. q. 5. necesse.

tuo corda nunciant impudica,& ſecundum cõcupiſcentiam carnis alterutro delectantur ar/ C
dore,etiã intactis ab immunda uiolatione corporibus fugit caſtitas ipſa de moribus. Nec
putare debet quæ in maſculum figit oculum,& illius in ſeipſam diligit fixum, nõ ab alijs ui
deri cũ hoc facit,uidetur omnino & à quibus uideri nõ arbitratur. Sed ecce lateat,& à nemi/
ne hominũ uideatur,quid faciet de illo ſuperno inſpectore,quẽ latere nihil poteſt? An ideo
putandus eſt nõ uidere,quia tanto uidet patientius quanto ſapientius? Illi ergo timeat ſan
cta fœmina diſplicere,ne uelit uiro malè placere:illũ cogitet omnia uidere,ne uelit uiro ma/
le uideri. Illius nanque & in hac cauſa commendatus eſt timor,ubi ſcriptum eſt: Abomina/
tio eſt domino defigens oculum. Quando ergo ſimul eſtis in eccleſia,& ubicunque ubi & ui
ri ſunt,inuicem ueſtram pudicitiam cuſtodite. Deus enim qui habitat in uobis,etiã iſto mo
do uos cuſtodiet ex uobis. Et ſi hanc de qua loquor, oculi petulantiam in aliqua ueſtrûm
aduerteritis,ſtatim admonete ne cœpta progrediantur,ſed ex proximo corrigantur. Si au/
tem & poſt admonitionem iterum uel alio quocunq; die idipſum eam facere uideritis,iam
uelut uulneratam ſanandam prodat quæcunque inuenire potuit, hoc prius tamen & alteri
uel tertiæ demonſtratam,ut duarum uel trium poſſit ore conuinci, & competenti ſeueritate
5. q. 5. non iu dicetis. coërceri. Nec uos iudicetis eſſe maleuolas,quando hoc indicatis. Magis quippe innocentes
non eſtis,ſi ſorores ueſtras,quas indicando corrigere poteſtis, tacẽdo perire permittitis. Si
enim ſoror tua uulnus haberet in corpore quod uellet occultari, dum timeret ſecari,nónne
crudeliter abs te ſileretur,& miſericorditer indicaretur? Quanto ergo potius eam debes ma
nifeſtare,ne pernicioſius putreſcat in corde? Sed antequàm alijs demõſtretur,per quas con
μὴ uincenda eſt ſi negauerit,prius præpoſitæ debet oſtendi,ſi admonita neglexerit corrigi, ne
forte poſſit ſecretius correpta innoteſcere cæteris. Si autem negauerit,tunc negãti adhiben/
dæ ſunt aliæ,ut iam coram omnibus poſſit,non ab una teſte argui, ſed à duabus tribusue
Hoc nunc optarent. conuinci. Conuicta uero ſecundum præpoſitæ uel presbyteri arbitrium,debet emendatoriã D
ſuſtinere uindictam, quam ſi ferre recuſauerit, & ſi ipſa non abſceſſerit, de ueſtra ſocietate
proijciatur. Non enim & hoc fit crudeliter, ſed miſericorditer,ne contagione peſtifera plu/
rimas perdat. Et hoc quod dixi de oculo non figendo, etiam in cæteris inueniendis, prohi/
bendis,indicandis,cõuincendis, uindicandisq; peccatis diligenter obſeruetur cum dilectio/
12. q. 1. non di catis. ne hominum & odio uitiorum. Quæcunque autem in tantum progreſſa fuerit malum, ut
occulte ab aliquo litteras uel quælibet munuſcula accipiat,ſi hoc ultro confitetur,parcatur il
li,& oretur pro ea. Si autem deprehenditur atque conuincitur ſecundum arbitrium præpo/
ſitæ uel presbyteri, uel etiam epiſcopi,grauius emendetur. Veſtes ueſtras in uno loco habe
te ſub uno cuſtode, uel duabus, uel quot ſufficere potuerint ad eas excutiendas, ne à tinea
lædantur. Et ſicut paſcimini ex uno cellario,ſic induimini ex uno ueſtiario. Et ſi fieri poteſt,
non ad uos pertineat quid uobis induendum pro temporis congruentia proferatur,utrum
hoc recipiat unaquæque ueſtrûm quod depoſuerat, an aliud quod altera habuerat,dum ta
men unicuiq; quod opus eſt non negetur. Si autem hinc inter uos contentiones & murmu/
ra oriuntur,& conqueritur aliqua deterius aliquid ſe accepiſſe,quàm prius habuerat,& indi
gnam ſe quæ non ita ueſtiatur ſicut alia ſoror eius ueſtiebatur,hinc uos probate quantum
uobis deſit in illo interiore ſancto habitu cordis,quæ pro habitu corporis litigatis. Tamen
ſi ueſtra toleratur infirmitas ut hoc recipiatis quod poſueratis, in uno tamen loco ſub com
munibus cuſtodibus habete quod ponitis, ita ſanè ut nulla ſibi aliquid operetur, ſiue unde
induatur,ſiue ubi iaceat,ſiue unde cingatur uel operiatur,uel caput cõtegat: ſed omnia ope/
ra ueſtra in commune fiant maiore ſtudio,& frequentiori alacritate, quam ſi uobis propria
1. Cor. 13 faceretis. Charitas enim,de qua ſcriptum eſt,quod non quærit quæ ſua ſunt, ſic intelligitur,
quia communia propriis,nõ propria communibus anteponit. Et ideo quãto amplius rem
communem quàm propriam curaueritis,tãto amplius uos profeciſſe noueritis,ut in omni/
bus quibus utitur tranſitura neceſſitas,ſuperemineat quæ permanet charitas. Cõſequens er
go eſt, ut etiam illud quod ſuis uel filiabus, uel aliqua neceſſitudine ad ſe pertinentibus in
monaſteria

A monaſterio conſtitutis aliquis uel aliqua cõtulerit,ſiue ueſtem ſiue quodlibet aliud inter neceſſaria deputandum,non occulte accipiatur, ſed ſit in poteſtate præpoſitæ,ut in commune redactum , cum neceſſarium fuerit præbeatur . Quod ſi aliqua rem ſibi collatam celauerit, furti iudicio condemnetur. Indumenta ueſtra ſecundum arbitrium præpoſitæ lauẽtur, ſiue à uobis,ſiue à fullonibus,ne interiores animæ ſordes contrahat mundæ ueſtis nimius appetitus.Lauacrum etiam corporum,uſuſq; balnearum non ſit aſſiduus,ſed eo quo ſolet interuallo temporis tribuatur,hoc eſt ſemel in menſe . Cuius autem infirmitatis neceſſitas cogit lauandum corpus,non longius differatur: Fiat ſine murmure de cõſilio medici,ita ut etiam ſi nolit,iubente præpoſita faciat quod faciendum eſt pro ſalute.Si autem uelit,& forte non expedit,ſuæ cupiditati non obediatur : aliquando enim etiam ſi noceat , prodeſſe creditur quod delectat.Denique ſi latens eſt dolor in corpore famulæ dei,dicenti quid ſibi doleat,ſine dubitatione credatur : ſed tamen utrum ſanando illi dolori quod delectat, expediat , ſi non eſt certum,medicus conſulatur.Nec eant ad balneas,ſiue quocunque ire neceſſe fuerit, minus quàm tres. Nec illa quæ habet aliquò eundi neceſſitatem,cum quibus ipſa uoluerit, ſed cum quibus præpoſita iuſſerit,ire debebit. Ægrotãtium cura ſiue poſt ægritudinem reficiendarum, ſiue aliqua imbecillitate etiam,ſiue febribus laborantium,alicui debet iniungi, ut ipſe de cellario petat quod cuiq; opus eſſe perſpexerit : ſiue autem quæ cellario, ſiue quæ ueſtibus,ſiue quæ codicibus præponuntur , ſine murmure ſeruiant ſororibus ſuis . Codices certa hora ſingulis diebus petantur,extra horam quæ petiuerint non accipiant. Veſtimenta uero & calciamenta quando fuerint indigenti neceſſaria,dare non differant ſub quarum cuſtodia ſunt quæ poſcuntur. Lites aut nullas habeatis, aut quàm celerrime finiatis, ne ira creſcat in odium,& trabem faciat de feſtuca,& animam faciat homicidam.Neque enim ad ſolos uiros pertinet quod ſcriptum eſt, Qui odit fratrem ſuum,homicida eſt,ſed ſexu maſculino,quem primum deus fecit,etiam fœmineus præceptum ſexus accepit. Quæcunq; con

B uitio uel maledicto,uel etiam criminis obiectu alterã læſerit,meminerit ſatisfactione quantocyus curare quod fecit,& illa quæ læſa eſt,ſine diſceptatione dimittere. Si autem inuicem ſe læſerunt , inuicem ſibi debita relaxare debebunt propter orationes ueſtras , quas utique quanto crebriores habetis,tanto ſanctiores habere debetis . Melior eſt autem,quæ quamuis ira ſæpe tentatur,tamen impetrare feſtinat, ut ſibi dimittat cui ſe feciſſe agnoſcit iniuriam, quàm quæ tardius iraſcitur, & ad ueniam petendam difficilius inclinatur . Quæ non uult dimittere ſorori , non ſperet accipere orationis effectum : Quæ autem nunquam uult petere ueniam,aut non ex animo petit,ſine cauſa eſt in monaſterio, etiam ſi non inde proiiciatur.Proinde uobis à uerbis durioribus parcite, quæ ſi emiſſa fuerint ex ore ueſtro, non pigeat ex ipſo ore proferre medicamenta,ex quo facta ſunt uulnera. Quando autem neceſſitas diſciplinæ minoribus coërcendis dicere uos uerba dura compellit, ſi etiam in ipſis modum uos exceſſiſſe ſentitis , non à uobis exigitur ut ab eis ueniam poſtuletis , ne apud eas, quas oportet eſſe ſubiectas,dum nimia ſeruatur humilitas,regendi frangatur autoritas:ſed tamen petenda eſt uenia ab omnium domino,qui nouit etiã eas,quas plus iuſto forte corripitis,quanta beneuolentia diligatis. Non autem carnalis,ſed ſpiritalis inter uos debet eſſe dilectio:nam quæ faciunt pudoris immemores, etiam fœminis fœminæ , iocando turpiter & ludendo,non ſolum à uiduis & intactis ancillis Chriſti in ſancto propoſito conſtitutis,ſed omnino nec à mulieribus nuptis,nec à uirginibus ſunt facienda nupturis.Præpoſitæ tanquam matri obediatur,honore ſeruato,ne in illa offendatur deus: multo magis presbytero,qui omnium ueſtrûm curam gerit. Vt ergo cũcta iſta ſeruentur,& ſi quid ſeruatum nõ fuerit,non negligenter prætereatur,ſed emendandum corrigendum q; curetur, ad præpoſitam præcipue pertinet,ita ut ad presbyterum qui uobis intendit, referat, quod modum uel uires eius excedit.Ipſa uero non ſe exiſtimet poteſtate dominante, ſed charitate ſeruiente felicem . Honore corã hominibus prælata ſit uobis, coram deo ſubſtrata ſit pedibus ueſtris. Circa omnes ſeipſam bonorum operum præbeat exemplum. Corripiat inquietas,conſole-

Balnea menſtrua.

86.diſ.quãdo.

Præpoſita.

tur pusillanimes, suscipiat infirmas, patiẽs sit ad omnes, disciplinã libẽs habeat, metuens im- C
ponat. Et quamuis utrũq; sit necessarium, tamẽ plus à uobis amari appetat q̃ timeri, sem-
per cogitans deo se pro uobis redditurã esse rationẽ. Vnde magis obediendo nõ solum ue-
stri, uerũetiam ipsius miseremini, quæ inter uos quãto in loco superiore, tãto in periculo ma-
iori uersatur. Donet dominus ut obseruetis hæc omnia cum dilectiõe tanq̃ spiritalis pul-
chritudinis amatrices, & bono Christi odore de bona cõuersatione fragrãtes, nõ sicut ancil-
læ sub lege, sed sicut liberæ sub gratia constitutæ. Vt autem in hoc libello tanq̃ in speculo
uos possitis inspicere, ne per obliuionem aliquid negligatis, semel in septimana uobis lega-
tur: & ubi uos inueneritis ea quæ scripta sunt facientes, agite gratias domino bonorũ omni-
um largitori, Vbi autem sibi quæcunq; uestrum uidet deesse aliquid, doleat de præterito, ca-
ueat de futuro, orans ut & debitum dimittatur, & in tentationem non inducatur.

Acta excepta à notarijs in designando Eradio presbytero, qui Augustino succede-
ret, & interim senem aliqua parte curarum subleuaret. CX

GLORIOSISSIMO Theodosio duodecimo, & Valẽtiniano Augusto iterũ cõ-
sulibus VI. kl. Octobris, cum Augustinus unà cum Religiano & Martiniano co-
episcopis suis cõsedisset in ecclesia pacis Hipponẽsium regionũ, præsentibus Satur-
nino, Leporio, Barnaba, Fortunatiano, Rustico, Lazaro, & Eradio presbyteris, Augustinus
episcop⁹ dixit, Quod hesterno die promisi charitati uestræ, propter quod uos uolui frequẽ-
tius cõuenisse, mora postposita hoc agẽdum est. Si enim aliud uelim loqui, in illud suspẽsi,
minus auditis. Omnes in hac uita mortales sumus, & dies huius uitæ ultimus, omni homi-
ni est semper incertus: ueruntamẽ in infantia speratur pueritia, & in pueritia speratur adole-
scentia, & in adolescẽtia speratur iuuẽtus, & in iuuẽtute speratur grauitas, & in grauitate spe-
ratur senectus, utrum cõtingat incertũ est, est tamẽ quod speretur. Senectus aũt aliam æta-
tem quam speret nõ habet, incertũ est ipsa senectus quãdiu sit homini, illud tamen certum D
est nullã remanere ætatẽ quæ possit succedere senectuti, quia noluit deus. Ad istam ciuitatẽ
cum uigore ætatis adueni, sed tamẽ iuuenis fui & senui. Scio post obitus episcoporũ per am-
bitiosos aut contentiosos solere ecclesias perturbari, & quod sæpe expertus sum & dolui, de-
beo quantũ ad me attinet, ne contingat huic prospicere ciuitati. Sicuti nouit charitas uestra,
in Mileuitana ecclesia modo fui, Petierunt em̃ me fratres (maxime serui dei qui ibi sunt) ut
uenirem, quia post obitum beatæ memoriæ fratris & coëpiscopi mei Seueri nõnulla ibi per-
turbatio timebatur. Veni, & quomõ uoluit dominus adiuuit nos pro sua misericordia, ut
cum pace episcopũ acciperent, quem uiuus designauerat episcopus eorũ. Hoc enim eis cum
innotuisset, uoluntatẽ præcedẽtis & decedẽtis episcopi sui libẽter amplexi sunt. Minus tamẽ
aliquid factum erat, unde nõnulli cõtristabantur, quia frater Seuerus putauerat sufficere ut
successorẽ suum apud clericos designaret, apud populũ inde nõ locutus est: erat inde aliquo-
rum nõnulla tristicia. Quid plura? Deo placuit, tristicia fugata est, gaudium successit. Ordi-
natus est episcopus, quem præcedẽs episcopus designauit. Ego ne aliqui de me querãtur, uo-
luntatẽ meam, quam credo dei esse, in omnium uestrum noticiã profero, presbyterum Era-
dium mihi successorẽ uolo. A populo acclamatũ est: Deo gratias, deo laudes, dictum est ui-
cies. Ter, Exaudi Christe, Augustino uita, dictũ est sedecies. Te patre, te episcopo, dictũ est
octies. Cumq; reticerẽt, Augustinus episcopus dixit: Non opus est me de laudibus eius ali-
quid dicere, faueo sapientiæ, & parco uerecũdiæ. Sufficit quia nostis eum, etiam hoc me uel-
le dico, quod uos uelle scio: & si ante nescirem, hodie probarẽ. Hoc ergo uolo, hoc à domino
deo nũc etiã in ætate frigida uotis feruẽtibus posco, hoc ut mecũ oretis exhortor, admoneo,
rogo, ut omni in pace Christi collatis & cõflatis mentibus cõfirmet deus quod operatus est
in uobis. Qui misit mihi eũ, seruet eum, seruet incolumẽ, seruet sine crimine, ut qui facit gau-
dium uiuẽtis, locũ suppleat morientis. A notarijs ecclesiæ sicut cernitis excipiuntur quæ dici-
mus, excipiuntur quæ dicitis, & meus sermo & uestræ acclamationes in terram nõ cadunt.
Apertius ut dicam, ecclesiastica nũc gesta cõficimus. Sic enim hoc esse, quantũ ad homines
attinet,

Episcopus olĩ ex suffragio populi designabatur.

Mos acclamandi.

A attinet,cõfirmatum uolo.A populo acclamatum eſt,Deo gratias,Chriſto laudes,dictũ tri/
ciesſexies. Exaudi Chriſte,Auguſtino uita, dictum eſt quaterdecies. Te patre, te epiſcopo,
dictum eſt octies. Dignus & iuſtus eſt,dictũ eſt uicies. Bene meritus,bene dignus,dictum
eſt quinquies.Cumq; reticerent,Auguſtinus epiſcopus dixit:Ego ut dicebã uoluntatẽ meã
& uoluntatẽ ueſtrã̃ geſtis eccleſiaſticis,quãtum ad homines attinet,confirmatã uolo,quã/
tum uero ad latentẽ omnipotentis uoluntatem,omnes illi oremus ut confirmet deus quod
operatus eſt in nobis.A populo acclamatũ eſt: Iudicio tuo gratias agimus, dictũ eſt ſede/
cies.Fiat fiat, dictum eſt duodecies. Te patre: Eradium epiſcopũ,dictum ſexies.Cumq; re/
ticerent,Auguſtinus epiſcopus dixit:Scio quod ſcitis & uos, ſed nolo de illo fieri qđ de me
factum eſt.Quid aũt factum ſit,multi ſcitis.Illi ſoli neſciunt qui tunc aut nõdum nati erãt,
aut nondum habebãt ætatẽ ſciendi.Adhuc in corpore poſito beatæ memoriæ patre & co/
epiſcopo meo ſene Valerio,epiſcopus ordinatus ſum, & ſedi cum illo,quod cõcilio Niceno
prohibitũ fuiſſe neſciebã,nec ipſe ſcicbat.Quod ergo reprehẽſum eſt in me,nolo reprehen/
di in filio meo.A populo acclamatũ eſt: Deo gratias,Chriſto laudes,dictum eſt quaterde/
cies.Cumq; reticerẽt,Auguſtinus epiſcopus dixit: Erit presbyter ut eſt,quando deus uolue
rit futurus epiſcopus.Sed planè modo facturus ſum adiuuante miſericordia Chriſti,quod
adhucuſq; non feci.Noſtis ante aliquot annos quid facere uoluerim,& nõ permiſiſtis.Pla/
cuit mihi & uobis propter curam ſcripturarum,quam mihi fratres & patres mei coëpiſcopi
duobus cõcilijs Numidiæ & Carthaginis imponere dignati ſunt, ut per quinq; dies nemo
mihi moleſtus eſſet.Geſta cõfecta ſunt,placuit,acclamaſtis.Recitatur placitum ueſtrum,&
acclamatio una eſt,paruo tempore ſeruatum eſt circa me , & poſtea uiolenter irruptum eſt,
& nõ permittor ad quod uolo uacare ante meridiem,poſt meridiem occupationibus homi
num teneor.Obſecro uos & obſtringo per Chriſtũ,ut huic iuueni,huic presbytero Eradio,
quem hodie in nomine Chriſti deſigno epiſcopũ ſucceſſorẽ mihi , patiamini me refundere
B onera occupationũ mearum.A populo acclamatũ eſt,Iudicio tuo gratias agimus,Dictum
eſt uicieſſepties.Cumq; reticerẽt,Auguſtinus epiſcopus dixit: Ego charitati & beneuolẽtiæ
ueſtræ apud dominũ deum noſtrũ gratias ago,imò de illa deo gratias.Ergo fratres qcquid
eſt quod ad me perferebatur, ad illum perferatur,ubi neceſſariũ habuerit, cõſilium meũ nõ
negabo.Auxilium abſit ut ſubtrahã, tamẽ quicquid illud eſt quod ad me perferebatur,ad
illũ perferatur.Ipſe me aũt cõſulat,ſi forte nõ inuenit quid facere debeat, aut poſcat adiuto/
rem quem nouit patrem,ut & uobis nihil deſit,& ego tandem aliquãdo,ſi quãtulumcunq;
ſpacium mihi huius uitæ donauerit deus, ipſam quãtulãcunq; uitam nõ dem ſegniciei, nec
doñem inertiæ,ſed in ſanctis ſcripturis quantum ipſe permittit & largitur exerceam : hoc &
ipſi proderit,& per ipſum etiã nobis.Nemo ergo inuideat ocio meo,quia meum ocium ma
gnum habet negocium.Video me de hac re,propter quam uos inuitaui, omnia uobiſcum
egiſſe quæ debui . Hoc ad ultimum rogo, ut geſtis iſtis dignemini ſubſcribere qui poteſtis. *Subſcriptio.*
Hic mihi reſponſione ueſtra opus eſt,teneã reſponſionẽ ueſtram,de hac aſſenſione aliquid
acclamate.A populo acclamatũ eſt,Fiat fiat,dictum uicieſquinquies. Dignus eſt,iuſtus eſt,
dictum uicieſocties.Fiat fiat, dictum quaterdecies.Olim dignus, olim meritus, dictum ui/
cieſquinquies. Iudicio tuo gratias agimus,dictum tredecies.Exaudi Chriſte, Eradium con/
ſerua,dictum uicieſnouies.Cumq; reticerent,Auguſtinus epiſcopus dixit:Bene habet,ut ea
quæ dei ſunt, circa ſacrificium eius agere ualeamus , in hora ſupplicatiõis ueſtræ,ut omnes
ueſtras cauſas & negocia intermittatis,& pro iſta eccleſia,& pro me,& pro presbytero Era/
dio domino precem fundatis.

CENSVRA EPISTOLAE QVAE FVERAT CXI

Epiſtolam centeſimam undecimam loco mouimus,quod quum eſſet prolixa,non ſolum nihil
haberet Auguſtini,uerumetiã hominis uideretur forteſſe pij,ſed prorſus illitterati:quod non hinc
rãtum deprehenditur,quod ſubinde σολοικίζει, ſed multo magis hinc,quod nullo ordine,nullis ner/
uis diffluit oratio,dicas arenam ſine calce . Identidem exclamat ubi nihil eſt opus , O mi frater, O
mi frater chariſſime, O frater mi. Ad hæc meminit quod ab amicis diuulſus ſit mutato habitu,qđ

nusquam de Augustino legimus in fidelibus historijs. Tum exordium quàm est abruptum & alie C
enum ab Augustini consuetudine, O mi frater, absq; præfatione uel nominis uel salutationis. Vari
abat & titulus adiectus, quidam codices habebant ad Bonifacium, quidam ad Iulianum comitem.
Et hoc argumẽtum supposititi libelli, cuius amore si quis teneꝛ, idem excusus erat in parte ope/
rum decima, etquidem aliquanto minus deprauatus. Et post suo reddetur loco, si uidebitur: hoc
uolumen palàm alienis & ineruditis onerare nõ placuit, sed in huius locum aliam germanam sub/
iecimus.

August. Fortunatiano episcopo Siccensi, ut episcopũ quendã ipsi reconciliet, quẽ litteris asperioribus offenderat, præsertim hoc dicto, quod scripserat nos his corpore/is oculis non uisuros deum, Apparet autẽ illum episcopum, quem non nominat, cum Anthropomorphitis sensisse, Diligenter interim explicans quomodo deus uidetur, & quatenus.

CXI.

Epistola

SICVT præsens rogaui, & nũc cõmoneo, ut fratrem nostrum, de quo collocuti su/mus uidere & rogare digneris, ut ignoscat mihi si quid durius & asperius in se di/ctum accepit in epistola, quã me illo modo scripsisse non pœnitet, quia dixi istius corporis oculos nec uidere deum, nec esse uisuros. Causam quippe adiũxi cur hoc dixerim, ne scilicet deus ipse corporeus esse credatur, & in loci spacio interualloq; uisibilis. Nihil em̃
1. Corinth. 13 uidere aliter istius corporis oculus potest. Et ne illud quod dictũ est, Facie ad faciem, sic acci/piatur, tanq; membris corporis terminatus sit deus. Ideo me ergo dixisse illud nõ pœnitet, ne de ipso deo tam impie sentiamus, ut eum non ubiq; totum, sed per localia spacia diuisibi/lem existimemus. Talia quippe his oculis nouimus. Cæterum nihil tale de deo sentiens, sed eum incõmutabilem & incorporalẽ spiritum ubiq; totum esse credens, si tantã quisq; muta/tionem huius corporis futurã putat, cum ex animali fuerit spiritale, ut etiã substantiã incor/poralem non locorũ interuallis uel spacijs diuisibilem, uel etiã membrorũ liniamentis ac fi/nibus terminatam, sed ubiq; totam per tale corpus uidere possimus, uolo & me doceat si ue/rum sapit: si aũt in hoc falsum sentit, longe tolerabilius est corpori aliquid arrogare, quàm deo derogare. Et si uera est ista sententia, non erit contraria uerbis meis quæ in illa episto/la posui. Istius nãq; corporis oculos dixi non uisuros deum, hoc intuens quod istius corpo/ris oculi omnino nõ possunt cernere nisi corpora quæ ab eis aliquo loci interuallo separata sunt: nã si nullum interuallum sit, nec ipsa corpora per eos uidemus. Porrò aũt, si in tantam sui dissimilitudinem nostra corpora mutabuntur, ut oculos habeant per quos uideatur illa substantia, quæ non per locorũ spacia uel diffunditur uel finitur, alibi habẽs aliam partem, alibi aliam, in minore loco minorẽ, in maiore maiorem, sed ubiq; incorporaliter tota est, ló/ge aliud erunt hæc corpora, & nõ erunt ipsa: nec sola detracta mortalitate atq; corruptione & põderis grauitate aliud erunt, sed in uirtutẽ ipsius mentis quodãmodo conuertẽtur, si ui/dere poterunt, quomodo tunc menti, nunc aũt nec ipsi menti uidere concessum est. Si enim
Elabitur. mutatis moribus dicimus hominem non esse qui fuit, si deniq; mutatis ætatibus ipsum cor/pus nõ dicimus esse quod fuit: quãto magis ipsum nõ erit tanta conuersione mutatũ, ut nõ solum immortaliter uiuat, uerũetiam inuisibilẽ uideat. Quapropter si uidebunt deum, non istius corporis oculi uidebũt, quia & in hoc nõ erit ipsum corpus usq; in illã uim potentiãq; mutatum, & non est cõtraria ista opinio illis uerbis epistolæ meæ. Si aũt hactenus non erit ipsum, quia nunc mortale tunc immortale, nunc aggrauãs animam, tunc nullo pondere ad omnẽ motum erit facillimũ: ad uidẽda uero ea quæ locorũ spacijs interualliscq; cernũtur, si nõ aliud cq; ipsum erit, substantiã incorporalẽ & ubiq; totã nullo modo uidebit. Siue ergo hoc, siue illud uerum sit, secundũ utrunq; uerum est, quod istius corporis oculi deum nõ ui/debunt. Aut em̃ istius erunt & nõ uidebunt, aut non erunt istius si uidebunt, quoniã tanta cõmutatione longe alterius corporis erũt. Sed paratus sum, si qd de hac re melius nouit hic frater, uel ab ipso, uel ab alio à quo didicit, discere. Quod si irridẽter dicerẽ, etiã illud de deo corporali mẽbrisq; per loca diuisibili, dicerẽ paratũ me esse discere: quod nõ dico, quia nõ ir/ridẽter loquor, & talẽ deũ non esse omnino nõ ambigo, & ne talis esse crederet, illã epistolã scripsi: in qua dũ essem admonẽdo solicitus, q nominibus tacitis in corripiẽdo nimius atq; improuidus

A improuidus fui, nec fraternã & episcopalẽ personã sicut frater & episcopus quemadmodũ fuerat dignũ cogitaui, hoc nõ defendo, sed reprehendo, hoc nõ excuso, sed accuso. Ignoscat peto, recordetur nostrã dilectionẽ pristinam, & obliuiscatur offensionẽ nouam. Faciat certe quod nõ me fecisse succensuit. Habeat lenitatẽ in danda uenia, quã ego nõ habui in illa epistola conscribenda. Hoc per tuã charitatẽ rogo, quod præsens præsentẽ rogare uolueram si eius haberẽ copiã. Quod cũ conatus essem, scribente ad eum uiro uenerabili, nobisq; omnibus honore præferendo, uenire noluit, dolũ forsitan mecũ sicut pleraq; humana sunt, quantum existimo suspicatus, à quo me longe abesse, tu illi fac fidẽ quantũ potes qui præsens facilius potes. Indica ei cũ quanto & q; uero dolore de offensione animi eius tecũ fuerim colloctus. Nouerit q; non eũ cõtemnam, & quantũ in illo deũ timeam, & cogitem caput nostrum in cuius corpore fratres sumus. Ad locũ in quo habitat, ideo mihi putaui non esse ueniendũ, ne spectaculũ faceremus, ridendũ alienis, nostris dolendũ, nobis pudendũ: per tuã sanctitatem & charitatẽ totũ recte agi potest. Ab illo quippe agitur qui per fidem suã habitat in corde tuo, quẽ credo quod non spernit in te cum agnoscit in se. Ego certe in hac causa quid melius facerẽ nõ inueni, q; ut ueniam peterem à fratre qui læsum se litterarũ mearum asperitate cõquestus est. Faciet & ipse ut spero quod sibi imperari nouit ab eo qui per apostolum loquens ait: Donãtes uobismetipsis si quis aduersus aliquẽ habet querelam, sicut & deus in Christo donauit uobis. Estote ergo imitatores dei sicut filij dilectissimi, & ambulate in charitate sicut & Christus dilexit uos. In hac charitatẽ ambulãtes, si quid diligentius possumus, de spiritali corpore quod in resurrectione habebimus, cõcorditer inquiramus. Quia & si quid aliter sapimus, hoc q; nobis deus reuelabit si in illo maneamus. Qui aũt manet in charitate in deo manet, & deus in illo manet, quia deus charitas est, siue tanq; eius fons ineffabiliter existẽdo, siue illã nobis per suũ spiritũ largiẽdo. Si ergo doceri potest, quia charitas corporalibus oculis aliquãdo uidebitur, poterit fortassis & deus. Si aũt ista nunq; poterit, multo minus iste fons eius, uel si quid dici excellẽtius & cõuenientius de tãta re potest.

Col. 3
Eph. 5
Phil. 3
1. Ioan. 4

B Magni quidẽ uiri & in scripturis sanctis doctissimi, qui plurimũ ecclesiam & bona studia fidelium suis litteris adiuuerunt, ubi eis occasio data est, dixerũt inuisibilem deũ inuisibiliter uideri, hoc est per eam naturã quæ in nobis quoq; inuisibilis est, mũda scilicet mẽte uel corde. Beatus Ambrosius de Christo cum ageret secundũ id quod uerbũ est, Nõ enim corporalibus, inquit, sed spiritalibus oculis Iesus uidetur. Et paulo post, Nõ eum uiderunt, inquit, Iudæi, obcæcatũ enim erat insipiẽs cor eorũ. Hinc ostendẽs unde uideatur. Itẽ cũ de sancto spiritu loqueretur, interposuit uerba domini dicẽtis: Rogabo patrẽ, & aliũ paracletũ dabit uobis qui uobiscũ sit in æternũ, spiritũ ueritatis, quẽ hic mũdus nõ potest accipere, quia nõ uidet eũ, nec cognoscit eũ. Merito ergo se, inquit, in corpore demonstrauit, quoniã in diuinitatis substãtia nõ uidetur. Vidimus spiritũ, sed in specie corporali, Videamus & patrẽ, sed quia uidere nõ possumus, audiamus. Et paulo post, Audiamus ergo inquit patrem, inuisibilis enim pater, sed & filius inuisibilis secundũ diuinitatẽ, Deũ enim nemo uidit unq;, Cũ ergo filius deus, in eo utiq; q deus est filius, nõ uidetur. Sanctus aũt Hieronymus ait: Videre deum sicuti est in natura sua, oculus hominis nõ potest. Nõ solũ homo, nec angeli, nec throni, nec potestates, nec dominatiões, nec omne nomẽ quod nominatur, Neq; enim creatura potest aspicere creatorẽ suũ. His uerbis uir doctissimus satis ostendit, quid de futuro secuIo quod ad hanc rem attinet. Quantumlibet enim oculi corporis nostri mutentur in melius, angelorum oculis æquabuntur. Hic autem & ipsis & uniuersæ omnino cœlesti creaturæ inuisibilem naturam dixit esse creatoris. Aut si & hinc sit quæstio, & infertur ulla dubitatio, utrum non simus futuri angelis potiores, Ipsius domini est hinc aperta sententia, ubi ait de resurrecturis in regnum: Erũt æquales angelis dei. Vnde idem ipse sanctus Hieronymus alibi sic dicit: Homo ergo dei faciem uidere non potest, Angeli autẽ etiã minimorũ in ecclesia semper uidẽt faciem dei, Et nunc in speculo uidemus, & in ænigmate, tunc autem facie ad faciẽ, quũ de hominibus in angelos profecerimus, & potuerimus cũ apostolo dicere:

Ioan. 14.
Ioan. 1
Hieronymus
Luc. 20
Hieronymus
Matth. 18

2.Cor.3 Nos autem omnes reuelata facie gloriam domini ſpeculãtes,in eandem imaginẽ transfor/ C
mamur à gloria in gloriã,tanꝯ à domini ſpiritu,licet faciem dei iuxta naturæ ſuæ proprie/
tatem nulla uideat creatura,& tunc mẽte cernatur,quando inuiſibilis creditur. In his uerbis
hominis dei multa conſideranda ſunt: Primum,quia ſecundũ apertiſſimam domini ſenten
tiam etiam ipſe ſentit tunc nos uiſuros faciem dei,cum in angelos profecerimus,id eſt æqua
les angelis facti fuerimus,quod erit utiq; in reſurrectiõe mortuorum.Deinde apoſtolico te
ſtimonio ſatis apparuit,nõ exterioris,ſed interioris hominis faciem intelligendam,cum ui/
debimus facie ad faciem . De facie quippe cordis loquebatur Apoſtolus,cum diceret quod
hinc cõmemorauit:Nos autem reuelata facie gloriam domini ſpeculãtes,in eandem imagi
nem transformamur.Quod ſi quiſꝯ dubitat,recenſeat eundẽ locum,& attẽdat unde Apo
ſtolus loquebatur,de uelamine ſcilicet,quod manet in lectione ueteris teſtaméti,donec quiſ
que tranſeat ad Chriſtum,ut auferatur uelamẽ.Ibi quippe dicit:Nos autem reuelata facie,
gloriã domini ſpeculantes,quæ facies in Iudæis non erat reuelata,de quibus dicit: Velamẽ
ſuper cor eorum poſitum eſt,ut oſtendat cordis faciem nobis eſſe reuelatam uelamine abla
to.Poſtremo ne quiſquam iſta minus intuens,minuſꝯ diſcernẽs,uiſibilem deum uel ange/
lis uel hominibus,cum æquales angelis facti fuerimus,ſiue nunc eſſe,ſiue futurum eſſe crede
ret,euidentiſſime quid ſentiret expreſſit,dicens , quod faciem dei iuxta naturæ ſuæ proprie/
tatem nulla uideat creatura,& tunc mente cernatur quando inuiſibilis creditur. Vnde ſuffi/
cienter ſignificauit,quãdo uiſus eſt ab hominibus per oculos corporis,tanquam ipſe corpo
reus,non eum ſecũdum naturæ ſuæ proprietatem fuiſſe uiſum, in qua tunc mente cernitur,
Angelis tribuit corpora. quãdo inuiſibilis creditur. Quibus inuiſibilis? niſi aſpectibus corporalibus etiã cœleſtibus,
ſicut ſupra de angelis & poteſtatibus & dominationibus dixit, quanto magis terreſtribus.
Vnde alio loco euidentius dicit,non ſolum patris diuinitatem, ſed nec filij quidẽ & ſpiritus
ſancti,quæ una in trinitate natura eſt,poſſe oculos carnis aſpicere,ſed oculos mẽtis.De qui/ D
Matth.5 bus ipſe ſaluator ait: Beati mundo corde,quoniam ipſi deum uidebunt.Quid hac manife/
ſtatione lucidius? Si enim tantummodo dixiſſet,Nec patris,nec filij,nec ſpiritusſancti diui/
nitatem poſſe oculos carnis aſpicere,nec deinceps addidiſſet,ſed oculos mentis,forte dicere
tur carnem iam nõ eſſe appellandam,cum corpus fuerit ſpiritale.Addendo ergo & dicẽdo,
Sed oculos mẽtis,ab omni genere corporis alienauit huiuſmodi uiſionem. Ne quis autem
putaret eum de præſenti tempore locutum, ſubiecit etiã à domini teſtimonio uolens oſten
dere quos dixerat oculos mẽtis,quo teſtimonio nõ præſentis, ſed futuræ uiſionis promiſſio
Athanaſius. declaratur,Beati mundo corde,quoniã ipſi deum uidebunt.Beatiſſimus quoq; Athanaſius
ἀόῤατος. Alexãdrinus epiſcopus,cum ageret aduerſus Arianos, qui tantũmodo deum patrem inui
ſibilem dicũt,filium uero & ſpiritũſanctum uiſibiles putãt, æqualem trinitatis inuiſibilitatẽ
ſcripturarũ ſanctarum teſtimonijs, & diligentia ſuæ diſputatiõis aſſeruit,inſtantiſſime ſua/
dens deum nõ eſſe uiſum niſi aſſumptione creaturæ : ſecundũ deitatis autẽ ſuæ proprietatẽ
omnino deum eſſe inuiſibilẽ,id eſt deum patrem & filium & ſpiritumſanctũ,niſi inquãtum
Gregorius Nazanzenus mente ac ſpiritu noſci poteſt . Gregorius etiã ſanctus epiſcopus orientalis apertiſſime dicit
deum natura inuiſibilẽ,quando patribus uiſus eſt,ſicut Moyſi, cum quo facie ad faciem lo/
quebatur,alicuius cõſpicabilis materiæ diſpoſitione aſſumpta,ſalua ſua inuiſibilitate uideri
Ambroſius ſuper Lucã ca.1 potuiſſe. Hoc eſt quod etiã noſter dicit Ambroſius, & patrẽ & filium & ſpiritumſanctũ ea
ſpecie uideri,quam uolũtas elegerit, nõ natura formauerit: ut & illud uerum ſit, quod Deũ
Ioan.1 nemo uidit unqꝯ, quæ uox ipſius domini Chriſti eſt, &, quem nemo hominũ uidit nec ui/
1.Timoth.6 dere poteſt,quæ uox Apoſtoli,imò eius per Apoſtolũ Chriſti eſt,& illa nõ repudientur te/
ſtimonia ſcripturarum, quibus deus uiſus eſſe narratur, quia & inuiſibilis eſt per propriam
deitatis naturam, & cum uult uideri poteſt per aſſumptam ſicut placuerit creaturam . Por/
rò ſi natura eius eſt inuiſibilis ſicut incorruptibilis,non mutabitur utiq; in futuro ſeculo illa
natura,ut de inuiſibili uiſibilis fiat, quia neq; poterit de incorruptibili corruptibilis fieri.Si/
mul enim & incõmutabilis eſt.Et utiq; naturã eius cõmendauit apoſtolus,cũ duo iſta ſimul
ponerẽt

A poneret dicẽs:Regi autẽ ſeculorũ inuiſibili,incorruptibili ſoli,deo honor & gloria in ſecula ſeculorũ. Vnde non audeo ego ita diſtinguere,ut dicã,Incorruptibili quidẽ in ſecula ſeculorum,inuiſibili autẽ nõ in ſecula ſeculorũ,ſed tantũ in hoc ſeculo. Verũ quia neciſta teſtimonia falſa eſſe poſſunt:Beati mundo corde quoniã ipſi deũ uidebunt,Et ſcimus quia cum apparuerit,ſimiles ei erimus,quoniã uidebimus eum ſicuti eſt,negare nõ poſſumus filios dei uiſuros deum,ſed ſicut uidẽtur inuiſibilia,ſicut ſeipſum oſtenſurũ promittebat qui hominibus apparebat in carne uiſibilis quãdo dicebat:Et ego diligã eum & oſtendã meipſum illi, cum ante oculos hominũ cõſpicuus loqueretur. Vnde aũt inuiſibilia uidẽtur,niſi oculis cordis,de quibus pauloante dixi quid Hieronymus ſenſerit ad uidendũ deum.Hinc eſt etiam quod memoratus Mediolanẽſis epiſcopus in ipſa reſurrectione dixit non facile eſſe uidere deum niſi his qui mũdo corde ſunt,ideo ſcriptũ eſſe,Beati mũdo corde quoniã ipſi deũ uidebunt.Quãtos beatos,inquit,iam numerauerat,& tamẽ eis uidendi deũ nõ promiſerat facultatẽ.Deinde adiũgit & dicit:Si ergo hi qui mundo ſunt corde deũ uidebũt,utiq; alij nõ uidebunt.Et ne alios illos acciperemus de quibus dictũ eſt,Beati pauperes,beati mites &c. cõtinuo ſubiungit:Neq; enim indigni deum uidebunt. Indignos utiq; illos uolẽs intelligi, qui licet reſurgant,deũ uidere nõ poterunt,quoniã ad damnationẽ reſurgent,quia per fidẽ ueram,quæ per dilectionẽ operatur,cor mũdare noluerũt.Et ideo ſequitur & dicit: Neq; is qui deũ uidere noluerit,poteſt deũ uidere.Deinde quia occurrebat etiã impios omnes uelle uidere deũ,ſtatim ut oſtẽderet quæ dixit,qui deũ uidere noluerit, quia utiq; illo modo nõ uult deum uidere impius,quia cor mundare nõ uult,quo ille uideri poterit,ſecutus adiũxit, & ait:Nec in loco deus uidetur,ſed mũdo corde,nec corporalibus oculis deus quæritur,nec circunſcribitur uiſu,nec tactu tenetur,nec auditur affatu,nec ſentitur inceſſu.Quibus uerbis beatus Ambroſius uoluit admonere,quid debeant homines præparare qui uolunt deũ uidere,hoc eſt cor mũdare per fidẽ quæ per dilectionẽ operatur dono ſpirituſſancti,unde pignus accepimus,quo illam uiſionẽ deſiderare nouerimus.Nam de mẽbris dei quæ aſſidue ſcriptura cõmemorat,ne quiſq; ſecundũ carnis huius formã & figurã nos eſſe crederet ſimiles deo,propterea & eadẽ ſcriptura,& alas habere deũ dixit, quas nos utiq; nõ habemus. Sicut ergo cũ alas audimus,protectionẽ intelligimus,ſic & cum audimus manus,operationem intelligere debemus,Et cum audimus pedes,præſentationẽ,& cũ audimus oculos, uiſionẽ qua cognoſcitur,& cũ audimus faciẽ, iuſticiã qua innoteſcit,Et ſi quid aliud eadẽ ſcriptura tale cõmemorat,puto ſpiritaliter intelligendũ.Neq; ego hoc tantũ,aut ego prior,ſed omnes qui qualicunq; ſpiritali intelligẽtia reſiſtunt eis,qui ob hoc anthropomorphitæ nominãtur.Ex quorũ litteris ne multa cõmemorãda maiores moras faciã,hoc unũ ſancti Hieronymi interpono,ut nouerit iſte frater meus,non ſe de hac re mecũ magis cũ prioribus agere debere, ſi quid eũ contra permouet.Cũ ergo ille uir in ſcripturis doctiſſimus,pſalmũ exponeret,ubi dictũ eſt:Intelligite ergo qui inſipiẽtes eſtis in populo & ſtulti aliquando ſapite,Qui plantauit aurẽ nõ audiet,aut qui finxit oculum nõ conſiderat,Inter cætera,iſte locus,inquit,aduerſus eos maxime facit,qui anthropomorphitæ ſunt,qui dicunt deũ habere mẽbra quæ etiã nos habemus. Verbi cauſa,Dicitur habere oculos,Oculi domini aſpiciunt omnia, manus dñi facit omnia.Et audiuit,inquit, Adã ſonũ pedũ domini deambulãtis in paradiſo,Hæc ſimpliciter audiũt,& humanas imbecillitates ad dei magnificentiã referunt, Ego autẽ dico quod deus totus oculus eſt,totus manus eſt,totus pes eſt.Totus oculus eſt, quia omnia uidet.Totus manus eſt,quia omnia operatur,Totus pes eſt, quia ubiq; eſt.Ergo uidete quid dicat,Qui plãtauit aurẽ nõ audiet,aut qui finxit oculos nõ cõſiderat,Et non dixit,qui plãtauit aurem ergo ipſe aurẽ nõ habet, Nõ dixit,ergo ipſe oculos nõ habet, ſed quid dixit, Qui plãtauit aurẽ nõ audiet, qui finxit oculos nõ cõſiderat:mẽbra tulit,efficientias dedit,Hæc omnia de litteris eorũ & Latinorum & Græcorum,qui priores nobis in catholica eccleſia uiuentes eloquia ſancta tractauerunt, ideo cõmemoranda arbitratus ſum, ut ſciat iſte frater,ſi quid aliter quàm iſte ſentit,depoſita diſſenſionis amaritudine,& fraternæ cha-

1.Timoth.1

Matth.5
1.Ioan.5

Ambroſius

Galat.5

Pſal.16

Hieronymus

Pſal.39

Gen.3

næ charitatis ſuauitate ſeruata, atq; in integrum reſtituta, diligẽti & tranquilla cõſideratiõe C
quærẽdum uel diſcẽdum uel docendum. Neq; enim quorũlibet diſputationes, quamuis ca
tholicorum & laudatorũ hominũ uelut ſcripturas canonicas habere debemus, ut nobis nõ
Autoribus quantum tribuendum. liceat ſalua honorificentia, quæ illis debetur hominibus, aliquid in eorũ ſcriptis improbare
atq; reſpuere, ſi forte inuenerimus qd aliter ſenſerint cẽ ueritas habet, diuino adiutorio uel
ab alĳs intellecta, uel à nobis. Talis ego ſum in ſcriptis aliorum, tales uolo eſſe intellectores
meorũ. Deniq; in his omnibus, quæ de opuſculis ſanctorũ atq; doctorũ cõmemoraui, Am
broſĳ, Hieronymi, Athanaſĳ, Gregorĳ, & ſi qua aliorũ talia legere potui, quæ cõmemorare
lõgum putaui, deũ nõ eſſe corpus, nec formæ humanæ habere mẽbra, nec cum eſſe per loco
rum ſpacia diuiſibilẽ, & eſſe natura incõmutabiliter inuiſibilẽ, nec per eandẽ naturã atq; ſub
ſtantiã, ſed aſſumpta uiſibili ſpecie, ſicut uoluit apparuiſſe qbus apparuit, quãdo per corpo
ris oculos in ſcripturis ſanctis uiſus eſſe narratur, in adiutorio dei incõcuſſe credo, & quantũ
ipſe donat intelligo. De ſpiritali aũt corpore, qd' in reſurrectiõe habebimus, quantã capiat
in melius cõmutationẽ, utrum in ſimplicitatẽ ſpiritus cedat, ut totus homo iã ſpiritus ſit: an
Dubitatio periculoſa. quod magis puto, ſed nondũ pleno iudicio cõfirmo, ita futurũ ſit ſpiritale corpus, ut propter
ineffabilẽ quandã facilitatẽ ſpiritale dicatur, ſeruet tamẽ ſubſtãtiam corporalẽ, quæ per ſei
pſam uiuere ac ſentire nõ poſſit, ſed per illũ qui ea utitur ſpiritũ. Neq; eñ & nunc, quia cor
pus dicitur animale, eadẽ eſt animæ natura quæ corporis: & utrũ ſi corporis quãuis iam im
mortalis atq; incorruptibilis natura ſeruabitur, adiuuet tũc aliquid ſpiritũ ad uidendũ ipſa
uiſibilia, id eſt corporalia, ſicut nũc tale aliquid niſi per corpus uidere nõ poſſumus. An uero
ὁ νῦς. etiã tunc ſine organo corporis ualeat ſpiritus noſter noſſe corporalia, Neq; eñ deus talia
per ſenſus corporis nouit, & multa alia quæ in hac quæſtiõe mouere poſſunt, fateor me nõ
dum alicubi legiſſe, qd' mihi ſufficere exiſtimarẽ ſiue ad diſcẽdum, ſiue ad docẽdum, ac per
1. Ioan. 3 hoc ſi nõ diſplicet huic fratri mea qualiſcũq; cautela, interim propter qd' ſcriptũ eſt: Quoniã D
uidebimus eum ſicuti eſt, quantũ poſſumus, cor mundũ ad illã uiſionẽ ipſo adiuuante præ
paremus. De corpore aũt ſpiritali pacatius & diligentius inquiramus, ne forte aliquid certũ
ac liquidũ ſi nobis hoc utile eſſe nouit, ſecundũ ſcripturas ſuas deus dignetur demõſtrare. Si
eñ hoc inuenerit inquiſitio diligentior tantã corporis futuram mutationẽ, ut poſſit uidere
inuiſibilia, nõ, ut opinor, talis potẽtia corporis mẽti auferet uiſionẽ, ut exterior homo uide
re deũ tunc poſſit, nõ poſſit interior: quaſi tantum foris ſit deus ad hominẽ, & intus nõ ſit in
2. Corinth. 15 homine, cum apertiſſime ſcriptũ ſit, ut ſit deus omnia in oñibus: aut ita ſit intus ille, qui ſine
ullis locorũ ſpaciis ubiq; totus eſt, ut foris tantũ uideri ab exteriori homine poſſit, intus aũt
ab interiori homine nõ poſſit. Quæ ſi abſurdiſſime ſentiuntur, magis eñ ſancti pleni erunt
deo, nõ inanes intrinſecus, ab illo circũdabuntur extrinſecus, nec cæci intrinſecus, eũ quo ple
ni erunt nõ uidebũt, & tantũ forinſecus oculati eum quo circũdabuntur uidebunt, reſtat ut
interim de uiſiõe dei ſecundũ interiorẽ hominẽ certiſſimi ſimus. Si aũt etiã corpus mira cõ
mutatiõe hoc ualuerit, aliud accedet, nõ illud abſcedet. Melius ergo illud affirmamus unde
minime dubitamus, q; homo interior uidebit deũ, quo modo ſolus poteſt uidere charitatẽ,
1. Ioan. 4 quæ cum laudaretur dictũ eſt, Deus charitas eſt, ſolus poteſt uidere pacem & ſanctificatio
nem, ſine qua nemo poterit uidere deũ. Neq; enim charitatẽ, pacẽ, ſanctificationẽ, & ſi quæ
ſunt ſimilia, uidet modo ullus carnalis oculus, quæ tamẽ omnia iam uidet, quantum poteſt
mẽtis oculus, tãto purius quãto purior: ut ſine dubitatiõe deum nos uiſuros eſſe credamus,
ſiue inueniamus ſiue non inueniamus quod de qualitate futuri corporis quærimus, cũ tamẽ
corpus reſurrecturũ & immortale atq; incorruptibile futurum nõ ambigamus, quoniã hinc
ſanctarũ ſcripturarũ ſententias apertiſſimas firmiſſimasq; retinemus. Si aũt iſte frater qd'
de ſpiritali corpore adhuc requiro, iam ſibi firmat eſſe certiſſimũ, niſi placidus audiero docẽ
tem, ita ut ille quoq; placidus me audiat inquirentẽ, habebit iure unde ſuccẽſeat. Nũc tamẽ
per Chriſtũ obſecro, ut de illa aſperitate litterarũ mearũ, qua illum nõ immerito offenſum
eſſe didici, ueniam mihi ab illo impetres, & me reſcriptis domino adiuuante lætifices.

Auguſtinus

Augustinus Paulinæ anuí religiosæ, per eam respondẽs quibusdã qui carpebant epistolam ipsius in qua scripserat deum non uidendum oculis humanis, declarans uariis modis uideri deum.

Epist. CXII.

AVGVSTINVS. Memor debiti quod ex tua petitione & mea promissione factũ est, religiosa famula dei Paulina, persolutionis quoq; eius negligẽs esse nõ debui. Cum enim petiuisses ut de inuisibili deo, utrũ per oculos corporeos possit uideri, prolixe aliquid copioseq; ad te scriberẽ, negare nõ potui, ne sanctum tuũ studiũ offenderem, sed promissum distuli, siue propter alias occupationes meas, siue quod à me id flagitaretur, unde aliquanto diutius cogitari oportet. Sed cum tanta res esset, quæ cogitãdo nõ tam quid de ea sentiendũ dicendumue esset, quàm quonãmodo persuadendũ his qui aduersa sentirent, fieret difficilior, finẽ aliquando dilationi adhibendũ putaui, sperans diuinum adiutoriũ magis mihi scribenti quàm differenti affuturũ. Quamobrem primũ mihi uidetur, plus ualere in hac inquisitione uiuendi q̃ loquendi modũ. Nam qui didicerunt à domino Iesu Christo mites esse & humiles corde, plus cogitãdo & orando proficiunt quàm legẽdo & audiẽdo. Nec ideo tamẽ agere partes suas sermo cessauerit, sed cum plantator & rigator officiũ sui gesserit muneris, cætera illi qui dat incrementũ relinquit. Ille quippe etiã ipsum plantatorem rigatoremq; formauit. Secundũ interiorem ergo hominẽ percipe uerba intellectus. Ipse enim renouatur de die in diẽ, etiã cum exterior iste corrumpitur, siue castigatione abstinentiæ, siue aliqua morbida ualitudine, siue quolibet casu, uel certe quod necesse est etiam his qui sano corpore diu uiuunt, ipso ætatis accessu. Erige itaq; spiritum mentis tuæ qui renouatur in agnitione dei secundum imaginem eius qui creauit eum, ubi per fidem in te habitat Christus, ubi nõ est Iudæus & Græcus, seruus & liber, masculus & fœmina, ubi non morieris cum solui corpore cœperis, quia nec marcuisti, cum sis annis grauis. Hoc interiore tuo erecta intẽde, & uide quæ loquor. Nolo autoritatem meã sequaris, ut ideo putes tibi aliquid necesse esse credere quoniã à me dicitur, sed aut scripturis canonicis credas, si quid nondũ quàm uerũ sit uides, aut interius demonstranti ueritati ut hoc planè uideas. Exempli gratia, dicam aliquid quo ad hæc certius præstruaris, & inde potissimum unde nobis in hoc ipso opere propositus est disputandi labor. Credimus uideri deum, non quia uidemus, uel per oculos corporis sicut uidemus hunc solẽ, uel mentis obtuitu sicut se quisq; interius uidet uiuentẽ, uidet uidere uolentẽ, uidet quærẽtem, uidet scientẽ, uidet nescientẽ. Tu itaq; lectis ipsa his literis, solem quidẽ te uidisse recolis per oculos corporis, potes etiam statim uidere si est id temporis, & eo loci es, ubi ex ea parte cœlum oculis tuis usq; ad solem contuendum patet. Ad illa uero uidenda quæ mente conspici dixi, id est quod uiuas, quod uidere deum uelis, quod id requiras, quod te uiuere & uelle & quærere scias, quomodo autẽ deus uideatur nescias. Ad hæc inquã omnia uidenda nõ oculos corporis adhibes, nec interuallum loci per quod intendatur obtutus, ut ad ea cernenda perueniat, sentis aut quæris: sic uides uitam tuam, uoluntatẽ, inquisitionem, scientiam, ignorantiam, quia nec ipsa est cõtemnenda uisio, uidere quod nescias. Sic, inquam, uides hæc omnia ut in te uideas, apud te habeas, ac sine ullis figurarũ liniamentis colorumq; nitoribus, tanto clarius & certius quanto simplicius interiusq; conspicis. Cum igitur nec corporis oculis sicut corpora siue cœlestia siue terrestria, nec mẽtis affectu sicut ea sunt quorum nonnulla commemoraui, quæ apud temetipsam certissime intueris, uideamus deum, cur credimus eum uideri, nisi quia scripturæ accõmodamus fidẽ ubi legitur: Beati mundo corde quoniam ipsi deũ uidebũt? Et si qua alia in hac sentẽtia mea de diuina autoritate cõscripta sunt, cui nõ credere nefas ducimus, credere autem pietatis esse minime dubitamus. Hanc itaq; distinctionẽ tene, ut si quid te admonuero, differẽdo quo ita uideas oculis carnis, uel ullo alio sensu cuius sentias, seu te sensisse recolas, sicut sentiũtur colores, fragores, odores, sapores, feruores, & si qd aliud p corpus cernẽdo, audiẽdo, olfaciẽdo, gustãdo, tangẽdo sentiamus, Aut ita uideas mentis intuitu, ut uides uitã, uoluntatẽ, cogitationẽ, memoriã, cognitionẽ, intelligentiam,

Proœmium. 1. Retract. 41

Vita potior inquisitione. Matth. 11

2. Cor. 4

Col. 3

Ca. 8

gentiam,ſcientiam,fidem tuam,& quicquid aliud mente cõſpicis, atq; ita eſſe non tantum credendo, ſed planè uidendo non dubitas,hoc me iudices oſtendiſſe. Quod autem non ſic oſtendero,ut aut corporis aut animi ſenſu uiſum perceptum q; teneatur,& tamẽ dixero aliquid quod aut uerum quidem aut falſum eſſe neceſſe ſit, ſed nullo illorum duũm genere uideatur,reſtat ut tantummodo credatur uel nõ credatur.Sed ſi diuinarum ſcripturarum,earum ſcilicet quæ canonicæ in eccleſia nominãtur,perſpicua firmatur autoritate,ſine ulla dubitatione credendum eſt. Alijs uero teſtibus uel teſtimonijs,quibus aliquid credẽdum eſſe ſuadetur,tibi credere uel non credere liceat,quantum meriti ea admonentem ad faciendam fidem uel habere uel non habere perpenderis.Si enim ea quæ non uidimus, hoc eſt in præſenti apparentia non ſenſimus uel mente uel corpore, neq; de ſcripturis ſanctis uel legendo uel audiendo didicimus,nulla omnino credidiſſemus,unde ſciremus eſſe ciuitates ubi nunquam fuimus, uel à Romulo conditam Romam,uel ut de propinquioribus loquar, Conſtantinopolim à Conſtantino? Vnde poſtremo ſciremus quinam parentes nos procreauiſſent,quibus patribus,auis,maioribus geniti eſſemus? Taliũ quippe cum plurima ſciamus, non tamen ea uel ullo ſenſu præſentia,ſicut ſolem,ſicut noſtri animi uoluntatem,uel canonicorum eloquiorum autoritate,ſicut Adam fuiſſe primum hominem,aut Chriſtum in carne natum paſſum q; reſurrexiſſe didicimus,ſed alijs referentibus,de quorum teſtimonio in hoc duntaxat rerum genere minime dubitandum eſſe putauimus. In quibus ſi alicubi fallimur credendo,uel ita eſſe quod ita non eſt, uel non ita eſſe quod ita eſt, nihil periculi eſſe iudicamus,ſi nõ ſit contra illam fidem qua pietas informatur.Hæc prælocutio mea nõdum propoſitam diſcutit quæſtionem,ſed te atq; alios, qui iſta lecturi ſunt,præſtruit quales ſeu meorum ſeu quorumlibet ſcriptorum iudices eſſe debeatis,ne uel ſcire uos opinemini quod neſcitis,uel temere credatis quod neq; corporis ſenſibus aut animi contuitu in eiuſdem rei, quæ cognoſcenda eſt euidentia percepiſtis, neq; canonicarum ſcripturarum autoritate,etiã ſi non affuit ſenſibus uel animi uel corporis ueſtri,tamen credendũ eſſe didiciſtis. Iam D ne ergo uenimus ad cauſam, an adhuc lecturus inſtruendus eſt? Nonnulli enim putant ipſum quod dicimus credere,cum res uera creditur,hoc ſolum eſſe mente contueri.Quod ſi ita eſt, fallitur iſta noſtra ſuperior prælocutio, in qua diſtinximus aliud eſſe aliquid ſentire per corpus, ſicut in cœlo ſolem, & in terra montem, arborem corpuſue quodlibet:& aliud mentis intuitu rem nihilominus euidẽtem, ſicut noſtra uoluntas à nobiſmetipſis intus aſpicitur cum aliquid uolumus, uel cogitatio cum cogitamus, uel memoria dum recordamur, uel tale aliquid in animo ſiue in corpore:aliud autem credere quod in corporis mentisue cõſpectu nec adeſt,nec affuiſſe recolitur: ſicut ſine parentibus creatum Adam,& natum ex uirgine paſſum q; reſurrexiſſe Chriſtum.Hæc enim etiam corporaliter facta ſunt,& uideri per corpus ſi tunc adeſſemus,utiq; potuerunt: nunc autem non aſſunt ſicut adeſt iſta lux quæ oculis cernitur, aut uoluntas qua nunc aliquid uolumus conuenienter conſpicitur.Sed quia hæc diſtinctio falſa non eſt,profecto illa præſtructio minus habebat,quod inter credere & aliquid præſens mente cõſpicere,ne omnino unũ atq; idẽ putaretur,parum clara fuerat elocutione diſcretum. Quid ergo dicimus? Num ſatis eſt ut inter uidere & credere hæc diſtare dicamus,quia præſentia uidentur,creduntur abſentia? Planè forſitan ſatis eſt,ſi præſentia illa hoc in loco intelligamus dicta, quæ præſto ſunt ſenſibus ſiue animi ſiue corporis, unde etiam ducto uocabulo præſentia nominantur. Sicut enim hanc lucem corporis ſenſu, ſic & meam uolũtatem plane uideo,quia præſto eſt animi mei ſenſibus, atq; intus mihi præſens eſt.Si quis uero mihi indicet uoluntatem ſuam,cuius os & uox mihi præſens eſt,tamẽ quia ipſa uoluntas,quam mihi indicat,latet ſenſum corporis & animi,credo nõ uideo:aut ſi eum mentiri exiſtimo,non credo,& ſi forte ut dicit ita ſit. Creduntur ergo illa quæ abſunt à ſenſibus noſtris,ſi uidetur idoneum quod eis teſtimonium perhibetur. Videntur enim quæ præſto ſunt,unde & præſentia nominãtur uel animi uel corporis ſenſibus. Nam cum ſint quinque corporis ſenſus,cernendi,audiendi, olfaciendi, guſtandi,tangendi, uiſus quidem in eis præcipue

A præcipue oculis attributus est: ueruntamen hoc uerbo utimur & in cæteris. Non enim tantũ dicimus, uide quid luceat, sed etiam uide quid sonet, uide quid oleat, uide quid sapiat, uide quid caleat. Nec quia dixi eis credi quæ absunt à sensibus nostris, sic accipiatur ut inter illa deputentur quæ aliquando uidimus & nos uidisse retinemus, certiq; sumus, q̃uis tunc non præsto sint cum recoluntur à nobis. Neque enim inter credita sed inter uisa deputantur, & ideo nota sunt, non quia fidem adhibuimus alijs testibus, sed quia nos uidisse sine dubio recordamur & scimus. Constat igitur nostra scientia ex uisis rebus & creditis, sed in his quæ uidimus uel uidemus, nosipsi testes sumus: In his autem quæ credimus alijs testibus mouemur ad fidem, cum earum rerum quas nec uidisse nos recolimus nec uidemus, dantur signa uel in uocibus uel in litteris uel in quibusq; documentis, quibus uisis non uisa credãtur. Nõ aũt immerito scire nos dicimus non solum ea quæ uidimus aut uidemus, uerum & illa quæ idoneis ad quanq; rem commoti testimonijs uel testibus credimus. Porrò si scire non incõgruenter dicimur, etiam illud quod certissimum credimus, hinc factum est ut etiã recte credita, & si non assint sensibus nostris, uidere mente dicamur. Scientia quippe mẽti tribuitur, siue per corporis sensus, siue per ipsum animum aliquid perceptum cognitumq; retineat, & fides ipsa mente utiq; uidetur, q̃uis hoc fide credatur quod non uidetur. Vnde & apostolus Petrus dicit, In quem modo non uidentes creditis. Et ipse dominus, Beati qui non uiderũt & crediderunt. Cũ itaq; dicitur homini, Credẽ Christum resurrexisse à mortuis, si credit, attende quid uideat, attende quid credat, & utrunq; discerne. Videt hominem cuius audit uocem, & ipsa uox in uisis corporalibus deputatur secundum ea quæ supra diximus. Hæc duo sunt, testis & testimonium, quorum ad oculos unum, ad aures alterum pertinet. Sed hunc testem fortasse aliorum testimoniorum autoritas confirmat, diuinarum scilicet scripturarũ uel quorumlibet aliorum quibus est motus ad fidem. Scripturæ ad uisa pertinent corporis oculorum si eas legit, uel aurium si audiuit. Videt autem animo quicquid figuris litterarum sonisue significari intellexit. Videt ipsam fidem suam, quæ se credere sine cunctatione respondet. Videt cogitationem qua cogitat quod ei posset prodesse quod credit. Videt uoluntatem qua accessit ad suscipiendam religionem, uidet etiam ipsius resurrectionis quandam imaginem in animo suo factam, sine qua intelligi non potest quicquid factum corporaliter dicitur, siue credatur siue nõ credatur. Sed ut puto distinguis quomodo uideat fidem suam qua credit, & quomodo uideat illam resurrectionis imaginem in animo suo factam, quam si hoc audit, uidet etiam qui non credit. Hæc ergo omnia uidet, partim corpore, partim mente, uoluntatem uero eius à quo audit ut credat, & ipsam Christi resurrectionẽ non uidet sed credit, & tamen eam uidere dicitur quodã mentis obtutu magis secundũ testimoniorum fidem q̃ rerum præsentia creditarum. Illa enim quæ uidet adsunt sensibus uel animi uel corporis, quæ aũt credit absunt à sensibus & animi & corporis, q̃uis uoluntas eius à quo audit ut credat non sit præterita, sed maneat in loquente: quanq̃ in seipso idem ipse qui loquitur uidet, ille uero qui audit non eam uidet sed credit. Resurrectio aũt Christi præterita est, quã nec illi uiderunt homines qui tunc fuerunt. Nam qui uiderũt uiuentẽ Christum quem uiderunt morientem, ipsam tamen resurrectionem cum fieret nõ uiderunt, sed eam certissime crediderunt, uidendo & tangendo uiuum quem nouerãt mortuum. Nos totum credimus & ꝙ resurrexit, & ꝙ ab hominibus tunc uisus & contrectatus sit, & ꝙ nunc uiuat in cœlis, nec iam moriatur, & mors illi ultra non dominetur: res autem ipsa nec corporis nostri sensibus adest, sicut adest hoc cœlum & terra, nec nostræ mẽtis obtutibus, sicut adest fides ipsa qua hoc credimus. Sed iam satis ut puto ista mea prælocutione cognouisti, quid sit uidere uel mente uel corpore, & quid ab eis distet credere. Quod quidem fit mente & uidetur mente, quoniam menti nostræ fides nostra conspicua est. Sed tamen quod eadem fide creditur, abest & ab aspectu corporis Christi, sicut abest corpus in quo Christus resurrexit, & ab aspectu mentis alterius, sicut abest ab aspectu mentis meæ fides tua, q̃uis eam esse in te credam cum eam non uideam corpore quod nec tu potes, nec mẽte

Videre omnium sensuũ cõmune

1. petri 1. Ioan. 20

Caput. 4

quod tu potes,ſicut ego meam quam tu non potes.Nemo enim ſcit quid agatur in homine C
niſi ſpiritus hominis,qui in ipſo eſt,donec ueniat dominus & illuminet abſcondita tenebra
rum,& manifeſtet cogitationes cordis,ut eas non ſolum quis ſuas uideat,ſed & aliorū.Secū
dū hoc enim dixit apoſtolus, neminē ſcire quid agatur in homine niſi ſpiritum hominis q
in ipſo eſt,ſecundum qđ uidemus in nobis. Nā ſecundū id qđ credimus,nec uidemus, &
Cap.5 multos fideles eſſe nouimus,& multis noti ſumus. Si ergo iam iſta diſtincta ſunt,ueni
amus ad cauſam.Scimus poſſe deum uideri,quoniam ſcriptū eſt, Beati mundo corde quo/
Matth.5 niam ipſi deum uidebunt.An forte non debui dicere,ſcimus, ſed credimus,quoniam deum
nec corpore aliquando uidimus ſicut hanc lucem,nec mente ſicut ipſam in nobis qua id cre/
dimus fidem,ſed tantum quia ſcriptū eſt in ea ſcriptura cuius fideles ſumus,quod uerum ſit
1.Ioan.3 minime dubitamus.Apoſtolus tamen Ioannes cum tale aliquid diceret, Scimus inquit qa
cum apparuerit,ſimiles ei erimus, quoniam uidebimus eū ſicuti eſt, Ecce ſcire ſe dixit quod
nondum factum fuerat,nec uidendo,ſed credēdo cognouerat. Recte itaq; diximus, ſcimus
deum poſſe uideri, quamuis eum non uiderimus, ſi diuinæ autoritati quæ in ſanctis libris
continetur credimus. Quid ergo eſt quod eadem dicit autoritas, Deum nemo uidit unq̄?
An fortaſſe reſpondetur q; illa teſtimonia de uidendo deo ſunt, nō de uiſo? Ipſi enim deū
uidebunt,dictum eſt,non uiderunt, & non uidimus,ſed uidebimus eum ſicuti eſt. Proinde
his ſententijs non eſt contrarium,Deum nemo uidit unq̄. Videbunt enim quem non uide
Gen.32 runt,qui mundo corde filij dei eſſe uoluerunt. Quid eſt ergo, Vidi deum facie ad faciem, &
ſalua facta eſt anima mea? An & hoc non eſt contrarium illi quod dictum eſt,Deum ne/
Ioan.1. mo uidit unquam? Et illud quod de Moyſe ſcriptum eſt, Quia loquebatur cum deo facie
ad faciem,ſicut quis loquitur ad amicum ſuum. Et illud quod propheta Eſaias uel de ipſo
Eſa.6. loquens ait, Vidi dominum ſabaoth ſedentem in throno, Et ſi qua alia ſolent ſimilia teſti/
monia ex eadem autoritate proferri, quomodo non ſunt contraria ſententiæ qua dictū eſt
Deū nemo uidit unq̄. Quanq̄ & ipſum euāgeliū poteſt putari ſibi eſſe cōtrariū. Quō em D
Ioan.14 uerū eſt qđ in eo dicitur, Qui me uidet uidet & patrē,ſi deū nemo uidit unq̄? Quomodo
Matth.18. uerū eſt,Angeli eorum ſemper uidēt faciem patris mei,ſi deum nemo uidit unquam? Qua
igitur regula intelligentiæ iſta ueluti contraria & repugnātia, nō eſſe contraria nec repugna
re probabimus? Neq; enim fieri ullomodo poteſt, ut hæc ſcripturarum autoritas aliqua ex
parte mentiatur.Si dicimus in eo quod ſcriptum eſt, Deum nemo uidit unq̄, homines tan
tummodo intelligendos,ſicut etiam illud dictum eſt,Nemo ſcit quid agatur in homine ni/
1.Cor.2. ſi ſpiritus hominis qui in ipſo eſt,nemo utiq; ſcilicet hominū:Neq; enim hoc de deo accipi
poteſt,cum de Chriſto ſcriptum ſit, Nō opus fuiſſe ut quiſquam illi teſtimonium perhibe
ret de homine,quoniam ipſe ſciebat quid eſſet in homine, Nam hoc apoſtolus planius ex/
plicans,Quem nemo inquit hominum uidit nec uidere poteſt: Si ergo ita dictum eſt, Deū
1.Timoth.6. nemo uidit unquam,ac ſi diceretur,nemo hominum, hactenus illa quæſtio ſoluta uidebit,
ut non ſit huic ſententiæ contrarium quod dominus ait,Angeli eorum ſemper uident faciē
patris mei,ut ſcilicet angelos deum uidere credamus,quem nemo uidit unquam ſcilicet ho/
minum.Quomodo ergo deum uidit Abraham,Iſaac,Iacob,Iob,Moyſes,Micheas,Eſaias
& ſi qui alij ſunt de quibus ueraciſſima ſcriptura teſtatur q; deū uiderint,ſi deū nemo unq̄
hominum uidit nec uidere poteſt? Quanq̄ nonnulli uolentes etiam probare impios uiſu/
ros deum,à diabolo quoq; ipſo deum uiſum putant: ſic accipientes quod ſcriptum eſt in li/
bro Iob,ueniſſe cum angelis & diabolum in conſpectu dei,ut iam & illud ueniat in quæſti/
onem,quomodo dictum ſit, Beati mūdo corde,quoniam ipſi deum uidebunt. Et illud,Pa
Heb.12. cē ſectamini cū omnibus,& ſanctificationē,ſine qua nemo poterit uidere deum. Multū em
miror ſi eouſq; progrediuntur qui exiſtimāt impios uiſuros deum & diabolo uiſum deum,
ut eos & mundo corde eſſe & pacem & ſanctificationem cum omnibus ſectari aſſeuerent.
Nam quod dominus ait,Qui me uidet,uidet & patrem,poteſt paulo attentius conſideratū
non uideri eſſe cōtrarium ei quod dixit,Deum nemo uidit unquam. Neq; enim dixit, quia
uidiſtis

A uidistis me,uidistis & patrem,sed dicendo,Qui me uidet,uidet & patrem, ostendere uoluit unitatẽ substantiæ patris & filij,ne in aliquo inter se putarẽtur esse dissimiles,ac per hoc quo niam uere dictũ est, Qui me uidet,uidet & patrem,profecto quoniam deum nemo homi num uidit unq̃,nec patrem quisquam putandus est uidisse,nec filium secundũ quod deus est & filius,cum patre unus deus. Nã secundum id quod homo est, utiq; in terra uisus est & cũ hominibus cõuersatus est. Sed magna quæstio est,quomodo nõ sit contrariũ,quia tot antiqui uiderũt deũ,si deũ nemo unq̃ uidit quẽ nemo hominũ uidit nec uidere potest. Vides q̃ difficilẽ mihi proposueris,quæstionẽ, unde me aliquid prolixe copioseq; scribere uoluisti ex occasione breuis epistolæ meæ,quæ tibi uisa est diligentius & uberius explicãda. Vis ne ergo attendere quæ apud alios interim comperi diuinarum scripturarum egregios tractatores,quid de uisione dei senserint,ne forte sufficiant desiderio tuo,q̃uis ea forsitã no ueris. Pauca ergo ista attende si placet. Cum euangeliũ exponens beatus Ambrosius Medi olanensis episcopus,uenisset ad eum locũ ubi angelus apparuit in tẽplo Zachariæ sacerdo ti, ex hac occasione, uide quanta & qualia de dei etiam uisione disseruit. Non immerito in quit angelus uidetur in tẽplo, quia ueri sacerdotis iam annunciabatur aduentus,& cœleste sacrificium parabatur in quo angeli ministrarent. Et bene apparuisse dicitur ei,qui eũ repen te conspexit. Hoc specialiter aut de angelis aut de deo scriptura diuina tenere consuecuit, ut quod non potest uideri,apparere dicatur. Sic enim habes. Apparuit deus Abrahæ ad ilicẽ mambræ. Nam qui ante non præsentitur, sed repentino uidetur aspectu, apparere memo ratur. Non enim similiter sensibilia uidentur, & is in cuius uolũtate situm est uideri,& cuius naturæ est non uideri, uoluntatis uideri. Nam si non uult, non uidetur, si uult uidetur. Apparuit enim deus Abrahæ quia uoluit,alijs quia noluit non apparuit. Visus est etiã Ste phano cũ lapidaretur à populo aperire cœlum. Visus est etiam Iesus stans ad dexterã dei, & non est uisus à populo. Vidit Esaias deum sabaoth,sed & alius uidere non potuit, quia B cui placuit apparuit. Et quid de hominibus loquimur,cum etiam de ipsis cœlestibus uirtuti bus & potestatibus legerimus,quia deum nemo uidit unquam. Et addidit q; ultra cœlestes uirtutes & potestates,unigenitus filius qui est in sinu patris ipse narrauit, Aut acquiescatur igitur necesse est si deum patrem nemo uidit unq̃, filium uisum esse in ueteri testamẽto, & desinant hæretici ex uirgine ei principium dare,qui anteq̃ nasceretur ex uirgine uidebatur. Aut certe refelli non potest,uel patrem, uel filium,uel certe spiritũsanctũ, si tamen est spiri ritussancti uisio,ea specie uideri quam uoluntas elegerit, non natura formauerit, quoniam spiritum quoq; uisum accepimus in columba. Et ideo deum nemo uidit unquam, quia eã quæ in deo habitat plenitudinem diuinitatis nemo conspexit, nemo mente aut oculis com prehendit. Vidit enim ad utrunq; referẽdum est. Deniq; cũ additur, Vnigenitus filius ipse enarrauit,mentiũ magis q̃ oculorum uisio declaratur. Species enim uidetur, uirtus uero e narrat. Illa oculis,hæc mente cõprehenditur. Sed quid de trinitate dicam? Seraphin quãdo uoluit apparuit,& uocem eius Esaias solus audiuit. Apparuit angelus,& nũc præsto est,sed non uidetur. Neque enim in potestate nostra est uidere, sed in potestate illius apparere. Tamen & si potestas non est uidendi, est gratia promerendi ut uidere possimus. Et ideo q habuit gratiam,meruit copiam,nos copiam non meremur, quia deum uidendi gratiã non habemus. Et quid mirũ si in præsenti seculo nisi quando uult dominus non uidetur? In ipsa quoq; resurrectione non facile est deum uidere, nisi his qui corde sunt mundo. Et ideo bea ti mundo corde,ipsi enim deum uidebunt. Quantos beatos numerauerat & tamen uiden di his deũ non promiserat facultatẽ? Si ergo hi qui mũdo sunt corde deum uidebũt, utiq; alij nõ uidebũt. Neq; enim indigni deũ uidebũt,neq; is qui deũ uidere noluerit potest deũ uidere. Nec deus in loco uidetur sed mundo corde,nec corporalibus oculis deus quæritẽ,nec circumscribitur uisu,nec tactu tenetur,nec auditur affatu,nec sentitur incessu. Et cum absens putatur uidetur,& cum præsens est non uidetur. Deniq; nec apostoli omnes Christũ uide bãt. Et ideo ait, Tanto tempore uobiscum sum,& adhuc me non cognouistis? Qui enim co

Baruch 3. Caput. 6

Ambrosius su p Lu.li.1.ca.2

ὤφθη. imo di citur uisus.

Gene. 18.

Acto.7

gnouit quæ ſit latitudo & longitudo & altitudo & profundítas, & ſupereminentem ſciẽtiæ C
charitatem Chriſti,uidit & Chriſtũ,uidit & patrẽ. Nos enim iam ſecundum carnẽ nó noui
mus Chriſtum ſed ſecundũ ſpiritum.Spiritus enim ante faciem noſtrã Chriſtus dominus,
qui nos in omnem plenitudinẽ dei miſericordia ſua implere dignetur,ut uideri poſſit à no/
Cap.7 bis. Si hæc uerba intelligis, quid reſtat quod à me amplius requiratur, cũ iam illa quæ
difficilis uidebatur ſoluta ſit quæſtio? Diſcretũ eſt quippe quomodo dictũ ſit, Deũ nemo
uidit unq;,& quomodo deum iuſti antiqui uiderint. Sed illud propterea dictũ eſt, quoniã
deus natura inuiſibilis eſt.Illi autem ideo uiderunt, quicũq; deũ uiderunt, quia cui uoluerit
ſicut uoluerit apparet ea ſpecie quam uoluntas elegerit,etiam latente natura.Nã ſi quando
patres deũ uiderunt ipſa illis natura eius apparuit, quãuis ſi noluiſſet utiq; nõ apparuiſſet,
quomodo deum nemo uidit unquam,cum eo uolente ipſa eius à tot patribus natura cõſpe
cta ſit? Quod ſi dicitur filius à patribus uiſus,ut de deo patre accipiatur dictum,q; eũ nemo
unquam uiderit,non quidem amiſit occaſionem Ambroſius,ut hinc quoſdam hæreticos re
dargueret,id eſt Photinianos, qui principium filio dei ex utero uirginis tribuunt, nec uolũt
credere q; & antea fuerit:Sed quia uidebat alios,id eſt Arianos pernicioſius inſidiãtes,quo/
rum proculdubio error aſtruitur, ſi patris natura inuiſibilis, filij uero uiſibilis eſſe creditur,
utriuſq; unam pariterq; inuiſibilem aſſeruit eſſe naturam, adiungens etiam ſpiritumſancti.
Quod breuiter quidem ſed admirabiliter intimauit,ubi ſecutus ait,Aut certe refelli non po
teſt,uel patrem,uel filium,uel certe ſpiritumſanctũ,ſi tamen eſt ſpirituſſancti uiſio, ea ſpecie
uideri quam uoluntas elegerit,non natura formauerit. Potuit dicere,non natura monſtra/
uerit,ſed maluit dicere formauerit,ne ipſam ſpeciem in qua deus elegit apparere de ſua na/
tura formare putaretur,& ex hoc utiq; conuinceretur conuertibilis eſſe mutabiliſq; ſubſtã
Cap.8 tiæ,quod ipſe deus à fide piorum miſericors & benignus auerterit. Inuiſibilis eſt igitur
natura deus,non tantum pater,ſed & ipſa trinitas,unus deus.Et quia non tantum inuiſibi/
lis,uerũetiam incõmutabilis,ſic apparet quibus uoluerit in qua uoluerit ſpecie, ut apud eũ D
integra maneat eius inuiſibilis incõmutabiliſq; natura. Deſiderium autem ueraciter piorũ
quo uidere deum cupiunt,& inhianter ardeſcunt, non opinor in eam ſpeciem contuendam
flagrat, qua ut uult apparet quod ipſe non eſt, ſed in eã ſubſtantiam qua ipſe eſt quod eſt.
Huius enim deſiderij ſui flammã ſanctus Moyſes fidelis famulus eius oſtẽdit, ubi ait deo
Exo. 33. cum quo ut amicus facie ad faciem loquebatur, Si inueni gratiam ante te oſtende mihi te/
metipſum.Quid ergo? ille nõ erat ipſe? Si nõ eſſet ipſe,nõ ei diceret, Oſtende mihi temeti/
pſum,ſed oſtende mihi deum,& tamen ſi eius naturam ſubſtantiamq; conſpiceret, multo/
minus diceret, Oſtẽde mihi temetipſum.Ipſe ergo erat in ea ſpecie qua apparere uoluerat,
non aũt ipſe apparebat in natura propria quam Moyſes uidere cupiebat. Ea quippe pro/
mittitur ſanctis in alia uita. Vnde quod reſponſum eſt Moyſi,uerũ eſt,quia nemo poteſt
faciem dei uidere & uiuere,id eſt nemo poteſt eum in hac uita uidere uiuens ſicuti eſt. Nã
multi uiderunt,ſed quod uoluntas elegit,nõ quod natura formauit.Et illud qd̃ ſanctus Io
1.Ioan.3 ãnes ait,ſi recte intelligiẽ,Dilectiſſimi filij dei ſumus,& nondũ apparuit qd erimus:Scimus
qa cum apparuerit ſimiles ei erimus, quoniã uidebimus eũ ſicuti eſt, nõ ſicut homines uide
runt quando uoluit in ſpecie qua uoluit,non in natura qua in ſemetipſo etiam cum uidere
tur latuit,ſed ſicut eſt,quod ab eo petebatur,cum ei diceretur,Oſtende mihi temetipſum,ab
eo qui cum illo facie ad faciem loquebatur. Non quia dei plenitudinem quiſquam non ſo/
lum oculis corporis,ſed uel ipſa mente aliquãdo cõprehendit. Aliud eſt enim uidere,
Cap.9 aliud eſt totum uidendo cõprehendere, quandoquidem id uidetur quod præſens utcunq;
ſentitur,totũ aũt cõprehenditur uidendo quod ita uidetur ut nihil eius lateat uidentẽ, aut
cuius fines circũſpici poſſunt,ſicut te nihil latet præſentis uoluntatis tuæ, circumſpicere autẽ
potes fines annuli tui.Exempli gratia, duo poſui,quorum alterum ad mentis obtutũ, alte/
rũ ad corporales oculos pertinet. Viſus enim ſicut ille ait, ad utrunq; referẽdus eſt,id eſt &
ad oculos & ad mentem. Porrò ſi propterea deum nemo uidit unquam,quia ſicut ait diſpu
tator,

A tator,cuius uerba cõsideramus,plenitudinem diuinitatis eius nemo conspexit,nemo mente aut oculis comprehendit, uidit enim ad utrunque referendũ est,restat inquirere quomodo angeli deũ uideant,propter illud quod ex euãgelio cõmemorauí, Angeli eorũ semper uident faciem patris mei. Si enim & ipsis non sicuti est sed latente sua natura in specie qua uoluerit apparet, magis magisq; requirendũ est,quomodo eũ nos uidebimus sicuti est, & sicut Moyses desiderauit cũ peteret, ut deus qui in conspectu eius erat,ostẽderet illi semetipsum.Hoc enim nobis summum præmium in resurrectione promittitur,q; erimus æquales angelis dei,ac per hoc si nec ipsi eum uident sicuti est, quomodo nos ita uisuri sumus cũ eis æquales in resurrectione facti fuerimus? Sed uide quid consequenter dicat noster Ambrosius.Denique inquit cum additur, Vnigenitus filius ipse narrauit,mẽtium magis quàm oculorum uisio declaratur. Species enim uidetur,uirtus uero narratur.Illa oculis,hæc mente comprehenditur.Qui pauloãte dixerat uisionem ad utrunque referendam, nunc eam nõ menti,sed oculis dedit,non ut opinor negligenter sua uerba respiciens,sed quia usitatius in loquendo solemus oculis attribuere uisionem sicut speciem corpori.Nam & hic mos loquẽdi crebrius usurpatur in rebus quæ locis continentur, uarianturq; coloribus. Sed si nulla species esset mente contuenda,non diceretur ille speciosus forma præ filijs hominum. Neq; enim hoc secundum carnem dictum est, sed secundum speciem spiritalem. Dicitur ergo & species pertinens ad mentis obtutum,sed quia usitatius in corporibus dicitur uel in similitudinibus corporum,ideo dixit,Species uidetur, uirtus uero narratur:illa oculis hæc mente cõprehenditur.Proinde narrante unigenito qui est in sinu patris narratione ineffabili, creatura rationalis munda & sancta,impletur uisione dei ineffabili, quam tunc cõsequemur cum æquales angelis facti fuerimus. Quia sicut uidentur ista uisibilia corporis sensibus nota, deum nemo uidit unquam,quoniam si aliquando eo modo uisus est,non sicut ista natura uidetur,sed uoluntate uisus est,specie qua uoluit apparens, latente natura atque in se incommutabiliter permanente.Eo autem modo quo uidetur sicuti est,nunc fortasse uidetur à quibusdam angelis,à nobis autem tunc ita uidebitur,cum eis facti fuerimus æquales, De inde,cum addidisset,quia nec potestates cœlorum, sicut seraphin,nisi cum uolunt & quemadmodum uolunt uidentur,ut hinc etiam conijceretur quanta sit inuisibilitas trinitatis: Tamen inquit,& si potestas non est uidẽdi,est gratia promerendi ut uidere possimus. Et ideo qui habuit gratiam, meruit copiam, nos copiam non meremur, quia deum uidendi gratiam non habemus. His itaque uerbis quia non sua docet, sed euangelium exponit, non hoc uoluit intelligi,q; quidam eorum uidebunt deum,quidam uero non uidebunt, quibus credentibus dedit potestatem filios dei fieri,cum ad eos omnes pertineat quod dictum est, Videbimns eum sicuti est.Sed dicendo, nos copiam non meremur, quia deum uidẽdi gratiam non habemus,de hoc seculo se loqui significauit, ubi quibusdam deus licet non in sua natura,sed in qua uoluit specie dignatus est apparere,sicut Abrahæ,sicut Isaac,alijsq; similibus,cæteris uero innumerabilibus,quamuis ad suum populum & hæreditatem æternam pertinentibus nulla uel tali specie se demonstrat. In futuro autem seculo qui regnum accepturi sunt quod eis ab initio præparatum est, omnes eum corde mundo uidebunt, nec in illo regno nisi tales erũt. Attẽde itaq; quid adiungat iã de illo seculo dicere incipiens, Et quid mirum inquit si in præsenti seculo nisi quando uult dominus non uidetur, in ipsa quoque resurrectione non facile est deum uidere,nisi eis qui mũdo sunt corde. Et ideo beati mundo corde,ipsi enim deum uidebunt. Quantos beatos iam numerauerat, & tamẽ his uidendi deum non promiserat facultatem. Si ergo hi qui mundo sunt corde deũ uidebũt, utiq; alij non uidebunt. Neq; enim indigni deum uidebunt,neq; is qui deum uidere nolurit,potest deum uidere. Cernis quàm circumspecte loquatur iam de his qui in futuro seculo uidebunt deum, Neque enim omnes sed qui digni sunt. Resurgent enim digni & indigni regno illo,ubi uidebitur deus, quoniam omnes qui in monumentis sunt, audient uocẽ eius & procedent, sed cum magna differentia. Nam qui bene fecerunt in resurrectionem uitæ,

Matth.18

Psal.44

Caput.10

Ca.11

qui uero male egerunt in resurrectionem iudicij. Hoc iudicium pœnam æternam significat, G
sicut etiam illud dictum est, Qui non credit, iam iudicatus est. Quod ergo ait sanctus Am-
brosius, Neque is qui deum uidere noluerit, potest deum uidere, quid aliud intelligi uoluit,
nisi quia is qui mundando cordi curam tanta re dignam non uult impendere, non uult de-
um uidere. Vide proinde quid adiungat. Nec in loco inquit deus uidetur, sed mundo cor-
de. Quid euidentius, quid expressius dici potuit? Ab hac igitur uisione diabolus & omnes
angeli eius, & omnes cum eis impij sine ulla nebula dubitationis excluſi sunt, quoniam mū
do corde non sunt: ac per hoc quod scriptum est in libro Iob, uenisse angelos in conspectū
dei, & uenisse cum eis diabolum, non ideo diabolus deum uidisse credendus est. Ipsi enim
dicti sunt uenisse in conspectum dei, non deus in conspectum eorum. Veniunt autem in
conspectum nostrum quæ uidemus, non à quibus uidemur. Venerunt ergo sicut in mul-
tis codicibus legitur, ut assisterent coram deo, non ut coram ipsis deus. Nec est opus hoc
loco immorari, ut pro uiribus nostris conemur ostendere quomodo & hoc temporaliter
fiat, cum in dei conspectu sint omnia semper. Nunc enim quæritur quomodo uideatur de-
us, non ea specie qua & in isto seculo quibusdam uoluit apparere, quando non solum cum
Abraham alijsque iustis, uerumetiam cum Cain fratricida locutus est, Sed quomodo ui-
deatur in illo regno ubi eum uidebunt filij eius sicuti est. Tunc quippe satiabitur in bonis
desiderium eorum, quo desiderio flagrabat Moyses, cui loqui ad deum facie ad faciem nō
Exo.33 sufficiebat, & dicebat, Ostende mihi temetipsum manifeste, ut uideam te, tanquam dice-
Psal.36 ret, quod in psalmis ex eodem desiderio canitur, Satiabor cum manifestabitur gloria tua.
Ioan.14 Quo desiderio ardebat & Philippus, & sic satiari cupiebat dicens, Ostende nobis patrem
& sufficit nobis. De hac uisione loquens eius etiam ipse amator & desiderator Ambrosius,
Non in loco inquit deus uidetur, sicut ad ilicem mambræ, sicut in monte sina, sed mundo
corde. Et sequitur, sciens quid desideret, & quid æstuet, & quid speret: Nec corporalibus in
quit oculis deus quæritur quibus se ostendit Abraham, Isaac, Iacob, & alijs in hoc seculo. D
Nec circumscribitur uisu, propter illud quod dictum est, Posteriora mea uidebis. Nec ta-
ctu tenetur, sicut luctatus etiam est cum Iacob, nec auditur affatu, sicut non solum à tot san
ctis, uerumetiam à diabolo auditus est. Nec sentitur incessu, sicut aliquando cum in para-
diso deambularet ad uesperam. Vides quemadmodum uir sanctus enitatur nostras men-
tes ab omnibus carnis sensibus euocare, ut aptas faciat ad uidendum deum. Et tamen quid
agit talis extrinsecus plantator & rigator, nisi intrinsecus operetur qui dat incrementum de
us? Quis enim sine adiutorio spiritus dei cogitare ualeat esse aliquid, magisque esse, quàm
omnia quæ per corpus sentiuntur, quod nec in loco uideatur, nec quærendum sit oculis, nec
audiatur affatu, nec tactu teneatur, nec sentiatur incessu, & uideatur tamen sed mundo cor-
de? Neque enim de hac uita ille loquebatur cum hoc diceret, quandoquidem ab hoc secu-
lo in quo deus apparuit, non sicuti est, sed in specie qua uoluit, quibus uoluit, satis discre-
uit seculi futuri uitam, discretione apertissima, ubi ait, Et quid mirum si in præsenti seculo
nisi quando uult, dominus non uidetur: In ipsa quoque resurrectione non facile est deum
Matth.5 uidere, nisi his qui corde sunt mundo. Et ideo beati mundo corde, quoniam ipsi deum ui-
debunt. Hinc iam de illo seculo dicere exorsus est, ubi deum uidebunt, non omnes qui re-
surgent, sed qui resurgent ad uitam æternam: non indigni, de quibus dictum est, Tolla-
tur impius ne uideat claritatem dei, sed digni, de qualibus dixit ipse dominus cum præsens
non uideretur, Qui diligit me mandata mea custodit, Et qui diligit me diligitur à patre
Ioan. 14. meo, & ego diligam eum, & ostendam meipsum illi: nec hi quibus dicetur, Ite in ignem æ-
Matth. 25. ternum, qui paratus est diabolo & angelis eius, sed hi quibus dicetur, Venite benedicti pa-
tris mei percipite regnum quod uobis præparatum est ab initio mundi. Illi quippe ibunt
in combustionem æternam, Iusti autem in uitam æternam. Et quæ est uita æterna, nisi Q
ipsa uita alibi dicit, Hæc est autem uita æterna, ut cognoscant te unum deum uerum & quē
misisti Iesum Christum. Sed sic, quomodo promisit ostensurum seipsum dilectoribus suis

cum

A cum patre unum deum, non quomodo in hoc seculo in corpore uisus est à bonis & à malis, & in iudicio futuro, quo sic uēturus est, quomodo uisus est iens in cœlum: hoc est in eadem forma filij hominis, eandem formam uidebunt, quibus dicturus est, Esuriui & non dedistis mihi manducare, quia & Iudæi uidebunt in quem pupugerunt, non illam dei formam in qua non rapinam arbitratus est esse æqualis deo, in illa dei forma tunc † uidebunt eum sicuti est. Nec ideo uidebunt, quia pauperes spiritu in hac uita fuerūt, quia mites, quia lugentes, quia esurientes & sitientes iusticiam, quia misericordes, quia pacifici, quia persecutionem passi propter iusticiam, quamuis & hæc omnia ijdem ipsi passi sunt, sed quia mundo sunt corde. Ideo quippe inter illas beatitudines, cum omnia faciant qui cor mundum habent, non est tamen alicubi positum, deum uidebunt, nisi ubi dictum est, Beati mundo corde, quoniam mundo corde uidebitur, qui nec in loco uidetur, nec oculis corporalibus quæritur, nec circumscribitur uisu, nec tactu tenetur, nec auditur affatu, nec sentitur incessu. Deū enim nemo uidit unquam, uel in hac uita sicuti ipse est, uel etiam in angelorū uita, sicut uisibilia ista quæ de corporali uisione cernūtur. Quia unigenitus filius qui est in sinu patris ipse narrauit. Vnde non ad oculorum corporalium, sed ad mentium uisionem dictum est pertinere quod narrat. Sed rursus ne desiderium nostrum à corporis sensu ad alium corporis sensum migraret, hoc est ad aures ab oculis, ideo cum dixisset, nec corporalibus deus oculis quæritur, nec circumscribitur uisu, nec tactu tenetur, addidit etiam, nec auditur affatu, ut si possumus, unigenitum filium qui est in sinu patris, sic intelligamus narrātem, quoniam & uerbum est, non sonus auribus strepens, sed imago mentibus innotescens, ut illic interna & ineffabili luce claresçat quod dictum est, Qui me uidet, uidet & patrem, quod hic Philippo dicebatur quando uidebat & non uidebat. Sequitur enim huius uisionis eximius concupitor Ambrosius, dicens, Et cum absens putatur, uidetur: & cum præsens est nō uidetur. Non dixit cum absens est, sed cum absens putatur. Nusquam enim absens est qui
B cœlum & terram implet, nec spacijs includitur paruis, magnisque diffunditur, sed ubiq; totus est & nullo continetur loco. Hoc qui excedente mente intelligit, uidet deum, & cum absens putatur. Qui autem hoc non potest, oret & agat ut posse mereatur, nec ad hominem disputatorem pulset ut quod non legit legat, sed ad deum saluatorem, ut quod non ualet ualeat. Vnde autem dixerit, Et cum præsens est non uidetur, consequenter aperuit dicens, Denique nec apostoli omnes Christum uidebant. Et ideo ait, Tanto tempore uobiscum sum, & adhuc me non cognouistis? Ecce quomodo deus præsens erat & non uidebatur. Sed quare non ausus est dicere, denique nec apostoli Christum uidebant, sed ait, Nec apostoli omnes, tanquam aliqui tunc uiderent ea uisione in qua ipse & pater unum sunt? An forte illud attendit, quod cum Petrus dixisset, Tu es Christus filius dei uiui, Responsum accepit, Beatus es Simon bar iona, quia non tibi reuelauit caro & sanguis, sed pater meus qui in cœlis est? Quamuis illa reuelatio utrum per fidem tantæ rei creditæ, an per uisionem conspectæ facta in eius mente fuerit, non mihi uideatur elucere, cum & ipse Petrus tā paruulum se adhuc illi ostenderet, ut timeret ne amitteret morientem quem filium dei uiui, hoc est uitæ fontē fuerat pauloante confessus. Deinde potest mouere, quomodo iam ipsa dei substantia uideri potuerit, à quibusdam in hac uita positis, propter illud quod dictum est ad Moysen, Nemo potest faciem meam uidere & uiuere: nisi quia potest humana mens diuinitus rapi ex hac uita ad angelicam uitam, antequam per istam communem mortem carne soluatur. Sic enim raptus est qui audiuit illic ineffabilia uerba, quæ non licet homini loqui: ubi usque adeo facta est ab huius uitæ sensibus quædam intētionis auersio, ut siue in corpore, siue extra corpus fuerit, id est utrum sicut solet in uehementiori ecstasi mens ab hac uita in illam uitam fuerit alienata manente corporis uinculo, an omnino resolutio facta fuerit qualis in plena morte cōtingit, nescire se diceret. Ita fit ut & illud uerum sit quod dictum est, Nemo potest faciem meam uidere & uiuere, quia necesse est abstrahi ab hac uita mentē, quando in illius ineffabilitatem uisionis assumitur, & non sit incredibile qui

Matth. 25. Zacha. 12. philip. 2.

† *Iusti aut simile uerbū uidetur deesse*

Caput 12.

Cap. 13

busdam sanctis nondum ita defunctis, ut sepelienda cadauera remanerent, etiam istam excellẽtiam reuelationis eius concessam fuisse. Quod existimo cogitasse illum qui noluit di
cere, Nec apostoli Christum uidebant, sed ait, nec apostoli omnes Christum uidebát, cre
dens quibusdam eorum diuinitatis quoque ipsius uisionem de qua loquebatur etiam tunc
potuisse donari, certe propter beatum Paulum, quia & ipse quamuis nouissimus utiq; apo
stolus erat, qui de sua illa ineffabili reuelatione non tacuit. Quanquam & illi fidelissimo an
tiquo famulo dei Moysi mirum, ubi in hac terra laboraturo populumq; illum adhuc re
calturo, concessum est quod petiuit, ut claritatem domini uideret, cui dixerat: Si inueni gra
Exo.33 tiam ante te ostende mihi temetipsum manifeste. Accepit enim in præsentia congruum re
sponsum, quod faciem dei uidere non posset, quam nemo uideret & uiueret, hoc modo si
gnificante deo alterius potioris uitæ illam esse uisionem. Denique in uerbis dei futuræ Chri
sti ecclesiæ mysterium figuratum est. Gestauit quippe Moyses typum populi Iudæorum
in Christum passum postea credituri, Ideo dictum est illi, Cum transiero, posteriora mea
uidebis, Et cætera quæ ibi dicuntur, mirabili sacramento prænunciant ecclesiam post futu
ram, unde modo longum est disputare. Quod autem dicere instituera m, desiderio eius eti
Numeri 12 am illud quod petierat fuisse concessum, in libro Numerorum postea monstratum est, ubi
dominus arguit contumaciã sororis ipsius, & dicit alijs prophetis in uisione se apparere &
in somno, Moysi autẽ per speciem, non per ænigmata, ubi etiã addidit dicens, Et gloriam
domini uidit, Quid ergo est quod eum sic fecit exceptum, nisi forte quia illa contemplatio
ne dignum etiam tunc habuit populi sui talem rectorem & ministrum in tota domo sua
fidelem, ut quemadmodum concupiuerat uideret deum sicuti est, quæ contemplatio cun
C4.14 ctis filijs in fine promittitur? Ista credo considerans uir ille sanctus cuius uerba tracta
mus, Nec apostoli, inquit, omnes Christum uidebãt, quoniam forte aliqui eorum etiã ipso
tempore uiderant secundum ista quæ dixi. Vt autem probaret quod dixit, quia nó omnes
Ioan.14 uidebant, continue subiecit. Et ideo ait: Tanto tempore uobiscum sum & adhuc me non co
gnouistis? Deinde subiungens à qualibus deus uideatur illa cõtemplatione sicuti est, Qui
enim cognouit, inquit, quæ sit latitudo, & longitudo, & altitudo, & profundũ, & superemi
Eph.3 nentem scientiæ charitatem Christi, uidit & Christum, uidit & patrem. Ego hæc uerba apo
stoli Pauli sic intelligere soleo, In latitudine bona opera charitatis, In lõgitudine perseueran
tiam in bonis usque in finem, In altitudine spem cœlestium præmiorũ, In profundo inscru
tabilia iudicia dei, unde ista gratia in homines uenit, Et hunc intellectum coaptare etiam
sacramento crucis, ut in latitudine accipiatur trãsuersum lignum, quo extenduntur manus
propter operũ significationẽ, In longitudine ab ipso usque in terram ubi totũ corpus crũci
fixum stare uidetur, quod significat persistere, hoc est longanimiter permanere, In altitudi
ne ab ipso transuerso ligno sursum uersus quod ad caput eminet, propter expectationem
supernorũ, ne illa bona opera atque in eis perseuerantia propter beneficia dei terrena at
que temporalia facienda credantur, sed potius propter illud quod desuper sempiternũ spe
Galat.5 rat fides quæ per dilectionem operatur: In profundo autem pars illa ligni quæ in terræ ab
dito defixa latet, sed inde consurgit omne illud quod eminet, sicut ex occulta dei uoluntate
uocatur homo ad participationem tantæ gratiæ, alius sic, alius autem sic: Superemin ẽtem
uero sciẽtiæ charitatẽ Christi, eam profecto ubi illa est pax quæ præcellit omnẽ intellectũ.
Sed siue hoc in apostolicis uerbis etiã ille senserit Euangelicus disputator, siue aliud aliquid
fortasse congruentius, uides tamen etiam hoc, ni fallor, à regula fidei non aberrare. Vnde
autem nunc agimus propter contuitũ spiritalẽ, cum dixisset, Qui cognouit quæ sit latitudo
& longitudo & altitudo & profundum, & supereminentem scientiæ charitatem Christi, ui
det & Christum, uidet & patrem, ne alicui tardissimo de corporali uisione dicere uideretur,
Nos enim, inquit, iam secundũ carnẽ non nouimus Christũ, sed secũdum spiritũ. Spiritus
enim ante faciem nostram Christus dominus. Quod ait hoc loco, nouimus, secundum fidẽ
dixit, quæ nunc est, nõ secundũ contemplationem quæ tunc erit: quia & illud nouimus quic
quid

A quid fide non ficta etiam si nondum per speciem conturendo, iam tamen inconcusse credendo retinemus. Deniq; cũ dixisset, Iã non se secundũ carnẽ Christũ nosse, sicut apostolus ait, & addidisset testimonium de propheta, Spiritus enim ante faciem nostrã Christus dominus, continuo subiecit, Qui nos in omnem plenitudinẽ dei misericordia sua implere dignetur, ut uideri possit à nobis, Certe manifestũ est q; illam noticiam, ubi dixerat, nouimus, ex fide posuit, ex qua modo iustus uiuit, non ex contemplatione qua deum uidebimus sicuti est. Hanc enim sibi & nobis consequenter optauit futurãq; significauit dicendo, Qui nos in omnẽ plenitudinẽ dei misericordia sua implere dignetur, ut uideri possit à nobis. Hãc plenitudinem dei quidam in sermone apostoli sic intellexerunt, ut putarẽt nos hoc futuros omnino quod deus est. Hæc enim uerba sicut recognoscis, apostolus posuit ita loquẽs, Cognoscere etiam supereminentem scientiæ charitatem Christi, ut impleamini in omnem plenitudinem dei. Quapropter inquiunt, si aliquid minus q; deus habebimus, & in aliquo minores erimus, quomodo implebimur in omnem plenitudinem dei? Sed quoniam implebimur, profecto erimus æquales. Auersaris istum utique & detestaris humanæ mentis errorem, scio, & recte facis. Sed quomodo intelligenda sit ista plenitudo, qua dictum est implẽdos nos esse in omnem plenitudinem dei, postea si deus uoluerit pro uiribus quas dederit differemus. Nunc autem quod mihi proposueras, & ad explicandum difficile uidebatur, utrum explicatum sit, diligenter attende recolendo quæ dicta sunt. Si enim quæris, utrũ possit deus uideri? Respondeo potest. Si quæris, unde sciam? Respondeo, quia in ueracissima scriptura legitur, Beati mundi corde, quoniam ipsi deum uidebunt, & cætera talia. Si quæris quomodo dictus sit inuisibilis si uideri potest? Respondeo, inuisibilem esse natura, uideri autem cum uult sicut uult: plurimis enim uisus est, non sicuti est, sed quali specie illi placuit apparere. Si quæris, quomodo eum uidit, uel Cain sceleratus quando de suo scelere ab illo interrogatus & iudicatus est, uel etiam ipse diabolus, quando uenit cũ angelis ut cum illo assisteret, si beati mundo corde, quoniã ipsi deum uidebunt, Respondeo non quidẽ esse consequens, ut etiam uideant deum qui uoces ab eo factas aliquando audiunt. Neq; enim uiderunt eum qui audierunt quando dixit ad filium, Et clarificaui & clarificabo iterum. Verum tamen non esse mirandum, si aliqui etiam non mundo corde uiderunt deum in specie, quã uoluntas eius fecerit, latente inuisibili & apud se incommutabili manente natura. Si quæris utrum etiam sicuti est possit aliquando uideri? Respondeo, filijs hoc esse promissum, de quibus dictum est, Scimus quia cũ apparuerit similes ei erimus, quoniã uidebimus eũ sicuti est. Si quæris, unde eum uidebimus? Respõdeo, unde angeli uident, quibus tunc erimus æquales. Sicut enim uidentur ista quæ uisibilia nominãtur, deum nemo uidit unq;, nec uideri potest, quoniam lucẽ habitat inaccessibilem, & est natura inuisibilis sicut incorruptibilis, quæ contextim posuit apostolus dicens, Regi autẽ seculorum inuisibili, incorruptibili, quia sicut nunc incorruptibilis nec postea corruptibilis, ita non solum nunc sed etiam semper inuisibilis. Nec in loco enim uidetur, sed mundo corde, nec corporalibus oculis quæritur, nec circumscribitur uisu, nec tactu tenetur, nec auditur affatu, nec sentitur incessu. Vnigenitus autem filius qui est in sinu patris, diuinitatis naturam atq; substantiam insonabiliter narrat, & ideo dignis idoneisq; tanto conspectu oculis etiam inuisibiliter monstrat. Ipsi enim sunt oculi, de quibus apostolus dicit, illuminatos oculos cordis uestri. Et de quibus dicitur, Illumina oculos meos ne unq; obdormiam in morte, neq; dicat inimicus, &c. Dominus enim spũs est. Vnde qui adhæret domino unus spiritus est. Proinde q; potest deũ inuisibiliter uidere, ipse deo potest incorporaliter adhærere. Puto iam non esse in quæstione quã propositi, amplius quod requiras. Sed in hac tota nostra disputatione, considera quid uideris, quid credideris, quid adhuc nescias, siue quia non dixi, siue quia non intellexi, siue quia non iudicasti esse credendum: & ea quæ uera esse uidisti adhuc discerne unde uideris, utrum recolendo illa te uidisse per corpus, sicut corpora cœlestia & terrestria, an uero nunquam oculis corporalibus ea attigeris uisibus, sed sola mente intuens uera & certa esse perspexeris,

Cap. 15

Ephe. 3

Epilogus ante dissertorũ.

Matth. 5.

Gen. 4

Ioan. 12

1. Timoth. 6.

Ephe. 1. Psal. 12. 1. Cor. 6.

Caput 16.

ris,ſicut uoluntatẽ tuam,de qua ego tibi credere loquenti poſſum,eam uero ut abs te uide/ C
tur uidere ipſe nõ poſſum.Et cum hæc ita diſcreueris,etiã id attende unde diſcernas:quãuis
enim alia corpore alia mente uideamus, horum tamen duorũ generum ipſa diſcretio ui/
detur mente non corpore, & ea quæ mente cõſpiciuntur,nõ indigẽt ullo corporis ſenſu,ut
ea uera eſſe nouerimus.Quæ autẽ per corpus uidẽtur,niſi mẽs aſſit quæ talia nũciata ſuſci/
piat,nulla poſſunt ſcientia cõtineri,& quæ nũciata quaſi ſuſcipere perhibetur,foris ea relin/
quit.Sed eorũ imagines, id eſt, corporales ſimilitudines corporũ incorporaliter cõmendat
memoriæ, unde cũ uoluerit & potuerit, uelut de cuſtodia productas atq; in conſpectu co/
forte,uolet. gitatione exhibitas iudicet.Et cum uolet etiã iſta duo diſcernit,quid in ſpecie corporali fo
ris reliquerit, quid ei ſimile intus inſpiciat, & illud abſens, hoc præſens eſſe dinoſcit. Sicut
me abſente faciem mei corporis cogitas,& illa tibi eſt imago præſens, Abſens autẽ facies,
cuius imago eſt hoc corpus, Illa uero incorporea corporis ſimilitudo eſt.His ergo quæ ui/
des diligenter fidenterq; perſpectis atque diſtinctis,attende quæ credis in hocipſo ſermo/
ne toto,ex quo ad te loqui his litteris cœpi, & in eiſipſis quibus non uiſis accommodas fi/
dem,ipſa teſtium pondera diſcernendo perpende. Neq; enim mihi ſic credis, quemadmo/
Ambroſius. dum Ambroſio de cuius libris tanta illa teſtimonia poſui,Aut ſi ambobus nobis æqua lan
ce putas eſſe credendum, nunquid ullo modo Euãgelio nos comparabis,aut ſcripta noſtra
ſcripturis canonicis coæquabis? Profecto ſi recte in dijudicando ſapis,longe nos infra ui/
des ab illa autoritate diſtare,Et me quidem longius,ſed utriq; noſtrum quantumlibet cre/
Ioan.1 das,utrunq; illi excellentiæ nequaquam comparas. Quocirca id quod ſcriptum eſt: Deum
1.Timoth.6 nemo uidit unquam,Et lucem inhabitat inacceſſibilem,quem nemo hominum uidit nec ui
Matth.5 dere poteſt, Et beati mundo corde quia ipſi deum uidebunt, Et quicquid ex illis libris ſan/
ctis commemoraui,firmius credis quàm id quod dicit Ambroſius, Nec in loco deus uide/
tur,nec corporalibus oculis quæritur, nec circunſcribitur uiſu, nec tactu tenetur,nec auditur
affatu,nec ſentitur inceſſu. Talem quippe eſſe intellexit uel credidit deum,qui mũdo corde D
conſpicitur. Hanc autem etiam meam ſententiam eſſe confiteor. Aliter ergo iſta,aliter illa
diuina uerba in fide recipis. De nobis enim tibi ſubeſt fortaſſe aliquis ſcrupulus,ne in his
diuinis eloquijs aliquid minus dilucide intelligamus, & non ſicut dicta ſunt,ſed ſicut ſuſpi/
camur exponãtur à nobis.Fortaſſe enim dicis apud teipſam,Quid ſi & mundo corde uide/
tur deus,& in loco tamen uidetur? aut quid ſi oculis etiã corporalibus deum uidebunt qui
1.Cor.15 mundo ſunt corde, cum corruptibile hoc induerit incorruptionem, quando erimus æqua/
Luc.20 les angelis dei? Quantum ergo nobis credere debeas uel non debeas, fortaſſis ignoras, &
uel plus uel minus quàm debes nobis credendo, ne fallaris attendis: diuinis autem ſcriptu/
ris,etiam nondum perſpicue intellectis credendum eſſe nõ dubitas.Sed hanc conſideratio/
nem credendi uel non credendi,& difficultatem ſcientiæ & dubitationem æſtus & piam fi/
dem quæ diuinis debetur affatibus,in tua mente ita ut ſunt attendis & uides,nec de his o/
mnino quod apud te ita ſint,ſiue ut ego dixi,ſiue ut ipſa potius noſti aliquid ambigis. Vi/
des itaq; fidem tuam, uides dubitationem tuam, uides ſtudiũ tuum uoluntatemq; diſcen/
di,& cum autoritate diuina mouearis ad credenda quæ non uides,hæc te tamẽ credere in/
C4.17 cunctanter uides,diſtribuis & diſcernis hæc omnia. Num ergo his oculis cordis tui qui/
bus hæc omnia uera & certa eſſe contueris, ubique præſentia inuiſibiliter cernis atque di/
ſcernis, ullo modo corporeos oculos comparabis? Cum etiam de ipſis rebus uiſibilibus,
quæ corporalium oculorum acie quodammodo radiantur, & de ipſis corporeis oculis eo/
rumq; acie, qualiſcunque & quantacunque ſit quantum diſtet ab inuiſibilibus, non ex/
cellentioribus quibus etiam nobis non uiſis fidem debes, ſed ab his quæ commemoraui,
quæ non credis abſentia ſed præſentia mente contueris,non eiſdem ipſis carnis oculis ſed il/
lis interioribus iudices. Cum ergo interiores oculi iudices ſint oculorum exteriorum,iſti au
tem illis quodam officio nunciandi & in miniſterio famulentur,multaq; illi uideãt quæ iſti
non uident, nihil iſti uideant, unde illi non tanquam præſides iudicent, quis non illos iſtis
incompa/

A incõparabili æstimatiõe præponat? Quæ cum ita sint, obsecro te, cũ agitur in te ipsa hoc tã grande negociũ, cum ab exterioribus interiora distinguis, atq; illa istis ineffabiliter antepo/nis, cumq; istis foris relictis in illis intrinsecus demoraris, & ea suis quibusdam incorporali bus finibus metiẽdo iudicas, in nulla te putas, an in aliqua luce uersari? Ego enim existimo q; tanta ibi & talia, tam uera, tã clara, tam certa uideri sine luce non possunt. Ipsam ergo lu/cem in qua cũcta illa perspicis intuere, & uide utrũ ad eam possit accẽdere ullus corporeorũ radius oculorum. Profecto non potest. Attende etiam, & utrum in ea uideas ulla locorum spacia uel interualla, responde, Nihil ibi tale ut arbitror inuenis, sed uigilanter abigis ab a/spectu intimo quicquid imaginum corporalium exterioris hominis sensus inuexit. Sed for te difficile est, irruit enim de cõsuetudine corporalis uitæ, in eos quoq; interiores oculos tur/ba phantasmatum in similitudinibus corporum, cui resistere † conetur, saltem autoritate di uina, exclamaui, dolens in illa breui epistola & dixi, Audiat caro carnalibus cogitationibus ebria, Spiritus est deus. Neq; enim cuiusq; magis quàm etiam ipsam meam mentẽ ab hu/iusmodi uanitate illa increpatione compescui. Facilius quippe inclinamur ad solita, & ami/cum est infirmitati humanæ corporalem conuersationem introrsus uel mittere uel admitte re, non nisi sana consistat, sed nisi languida quodammodo, aut incumbat, aut iaceat. Proin/de si non potes aciem mentis tuæ à coporearum similitudinum quasi nubilo perspicue sere nare, eas ipsas apud teipsam uigilanter attendẽ, intuere cœlum & terram cogitando, sicut o/culis corporis cernendo cõsuesti, easq; imagines cœli & terræ quæ ante oculos cogitationis productæ sunt, uide similitudines corporum esse non corpora. Sic ergo iudica contra tei/psam pro teipsa, si non potes omnifariam corporalium qualitatũ imaginarias formas ab acie tuæ mentis abigere, & unde uinceris inde conuince. Neq; enim est ut opinor quisquam etiam talibus imaginationibus ita deditus, ut credat sic esse in memoria sua, uel in ipso con/spectu cogitationis suæ solem, lunam, stellas, amnes, maria, mõtes colles, urbes, parietes de
B nicq; domus suæ uel etiã cubiculi sui, & quicquid per oculos corporis tale cognouit & tenet, ut locorum spacijs atq; interuallis siue stent siue moueantur. Porrò si ea quæ in animo no/stro sunt corporalia locisq; simillima, non tamen locorum spacijs atque finibus continẽtur, nec interuallis localibus in nostra memoria reponuntur, quanto magis illa quæ nullam ge/runt similitudinem corporum, Charitas, gaudium, longanimitas, pax, benignitas, bonitas, fides, mãsuetudo, cõtinentia, nulla locorum spacia tenent, nulla intercapedine separanẽ, aut aliqua oculi cordis quo radios suos mittant & ea uideant interualla conquirunt? Nónne o/mnia in uno sunt sine angustia, & sine terminis nota sunt sine circuitu regionum? Aut dic in quo loco uideas charitatem, quæ tamen intantum tibi cognita est, in quantum eam potes mentis acie contueri, quam non ideo magnam nosti, quia ingentem aliquam molem conspiciendo lustrasti, nec cum tibi intus coquitur, ut secundum eam uiuas ullis perstrepit sonis, nec ut eam cernas, corporaliũ lumen erigis oculorum, nec ut eã fortiter teneas corpo ralium uires præparas lacertorum, nec cum tibi uenit in mentem, sentis eius incessum. Ecce etiam charitas quantulacunq; in nostra uoluntate consistit nobisque conspicua est, nec in loco uidetur, nec corporalibus oculis quæritur, nec circũscribitur uisu, nec tactu tenet, nec auditur affatu, nec sentitur incessu, quanto magis deus ipse cum hoc ipse in nobis est? Nã si interior homo noster quantulacunq; imago eius, non de illo genita, sed ab illo creata, quã uis adhuc renouetur de die in diẽ, iam tamẽ in tali luce habitat, quò nullus oculorũ corpora lium sensus accedit: si ea quæ in illa luce cordis oculis intuemur, & discernuntur inter se, & nullis locorum spacijs separantur: quanto magis deus qui lucem habitat inaccessibilem corporis sensibus, quò nec ipsius nisi mundi potest esse cordis accessus, non solũ iudicio ra tionis, sed amoris quoq; appetitu præposuerimus, quãdo id magis ualebimus, donec sanẽ tur omnes languores animæ nostræ ab illo qui propitius sit omnibus iniqtatibus nostris. In hac enim uiuaciore uita facti spiritales poterimus omnia dijudicare, Ibi uero à nemine dijudicari. Animalis aũt homo nõ pcipit quæ sunt spũs dei. Stultitia enim est illi & nõ po/test

Conatus opi/nor scribẽdi.

Gala. 5.

2. Cor. 4.

10. de gen. ad litterã ca. 24. 25. & 22.

C4.18 test scire quoniam spiritaliter dijudicatur. Quod si nondum possimus præferre lucem C
iudicantem,ei luci de qua iudicatur,præferre uitam intelligẽtem,uitæ tantummodo sentien
ti,præferre naturam non alibi hoc & alibi aliud,sed omnia quæ habet in uno simul haben
tem sicut est nostra intelligẽtia,ei naturæ quæ ita partibus constat,ut minus sit dimidia q̃
tota,sicuti est omne corpus,superfluo de rebus tantis ac talibus disputamus. Si autem hoc
Phil.4 iam possumus,aliquid melius q̃ intellectũ nostrũ deũ esse credamus, ut pax eius quæ ex/
cellit omnẽ intellectũ custodiat corda nostra & intelligentias nostras in Christo Iesu.Ipsa
enim pax, quæ præcellit omnẽ intellectũ,non est utiq; minor nostro intellectu,ut cũ iste sit
oculis corporalibus inuisibilis, illa putetur esse uisibilis:an aliud pax dei,aliud splẽdor dei:
cũ ipse sit unigenitus filius,cuius & illa charitas quæ supereminet scientiæ,cuius cognitione
implebimur in omnẽ plenitudinẽ dei, unde est nostræ mentis luce inferior, quæ illa illumi/
nante tribuitur? Porrò si ista inaccessibilis est oculis carnis,quanto magis illa quæ huic incó
parabiliter est supereminẽs,ac per hoc cũ sit aliqd nostrũ uisibile sicut hoc corpus, aliud ue/
ro inuisibile sicut homo interior,& cũ optimũ nostri, hoc est mẽs atq; intelligẽtia inuisibile
sit oculis corporis,quomodo id quod est melius optimo nostri,uisibile erit inferiori nostro?
C4.19 Arbitror te iam cõcedere his omnibus consideratis,recte dictum esse, quod deus nec in
loco uidetur sed mũdo corde,nec corporalibus oculis quæritur,nec circunscribitur uisu, nec
tactu tenetur,nec auditur affatu,nec sentit incessu.Et si quid in his minus intelligimus, uel
aliter sapimus, id quoq; nobis reuelabit,si in quod peruenimus,in eo ambulemus.Perueni
Ioan.1 mus autem ut credamus deũ non corpus esse sed spiritum.Peruenimus etiam ut credamus
1.Ioan.1 quod deum nemo uidit unquã, Et quod deus lux est & tenebræ in eo sunt nullæ, Et quod
Iacobi 1 apud eum nõ est commutatio,nec momenti obumbratio,Et quod lucem habitat inaccessi/
1.Timoth.6 bilem,quam nemo hominum uidit,nec uidere potest, Et quod pater & filius & spiritus san
1.Ioan.5 ctus unus deus est sine ulla diuersitate & separatione naturæ, Et q̃ similes ei erimus, quo/
1.Ioan.3 niam uidebimus eum sicuti est,Et quod deus charitas est, & qui manet in charitate in deo D
1.Ioan.4 manet & deus in illo manet, Et quod pacem & sanctificationẽ sectari debemus,sine qua ne
Heb.12 mo poterit uidere deum,Et quod corruptibile hoc & mortale corpus nostrũ in resurrectio/
1.Cor.15 ne commutabitur & induet incorruptionem atq; immortalitatem, Et quia seminatur cor/
pus animale,resurget corpus spirituale,transfigurante domino corpus humilitatis nostræ,ut
Phil.3 conforme faciat corpori gloriæ suæ,Et quod deus fecit hominem ad imaginem & similitu/
Gen.1 dinem suam,Et quod spiritu mentis nostræ renouamur in agnitione dei secundum imagi/
Eph.4 nem eius qui creauit nos.In his atq; huiusmodi scripturarum sanctarum autoritatibus per
fidem ambulantes,qui dato uel diuinitus adiuto intellectu spiritaliter profecerunt, & spiri/
talia spiritalibus comparare potuerunt,uiderunt melius uideri mente quàm corpore, & ea
uideri mente, quæ non continentur locis, nec si locorum interuallis separarentur, minora
essent in parte quàm in toto.Hinc est quod fiducialiter ille dicit,quod nec in loco deus uide
tur,sed mundo corde,nec corporalibus oculis quæritur,nec circunscribitur uisu,nec tactu te/
netur,nec auditur affatu,nec sentitur incessu. Vnde quia & indiuisibilis in scripturis sanctis
eius substantia cõmendatur,& uisus esse à pluribus per corpus & corporalibus locis in eisdẽ
autoritatibus inuenitur,aut spiritu quo corporales cernũtur imagines,per aliquam licet in/
corpoream,tamen similitudinem corporis,sicut in somnijs uel in ecstasi, secernit ille uir san
ctus,dei naturam ab huiusmodi uisionibus,easq; dicit esse quas dei uoluntas elegisset,non
quas natura formasset.Facit enim deus istas ex quibus uult,ut cui uult quando uult appa/
reat,sua latente atq; in se incõmutabiliter manente substãtia. Si enim uolũtas nostra apud
se manens & latens sine ulla sui cõmutatione per quas se utcunq; ostẽdat exprimit uoces,
quãto facilius deus omnipotens sua latẽte atq; incõmutabiliter manẽte natura, in qua uo/
luerit specie potest cui uoluerit apparere,qui ex nihilo creauit omnia atq; in se manẽs inno
C4.20 uat omnia. Ad eã uero uisionẽ qua uidebimus deũ sicuti est,mundãda corda cõmonuit.
Quia enim corpora cõsuetudine loquendi uisibilia nominantur,propterea deus inuisibilis
dicitur

A dicitur ne corpus esse credatur, non quia corda munda suæ substantiæ cõtemplatione fraudantur, cum hic summa & magna merces deum colentibus & diligentibus promittatur, dicente ipso domino, quando corporalibus oculis uisibiliter apparebat, & inuisibilem se contuendum mundis cordibus promittebat, Qui diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum, & ostendam meipsum illi. Hæc quippe natura eius æqualiter cum patre inuisibilis, sicut æqualiter incorruptibilis est, quæ sicut supra dictum est, continuatim apostolus posuit, diuinam substantiam qua potuit hominibus prædicatione commendans: quam si oculi corporales in resurrectione mutata corporum qualitate conspiciũt, uiderint qui hoc possunt astruere, me plus mouet illius sententia, qui nec in ipsa resurrectione hoc corporalibus oculis, sed mundis cordibus tribuit. Et de spiritalis quidem corporis qualitate quod resurrecturis promittitur, uel discere aliquid adhuc uel quærere non recuso, si tamen de hac re disputantes illis uitijs carere possumus, quæ plerunq; studijs humanis & concertationibus excitantur, dum supra quàm scriptum est unus pro altero inflatur aduersus alterum, ne dum altercando quærimus uestigare quomodo possit uideri deus, ipsam pacem sanctitatem q; perdamus, sine qua nemo poterit uidere deum, quod ipse auertat à cordibus nostris, ut ea suæ contemplationi munda reddat atq; custodiat. Illud tamen quia non dubito, non requiro, quod dei natura nunquam uideatur in loco. Iam utrum possit huius corporis oculis uideri aliquid quod in loco non uidetur, ab eis qui ualent differendo monstrare, cum pace dilectionis audire paratus sum, & quod me mouet in commune cõferre. Sunt enim quidam qui deum ipsum omnino corpus esse præsumunt, putantes quicquid corpus nõ est, prorsus nullam esse substantiam, Istos omnimodo auersandos cẽseo. Sunt autem alij deum quidem ipsum corpus non esse minime dubitantes, sed ideo eos qui ad uitam æternam resurgent, etiam per corpus deum uisuros putant, quoniam talem sperant spiritalis corporis qualitatem, ut etiam ipsa quæ caro fuerat spiritus fiat. Quod si ita est, quan-

B tum distet à superiori opinione, & quàm hoc sit tolerabilius etiam si uerum non sit, puto facillime iudicari. Primo quia multum interest, utrum de creatore an de creatura aliter aliquid sentiatur quàm ueritas habet. Deinde quia conatus mentis utcunq; ferendus est uolentis corpus conuertere in spiritum, non in corpus deum. Postremo quia id quod ego in illa epistola mea dixi de istis nostræ carnis oculis, quia neq; nunc possunt, neq; tunc poterunt deum uidere, etiam sic uerum est. Non enim dictum est nisi de oculis corporalibus, quod tunc non erunt si corpus ipsum spiritus erit, ac per hoc corporei oculi nũquam deum uidebunt, quia cum uidebitur, spiritus eum non corpus uidebit. Tota igitur quæstio iam remansit de corpore spiritali, quatenus induat incorruptionem & immortalitatem hoc corruptibile atq; mortale, & quatenus ex animali in spiritale mutetur. Quæ diligentius sollicitiusq; tractanda est, maxime propter corpus ipsius domini, qui transfigurat corpus humilitatis nostræ, cõforme corpori gloriæ suæ, ut possit sibi subijcere omnia. Cum enim & deus pater uideat filium & filius patrem, proculdubio non sunt audiendi qui uisionem nolunt tribuere nisi corporibus. Neq; enim dici fas est quod filium pater non uideat, aut ut & ipse uideat, corpore indutus est, si nõ nisi ad corpus pertinet uisus. Quid quod in ipso mundi exordio antequam filio esset ulla forma serui suscepta, uidit deus lucem quia bona est, & firmamentum & mare & aridam & omne fœnum atq; omne lignum, solem, lunam, stellas, reptilia animarum uiuarum, uolatilia cœli, animam uiuam, Postremo uidit deus omnia quæ fecit, & ecce bona ualde. Quod cum per quasq; scilicet creaturas scriptura totiens repetisset, miror unde nata fuerit illa opinio, qua putatum est tantum ad corpora pertinere uisionem. Quæ opinio de quocunq; loquendi more orta sit, scripturæ tamen sanctæ non sic loqui solent, quæ nisi non tantum corpori, uerumetiam spiritui, magisq; spiritui q̃ corpori tribuerent uisionem, non prophetas proprie uidentes appellauissent, qui non corpore sed spiritu etiam futura uiderunt. Sed cogitandum est ne quid insolenter audiamus, si dixerimus corpus non solum mortalitatem & corruptibilitatem, uerumetiam hoc ipsum

Ioan. 14

Audi rixator

ἀνθρωπομος φίτα.

Gen. 1

1. Reg. 9 Ca. 22

quod corpus est per gloriam resurrectionis amittere & spiritum fieri. Eo modo quippe aut c
conduplicabitur substãtia spiritus si & corpus spiritus erit, aut si uerus erit spiritus hominis
ita ut commutato & conuerso in spiritum corpore, neq; germinatione neq; incremento con
duplicetur, nec omnino ullius accessu quantitatis augeatur, metuendum est ne nihil aliud
dici uideatur, quàm corpora non illa mutatione immortalia mansura, sed nulla potius fu
tura & omnino peritura. Quapropter donec diligenti inquisitione, si dominus adiuuerit,
reperiatur quid secundum scripturas de spiritali corpore quod in resurrectione promittit,
probabilius sentiendum sit, interim nobis sufficiat quod unigenitus filius idemq; media
tor dei & hominum homo Christus Iesus, ita uidet patrem sicut uidetur à patre. Nos au
tem ad illam uisionem dei quæ nobis in resurrectione promittitur, non ex hoc mundo istã
concupiscentiam oculorum transferre conemur, sed mundandis cordibus pio studeamus
1. Cor. 13 affectu, nec corporalem faciem cogitemus, cum dicit Apostolus, Videmus nunc per specu
lum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem, præsertim quia Apostolus expressius dixit,
Nunc scio ex parte, tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum. Si ergo tunc corporali
deum facie cognoscemus, corporali eius nunc facie cogniti sumus. Tunc enim cognoscam
inquit sicut & cognitus sum. Vnde quis eum non intelligat eo loco etiam nostram faciem
2. Cor. 3 illam significare uoluisse, de qua dicit alio loco, Nos autem reuelata facie gloriam domini
speculantes, in eandem imaginem transformamur de gloria in gloriam, tanquam à domi
ni spiritu, de gloria scilicet fidei, in gloriam contemplationis æternæ? Hoc quippe agit hæc
1. Petri. 3 transformatio, qua interior homo renouatur de die in diem. De quo & Apostolus Petrus
cum eum moneret ornari, non quæ aforis inquit ornantur capillorum incrispationibus,
aut auro, aut margaritis, uel ueste preciosa, sed ille absconditus cordis homo, qui est ante
deum diues. In qua enim facie uelamen habent Iudæi non transeundo ad Christum, quo
niam cum transierit quisq; ad Christum auferetur uelamẽ, ea nos facie reuelata in eandem
imaginem transformamur. Apertissime autem dicit, uelamen super corda eorum positum D
est. Ibi est igitur facies qua reuelata nunc in fide, quamuis per speculum & in ænigmate cõ
Ca. 25 tuemur, tunc autem facie ad faciem. Quæ si approbas, tene mecum sancti uiri Ambro
sij sententiam, iam non eius autoritate, sed ipsa ueritate firmatam. Neq; enim & mihi pro
pterea placet quia per illius os potissimum me dominus ab errore liberauit, & per illius mi
nisterium gratiam mihi baptismi salutaris indulsit, tanquam plantatori & rigatori meo ni
mium faueam: sed quia de hac re & ipse hoc dixit, quod pie cogitanti & recte intelligenti
loquitur etiam ille qui incrementum dat deus. In ipsa ergo resurrectione non facile est de
Matt. 5 um uidere, nisi his qui corde sunt mundo. Et ideo beati mundo corde, quoniam ipsi deum
uidebunt. Quantos beatos iam numerauerat, & tamen uidendi his deum non promise
rat facultatem. Si ergo hi qui mundo sunt corde deum uidebunt, utiq; alij non uidebunt.
Neq; indigni deum uidebunt, neq; is qui deum uidere noluerit potest eum uidere. Nec in
loco deus uidetur, sed mundo corde: nec corporalibus oculis deus quæritur: nec circumscri
bitur uisu, nec tactu tenetur, nec auditur affatu, nec sentitur incessu, Et cum absens puta
tur, uidetur: & cum præsens est, non uidetur. Denique nec apostoli omnes Christum
Ioan. 14 uidebant, & ideo ait, Tanto tempore uobiscum sum & adhuc me non cognouistis? Qui
enim cognouit quæ sit latitudo, & longitudo, & altitudo, & profundum, & supereminẽtem
2. Cor. 5 scientiæ charitatem Christi, uidit & Christum, uidit & patrem. Nos enim iam secundum
Thren. 4 carnem non nouimus Christum, sed secundum spiritum. Spiritus enim ante faciem no
stram Christus dominus, qui nos in omnem plenitudinem dei misericordia sua implere
dignetur, ut uideri possit à nobis. Hæc uerba sancti uiri, quæ nõ carnalia sed spiritalia sunt,
inquantum intelligis, & uera esse, non quia ipse dixit, sed quia ueritas fine strepitu clamat,
agnoscis: intantum intelligis, unde adhæreas domino, teq; ipsam intrinsecus præparas in
corporalem locum mansionis eius ad audiendum silentium narrationis eius, & uidendam
inuisibilem formam eius. Beati enim mundo corde quia ipsi deum uidebunt, Non tamen

eis

A eis ſicut corpus ex aliquo loci interuallo apparebit, ſed cum uenerit ad eos & manſionem fecerit apud eos, quoniam ſic implebuntur in omnem plenitudinem dei, non tamen fuerint & ipſi plenus deus, ſed cum perfecti fuerint, pleni deo. Si autem non niſi corpora cogitamus, & nec illud ſaltem digne cogitare poſſumus, unde uel ipſa corpora cogitemus, non quæramus quid aduerſum noſipſos loquamur, ſed ab hac potius carnali conſuetudine orando, & in anteriora nos extendendo corda mundemus. Vt enim non tantum quod beatus Ambroſius, uerumetiam quod beatus Hieronymus, dicam, non ſolum patris diuinitatem, ſed nec filij quidem, nec ſpiritus ſancti, quia una in trinitate natura eſt, poſſunt oculi carnis aſpicere ſed oculi mentis. De quibus ipſe ſaluator ait, Beati mundo corde quia ipſi deum uidebunt. Nanq; ſicut alibi idem Hieronymus breuiter ac ueraciter definiuit, res incorporalis corporalibus oculis non uidetur. Has ſententias de re tanta uirorum tantorum nõ ob hoc interponere uolui, ut cuiuſq; hominis ſenſum tanquam ſcripturæ canonicæ autoritatem ſequendam arbitreris: ſed ut illi qui aliter ſapiunt conentur mente uidere quod uerum eſt, & in ſimplicitate cordis quærere deum, ne tam doctos diuinorum eloquiorum tractatores temere reprehendant. Nec te moueat quod à quibuſdam minus conſiderate dicitur, quid tunc uidebunt oculi corporales ſi deum non uidebunt? an forte cæci erunt uel ſine cauſa erunt? Neq; enim attendunt qui hæc loquuntur, quia ſi non erunt corpora, profecto non erunt illi oculi corporales. Si autem erunt corpora, erit quod uidere poſſint oculi corporales. Sed hæc iam ſatis dicta ſint, quæ ab initio huius opuſculi mei diligenter lecta & relecta conſiderans, ſine ulla fortaſſe dubitatione perſpicies, ad uidendum deum per eius auxilium, cor mundum te debere præparare. De corpore uero ſpiritali ſi dominus iuuerit, opere alio experiemur quid diſputare ualeamus.

22. de Ciuitate dei. ca. 29.

Auguſtinus Romaniano, hortans ut ocium datum bene collocet. Epiſt. CXIII.

B NON hæc epiſtola ſic inopiam chartæ indicat, ut membranas ſaltem abundare teſtetur. Tabulas eburneas quas habeo auunculo tuo cum litteris miſi. Tu enim huic pelliculæ facilius ignoſcis, quia differri non potuit quod ei ſcripſi, & tibi non reſcribere etiam ineptiſſimum exiſtimaui. Sed tabellas ſi quæ ibi noſtræ ſunt, propter huiuſmodi neceſſitates, mittas peto. Scripſi quidem de catholica religione quantum dominus dare dignatus eſt, quod tibi uolo ante aduentum meum mittere, ſi charta interim non deſit. Tolerabis enim qualemcunq; ſcripturam ex officina † maiorum. De codicibus præter libros de oratore, totum mihi excidit. Sed nihil amplius reſcribere potui quàm ut ipſe ſumeres quos liberet, & nunc in eadem maneo ſententia. Abſens enim quid plus faciam non inuenio. Gratiſſimum mihi eſt, quod in ultima epiſtola me participem domeſtici tui gaudij facere uoluiſti. Sed, me ne ſalis placidi uultum fluctusq; quietos Ignorare iubes, quanquam nec me iubes, nec ipſe ignoras. Quare ſi ad melius cogitandum quies aliqua data eſt, utere diuino beneficio. Nec enim debemus nobis cum iſta proueniunt, ſed illis per quos iſta proueniunt gratulari, quoniam iuſta & officioſa, & pro ſuo genere pacatior atq; tranquillior rerum temporalium adminiſtratio recipiendorum æternorum meritum gignit, ſi non teneat cum tenetur, non multiplicet cum multiplicatur, ſi nõ cum pacatur inuoluat. Ipſius enim ueritatis ore dictum eſt, Si in alieno fideles non fuiſtis, quod ueſtrum eſt quis dabit uobis? Laxatis ergo curis mutabilium rerum, bona ſtabilia & certa quæramus, ſuperuolemus terrenis operibus noſtris. Nam in mellis copia, non fruſtra pennas habet apicula, nectit enim hærentem.

1. Retra. 12

forte meorũ.

Virg. 5. ænei.

Luc. 16.

Nebridius Auguſtino, deplorans illum quod nimium interpelletur ciuium negocijs ab ocio contemplationis. Epiſtola. CXIIII.

C ITA ne eſt mi Auguſtine, fortitudinem ad tolerantiam negocijs ciuium præſtas, necdum tibi redditur illa exoptata ceſſatio? Quæſo qui te tam bonum homines interpellant, credo qui neſciunt quid ames, quid concupiſcas? Nullus ne tibi eſt

amicorum qui eis amores referat tuos? Nec Romanianus nec Lucianus? Me certe audi- C
ant. Ego clamabo, ego teſtabor te dominum amare, illi ſeruire atq; inhærere cupere. Vel-
lem ergo te in ius meum uocare, ibiq; acquieſcere. Non enim timebo me ſeductorem tuũ
dici ciuibus tuis, quos nimium amas, & à quibus nimium amaris.

Auguſtinus Nebridio, quomodo motus animi noſtri à ſpiritibus ſentiantur, & ab iis quomodo afficiantur. Et unde motus iræ, de differentijs inſenſibilibus, de idea rerum. Hæc epiſtola ſic erat deprauata, ut planè diuinandum eſſet aliquot locis. Non uidetur fuiſſe iuſta epiſtola, ſed fragmenta ſparſim annotata litteris Nebridij. Epiſtola. CXV.

QVANQVAM mei animi cognitor ſis, fortaſſe tamen ignoras quãtum uelim præſentia tui frui. Verum hoc tam magnum beneficium deus quandoq; præ-
ſtabit. Legi rectiſſimam epiſtolam tuam, in qua de ſolitudine quæritus es,
& quadam deſertione à familiaribus tuis, cum quibus uita dulciſſima eſt. Sed
quid aliud hic tibi dicam, niſi quod te non dubito facere. Confer te ad tuum animum, & il-
lum in deum leua quantum potes. Ibi enim certius habes & nos, non per corporeas imagi
nes, quibus nunc in noſtra recordatione uti neceſſe eſt, ſed per illam cogitationem qua in-
telligis non loco eſſe nos ſimul. Epiſtolas tuas cum conſiderarem, quibus non dubium tibi
quærenti magna reſpondi, uehementer me illa terruit qua percunctaris quó fiat, ut nobis
à ſuperioribus poteſtatibus uel à dæmonibus & cogitationes quædã inſerãtur & ſomnia.
Magna enim res eſt, cui tu quoq; pro tua prudentia perſpicis, non epiſtola, ſed aut præſen
ti collocutione, aut aliquo libello reſpondendum eſſe. Tentabo tamen callens ingenio tuo
alis cætera quædam quæſtionis huius lumina præſeminare, ut aut †certa tecum ipſe cõtexas, aut poſſe
ad rei tantæ probabilem inueſtigationem perueniri minime deſperes. Arbitror enim oẽm
motum animi aliquid facere in corpore. Id autem uſq; ad noſtros exire ſenſus, tam hebe-
3. de Gen. ad litterã. ca. 9. & 10. & 11. tes tamq; tardos, cum ſint maiores animi motus, uelut cum iraſcimur, aut triſtes, aut gau-
dentes ſumus. Ex quo licet conijcere, cum etiam cogitamus aliquid, neq; id nobis in noſtro D
Angeli animantia. corpore apparet, tamen poſſe aëreis æthereisue animantibus, quorum & ſenſus acerrimus,
& in cuius comparatione noſter ne ſenſus quidem putandus eſt. Igitur ea quæ ut ita di-
cam ueſtigia ſui motus animus figit in corpore, poſſunt & manere & quendam quaſi habi
tum facere, quæ latenter cum agitata fuerint & contrectata, ſecundum agitantis & contre-
ctantis uoluntatem, ingerunt nobis cogitationem & ſomnia, atq; id fit mira facilitate. Si
enim noſtrorum corporum terrenorum & tardiſſimorum exercitationes, agendis organis
muſicis ſeu in funambulo, cæteriſq; huiuſmodi ſpectaculis innumerabilibus ad quædã in-
2. de Gen. ad litterã ca. 12. & 14. & 17 credibilia perueniſſe manifeſtum eſt, nequaq; eſt abſurdum, eos qui aereo uel æthereo cor
pore aliquid in corporibus agunt, quæ naturali ordine penetrant, longe maiore uti facilita-
te ad mouendum quicquid uolunt, non ſentientibus nobis, & tamẽ inde aliquid perpetien
tibus. Neq; enim etiam quum fellis abundantia nos ad iram crebriorem cogat ſentimus,
& tamen cogit cum hæc ipſa quam dixi abundantia facta ſit iraſcentibus nobis. Sed hoc
tamen ſi non uis ſimile à nobis prætereunter accipere, uerſa id cogitatione quantum potes.
Nam ſi animo exiſtat aſſidue aliqua difficultas agendi atq; implendi quod cupit, aſſiduc
iraſcimur. Ira eſt autem quantum mea fert opinio, turbulentus appetitus auferendi ea
quæ facilitatem actionis impediunt. Itaq; plerunq;, non hominibus tantum, ſed calamo
iraſcimur in ſcribendo eumq; colliditmus atq; frangimus, Et aleatores teſſeris & pictores
penicillo & cuiq; inſtrumento quilibet ex quo difficultatem ſe pati arbitratur. Hac autem
aſſiduitate iraſcendi fel creſcere etiam medici affirmant. Cremento autem fellis rurſus & fa
cile ac propè nullis cauſis exiſtentibus iraſcimur. Ita quod ſuo motu animus fecit in corpo
re, ad eum rurſus cõmouendum ualebit. Poſſunt latiſſime iſta tractari, & multis rerum te-
ſtimonijs ad certiorem plenioremq; perduci noticiam. Sed huic epiſtolæ adiunge illam
quam tibi nuper de imaginibus & de memoria miſi, & eam diligentius pertracta. Nam
minus plene à te intellecta reſcripto tuo mihi apparuit. Huic ergo quam nunc legis, cum
adiunxeris

A adiunxeris de illa quod dictum ibi est de naturali quadam facultate animi minuētis & au
gentis cogitatione quidlibet: fortasse etiam formæ corporum quas nūquam uidimus uel
cogitando apud nos uel somniando figurantur, tametsi actus animi nullo modo est his
quas uidemus comparandus. Si autem animum ita ut æquum est, animo conferas, magis
idem uel cogitare uel contemplari, aut si aliquid aliud commodius dicitur, si ullus eis ineſt
animus, sidera quàm homines considerandа sunt. Cæterum in corporum motibus, si ut so
les diligenter attēdas, nihil omnino à duobus idem fieri potest. An tu cum deambulamus
simul statim idem nos agere existimas? absit à prudētia tua. Septentrioni nanq; uicinior
nostrum qui deambulat, aut alterum pari motu antecedat, aut tardius ingrediatur necesse
est, neutrum tamen sentiri potest. Sed tu ni fallor quid intelligamus non quid sentiamus
expectas. Quod si ab axe in meridiem tendamus, coniuncti nobis atq; inhærentes quan
tum ualemus, innitamurq; marmori leui & æquali uel etiam ebori, tamen non magis po
test esse amborum idem motus, quàm uenæ pulsus, quàm forma, quàm facies. Remoue
nos & pone illam prolem, nihil egeris, quippe hic etiam si in illis geminis tanta est necessi
tas ut prope moueantur, quanta fuit ut singuli nascerentur. At enim hoc inquies ratione
tantum, quod autem sol ab astris differt, sensibus etiam clarum atq; manifestum, si magni
tudinem me cogis respicere. Nosti de interuallis quàm multa dicantur & ad quàm incer
tum perspicuitas ista reuocetur. Sed ut concedam illa esse ut apparent, sic enim & credo, cu
ius tandem & sensum fefellit illa proceritas† ne septem pedes longiores quanquam sex lon
giſſima, cui te credo hominem æqualem, cum minime reperisses usq; in eius formam no
stram epistolam tendere uoluisse. Quare cum in terris quoq; tale aliquid existat, nihil de
cœlo puto esse mirandum. Si autem te mouet, quod præter solem nullius sideris lumen im
plet diem, quis quæso de hominibus tantus apparuit, quantus homo ille, quem deus su
scepit longe aliter quàm cæteros sanctos atq; sapientes? Quem si cum alijs hominibus
B conferas, maiore distantia continetur, quàm collatione solis cætera sidera. Quam sanè
similitudinem diligenter intuere. Fieri enim potest mente qua extolleris, ut quandam quæ
stionem de homine Christo ad id propositam transeunter dissoluerimus. Item quæris,
utrum summa illa ueritas & summa sapientia, forma rerum, per quam facta sunt omnia,
quam filium dei unicum sacra nostra prophetantur, generaliter hominis, an etiam uniuſ
cuiusq; nostrum rationem contineat? Magna quæstio, Sed mihi uidetur quod ad homi
nem faciendum attinet, hominis quidem tantum, non meam uel tuam ibi esse rationem.
Quod autem ad orbem temporis, uarias hominum rationes in illa synceritate uiuere. Ve
rum hoc cum obscuriſſimum sit, qua similitudine illustrari possit ignoro, nisi forte ad artes
illas quæ sunt in animo nostro confugiendum. Nam in disciplina metiendi una est anguli
ratio, alia quadrati. Itaq; quotiens demonstrare angulum uolo, non nisi una ratio anguli
mihi occurrit. Sed quadratum nequaquam scriberem, nisi quatuor simul angulorum ra
tionem intuerer. Ita quilibet homo una ratione qua homo intelligitur factus est, at ut po
pulus fiat, quamuis & ipsa una ratio, nō tamen hominis ratio, sed hominum. Si ergo pars
huius uniuersi est Nebridius sicut est, & omne uniuersum partibus constat, non potuit uni
uersi conditor deus, partium rationem non habere. Quamobrem quod prima hominum
ibi ratio est, non ad ipsum hominem pertinet, quanquam miris rursum modis ad unum
omnia redigantur. Sed tu id commodius cogitabis. His contentus sis interim peto, quan
quam non excesserim ueniam.

Forte sic legē dum. proceritas septem pedibus lōgior, quanquā sex longiſſima.

Augustinus Nebridio, de conuictu & secessu altissimo à tumultu rerum mundanarum, ac tranquillitate mentis. Erat & hæc deprauatissima. Epistola CXVI.

NVNQVAM æque quicquam tuarum inquisitionum me in cogitando tenuit æstuantem, atq; illud quod recentissimis litteris tuis legi, ubi nos arguis, quod consulere negligamus, ut unà nobis uiuere liceat. Magnum crimen, & nisi fal

sum esset, periculosissimum. Sed cum probabilis ratio demonstrare uideatur, hic nos po C
tius q̃ Carthagini uel etiam ruri ex sententia posse degere, quid tecum agam mi Nebridi,
prorsus incertus sum. Mittatur ne ad te accommodatissimũ tibi uehiculum, nam bastarna
innoxie te uehi posse noster Lucinianus autor est. At matrem cogito, ut quæ absentiam sa
ni non ferebat, imbecilli multominus esse laturam. Veniam ne ipse ad uos? At hic sunt qui
neq; uenire mecum queant, & quos deserere nefas putem. Tu enim potes & apud tuã men
tem suauiter habitare, hi uero ut idem possint satagitur. Eam ne crebro & redeam, & nunc
tecũ, nũc cum ipsis sim? At hoc neq; simul neq; ex sententia uiuere est. Nõ enim breuis est
uia, sed tanta omnino cuius peragendæ negocium sæpe suscipere, non sit ad optatum ociũ
peruenisse. Huc accedit infirmitas corporis, qua ego quoq; (ut nosti) non ualeo quod uo/
lo, nisi omnino desinam quicquam plus uelle quàm ualeo. Profectiones ergo quas quie/
Als linea tas & felices habere nequeas, per totam cogitare uitam, nõ est hominis de † illa una ultima
quæ mors uocatur cogitantis, de qua uel sola intelligis uere esse cogitandũ. Dedit quidem
deus paucis quibusdam, quos gubernatores ecclesiarum esse uoluit, ut & illam non solum
expectarent fortiter, sed alacriter etiam desiderarent, & earum obeundarum labores sine
ullo angore susciperẽt: sed neq; his qui ad huiusmodi administrationes temporalis hono/
ris amore raptantur, neq; rursum his qui cum sint priuati, negociosam uitam appetũt, hoc
tantum bonum concedi arbitror, ut inter strepitus inquietosq; conuentus atq; discursus
cum morte familiaritatem quam quærimus faciant, deificari enim utrisq; in ocio licebat.
Aut si hoc falsum est, ego sum omnium ne dicam stultissimus, certe ignauissimus, cui nisi
proueniat quædam secura cessatio, syncerum illud bonum gustare atq; amare nõ possum.
Magna secessione à tumultu rerum labentium, mihi crede, opus est, ut non duricia, non au
dacia, non cupiditate inanis gloriæ, non superstitiosa credulitate fiat in homine, nihil time/
re: Hinc enim fit illud etiam solidum gaudium, nullis omnino lætitijs ulla ex particula con
ferendum. Quod si in naturam humanam talis uita non cadit, cui aliquando euenit ista D
securitas, cur tanto euenit crebrius, quanto quis in mentis penetrabilibus adorat deum?
cur in actu etiam humano plerunq; ista tranquillitas manet, si ex illo adyto ad agendum
quisq; procedat? cur interdum & cum loquimur mortem non formidamus, cum autẽ non
loquimur etiam cupimus? Tibi dico, non enim hoc cuilibet diceretur, tibi inquam dico, cu/
ius itinera in superna bene noui, tu ne, cum expertus sæpe sis quàm dulce uiuat, cum amo/
ri corporeo animus moritur, negabis tandem totam hominis uitam posse intrepidam fie/
ri, ut rite sapiens nominetur, aut hanc affectionem qua ratio nititur tibi accidisse unquam,
nisi cũ intimis agereris asserere audebis? Quæ cum ita sint, restare unum uides, ut tu quoq;
in commune consulas, quo uiuas simul. Quid enim cum matre agendum sit, quam certe
frater Victor non deserit, tu multo melius calles quàm ego. Alia scribere, ne te ab ista cogi/
tatione auerterem, nolui.

Augustinus Nebridio, significans ei, quantum profecerit in secessu, contemplatione re/
rum æternarum. Epistola. CXVII.

MIRVM admodum est quàm mihi præter spem euenerit, quod cum requiro
quibus epistolis tuis mihi respondendum remanserit, unam tantum inueni,
quæ me adhuc debitorem teneret, qua petis, ut tanto nostro ocio, quantum
† esse arbitraris tecũ aut nobiscũ cupis, indicemus tibi quid insensibilis atq; in
Sic legendum arbitror, esse aut nobiscum arbitraris aut tecum cupis telligibilis naturæ discernentia profecerimus. Sed non arbitror occultũ tibi esse, si falsis opi
nionibus quanto quisq; inseritur, tanto magis in eis familiariusq; uolutatur, multo id faci
lius in rebus ueris animo accidere. Ita tñ paulatim in perfectũ hominẽ ꝓficimus. Quippe
cum plurimum inter puerum & iuuenem distet, nemo à puericia quotidie interrogatus se
aliquando iuuenem dicet. Quod nolo in eam partem accipias, ut nos in his rebus quasi
ad quandam mentis iuuentutem firmioris intelligentiæ robore peruenisse existimes. Pueri
enim

A enim,sed ut dici assolet,forsitan belli,& nō mali. Nam plerunq; perturbatos & sensibilium plagarum curis refertos, illa tibi notissima ratiuncula, in respirationem leuat,mentem atq; intelligentiam oculis & hoc uulgari aspectu esse meliorem,quod non ita esset,nisi magis essent illa quæ intelligimus, quàm ista quæ cernimus. Cui ratiocinationi utrum nihil ualide inimicum sit,peto mecum cōsideres.Hac ego interim recreatus,cum dei in auxilium deprecatione & in ipsum & in ea quæ uerissime uera sunt attolli cœpero, tanta nonnunquam rerum manentium præsumptione compleor,ut miter interdum illa mihi opus esse ratiocinatione,ut hic esse credam,quæ tanto insunt præsentia quanto sibi quisque sit præsens. Recole tu quoque,nam te fateor huius rei esse diligentiorem, ne quid forte nescienscscripti adhuc debeam.Nam mihi non facit fidem tam multorum onerum quæ aliquando numerauerā,tam repentina depositio, quamuis te accepisse litteras meas non dubitem, quarum rescripta non habeo.

Augustinus Ianuario respondet docens quid agendum sit in his in quibus regionum aut ecclesiarum consuetudines uariant,& in quibus consentiunt,Puta de sacramētis, festis diebus,ieiunio & eucharistia. Epist. CXVIII

DILECTISSIMO filio Ianuario,Augustinus in domino salutē. Ad ea quæ me interrogasti, mallem prius nosse quid interrogatus ipse responderes. Ita enim uel approbādo uel emendando responsiones tuas multo breuius possem respōdere,& te facillime aut confirmare aut corrigere. Hoc quidem ut dixi mallem . Sed tamen ut nunc responderem, malui longiorem facere sermonem quàm dilationem. Primo itaque tenere te uolo quod est huius disputationis caput, dominum nostrum Iesum Christum,sicut ipse in Euangelio loquitur,leni iugo suo nos subdidisse & sarcinæ leui,Vnde sacramētis numero paucissimis,obseruatione facillimis,significatione præstantissimis,societatem noui populi colligauit, sicuti est baptismus trinitatis nomine consecratus, B communicatio corporis & sanguinis ipsius,& si quid aliud in scripturis canonicis commendatur,exceptis his quæ seruitutem populi ueteris pro congruentia cordis illorum & prophetici tēporis onerabant,quæ & in quinq; libris Moysi leguntur.Illa autē quæ non scripta sed tradita custodimus,quæ quidē toto terratū orbe obseruātur,datur intelligi,uel ab ipsis apostolis, uel plenarijs concilijs, quorum est in ecclesia saluberrima autoritas, commēdata atq; statuta retineri,sicuti quod domini passio,& resurrectio,& ascensio in cœlum,& aduētus de cœlo spiritussancti,anniuersaria solennitate celebrātur,Et si quid aliud tale occurrerit quod seruatur ab uniuersis quacunque se diffundit ecclesia. Alia uero quæ per loca terrarum regionesq; uariantur,sicuti est quod alij ieiunant sabbato,Alij uero nō:Alij quotidie communicant corpori & sanguini dominico,Alij certis diebus accipiunt: Alibi nullus dies intermittitur quo non offeratur,Alibi sabbato tantum & dominico,Alibi tantum dominico,Et si quid aliud huiusmodi animaduerti potest,totum hoc genus rerū liberas habet obseruationes,Nec disciplina ulla est in his melior graui prudentiq; Christiano,quàm ut eo modo agat quo agere uiderit ecclesiam ad quancunque forte deuenerit. Quod enim neq; contra fidem,neque contra bonos mores iniungitur,indifferenter est habendum,& pro eorum inter quos uiuitur societate seruandum est.Credo te aliquando ex me audisse,sed tamen etiā nunc commemoro.Mater mea Mediolanum me consecuta,inuenit ecclesiam sabbato non ieiunantem,cœperat perturbari & fluctuare quid ageret, Tunc ego talia non curabam,sed propter ipsam consului de hac re beatissimæ memoriæ uirum Ambrosium,Respōdit se nihil docere me posse,nisi quod ipse faceret,quia si melius nosset,id potius obseruaret. Cumq; ego putassem,nulla reddita ratione autoritate sola sua nos uoluisse admonere ne sabbato ieiunaremus, subsecutus est,& ait mihi, Cum Romā uenio ieiuno sabbato,cum hic sum nō ieiuno,Sic etiam tu,ad quam forte ecclesiam ueneris eius morem serua,si cuiquam nō uis esse scandalo nec quēquam tibi.Hoc cum matri renunciassem,libenter amplexa est.

2.Retract.20 Ca.1

Matth.11 Iugū χρηστόν

Sacramenta duo præcipua

Dist.12,illa

Festa pauciss ima.

Cap. 2 De ecclesiasticis dogmatibus cap.22.

Consuetudo.

Ego uero de hac ſententia etiam atq; etiam cogitans, ita ſemper habui, tanq; eam cœleſti C.
oraculo ſuſceperim. Senſi enim ſæpe dolens & gemens multas infirmorum perturbationes
fieri, per quorundam fratrum contentioſam obſtinationem & ſuperſtitioſam timiditatem
qui in rebus huiuſmodi quæ neq; ſcripturæ ſanctæ autoritate, neq; uniuerſalis eccleſiæ tra-
ditione, neq; uitæ corrigendæ utilitate ad certum poſſunt terminum peruenire, tãtum quia
ſubeſt qualiſcunq; ratiocinatio cogitantis, aut quia in ſua patria ſic ipſe conſueuit, aut quia
ibi uidit ubi peregrinationem ſuam, quo remotiorem à ſuis, eo doctiorem factam putat,
C4.3 tam litigioſas excitant quæſtiones, ut niſi quod ipſi faciunt, nihil rectum exiſtiment. Di-
Euchariſtia xerit aliquis non quotidie accipiendam euchariſtiam. Quæſieris quare? Quoniam inquit
eligendi ſunt dies quibus purius homo continentiuſq; uiuit, quo ad tantum ſacramen-
tum dignus accedat. Qui enim manducauerit indigne, iudicium ſibi manducat & bibit.
Alius contra, Immo inquit, ſi tanta eſt plaga peccati, atq; impetus morbi ut medicamenta
talia differenda ſint, autoritate antiſtitis debet quiſq; ab altario remoueri ad agendam
pœnitentiam, & eadem autoritate reconciliari. Hoc eſt enim indigne accipere, ſi eo tempo-
re accipiat quo debet agere pœnitentiam, non ut arbitrio ſuo cum libet, uel auferat ſe com
munioni uel reddat. Cæterum ſi peccata tanta non ſunt, ut excommunicandus quiſquam
homo iudicetur, non ſe debet à quotidiana medicina dominici corporis ſeparare. Rectius
inter eos fortaſſe quiſquam dirimit litem, qui monent præcipue in Chriſti pace permane-
ant. Faciat autem unuſquiſq; quod ſecundum fidem ſuam pie credit eſſe faciendum. Neu-
ter enim eorum exhonorat corpus & ſanguinem domini, ſi ſaluberrimum ſacramentum
certatim honorare contendunt. Neq; enim litigauerunt inter ſe, aut quiſquam eorum ſe
Luc.19 alteri præpoſuit. Zacheus & ille centurio, cum alter eorum gaudens in domum ſuam ſuſce-
Matt.8 perit dominum, alter dixit, Non ſum dignus ut intres ſub tectum meum: Ambo ſaluato-
rem honorificantes diuerſo & quaſi contrario modo, ambo peccatis miſeri, ambo miſeri-
cordiam conſecuti. Valet etiam ad hanc ſimilitudinem quod in primo populo unicuiq; D
manna ſecundum propriam uoluntatem in ore ſapiebat, ſic in ore cuiuſq; chriſtiani ſacra-
mentum illud quomodo ſumatur æſtimandum. Nam & ille honorando non audet quo-
tidie ſumere, & ille honorando non audet ullo die prætermittere. Contemptum ſolum nó
uult cibus ille, ſicut manna faſtidium. Inde enim & apoſtolus indigne dicit acceptum ab eis
1.Cor.11 qui non diſcernebãt à cæteris cibis uenerationem ſingulariter debitã. Continuo quippe cum
dixiſſet, Iudicium ſibi manducat & bibit, addidit ut diceret, Non dijudicans corpus, quod
C4.4 ſatis toto ipſo loco in epiſtola ad Corinthios prima, ſi diligẽter attendatur apparet. Sit
aliquis peregrinus in eo forte loco ubi perſeuerantes in obſeruatione quadrageſimæ, nec
Ieiunium. quinta ſabbati lauant relaxantq; ieiunium, Non inquit hodie ieiunabo. Quæritur cauſa,
Quia non fit inquit in patria mea, Quid aliud ille niſi conſuetudinem ſuam conſuetudini
alterius præponere conatur? Non enim mihi de libro dei hæc recitaturus eſt, aut uniuer-
ſæ quacunq; dilatatur eccleſiæ plena uoce certabit, aut oſtendet iſtum contra fidem face-
re, ſe autem ſecundum fidem, moresq; hinc optimos aut illum uiolare, aut ſe cuſtodire con
uincet. Violant ſanè quietem & pacem ſuam de ſuperflua quæſtione rixando. Mallem ta
men in rebus huiuſmodi ut & ille in huius & hic in illius patria ab eo quod cæteri faciunt
non abhorreret. Si uero etiam in aliena patria cum peregrinetur ubi maior & frequentior
eſt populus dei, uidit, uel ubi gratia, bis offerri quinta ſabbati hebdomadæ ultimæ quadra-
geſimæ & mane & ad ueſperam, ueniensq; in patriam ſuam ubi ſine diei mos eſt offerri,
male illiciteq; fieri contendat, quoniam alibi aliter ipſe uiderit, puerilis eſt ſenſus ille, ca-
C4.5 uendus in nobis, tolerandus & corrigendus in noſtris. Prima ergo inquiſitio tua quam
in commonitorio poſuiſti, ex quo trium iſtorum genere ſit attende. Quæris enim his uer-
Euchariſtia bis, quid per quintam feriam ultimæ hebdomadis paſchæ fieri debeat, An offerendum ſit
bis in die. mane, & rurſus poſt cœnam, propter illud quod dictũ eſt, Similiter poſtquam cœnatum
eſt, An

A est, An ieiunandum, & post cœnam tantum modo offerendum, An etiam ieiunandum & post oblationem sicut facere solemus cœnandum. Ad hæc itaq; ita respondeo, ut quid horum sit faciendum si diuinæ scripturæ præscribit autoritas, non sit dubitandum quin ita facere debeamus ut legimus, ut iam non quomodo faciendum, sed quomodo sacramentum intelligendum sit disputemus. Similiter etiam si quid horum tota die per orbem frequentat ecclesia, Nam hoc quin ita faciendũ sit disputare insolẽtissimæ insaniæ est. Sed neq; hoc neq; illud est in eo quod tu quæris. Restat igitur ut de illo tertio genere sit quod per loca regionesq; uariatur. Faciat ergo quisq; quod in ea ecclesia in quã uenit inuenerit. Nõ enim quicquã eorũ contra fidem sit, aut contra mores, hinc uel inde meliores. His enim causis, id est, aut propter fidẽ, aut propter mores, uel emẽdari oportet quod perperam fiebat, uel institui quod non fiebat. Ipsa quippe mutatio cõsuetudinis etiam quæ adiuuat utilitate, noxia est. Nec ideo putari debet institutũ esse multis locis ut illo die post refectionem offeratur, quia scriptum est identidem, Et calicem accipiens post cœnam dicens, & cætera. Ipsam enim potuit appellare cœnam, qua iam corpus acceperant, ut deinde calicem acciperent. Apostolus nanque alibi dicit: Conuenientibus ergo uobis in unum, non est dominicam cœnam manducare, hanc ipsam acceptionem eucharistiæ dominicam cœnam uocans. 1. Cor. 11 Ca. 6

Illud magis mouere potuit homines, utrum iam refecti die illa uel offerrent uel sumerent eucharistiam, quod in Euangelio dicitur: Cum autem illi manducarent, accepit Iesus panem & benedixit, cum etiam superius dixisset, Cum sero factum esset, recumbebat cum duodecim, & manducantibus eis dixit, quoniam unus ex uobis me tradet. Post enim tradidit sacramẽtum, Et liquido apparet, quando primum acceperunt discipuli corpus & sanguinem domini, non eos accepisse ieiunos. Nunquid tamen propterea calumniandum est uniuersæ ecclesiæ quod à ieiunis semper accipitur? Ex hoc enim placuit spirituisancto, ut in B honorem tanti sacramenti in os Christiani prius dominicum corpus intraret quàm exteri cibi. Nam ideo per uniuersum orbem mos iste seruatur. Neq; enim quia post cibos dedit dominus, propterea pransi aut cœnati fratres ad illud sacramẽtum accipiendum conuenire debent, aut sicut faciebant quos apostolus arguit & emẽdat, mensis suis ista miscere. Nanq; saluator quo uehementius commendaret mysterij illius altitudinẽ, ultimum hoc uoluit infigere cordibus & memoriæ discipulorum, à quibus ad passionem digressurus erat. Et ideo non præcepit quo deinceps ordine sumeretur, ut apostolis per quos ecclesias dispositurus erat seruaret hunc locum. Nam si hoc ille monuisset ut post cibos alios semper accipere/tur, credo quod eum morem nemo uariasset. Cum uero ait apostolus de hoc sacramento loquẽs: Propter quod fratres cum cõuenitis ad manducandum, inuicem expectate, Si quis esurit domi manducet, ut non ad iudicium conueniatis, statim subtexuit, Cætera autem cum uenero ordinabo. Vnde intelligi datur, quia multum erat, ut in epistola totum illum agendi ordinem insinuaret quem uniuersa per orbem seruat ecclesia, ab ipso ordinatum esse quod nulla morum diuersitate uariatur. Sed nonnullos probabilis quædam ratio delectauit, ut uno certo die per annum quo ipsam cœnam dominus dedit, tanquam ad insigniorem commemorationem post cibos offerri & accipi liceat corpus & sanguis domini. Honestius autem arbitror ea hora fieri, ut qui etiam ieiunauerit, post refectionem quæ hora nona fit, ad oblationem possit occurrere. Quapropter neminem cogimus dominica illa cœna prandere, sed nulli etiam contradicere audemus, hoc tamen non arbitror institutum, nisi quia plures & propè omnes in plerisque locis eo die cœnare consueuerunt. Et quia nonnulli etiam ieiunium custodiunt, mane offertur Christo propter prandentes, quia ieiunia simul & lauacra tolerare non possunt, ad uesperam uero propter ieiunantes. Si autem quæris, cur etiam lauandi mos ortus sit, Nihil mihi de hac re cogitanti probabilius occurrit, nisi quia baptizandorum corpora per obseruationem quadragesimæ sordidata, cum offensione sensus ad fontem tractarentur, nisi aliqua die lauarẽtur. 1. Cor. 11 Ca. 7 De conse. dis. 2. liquido. 4. senten. dis. 8 ca. hic aut.

uarentur. Istum autem diem potius ad hoc electum quo cœna dominica anniuersarie celebratur. Et quia cõcessum est hoc baptismum accepturis, multi cum his lauare uoluerunt iunium q relaxare. His ut potui disputatis, moneo, ut ea quæ prælocutus sum serues quantum potes, ut decet ecclesiæ prudentem ac pacificum filium. Alia quæ interrogasti, si deus uoluerit alio tempore expediam.

Augustinus Ianuario, copiosius differens de ritibus ecclesiæ, uel his quos negligi nefas est, uel his, qui pro tempore locoq; seruari possunt, aut omitti, uel his, qui tollendi sunt, si citra maius incommodum liceat. Has duas epistolas Augustinus recenset inter libros, ob hanc prolixiorem.

Epistola CXIX.

Ca.1 IECTIS litteris tuis, ubi me commonuisti ut debitum redderem de residuis enodandis quæstionibus, quas iam longe ante quæsiueras, gratissimum mihiq; charissimum desiderium studij tui amplius tolerare non potui, & quamuis in medijs aceruis occupationum mearum, hãc feci præcipuã, ut ad ea quæ me interrogasti responderem tibi. Diutius autem de tua epistola disputare nolo, ne hoc ipsum me impediat iam tandem redhibere quod debeo. Quæris quæ causa sit, cur anniuersarius dies celebrandæ dominicæ passionis, non ad eundem redeat anni diem, sicut dies qua traditur natus. Et deinde subiungis, si hoc sit propter sabbatum & lunam, quid sibi uelit in hac re obseruatio sabbati & lunæ. Hic primum oportet, ut noueris diem natalem domini, non in sacramento celebrari, sed tantum in memoriam reuocari quod natus sit, ac per hoc nihil opus erit, nisi reuolutum anni diem quo ipsa res acta est, festa deuotione significari. Sacramentum est autem in alia celebratione, cum rei gestæ ita rememoratio fit, ut aliquid etiam significari intelligatur, quod sancte accipiendum est. Eo itaq; modo agimus

Quæstio prima de natali Christi.

Pascha

pascha, ut non solum in memoriam quod gestum est reuocemus, id est, quod mortuus est Christus & resurrexit, sed etiam cætera quæ circa ea attestantur ad sacramenti significationem nõ omittamus. Quia enim sicut dicit apostolus, Mortuus est propter delicta nostra,

Rom.4

& resurrexit propter iustificationem nostram, Transitus quidem de morte ad uitam in illa passione domini & resurrectione sacratus est. Nam etiam uocabulum ipsum quod pascha dicitur, non græcum, sicut uulgo uideri solet, sed hebræum esse dicunt, qui linguam utranq; nouerunt. Neq; enim à passione, quoniam græce πάθημ dicitur pati, sed ab eo quod transitur ut dixi de morte ad uitam hebræo uerbo res appellata est. In quo eloquio pascha transitus dicitur, sicut perhibent qui hoc sciunt, Quod uoluit & ipse dominus tangere cũ dicit,

Ioan.5 Qui credit in me transiet de morte ad uitam. Et maxime idem euangelista hoc exprimere uoluisse intelligitur, cum celebraturo domino pascha cum discipulis suis, ubi cœnã eis mysticam dedit, Cum uidisset inquit Iesus quia uenit eius hora ut transiret de mundo ad patrem. Transitus ergo de hac uita mortali in aliã uitam immortalem, hic est enim de morte

Ioan.13

Ca.2 ad uitam, in passione & in resurrectione dñi commẽdatur. Hic transitus à nobis modo agitur per fidem quæ nobis est in remissionem peccatorum, in spem uitæ æternæ diligenti bus deum & proximum, quia fides per dilectionem operatur, & iustus ex fide uiuit. Spes

Gal.5 *Abac.2* autem quæ uidetur non est spes, Quod enim uidet quis quid sperat? Si aũt quod nõ uidemus speramus, per patientiam expectamus, secundũ hanc fidem, & spem & dilectionem

Rom.8

qua cœpimus esse sub gratia, iam cõmortui sumus cũ Christo, & consepulti illi per baptismũ, sicut dicit apostolus, Quia & uetus homo noster simul cõfixus est cruci cũ illo, & resurreximus cũ illo, quia simul nos excitauit, & simul sedere fecit in cœlestibus. Vnde est & illa

Rom.6

Col.3 exhortatio, Si aũt resurrexistis cum Christo quæ sursum sunt quærite, ubi Christus est ad dexteram dei sedẽs, quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. Sed quia sequitur & dicit, Mortui enim estis & uita uestra abscondita est cum Christo in deo, cum Christus apparuerit uita uestra, tunc & uos apparebitis cum illo in gloria, satis indicat quid uelit intelligi, quia tũc transitus noster de morte ad uitam qui fit per fidem, spe peragitur futuræ in fine resurrectiõis & gloriæ, cum corruptibile hoc, id est caro ista in qua gemimus modo, induet

A duet incorruptionē,& mortale hoc induet immortalitatem.Nunc enim quidem iam habe
mus primitias ſpiritus per fidem,ſed adhuc in nobiſipſis ingemiſcimus adoptionem expe/
ctantes redemptionē corporis noſtri,Spe enim ſalui facti ſumus.In hac ſpe cū ſumus, cor/
pus quidem mortuū eſt propter peccatum,ſpiritus autem uita eſt propter iuſticiā. Sed ui/
de quod ſequitur,Si autē ſpiritus eius,inquit,qui ſuſcitauit Chriſtum à mortuis habitat in Rom.8
uobis, qui ſuſcitauit Chriſtū à mortuis, uiuificabit & mortalia corpora ueſtra per inhabi/
tantem ſpiritum eius in uobis.Hic igitur uniuerſa eccleſia quæ in peregrinatione mortalita/
tis inuenta eſt,expectat in fine ſeculi quod in domini noſtri Ieſu Chriſti corpore præmon/
ſtratū eſt,qui eſt ex mortuis primogenitus,quia & corpus eius cuius caput eſt ipſe,non niſi
eccleſia eſt. Nōnulli enim attendentes uerba quæ aſſidue dicit apoſtolus,Quia & mor/ Ca.3
tui ſumus cum Chriſto,& reſurreximus cum eo,nec intelligentes quatenus dicatur,arbitra/
ti ſunt iam factam eſſe reſurrectionem,nec ullam ulterius in fine tēporum eſſe ſperādam.
Ex quibus eſt inquit Hymenæus & Philetus,qui circa ueritatem aberrauerunt,dicentes re/ 2. Timoth. 2
ſurrectionem iam factam eſſe,& fidem quorundā ſubuerterunt.Idem apoſtolus eos argu/
ens deteſtatur,qui tamē dicit nos reſurrexiſſe cum Chriſto, Vnde? niſi quia hoc per fidem
& ſpem & dilectionē factum eſſe dicit in nobis ſecūdum primitias ſpiritus? Sed quia ſpes Rom.8
quæ uidetur non eſt ſpes,& ideo ſi quod nō uidemus ſperamus,per patientiā expectamus,
reſtat utiq; redemptio corporis noſtri quam expectantes in nobiſmetipſiis ingemiſcimus.
Vnde eſt illud:Spe gaudentes,in tribulatione patientes.Hæc igitur innouatio uitæ noſtræ Rom.12
eſt quidā tranſitus de morte ad uitam,qui primo fit per fidē,ut in ſpe gaudeamus, & in tri/
bulatione patientes ſimus, dum adhuc exterior noſter homo corrumpitur, ſed interior re/
nouatur de die in diem,propter initium nouæ uitæ, propter nouum hominem quem iube/ 2.Cor. 4
mur induere & exuere ueterem, Expurgantes uetus fermentum ut ſimus noua conſperſio, 1.Cor.5
quoniam paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus.Propter hanc ergo uitæ nouitatem,pri/
B mus menſis in anni mēſibus celebrationi huic attributus eſt.Nam & ipſe dicitur menſis no
uorum.Quia uero in toto tempore ſeculi nunc tertiū tempus apparuit,ideo reſurrectio do
mini triduana eſt.Primū enim tēpus eſt ante legem,ſecundū ſub lege,tertiū ſub gratia,ubi
iam manifeſtatio eſt ſacramēti prius occulti in prophetio ænigmate. Hoc ergo & in lunari
numero ſignificatur,quia enim ſeptenarius numerus ſolet in ſcripturis ad quandam perfe/
ctionem myſticus apparere,tertia hebdomada lunæ paſcha celebratur,id eſt,qui dies occur
rerit à quartadecima in uiceſimamprimā. Eſt illic & aliud ſacramentū,quod ſi tibi ob/ Ca.4
ſcurū fuerit,quia in talibus inquiſitionibus minus eruditus es,non cōtriſteris. Nec ideo me
putes meliorem,quia hæc in ſtudijs puerilibus didici.Qui enim gloriatur,in eo glorietur in/
quit,ſcire & intelligere,quoniam ego ſum dominus.Nōnulli ergo ſtudioſi talium rerū quæ Hier.9
ſuerunt multa de muneribus & motibus ſiderū,Et qui ſubtilius iſta ſcrutati ſunt,incremen
ta & decrementa lunaria ex conuerſione globi eius coniecerunt,non quod aliquid ſubſtan/
tiæ uel accedat ei cum augetur uel decedat cum minuitur:quod deliramentū imperiti Mani Manichæi de
chæi opinantes,repleri eam dixerūt,ſicut repletur nauis,ex fugitiua diei parte,quam cōmi/ luna.
xtam principibus tenebrarū & eorū ſordibus inquinatam corde ac ore ſacrilego & credere
& loqui nō dubitāt. Hinc ergo impleri lunā dicunt cū magna pars diei magnis laboribus
ab inquinamento purgata de toto mūdo atq; omnibus doacis fugiēs redditur deo lugēti
dum redeat,Repleri uero per menſem dimidium, & alio dimidio in ſolem refundi uelut in
aliam nauem,Nec tamen inter iſtas anathematizandas blaſphemias aliquid unquam fin
gere potuerunt, cur uel incipiens lucere uel deſinens corniculato lumine fulgeat,aut cur à di
midio menſe incipiat minui & non ad refundendum plena perueniat. Illi autē qui hoc cer/
tis numeris indagarunt,ita ut & defectus ſolis & lunæ non ſolum cur fierent,ſed etiā quan/
do futuri erant longe ante prædicerēt, & eos determinatis interuallis temporum canonica
ſupputatione præfigerent,litterisq; mandarent,quas modo qui legunt atq; intelligunt ni/
hilominus eos prædicunt, nec aliter aut aliās accidunt quàm prædicunt. Tales ergo qui/
bus nō

bus non est ignoscendum,sicut sancta scriptura dicit,quia cum tantum ualerent ut possent C
æstimare seculum,quō dominum eius supplici pietate non facilius inuenerunt,ex ipsis cor-
nibus lunæ quæ à sole auersa sunt,siue crescentis,siue decrescentis,coniecerunt eam uel à so-
le illustrari,& quanto magis ab eo recederet,tanto magis ab ea parte quæ terris apparet ra
dios eius excipere,quanto autem ad eum magis post dimidium mensem ex alio semicircu
lo propinquaret,tanto magis à superiori parte illustrata ab ea parte quam terris aduerte-
ret non posse excipere radios,& propterea uideri decrescere:uel si haberet suum lumen, il-
lud haberet ex una parte in hemisphærio,quam partem cum recedens à sole paulatim ter-
ris ostenderet, donec coram ostenderet quasi augumēta monstrare,dum non addatur qd
deerat,sed perdatur quod inerat,ac rursus paulatim abscondere quod patebat, & ideo ui-
deri decrescere. Sed quodlibet horum sit duorum,illud certum atq; manifestū est, & cuiuis
aduertenti facile cognitu,quod luna non augeatur ad oculos nostros nisi à sole recedendo,
Ca.5 neq; minuatur nisi ad solem ex parte alia propinquando. Attende nunc quod in Pro-
Eccī.27 uerbijs legitur,Sapiens sicut sol permanet,stultus autem sicut luna mutatur. Et quis est sa-
piens qui permanet, nisi sol ille iusticiæ,de quo dicitur, Ortus est mihi sol iusticiæ,& quem
Sap.5 sibi non fuisse ortum in die nouissima plangentes impij dicturi sunt,Et iusticiæ lumen non
Matt.5 luxit nobis,& sol non ortus est nobis? Nam istum carnis oculis uisibilem solem oriri facit
super bonos & malos deus,qui etiam pluit super iustos & iniustos. Ducuntur autem sem-
Lunæ allegoria. per ex rebus uisibilibus inuisibilium congruæ similitudines. Quis est ergo ille stultus qui
tanquam luna mutatur,nisi Adam in quo omnes peccauerunt? Anima quippe humana
recedens à sole iusticiæ,ab illa scilicet interna contemplatione incommutabilis ueritatis, o-
mnes uires suas in terrena conuertit,& eo magis magisq; obscuratur in interioribus ac su-
perioribus suis:sed cum redire cœperit ad illam incommutabilem sapientiam,quanto ma-
2.Cor.4 gis ei appropinquat affectu pietatis,tanto magis exterior homo corrumpitur, sed interior
renouatur de die in diem,omnisq; lux illa ingenij quæ ad inferiora uergebat,ad superiora D
conuertitur, & à terrenis quodammodo aufertur,ut magis magisq; huic seculo moriatur,
Col.3 & uita eius abscondatur cum Christo in deo. Mutatur ergo in deterius ad exteriora pro-
Eccī.10 grediens,& in uita sua proficiens intima sua,& hoc terræ, id est eis qui terrena sapiunt me-
Psal.9 lius uidetur,cum laudatur peccator in desideriis animæ suæ,& qui inique gerit benedicitur.
Mutatur autem in melius cum intentionem suam & gloriam à terrenis quæ in hoc seculo
apparent,paulatim auertit,& ad superiora ab inferioribus conuertit,& hoc terræ, id est eis
qui terrena sapiunt deterius uidetur. Vnde illi impij postremam infructuosam agentes pœ
Sap.5 nitentiam,etiam hoc inter multa dicturi sunt, Hi sunt quos aliquando habuimus in deri-
sum & in similitudinem improperij,Nos insensati uitam illorum æstimabamus insaniam,
Ac per hoc spiritussanctus de uisibilibus ad inuisibilia,& de corporalibus ad spiritualia sa
cramenta similitudinem ducens,transitum illum de alia uita in aliam uitam quod pascha
nominatur,à quartadecima luna uoluit obseruari,ut non solum propter tempus tertium
quod supra commemoraui,quia inde incipit hebdomada tertia, sed etiam propter ipsam
tertiam cōuersionem ab exterioribus ad interiora de luna similitudo assumeretur, usq; ad
uicesimam uero & primam,propter ipsum numerum septenarium quo uniuersitatis signa-
Ca.6 tio sæpe figuratur,qui etiam ipsi ecclesiæ tribuitur propter instar uniuersitatis. Ideo Io-
hannes apostolus in Apocalypsi,ad septem scribit ecclesias. Ecclesia uero adhuc in ista mor
talitate carnis constituta,propter ipsam mutabilitatem lunæ nomine in scripturis signatur.
Psal.10 Vnde est illud,Parauerunt sagittas suas in pharetra,ut sagittēt in obscura luna rectos cor
Col.3 de. Prius enim cū fiat illud quod dicit apostolus,Cum Christus apparuerit uita uestra, tūc
& uos apparebitis cum ipso in gloria, obscura uidetur ecclesia in tempore peregrinationis
suæ,inter multas iniquitates gemens.& tunc sunt timendæ insidiæ fallacium seductorum,
quas nomine sagittarum intelligi uoluit. Vnde alio loco propter nuncios fidelissimos ueri-
tatis quos ubiq; parit ecclesia dicitur, Luna testis in cœlo fidelis. Et cum de regno domini

psalmus

A psalmus cantaret, Orietur, inquit, in diebus eius iusticia & abundãtia pacis, donec interficia *Psalm. 71*
tur luna, id est abundantia pacis intãtum crescet, donec omnem mutabilitatẽ mortalitatis
absumat. Tunc nouissima inimica destruetur mors, & quicquid nobis resistit ex infirmitate *1. Cor. 15*
carnis, unde nobis perfecta pax nondum est, consumetur omnino, cum corruptibile hoc in/
duerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatẽ. Vnde & illius ciuitatis mu/
ri, quæ Hiericho appellatur, quod in hebræo eloquio luna interpretari dicitur, septimo circu
itu testamenti arcæ corruerunt. Quid enim nunc aliud agit annũciatio regni cœlorũ, quam
circuitio arcæ significauit, nisi ut omnia muniméta mortalis uitæ, id est omnis spes huius se/
culi, quæ resistit spei futuri seculi in dono septenario spirituſſancti per liberum arbitrium de *Lib. arbitriũ.*
struatur? Ob hoc enim circumeunte arca non impulsu uiolento illi muri ceciderunt, sed spõ
te. Sunt & alia testimonia scripturarum, quæ nobis ingerunt per commemorationem lunæ
ecclesiæ significationem, quæ in ista mortalitate ab illa Hierusalem, cuius ciues angeli sunt,
in erumnis & laboribus peregrinatur. Non ideo tamen putare debent stulti, qui nolunt in
melius commutari, adoranda esse illa luminaria, quia ducitur ex eis aliquãdo similitudo ad
diuina mysteria figuranda: ex omni enim creatura ducitur. Nec ideo debemus in sententiã
damnationis irruere, quæ ore apostolico de quibusdam profertur, qui colucrunt & seruie/ *Rom. 1*
runt creaturæ potius quàm creatori, qui est benedictus in secula. Sicut enim nõ adoramus
pecora, quamuis dictus sit Christus & agnus & uitulus, nec feram, quia dictus est leo de tri
bu Iuda, nec lapidem, quia petra erat Christus, nec montem Syon, quia in ipso figuratur
ecclesia: sic nec solem nec lunam, quamuis ex ea cœlesti creatura, sicut ex multis terrestribus
sacramentorum figuræ ad informationes mysticas assumantur. Quapropter Mani/ *Caput 7.*
cheorum uel Mathematicorum deliramenta cum detestatione irridenda sunt: quibus cum
obiecerimus uana commenta, unde homines in errorem præcipitant, quò prius præcipitati
sunt, garruli sibi uidẽtur, cum dicunt nobis: Cur & uos ad solis & lunæ computationem pa
B scha celebratis? quasi nos ordines siderum, ac uicissitudines temporum à summo atq; opti/
mo deo conditas arguamus, & non eorum peruersitatem, quæ rebus sapientissime conditis
ad stultissimas opiniones abutitur. Nam si Mathematicus nobis contradicturus est de
sideribus & luminaribus cœli ad sacramenta mystice figuranda similitudines ducere, con/
tradicant & augures ne dicatur nobis, Estote simplices ut columbæ: Contradicant & Marsi *Matth. 10*
ne dicatur nobis, Astuti sicut serpentes: Contradicant histriones ne in psalmis citharam no
minemus. Ac quia ex his rebus ad mysteria uerborum dei, similitudinum signa sumuntur,
dicant si placet, uel auspicia nos captare, uel uenena conficere, uel theatricas affectare luxuri
as, quod dementissimum est dicere. Non igitur nos de sole & luna annuis menstruisue tem
poribus actionum nostrarum euenta conijcimus, ne in uitæ humanæ periculosissimis tem/
pestatibus tanquam in scopulos miseræ seruitutis illisi, à libero arbitrio naufragemus: sed *Lib. arbitriũ.*
ad rem sacrate significandam similitudines aptas religiosissima deuotione suscipimus, sicut
de cætera creatura, de uentis, de mari, de terra, de uolatilibus, de piscibus, de pecoribus, de ar
boribus, de hominibus, ad sermonem quidem multipliciter, ad celebrationem uero sacra/
mentorum iam Christiana libertate parcissime, sicut de aqua, de frumẽto, de uino, de oleo.
In seruitute aũt ueteris populi etiam multa celebrari imperata sunt, quæ nobis tantũmodo
intelligenda traduntur. Non itaq; dies obseruamus & annos & menses & tempora, ne au/ *Galat. 4*
diamus ab Apostolo: Timeo ne forte sine causa laborauerim in uobis. Eos enim inculpat
qui dicunt, Non proficiscar, quia posterus dies est, aut quia luna sic fertur: uel, Proficiscar ut
prospera cedant, quia ita se habet positio siderum: Non agam hoc mense cõmercium, quia
illa stella mihi agit mensem, uel agam, quia suscepit mensem: Non plantem hoc anno uine/
am, quia bisextus est. Non autem quisquam sapiens arbitretur obseruatores temporum
reprehendendos, qui dicunt, Non proficiscar hodie, quia tempestas exorta est: aut non na/
uigem, quia adhuc sunt hibernæ reliquiæ: aut tempus seminãdi est, quia imbribus autumna
libus terra satiata est: uel si qui forte alij naturales effectus circa motum aëris & humoris ad

uariandas temporum qualitates in ſiderum ordinatiſſima conuerſione notati ſunt, de qui- C
Gen. 1 bus dictū eſt cum conderentur: Et ſint in ſignis & temporibus & diebus & in annis. Si quæ
autem figuræ ſimilitudinum non tantum de cœlo & de ſideribus, ſed etiam de inferiori cre
atura ducuntur ad diſpenſationem ſacramentorum, eloquentia quædam eſt doctrinæ ſalu
taris, mouendo affectui diſcentium accommodata, à uiſibilibus ad inuiſibilia, à corporali-
Caput 8 bus ad ſpiritalia, à temporalibus ad æterna. Nec quiſquam noſtrum attendat quod
eo tempore, quo paſcha celebramus, ſol in ariete eſt, ſicut illi appellant quendam ſiderum
locum, ubi reuera menſe nouorum ſol inuenitur: ſed ſiue illi arietem, ſiue aliquid aliud eam-
dem partem cœli uocare uoluerint, nos de ſcripturis ſanctis hoc didicimus, quod omnia ſi
dera deus condidit, & locis cœleſtibus quibus uoluit, ordinauit, quæ ſtellis diſtincta & ordi
nata in quaſlibet partes diuidant, quibuſlibet uocabulis uocent, ubicūq; ſol eſſet menſe no
uorum, illic eum reperiet hæc celebratio, propter ſimilitudinem ſacramenti renouandæ ui-
tæ, de qua ſatis ſupra diſſeruimus. Quod ſi etiam locus ille ſiderum aries uocari poſſet pro
pter aliquam figuræ congruentiam, neque huiuſmodi timeret ſermo diuinus aliquam ſa-
cramenti ſimilitudinem ducere, ſicut de aliis non ſolum cœleſtibus, ſed etiam terreſtribus
creaturis, ſicut de Orione & Pliadibus: ſicut de monte Sina, & de monte Sion: ſicut de flu-
minibus quæ uocātur Geon, Phiſon, Tigris, Euphrates: ſicut de ipſo totiens in ſanctis my-
ſterijs nobilitato fluuio Iordane rerum figurate inſinuādarum myſticas ſimilitudines ad-
duxit. Sed quātum interſit inter ſiderum obſeruationes ad aëreas qualitates accommoda-
tas, ſicut agricolæ uel nautæ obſeruant: aut ad notandas partes mundi curſumq; aliquò &
alicunde dirigendum, quod gubernatores nauium faciunt, & hi qui per ſolitudines areno-
ſas in interiora Auſtri nulla ſemita certa uel recta gradiuntur: aut cum ad aliquid in doctri
na utili figura ſignificandum, fit nonnullorum ſiderum aliqua commemoratio, Quantum
ergo interſit inter has utilitates, & uanitates hominum ob hoc obſeruantium ſidera, ut nec
Forte, ſolos. aëris qualitates, nec regionum uias, nec † ſolis temporum numeros, nec ſpiritalium ſimilitu- D
Caput 9 dines, ſed quaſi fatalium rerum euenta perquirant, quis non intelligat? Sed iam dein-
ceps uideamus cur etiam id obſeruetur, cum paſcha celebratur, ut ſabbatum occurrat: Hoc
Sabbati my ſterium. enim proprium chriſtianæ religionis eſt. Nam Iudæi menſem nouorum tantummodo &
lunam obſeruant à quartadecima uſq; ad uiceſimamprimam. Et quia illud eorum paſcha,
quo paſſus eſt dominus, ita occurrit, ut inter mortem eius & reſurrectionem medius eſſet
ſabbati dies, addendum patres noſtri cenſuerunt, ut & noſtra feſtiuitas à Iudæorum feſti-
uitate diſtingueretur: & quod non fruſtra factum eſſe credendū eſt ab illo, qui eſt ante tem
pora, & per quem facta ſunt tempora, & qui uenit in plenitudine temporum, & qui poteſta
tem habebat ponēdi animam ſuam, & iterum recipiendi eam, & ideo non fatalem, ſed op-
portunam ſacramento, quod cōmendare inſtituerat, horam expectabat cum diceret: Non-
Ioan. 2 dum uenit hora mea. Vt igitur anniuerſaria paſſionis eius celebratione à poſteris ſeruaren
tur, quod enim nunc, ut ſuperius dixi, fide ac ſpe gerimus, atq; ut ad id perueniamus, dile-
ctione ſatagimus, requies eſt quædam ab omni labore omnium moleſtiarum ſancta at-
que perpetua, in eadem nobis ex hac uita fit tranſitus, quem dominus noſter Ieſus Chri-
ſtus ſua paſſione demonſtrare ac conſecrare dignatus eſt. Ineſt autem in illa requie non de
ſidioſa ſegnicia, ſed quædam ineffabilis tranquillitas actionis ocioſæ. Sic enim ab huius ui
tæ operibus in fine requieſcitur, ut in alterius uitæ actiōe gaudeatur. Sed quia talis actio in
dei laude agitur, ſine labore membrorum, ſine angore curarū, non ad eam ſic tranſitur per
quietem, ut ipſe labor ſuccedat: id eſt non ſic eſſe incipiat actio, ut eſſe deſinat quies. Neque
enim reditur ad labores & curas, ſed permanet in actione quod ad quietem pertinet, neq;
enim in opere laboratur, neq; in cogitatione fluctuatur. Quia ergo per requiem ad primā
uitam reditur, unde anima lapſa eſt in peccatum, propterea ſabbato requies ſignificatur. Il
la autem uita prima, quæ de peregrinatione redeuntibus, & primam ſtolam accipientibus
redditur, per unam ſabbati, quem diem dominicum dicimus, figuratur. Quære ſeptem dies

Geneſim

A Geneſim legens,inuenies ſeptimum ſine ueſpera,quia requiem ſine fine ſignificat.Prima er
go uita non fuit ſempiterna requies peccāti, requies autē ultima ſempiterna eſt, ac per hoc
& octauus ſempiternam beatitudinem habebit, quia requies illa quæ ſempiterna eſt, exci/
pitur ab octaua,nō extinguitur: neq; enim aliter ſempiterna eſſet. Ita ergo erit octauus qui
primus, ut prima uita non tollatur,ſed reddatur æterna. Sabbatum tamen commen/ *Caput 10*
datum eſt priori populo in ocio corporali temporaliter,& ut figura eſſet ſanctificationis in
requiem ſpiritusſancti.Nuſquam enim legimus in Geneſi ſanctificationem per omnes pri
ores dies,ſed de ſolo ſabbato dictum eſt,Et ſanctificauit deus diem ſeptimū. Amant enim *Gen. 2*
requiem ſiue piæ animæ ſiue iniquæ,ſed an perueniant ad illud quod plurimum amant,ne
ſciunt,nec appetūt etiam ipſa corpora ponderibus ſuis,niſi quieſcere à motibus ſuis. Nam
ſicut corpus tamdiu nititur pondere,ſiue deorſum uerſus,ſiue ſurſum uerſus,donec ad locū
quò nititur ueniens,conquieſcat:Pondus quippe olei ſi dimittatur in aëre,deorſum: ſi autē
ſub aquis,ſurſum nititur: Sic animæ ad ea quæ amant propterea nituntur,ut perueniendo
requieſcant:Et multa quidem per corpus delectant,ſed non eſt in eis æterna requies,nec ſal
tem diuturna,& propterea magis ſordidāt animam,& aggrauant potius,ut ſyncerum eius
pondus,quo in ſuperna fertur,impediant. Cum ergo anima in ſeipſa delectatur, nondum
re incommutabili delectatur,& ideo adhuc ſuperba eſt,quia ſe pro ſummo habet,cum ſu/
perior ſit deus. Nec in tali peccato impunita relinquitur,quia deus ſuperbis reſiſtit,humili/ *Iacobi 4*
bus autem dat gratiam. Cum aūt deo delectatur,ibi ueram,certam, æternā inuenit requi/
em,quā in aliis quærebat,nec inueniebat. Proinde admonetur in pſalmo: Delectare in do/ *Pſalm.36*
mino,& dabit tibi petitiones cordis tui. Quia ergo charitas dei diffuſa eſt in cordibus no/ *Rom .5*
ſtris per ſpiritumſanctum qui datus eſt nobis,ideo ſanctificatio in ſeptimo die commemo
rata eſt,ubi requies cōmendatur. Quia uero nec bene operari poſſumus,niſi dono eius ad/
iuti,ſicut dicit Apoſtolus,Deus enim eſt qui operatur in nobis & uelle & operari pro bona *Philip. 2*
B uoluntate, nec agere nec requieſcere poterimus poſt omnia bona opera noſtra quæ in hac
uita gerimus, niſi eius dono ad æternitatē ſanctificati atq; perfecti. Propterea de ipſo deo
dicitur: Cum feciſſet omnia opera ualde bona,ſeptimo die requieuit à operibus omnibus *Gen.1. & 2*
ſuis quæ fecit. Futuram enim requiem ſignificabat,quam poſt bona opera daturus erat no
bis hominibus.Sicut enim cum bene operamur,ipſe dicitur operari in nobis,cuius munere
operamur: ita cum requieſcimus,ipſe requieſcere dicitur, quo donante requieſcimus.
Hinc eſt quod etiam in tribus primis præceptis decalogi, quæ ad deum pertinent, cætera *Caput 11*
enim ſeptem ad proximum pertinēt,id eſt ad hominem,quia in duobus præceptis tota lex *Matth. 22*
pendet,tertium ibi de obſeruatione ſabbati poſitum eſt: ut in primo præcepto patrem in/
telligamus,ubi prohibetur coli aliqua in figmentis hominum dei ſimilitudo,non quia non
habet imaginem deus,ſed quia nulla imago eius coli debet, niſi illa quæ hoc eſt quod ipſe,
nec ipſa pro illo ſed cum illo.Et quia creatura mutabilis eſt,ac propterea dicitur,Omnis cre *Rom.8*
atura uanitati ſubiecta eſt,quoniam natura etiam uniuerſa in parte demonſtratur,ne quiſ/
quam filium dei uerbum, per quod facta ſunt omnia, putaret eſſe creaturā, ſequitur aliud
præceptum:Non accipies in uanum nomen dei tui.Spiritus autem ſanctus,in quo nobis il *Exodi. 20*
la requies tribuitur,quam ubiq; amamus,ſed niſi deum amando,non inuenimus,cum cha/ *Deut.5*
ritas eius diffunditur in cordibus noſtris per ſpiritumſanctum, qui datus eſt nobis. Quia
ergo ſanctificauit deus diem ſeptimum in quo requieuit, tertio præcepto legis inſinuatur
quod ſcriptum eſt de obſeruatione ſabbati, non ut iam in iſta uita nos quieſcere exiſtime/
mus,ſed ut omnia quæ bene operamur non habeant intentionem,niſi in futuram requiem
ſempiternam. Memento enim maxime, quod iam ſupra commemoraui, qua ſpe ſalui fa/
cti ſumus: ſpes enim quæ uidetur non eſt ſpes,ad ipſum autem ignem amoris nutriendum
& flammandum quodāmodo,quo tanquam pondere ſurſum uel introrſum referamur,ad
requiem hæc omnia pertinent,quæ inſinuantur nobis figurate.Plus enim mouent & accen
dunt amorem,quàm ſi nuda & ſine ullis ſacramētorum ſimilitudinibus ponerentur. Cuius

Allegoria. rei cauſam difficile eſt dicere. Sed tamen ita ſe habet ut aliquid per Allegoricam ſignificati C
onem intimatum plus moueat, plus delectet, plus honoretur, quàm ſi uerbis propriis dice/
retur apertiſſime: Credo quod ipſe animi motus quandiu rebus adhuc terrenis implicatur,
pigrius inflãmatur: ſi uero feratur ad ſimilitudines corporales, & inde feratur ad ſpiritalia,
quæ illis ſimilitudinibus figurantur, ipſo quaſi tranſitu uegetatur, & tãquam in facula ignis
Caput 12 agitatus accenditur, & ardentiore dilectione rapitur ad requiem & quietem. Ideo ſ
inter omnia illa decem præcepta ſolum ibi quod de ſabbato poſitum eſt, figurate obſeruan
dum præcipitur, quam figuram nos intelligendam, non etiam per ocium corporale celebrã
dam ſuſcepimus. Cum enim ſabbato ſignificetur ſpiritalis requies, de qua dictũ eſt in pſal
Pſal. 45 mo: Vacate & uidete quoniam ego ſum deus, & quò uocantur homines ab ipſo domino
Matth. 11 dicente: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego uos reficiam, Tollite iu/
gum meum ſuper uos, & diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde, & inuenietis requiẽ
animabus ueſtris, Cætera tamen ibi præcepta proprie ſicut præcepta ſunt, ſine ulla figurata
Exo. 20 ſignificatione obſeruamus. Nam & idola non colere manifeſte didicimus, & non accipere
Deut. 5 inuanum nomen domini dei noſtri, & honorare patrem & matrem, & non mœchari, non
occidere, non furari, non falſum teſtimonium dicere, non concupiſcere ullam rem proximi,
non figurate aliud prætendunt, & myſtice aliud ſignificant, ſed ſic obſeruantur ut ſonant.
Obſeruare tamen diem ſabbati non ad litterã iubemur ſecũdum ocium ab opere corpora
li, ſicut obſeruant Iudæi: & ipſa eorum obſeruatio quia ita præcepta eſt, niſi aliam quandã
ſpiritalem requiem ſignificet, ridenda iudicatur. Vnde nõ inconuenienter intelligimus ad
amorem excitandum, quo ad requiem tendimus, ualere omnia quæ figurate in ſcripturis
dicuntur, quandoquidem non ſolum in decalogo figurate præcipitur, ubi requies commen/
Caput 13 datur, quæ ubiq; amatur, ſed in ſolo deo certa & ſancta inuenitur. Dies tamen dñcus
non Iudæis, ſed Chriſtianis reſurrectione domini declaratus eſt, & ex illo habere cœpit fe/
ſtiuitatem ſuam. Animæ quippe omnium ſanctorum ante reſurrectionem corporis ſunt D
quidem in requie, ſed in ea non ſunt actione, qua corpora recepta uegetantur. Talem quip
pe actionem ſignificat dies octauus, qui & primus, quia non aufert illam requiem, ſed glo/
1. Cor. 15 rificat. Nõ enim redit cum corpore difficultas ex corpore, quia nec corruptio. Oportet enim
corruptibile hoc indui incorruptionem, & mortale hoc indui immortalitatem. Quapro/
pter ante reſurrectionem domini, quamuis ſanctos patres plenos ſpiritu prophetico octa/
uæ ſacramentum nequaquam lateret, quo ſignificatur reſurrectio, Nam & pro octaua pſal
Eccls. 11 mus inſcribitur, & octauo die circuncidebantur infantes, Et in Eccleſiaſte ad duorum teſta/
mentorum ſignificationẽ dicitur, Illis ſeptem & illis octo reſeruatum eſt: tamen illis eſt oc/
cultatum, & ſolum celebrandum ſabbatum traditum eſt, quia erat antea requies mortuo/
Rom. 6 rum: reſurrectio autem nullius erat donec ueniret Chriſtus, qui reſurgens ex mortuis, iam
non moreretur, & mors illi ultra nõ dominaretur. Sed poſtquàm facta eſt talis reſurrectio
in corpore dominico, ut præiret in capite Eccleſiæ, quod corpus eccleſiæ ſperaret in fine, iam
etiam dies dominicus, id eſt octauus, qui & primus inciperet celebrari, ipſa etiam cauſa in/
telligitur, cur obſeruãdum paſcha, ubi agnum occidere & comedere iubentur, quod mani/
feſtiſſime paſſionem domini præfigurat, nõ eis ita præceptum, ut attenderẽt occurrere ſab/
batum, & cum menſe nouorum & tertiam lunæ hebdomadam concurrere, ut eundem quo
que diem dominus potius ſua paſſione ſignaret, qui etiam dominicum, id eſt octauum, qui
Caput 14 & primus eſt, declaraturus aduenerat. Attẽde igitur ſacratiſſimũ triduum crucifixi, ſe/
pulti, ſuſcitati. Horum trium quod ſignificat crux, in præſenti agimus uita: quod autem ſi/
gnificat ſepultura & reſurrectio, fide ac ſpe gerimus. Nunc enim dicitur homini: Tolle cru/
cem tuam, & ſequere me. Cruciatur autẽ caro, cum mortificantur membra noſtra quæ ſunt
Col. 3 ſuper terram, fornicatio, immũdicia, luxuria, auaricia, & cætera huiuſmodi, de quibus idem
Rom. 8 dicit: Si ſecundum carnem uixeritis, moriemini: ſi autem ſpiritu facta carnis mortificaueri/
Eph. 6 tis, uiuetis. Hinc etiam de ſeipſo dicit: Mundus mihi crucifixus eſt, & ego mundo. Et in alio
loco:

A loco: Scientes, inquit, quia uetus homo noster simul confixus est cruci cum illo, ut euacue/ Rom. 6
tur corpus peccati, ut ultra non seruiamus peccato. Quamdiu ergo id agunt opera nostra
ut euacuetur corpus peccati, quamdiu exterior homo corrumpitur, ut interior renouetur de
die in diem, tempus est crucis. Hæc sunt etiam bona opera quidem, tamen adhuc labo/
riosa, quorum merces est requies. Sed ideo dicitur: Spe gaudentes, ut cogitantes requiem
futuram, cum hilaritate in laboribus operemur. Hanc hilaritatem significat crucis latitu/
do in transuerso ligno, ubi figuntur manus. Per manus enim opera intelligimus, per lati/
tudinem hilaritatem operantis, quia tristicia facit angustias: per altitudinem uero cui ca/
put adiungitur, expectationem retributionis de sublimi iusticia dei, qui reddet unicuiq; se/
cundum opera sua. In his quidem, qui secundum tolerantiam boni operis gloriam & ho/
norem & incorruptionem quærentibus uitam æternam. Itaque etiam longitudo, qua to/
tum corpus extenditur, ipsam tolerantiam significat, unde longanimes dicuntur qui tole/ μακρόθυμοι
rant. Profundum autem quod terræ infixum est, secretum sacramenti præfigurat. Recor/
daris enim, nisi fallor, quæ uerba apostolica in ista designatione crucis † expediam, ubi ait: al. expendam
In charitate radicati atque fundati, ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis quæ Ephes. 3
sit longitudo, latitudo, sublimitas & profundum. Ea uero quæ nondum uidemus & non/
dum tenemus, sed fide & spe gerimus, in alio biduo figurata sunt. Hæc enim quæ nunc
agimus, tanquam clauis præceptorum in die timore confixi, sicut scriptum est: Confige Psal. 118.
clauis à timore tuo carnes meas, in necessarijs deputantur, non in eis quæ per seipsa appe/
tenda & concupiscenda sunt. Vnde illud quod est optimum se dicit concupiscere, Dissol/ Phil. 1
ui & esse cum Christo. Manere autem in carne necessarium, inquit, propter uos. Quod er/
go inquit, Dissolui & esse cum Christo, inde incipit requies, quæ non interrumpitur resur/
rectione, sed clarificatur: quæ tamen nunc fide retinetur, Quia iustus ex fide uiuit. An igno
ratis, inquit, quoniam quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius bapti
B zati sumus? Consepulti ergo illi sumus per baptismum in mortem. Vnde, nisi fide? Ne/
que enim iam in nobis perfectum est, adhuc in nobismetipsis ingemiscentibus & adopti/
onem expectantibus redemptionem corporis nostri: Spe enim salui facti sumus. Spes au/
tem quæ uidetur non est spes. Quod enim uidet quis, quid sperat? Si autem quod non
uidemus speramus, per patientiam expectamus. Quod memento quàm sæpe commemo/
rem, nec iam nunc in ista uita nos beatos fieri debere arbitremur, & ab omnibus difficul/
tatibus liberos, ac sic in angustijs rerum temporalium aduersus deum ore sacrilego mur/
muremus, quasi non exhibeat quod promisit. Promisit quidem etiam huic uitæ necessaria,
sed alia sunt solatia miserorum, alia gaudia beatorum. Domine, inquit, secundum mul/ Psalm. 93
titudinem dolorum meorum in corde meo, exhortationes tuæ iocundauerunt animam
meam. Non ergo murmuremus in difficultatibus, ne perdamus latitudinem hilaritatis,
de qua dicitur, Spe gaudentes, quia sequitur, In tribulatione patientes. Noua ergo uita Rom. 12
in fide nunc inchoatur & spe geritur: nam tunc perfecta erit, cum absorbebitur mortale à 1. Corinth. 15
uita, cum absorbebitur in uictoriam, cum illa nouissima inimica destruetur mors, cum
immutati fuerimus, & æquales angelis facti. Omnes enim, inquit, resurgemus, sed non o/ ἰσάγγελοι
mnes immutabimur. Et dominus, Erunt, inquit, æquales angelis dei. Apprehensi enim su/ Luc. 20
mus modo in timore per fidem, tunc aũt apprehendemus in charitate per speciem. Quam/
diu enim sumus in corpore, peregrinamur à domino: per fidem enim ambulamus, non per 2. Cor. 5
speciem. Ipse itaq; Apostolus, qui dicit, Tunc apprehendam sicut apprehensus sum, aper/ Philip. 3
te se non apprehendisse confitetur. Fratres, inquit, ego me non arbitror apprehendisse. Sed
tamen quia ipsa spes ex promissione ueritatis certa nobis est, cum diceret: Consepulti-igi/
tur sumus illi per baptismum in mortem, subiunxit & ait: Vt quemadmodũ surrexit Chri/
stus ex mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. Ambulamus
ergo in re laboris, sed in spe quietis, in carne uetustatis, sed in fide nouitatis. Dicit enim:
Corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus autem uiuit propter iusticiam.

Si autem ſpiritus eius,qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtum à mortuis,habitat in uobis,qui ſuſci- C
tauit Chriſtum à mortuis, uiuificabit, & mortalia corpora ueſtra per inhabitantem ſpiri-
tum eius in uobis. Hoc ex autoritate diuinarum ſcripturarum in uniuerſæ eccleſiæ,quæ to-
Caput 15 to orbe diffunditur,cõſenſione,per anniuerſarium paſcha celebratur. In magno utiq;
ſicut iam intelligis, ſacramento, & in ſcripturis quidem ueteribus ad agendum paſcha non
eſt præceptum tempus,niſi ex menſe nouorum,à luna quartadecima uſque ad uiceſimam
primam: ex euangelio tamen,quia iam manifeſtum eſt quo etiam die dominus crucifixus
ſit,& in ſepultura fuerit & reſurrexerit, adiuncta eſt etiam ipſorum dierum obſeruatio per
patrum cõcilia,& orbi uniuerſo Chriſtiano perſuaſum eſt eo modo paſcha celebrari opor-
Quadrageſi- tere. Quadrageſima ſanè ieiuniorum habet autoritatẽ,& in ueteribus libris ex ieiunio Moy
mæ ieiunium. ſi & Heliæ: & ex euangelio, quia totidem diebus dominus ieiunauit, demonſtrans Euan-
gelium non diſſentire à lege & prophetis. In perſona quippe Moyſi lex, in perſona He-
liæ prophetæ accipiuntur, inter quos & in monte glorioſus apparuit, ut euidentius emi-
neret quod de illo dicit Apoſtolus, teſtimonium habens à lege & à prophetis. In qua er-
go parte anni congruentius obſeruatio quadrageſimæ conſtitueretur, niſi confinis atque
contigua dominicæ paſſioni? Quia in ea ſignificatur hæc uita laborioſa, cui opus eſt con-
tinentia, ut ab ipſius mundi amicitia ieiunetur, quæ utique fallaciter blandiri, & illecebra-
τεσσαρακοντὰς rum fucos circunſpergere atque iactare non ceſſat. Numero autem quadragenario uitam
iſtam propterea figurari arbitror, quia denarius,in quo eſt perfectio beatitudinis noſtræ,
ſicut in octonario, quia redit ad primum, ita in hoc mihi uidetur exprimi, quia creatura
quæ ſeptenario figuratur, adhæret creatori: in quo declaratur unitas trinitatis per uniuer-
ſum mundum temporaliter annuncianda: quia mundus & à quatuor uentis delimatur, &
quatuor elemẽtis erigitur,& quatuor anni temporum uicibus uariatur. Decem autem qua-
ter in quadraginta conſumuntur,quadragenarius autem partibus ſuis computatus, addit
ipſum denarium, & fiunt quinquaginta tanquam merces laboris & continentiæ. Neque D
enim fruſtra ipſe dominus & quadraginta dies poſt reſurrectionẽ in hac uita & terra cum
diſcipulis conuerſatus eſt, & poſteaquàm aſcendit in cœlum,decem diebus interpoſitis mi-
ſit ſpiritumſanctum, completo die pentecoſtes: qui dies quinquagenarius habet alterum
ſacramentum, quod ſepties ſeptem quadragintanouem fiunt, & cum reditur ad initium,
quod eſt octauus, qui & primus dies,quinquaginta complentur,qui celebrantur poſt do-
mini reſurrectionem,iam in figura non laboris,ſed quietis & læticiæ: propter hoc & ieiuniæ
Orare ſtantes relaxantur,& ſtantes oramus,quod eſt ſignum reſurrectionis. Vnde etiã omnibus diebus
dominicis,id ad altare obſeruatur,& alleluia canitur,quod ſignificat actionem noſtram fu-
Pſalm.83 turam non eſſe niſi laudare deum, ſicut ſcriptum eſt: Beati qui habitant in domo tua do-
Caput 16 mine in ſecula ſeculorum laudabunt te. Sed dies quinquageſimus & in ſcripturis com
mendatur,non tantum in euangelio,quia tunc ſpiritusſanctus aduenit, ſed etiam in ueteri-
bus libris. Nam & ibi poſteaquàm paſcha occiſo agno celebrauerũt,dies quinquaginta nu
merantur uſque ad diem quo lex data eſt in monte Sina famulo dei Moyſi,digito dei ſcri-
pta: in libris autem Euangelij apertiſſime declaratur digitum dei ſignificare ſpiritumſan-
Lucæ 11 ctum. Cum enim unus Euangeliſta dixiſſet, In digito dei eiicio dæmonia, alius hoc idem
Matth. 12 ita dixit, In ſpiritu dei eiicio dæmonia. Quis hanc læticiam diuinorum ſacramentorum,
cum ſanæ doctrinæ luce dareſcunt,non præferat uniuerſi mundi huius imperijs, etiam inu-
ſitata felicitate pacatis? Nónne tanquam duo Seraphin clamant ad inuicem cõcinentiam
Eſa. 6 laudis altiſſimo:Sanctus,Sanctus,Sanctus dominus deus Sabaoth,ita duo teſtamenta fi
deliter cõcordantia ſacratam concinunt ueritatem deo? Occiditur ouis, celebratur paſcha,
& interpoſitis quinquaginta diebus datur lex ad timorẽ ſcripta digito dei. Occiditur Chri-
ſtus,qui tanquam ouis ad immolandum ductus eſt,ſicut Eſaias teſtatur,celebratur uerum
paſcha, & interpoſitis quinquaginta diebus datur ad charitatem ſpiritusſanctus, qui eſt
digitus dei, contrarius hominibus ſua quærentibus, & ideo iugum aſperum & ſarcinam
grauem

A grauem portantibus, nec inuenientibus requiem animabus ſuis, quia charitas non quærit quæ ſua ſunt. Ideo animoſitas hæreticorum ſemper inquieta eſt, quos magorum Pharaonis habere conatū, declarat apoſtolus dicens: Sicut enim Iamnes & Mambres reſtiterunt Moyſi, ſic & iſti reſiſtunt ueritati, homines mente corrupti, reprobi circa fidem, ſed ultra nō proficient. Dementia uero eorum erit manifeſta omnibus ſicut & illorum fuit. Quia enim per ipſam corruptionē mentis inquietiſſimi fuerūt, in ſigno tertio defecerunt, fatentes ſibi aduerſum eſſe ſpiritumſanctum qui erat in Moyſe. Nam deficientes dixerūt, Digitus dei eſt hic. Sicut autem conciliatus & placatus ſpirituſſanctus requiem præſtat mitibus & humilibus corde, ita contrarius & aduerſus immites ac ſuperbos inquietudine exagitat. Quā inquietudinem muſcæ illæ grauiſſimæ ſignificauerunt, ſub quibus magi Pharaonis deſecerunt dicentes: Digitus dei eſt hic. Exodum lege, & uide ubi paſcha celebrauerunt, poſt quot dies data ſit lex. Loquitur deus ad Moyſen in monte Syna de tertij menſis die. Nota ergo unum diē egreſſus ipſius tertij menſis, & uide quid dicat: inter cætera, Deſcende, inquit, teſtare populo & purifica illos hodie & cras, & lauent ueſtimenta ſua & ſint parati in diem tertium. Tertia enim die deſcendit dominus in monte Syna coram omni populo, tunc data eſt lex tertio ſcilicet die tertij menſis. Numera itaque à quarto decimo primi menſis die quo factum eſt paſcha uſque ad diem tertium tertij menſis, & inuenies decem & ſeptem dies primi menſis, triginta ſecundi, tres tertij, qui fiunt quinquaginta. Lex in arca eſt, ſanctificatio in corpore domini, per cuius reſurrectionem nobis requies futura promittitur, ad quam percipiendam ſpirituſancto charitas inſpiratur. Spiritus autem nondū erat datus, cum Ieſus nondum erat clarificatus. Vnde prophetia illa cantata eſt: Exurge domine in requiem tuam tu & arca ſanctificationis tuæ. Vbi requies, ibi ſanctificatio. Vnde nunc ut amemus & deſideremus, pignus accepimus. Vocantur autem ad requiem alterius uitæ quò ab iſta tranſitur, quod paſcha ſignificat, omnes in nomine patris & filij & ſpiri-

B tuſſancti. Propterea quinquagenarius numerus ter multiplicatus, addito ad eminentiam ſacramenti ipſo ternario, in illis magnis piſcibus inuenitur, quos iam dominus poſt reſurrectionem nouam uitam demonſtrans, à dextera parte leuari imperauit, nec retia diruptа ſunt, quia tunc hæreticorum inquietudo non erit. Tunc homo perfectus & quietus, purificatus in anima & in corpore per eloquia domini caſta, argentum igne examinatū terræ purgatum ſeptuplum, accipiet mercedem denarium ut ſint decem & ſeptem. Nam & in hoc numero ſicut in alijs multiplices figuras exhibētibus, ſacramentum mirabile reperitur. Nec immerito etiam pſalmus ſeptimuſdecimus in Regnorum libris ſolus integer legitur, quia regnum illud ſignificat ubi aduerſarium non habebimus. Titulus enim eius eſt, In die qua eruit eum dominus de manu omnium inimicorum eius & de manu Saul. Quis enim figuratur in Dauid niſi ille qui uenit ſecundum carnem ex ſemine Dauid? Qui utique in corpore ſuo quod eſt eccleſia adhuc patitur inimicos. Vnde illi perſecutori quem uoce mactauit, & in ſuum corpus traſciens quodammodo manducauit, ſonuit de cœlo: Saule Saule quid me perſequeris? Quādo autem eruetur hoc corpus de manu omnium inimicorum eius, niſi cum & illa nouiſſima inimica deſtruetur mors? Ad hoc tempus pertinet numerus ille centum quinquagintatriū piſciū. Nam & ipſe numerus ſeptimuſdecimus ſurgens in trigonum, cētum quinquagintatrium ſummā complet. Ab uno quippe uſq; ad decem & ſeptē ſurgēs, omnes medios adde, & inuenies: ad unum ſcilicet adde duo, fiunt utique tria, adde tria fiunt ſex, adde quatuor fiunt decem, adde quinq; fiunt quindecim, adde ſex fiunt uiginti unum, adde ita cæteros & ipſum decimumſeptimum, fiunt cētum quinquagintatria. Hæc de ſcripturis firmiſſime tenētur, id eſt paſcha & pētecoſte. Nā ut quadraginta illi dies ante paſcha obſeruent, eccleſiæ cōſenſio roborauit, ſic etiā ut octo dies neophytorū diſtinguantur à cæteris, id eſt ut octauus primo cōcinat. Vt autē Alleluia per illos ſolos dies quinquaginta in eccleſia cantetur, non uſq; quaq; obſeruatur. Nam & in alijs diebus uarie cantatur alibi atq; alibi, ipſis tamē diebus ubiq;. Vt aūt ſtantes in illis diebus & omnibus dominicis

1. Cor. 15

2. Timoth. 3

Exo. 8

Ioan. 7

Pſal. 131

Cap. 17

Pſalm. 11

2. Reg. 22

Act. 9

Alleluia

oremus,utrum ubiq; ſeruetur ignoro,tamen quid in eo ſequatur eccleſia,dixi ut potui,& ar
Caput 18 bitror eſſe manifeſtum. De lauãdis uero pedibus,cum dominus hoc propter formam humilitatis,propter quam docendam uenerat,commendauit,ſicut ipſe conſequenter expo/ ſuit, quæſitum eſt quo nam tempore potiſſimum res tanta etiam facto doceretur, & illud tempus occurreret,quo ipſa cõmendatio religioſius inhæreret. Sed ne ad ipſum ſacramen/
Lotio pedum. tum baptiſmi uideretur pertinere,multi hoc in conſuetudinem recipere noluerunt.Nonnul li etiam de conſuetudine auferre dubitauerunt. Aliqui autem, ut hoc ſacratiore tempore commendaretur,& à baptiſmi ſacramento mutaretur, uel diem tertium octauarum, quia ternarius numerus in multis ſacramẽtis maxime excellit, uel etiam ipſum octauum ut hoc
De uarijs con ſuetudinibus. facerent elegerunt. Miror ſanè quid ita uolueris, ut de his quæ uarie per diuerſa loca ob/ ſeruantur,tibi aliqua conſcriberem,cum & non ſit neceſſarium,& una in his ſaluberrima re/ gula retinenda ſit,ut quæ non ſunt contra fidẽ,neq; contra bonos mores,& habent aliquid ad exhortationem uitæ melioris,ubicunq; inſtitui uidemus,uel inſtituta cognoſcimus,non ſolum non improbemus,ſed etiam laudando & imitando ſectemur, ſi aliquorum infirmi/ tas non ita impedit,ut amplius detrimentum ſit.Si enim eo modo impediat,ut maiora ſtu diorum lucra ſperanda ſint, quàm calumniatorum detrimenta metuenda, ſine dubitatio/ ne faciendum eſt,maxime illud quod etiam de ſcripturis defendi poteſt, ſicut de hymnis & pſalmis canendis,cum & ipſius domini & apoſtolorum habeamus documenta & exempla & præcepta de hac re tam utilia. Ad mouendum pie animum, & accendendum diuinæ le/
1. Retra. 19 ctionis affectum,uaria conſuetudo eſt,& pleraq; in Africa eccleſiæ membra pigriora ſunt, ita ut Donatiſtæ nos reprehendant quod ſobrie pſallimus in eccleſia diuina cantica pro/ phetarum, cum ipſi ebrietates ſuas ad canticum pſalmorum humano ingenio compoſito/ rum, quaſi tubas exhortationis inflamment. Quando autem non eſt tempus,cum in Ec/ cleſia fratres congregantur ſancta cantandi, niſi cum legitur aut diſputatur, aut Antiſtites
Caput 19 clara uoce deprecantur,aut communis oratio uoce diaconi indicitur? Alijs uero parti/ culis temporum quid melius à cõgregatis Chriſtianis fiat,quid utilius,quid ſanctius,omni/ no non uideo. Quod autem inſtituitur præter conſuetudinem, ut quaſi obſeruatio ſacra/ menti ſit,approbare non poſſum,etiam ſi multa huiuſmodi propter nonnullarum uel ſan/ ctarum uel turbulentarum perſonarũ ſcandala deuitanda,liberius improbare non audeo. Sed hoc nimis doleo,quia multa quæ in diuinis libris ſaluberrima præcepta ſunt,minus cu rantur,& tam multis præſumptiõibus ſic plena ſunt omnia,ut grauius corripiatur qui per
12. diſ. omnia octauas ſuas terram nudo pede tetigerit, quàm qui mentem uinolentia ſepelierit. Omnia itaque talia quæ neque ſanctarum ſcripturarum autoritatibus continentur, nec in conciliis epiſcoporũ ſtatuta inueniuntur,nec conſuetudine uniuerſæ eccleſiæ roborata ſunt,ſed diuer ſorum locorum diuerſis moribus innumerabiliter uariãtur,ita ut uix aut omnino nũquam inueniri poſſint cauſæ,quas in eis inſtituendis homines ſecuti ſunt,ubi facultas tribuitur,ſi/ ne ulla dubitatione reſecanda exiſtimo. Quamuis enim neque hoc inueniri poſſit,quomo/ do cõtra fidem ſint,ipſam tamen religionem,quam pauciſſimis & manifeſtiſſimis celebra/ tionum ſacramentis miſericordia dei eſſe liberam uoluit,ſeruilibus oneribus premunt,ut to lerabilior ſit conditio Iudæorum, qui etiam ſi tempus libertatis non agnouerint, legalibus
Eccleſia mul/ ta tolerat. tamen ſarcinis, non humanis præſumptionibus ſubijciuntur. Sed eccleſia dei inter mul/ tam paleam multaq; zizania conſtituta multa tolerat, & tamen quæ ſunt contra fidem uel
Caput 20 bonam uitam,non approbat,nec tacet,nec facit. Itaque illud quod ſcripſiſti quoſdam fratres ita temperare à carnibus edendis,ut immundos qui comederint arbitrentur,apertiſ/ ſime contra fidem ſanamq; doctrinam eſt. Sed hic ego ſi diutius diſputare uoluero, pote/ ris putare ante in illis obſcuri aliquid hinc Apoſtolum præcepiſſe, qui etiam poſt multa,
1. Timoth. 4 quæ de hac re dixit, ſic deteſtatus eſt hæreticorum impiam opinionem,ut diceret: Spiri/ tus autem manifeſte dicit, quia in nouiſſimis temporibus recedent quidam à fide, inten/ dentes ſpiritibus ſeductoribus, & doctrinæ dæmoniorum in hypocriſi mẽdaciloquiorum, cauteria

A cauteriatam habẽtes conſcientiam ſuam, prohibentes nubere,abſtinentes à cibis quos de/ *Ciborum*
us creauit ad percipiendum cum gratiarumactione fidelibus,& his qui cognouerunt uerita *delectus.*
tem,quia omnis creatura dei bona eſt,& nihil abiiciendum eſt quod cum gratiarumactio/
ne percipitur.Sanctificatur enim per uerbum dei & orationem. Et alio loco de his rebus lo
quitur: Omnia inquit munda mundis, immũdis autem & infidelibus nihil eſt mundum, *Titum 1*
ſed polluta ſunt eorum & mens & conſcientia. Tuipſe lege cætera,& recita quibus potes, ne
in ſe irritam faciant gratiam dei,quia in libertate uocati ſunt, tantum ne libertatem in occa
ſionem carnis aſſumant. Et ideo iam uoluit refrenandæ carnalis cõcupiſcentiæ cauſa à qui/
buſlibet cibis temperari, quia non eis hoc permittitur ſuperſtitioſe,atque infideliter facere.
Hi uero qui de paginis Euangelicis ſortes legunt, & ſi optandum eſt ut hoc potius faciant, *26 q.2.hi qui*
quàm ut ad dæmonia conſulenda concurrant,tamen etiam iſta mihi diſplicet conſuetudo, *Sortilegi*
ad negocia ſecularia & ad uitæ huius uanitatem,propter aliam uitam loquentia oracula di
uina uelle conuertere. Hæc tibi ſi ſatis eſſe ad ea quæ requiſiſti non putaueris, nimis *Cap.21*
ignoras & uires & occupationes meas. Tãtum enim abſum ab eo quod putaſti nihil me la
tere, ut nihil in epiſtola tua legerim triſtius, quia & apertiſſime falſum eſt, Et miror quia
hoc te latet,quod non ſolũ in aliis innumerabilibus rebus multa me latent, ſed etiã in ipſis
ſanctis ſcripturis multo neſciam plura quàm ſciam. Et ideo ſpem in nomine Chriſti nõ in/
fructuoſam gero, quia non ſolum credidi deo meo in illis duobus præceptis totam legem *Matth.22*
prophetasq; pendere,ſed etiam expertus ſum experiorq; quotidie, quãdoquidem nullum
mihi ſacramẽtum,aut aliquis ſermo admodum obſcurior de ſacris litteris aperitur, ubi nõ *1.Timoth.1*
eadem præcepta reperiam.Finis enim præcepti eſt charitas de corde puro,& cõſcientia bo/ *Rom.13*
na,& fide non ficta,Et plenitudo legis charitas.Itaq; & tu chariſſime,ſiue iſta ſiue alia,ſic le/
ge ſic diſce,ut memineris ueriſſime dictum,Sciẽtia inflat,charitas ædificat.Charitas autem *2.Cor.13*
B non æmulatur,non inflat. Sic itaque adhibeatur ſcientia tanquam machina quædam, per
quam ſtructura charitatis aſſurgat quæ maneat in æternum,etiam cum ſcientia deſtruetur,
quæ ad finem charitatis adhibita multum eſt utilis, per ſe autem ipſam ſine tali fine, non
modo ſuperflua, ſed etiã pernicioſa probata eſt. Scio autẽ q; te cogitatio ſancta cuſtodiat
ſub umbraculo alarũ dñi dei noſtri. Sed ideo hæc & ſi breuiter monui,quoniã noui eãdem
ipſam charitatem tuam, quæ non æmulatur, hanc epiſtolam multis daturã atq; lecturam.

Auguſtinus Honorato reſpondens ad illius quinq; quæſtiones, quibus de ſuo addi/
dit ſextam,obiter exponẽs pſalmum 21 perſtringens interim & Pelagianos.Hoc libel
lo,nam ipſe librum appellat,ſeſe exercuit uir ſanctiſſimus ad tractationem ſcriptura/
rum,& ipſe titulum addidit. Epiſtola CXX

QVINQVE mihi propoſuiſti pertractandas quæſtiones atq; ſoluẽdas dilectiſſi *2.Retract.36*
me mi frater Honorate, hinc inde raptas, ſicut te uel legentem mouere uel cogi/ *Præfatio.*
tanti in mentem uenire potuerunt, & in conſpectum meum fuſas quodammo/
do. Quarum ſolutionem ſi uelim differendo ordinare, ut non carptim ſicut propoſitæ ſunt
de ſingulis differam,ſed uno quodam tenore ſermonis eas inter ſe connectam atque conte
xam, difficile opus uidetur, Et tamen puto facilius eas ſolui,ſi hoc fecero.Inuicẽ quippe ad/
iuuabunt, ſi altera pendebit ex altera,donec omnes ueniant in ſeriem diſputationis,nõ ſin/
gillatim ſeparatis locis,quaſi unaquæq; in ſua priuata intentione habitet, ſcilicet unum ali/
quid intuentes, & unum collaborantes ſociali ratione, & indiuidua ueritate. Voluiſti *Cap.1*
ergo & ſcripto commonuiſti exponi atque aperiri tibi,quid ſibi uelit uox illa domini: De/ *Pſalm.21*
us deus meus ut quid me dereliquiſti. Et quid ſit, quod Apoſtolus ait: Vt in charitate ra/ *Epheſ.3*
dicati & fundati, prævaleatis comprehendere cum omnibus ſanctis, quæ ſit latitudo lon/
gitudo, altitudo & profundum,Et quæ ſint uirgines quinq; ſtultæ,quæue ſapiẽtes, Et quæ *Matth.25*
ſint tenebræ exteriores, Et quomodo intelligendum eſt, Verbum dei caro factum eſt.Hæ *Matth.22*
ſunt quinq; tam breuiter à me cõmemoratæ, quàm abs te propoſitæ quæſtiones. Proinde *Ioan.1*
ſi placet addamus & ſextam,& illud paratiſſimũ requiramus,quæ ſit gratia noui teſtamẽti.

Hanc

Hanc omnes illæ intueantur, & in hanc ut opportune quæq; potuerit, opus ſuum conferat C
nobis,non eo ſcilicet ordine quo eas & tu propoſuiſti,& ego recolui,ſed unaquæq; cum fue
Caput 2 rit neceſſaria,uelut uocata reſpõdeat,& officium ſui operis impleat. Ergo ita naſcatur
exordium. Eſt quædã uita hominis carnalibus ſenſibus implicata,gaudijs carnalibus de
dita,carnalem fugitans offenſionem,uoluptatemq; conſectans.Huius uitæ felicitas tempo
ralis eſt,ab hac uita incipere neceſſitatis eſt,in ea perſiſtere uoluntatis.In hac quippe ex ute
ro matris infans funditur,huius offenſiones quãtum poteſt refugit, huius appetit uolupta
tes,nihil amplius ualet. Sed poſtea quàm uenerit in ætatem,qua in eo rationis uſus euigi/
let,poterit adiuta diuinitus uoluntate eligere alterã uitam,cuius in mẽte gaudium eſt,cuius
interna atq; æterna felicitas.Ineſt quoq; homini anima rationalis,ſed intereſt,eiuſdem rati
onis uſu quò potius uoluntatem cõuertat,utrum ad bona exterioris & inferioris,an ad bo/
na interioris ſuperiorisq; naturæ,id eſt utrum fruatur corpore & tempore, an fruatur diui/
nitate atq; æternitate.In quadam quippe medietate poſita eſt,infra ſe habens corporalem
creaturam,ſupra ſe animi ſui & corporis creatorẽ.Poteſt igitur anima rationalis etiam tem
porali & corporali felicitate ſeruire creatori,qui & ipſam ſuæ bonitatis abundantiſſima lar
gitate donauit.Sicut enim bona ſunt omnia quæ creauit deus ab ipſa rationali creatura uſ
que ad infimum corpus: ita bene agit in his anima rationalis ſi ordinẽ ſeruet,& diſtinguen
do,eligendo,pendendo ſubdat minora maioribus,corporalia ſpiritalibus, inferiora ſuperi/
oribus,temporalia ſempiternis,ne ſuperiorum neglectu , & appetitu inferiorum,quoniam
hinc fit ipſa deterior,& ſe & corpus ſuum mittat in peius,ſed potius ordinata charitate ſe &
corpus ſuum conuertat in melius . Cum enim ſint omnes ſubſtantiæ naturaliter bonæ,or/
do in eis laudatus honoratur,peruerſitas culpata dãnatur.Nec efficit anima peruerſe utens
creaturis, ut ordinationem effugiat creatoris : quia ſi illa male utitur bonis , ille bene utitur
etiam malis: ac per hoc illa peruerſe bonis utendo fit mala,ille ordinate etiam malis uten/
do permanet bonus.Qui enim iniuſte ſe ordinat in peccatis,iuſte ordinatur in pœnis. Vo D
lens itaque deus oſtendere etiam terrenam temporalemque felicitatem ſuum donum eſſe,
nec aliunde niſi ab ipſo ſperari oportere , præ omnibus ſeculi temporibus diſpenſandum
iudicauit teſtamentum uetus,quod pertineret ad hominem ueterem, à quo iſta uita neceſ
ſe eſt incipiat. Sed illæ felicitates patrum,dei beneficio conceſſæ prædicantur , quamuis ad
iſtam uitam tranſitoriam pertinentes . Illa quippe terrena munera in manifeſto promitte/
bantur & tribuebantur.In occulto autem illis omnibus rebus nouum teſtamentũ figurate
prænunciabatur,& capiebatur intelligentia paucorum, quos eadem gratia prophetico mu
nere dignos fecerat : diſpenſabant illi ſancti pro congruentia temporis teſtamentum ue/
tus , pertinebant uero ad teſtamentum nouum . Nam & quando temporalem felicitatem
agebant , æternam, ueram & proferendam intelligebant : & iſtam miniſtrabant in myſte/
rio , ut illam conſequerentur in præmio . Et ſi quando patiebantur aduerſa , ad hoc patie/
bantur,ut euidentiſſimo diuino adiutorio liberati , glorificarent deum omnium bonorum
largitorem,non ſolum ſempiternorum,quæ pie ſperabant,uerumetiam temporalium,quæ
Caput 3 prophetice gubernabant. Cum autem uenit plenitudo temporis, ut gratia quæ occul/
Gal. 4 tabatur in ueteri teſtamento , iam reuelaretur in nouo , miſit deus filium ſuum, factum ex
Qui ? Paulus muliere,quo nomine proprietate hebraicæ linguæ omnis fœmina nuncupatur,ſiue uiro in/
ſcripſit græce tacta ſiue iam mixta . Quem autem filium miſerit,fieri ex muliere uoluerit,quantus ille de/
us ſit , qui hanc humilitatem pro ſalute fidelium ſuſcipere dignatus ſit , ut agnoſcas , nunc
attende euangelium:In principio erat uerbum,& uerbum erat apud deum,& deus erat uer
bum,hoc erat in principio apud deum.Omnia per ipſum facta ſunt,& ſine ipſo factum eſt
nihil . Quod factũ eſt in ipſo uita erat,& uita erat lux hominum,& lux in tenebris lucet, &
tenebræ eam nõ cõprehenderunt.Hic ergo deus uerbum dei,per quod facta ſunt omnia,fi
lius dei eſt,non commutabiliter manens,ubiq; præſens,nullo clauſus loco,nec partiliter per
cuncta diffuſus,tanq; minorẽ partem habeat in minori loco,& in maiori maiorẽ,ſed ubiq;
totus

A totus,atq; ita non absens etiam mentibus impiorum,quamuis eum non uideant, sicut nec ista lux uidetur oculis præsentata cæcorum.Lucet ergo & in tenebris talibus,quales apostolus significat ubi dicit:Fuistis aliquando tenebræ,nunc autem lux in domino,sed eam tales tenebræ non comprehenderunt.Suscepit itaq; hominem quem uidere homines poterant, ut sanati per fidem postea uiderent quod tunc uidere nō poterant.Sed ne homo Christus eoipso quo uisibiliter apparebat non crederetur & deus,tantumq; illi tribueretur, quātum homini excellentissimæ gratiæ atq; sapientiæ, ideo fuit homo missus à deo cui nomē erat Ioannes.Hic uenit in testimonium ut testimoniū perhiberet de lumine, ut omnes crederēt per illum.Non erat ille lumen,sed ut testimoniū perhiberet de lumine.Tantus enim homo debuit perhibere testimonium de illo qui non tantum homo uerumetiam deus erat, ut in natis mulierum nemo exurgeret maior Ioanne baptista.Sic enim ille cui Ioannes testimonium perhibebat,intelligeretur hoc esse maior,quo nō tantum homo sed etiam deus erat. Lumen ergo & Ioannes,sed tale lumen quale testimonium perhibet ipse dominus dicens, Ille erat lucerna ardens & lucens:quod & discipulis suis dicens,Vos estis lumen mūdi,ut ostenderet quale lumen,secutus adiunxit,Nemo accendit lucernam & ponit sub modio, sed super candelabrum ut luceat omnibus qui in domo sunt,Sic luceat lumen uestrum coram hominibus.Istæ similitudines datæ sunt,ut quantū possumus intelligamus,uel si hoc nondum possumus,sine ulla dubitatione credamus animam rationalem nō esse naturam dei, Illa quippe incōmutabilis est,sed tamen eam posset participādo illuminari.Lucernæ quippe accendi indigent & extingui possunt.Ideo quod dicitur de Ioanne,Non erat ille lumen, ad illud respicit lumen quod non participando illuminatur, sed eius participatione illuminantur quæ ab illo illuminantur.Deniq; sequitur,Erat lumen uerū,& tanquā quæreremus, quomodo discerneretur lumen uerum à lumine illuminato,id est Christus à Ioanne, Erat, inquit,lumē uerum quod illuminat omnem hominē uenientem in hunc mundū. Si omnē B hominem,ergo & Ioannē:atq; ut ostenderet huius diuinitatem longe præstantiore distantia,In hoc mundo inquit erat,& mundus per eum factus est,& mūdus eum non cognouit. Neq; enim habet uim cognoscendi eum nisi rationalis creatura. Quamuis etiam mundus iste uisibilis per eum factus sit,hoc est cœlum & terra,sed mundum non cognoscentem increpando,significauit infideles constitutos in mundo.Deinde adiungit,In sua propria uenit,& sui eum non receperūt, Siue quia & ipsi infideles inquantum homines sunt, eius sunt per quē creati sunt,Siue suos proprie Iudæos intelligi uoluit,ex quibus naturā carnis assumpsit,nec tamen omnes eum non receperunt.Sequitur enim & dicit, Quotquot autem receperunt eum,dedit eis potestatem filios dei fieri credentibus in nomine eius,qui non ex sanguinibus, neq; ex uoluntate carnis,neq; ex uoluntate uiri,sed ex deo nati sunt.Hæc est gratia noui testamēti,quod in ueteri latuit,nec tamen figuris obumbrantibus prophetari prænunciariq; cessauit,ut intelligat anima deum suum, & gratia eius renascatur illi.Hæc quippe natiuitas spiritalis tantum,ideo non ex sanguinibus,non ex uoluntate uiri,neque ex uoluntate carnis, sed ex deo. Hæc etiam adoptio uocatur. Eramus enim aliquid antea cū C.4 essemus filij dei,& accepimus ut fieremus quod nō eramus: sicut qui adoptatur antequam adoptaretur nondū erat filius eius à quo adoptatur,iam tamē erat qui adoptaretur:& à generatione gratiæ discernitur ille filius,qui cū esset filius dei uenit ut fieret filius hominis,donaretq; nobis qui eramus filij hominū filios dei fieri.Factus est quippe ille quod non erat, sed tamē aliquid aliud erat.Et hoc ipsum aliquid uerbū dei erat,p quod facta sunt omnia, & lumen uerū quod illuminat omnē hominē uenientem in hunc mundū,& deus apud deū. Nos quoq; per eius gratiam facti sumus quod non eramus, id est filij dei, sed tamen aliquid eramus,& hoc ipsum aliquid multo inferius,hoc est filij hominum.Descendit ergo ille ut nos ascenderemus,& manens in natura sua factus est particeps naturæ nostræ,ut nos manentes in natura nostra efficeremur participes naturæ suæ.Non tamen sic,Nam illū naturæ nostræ participatio nō fecit deteriorē;nos aūt facit naturæ illius participatio meliores.

Misit

Gal.4 Misit itaque deus filium suum factum ex mulliere,factum sub lege. Nam legis sacramenta C
percepit,ut eos qui sub lege erāt redimeret;id est quos lex reos tenebat occidente littera,dū
præceptum nō impleretur,antequàm uiuificaret spiritus: quia charitas dei, quæ præceptum
Rom. 5 implet,diffunditur in cordibus nostris per spiritumsanctum , qui datus est nobis. Proinde
cum dixisset, Vt eos qui sub lege erant redimeret,continuo subiunxit: Vt adoptionē filiorū
reciperemus,ut uidelicet huius gratiam beneficij discerneret ab illa filij natura,qui missus est
filius,nō per adoptionem factus , sed semper genitus filius participata natura filiorū homi
Ioan.1 nū.Quapropter etiā cum dixisset: Dedit eis potestatē filios dei fieri,modumq; adiunxisset
ne carnalis intelligeretur natiuitas , quod scilicet eis præstiterat,id quod credunt in nomine
eius,& per gratiam renascuntur spiritalem, non ex sanguinibus,neq; ex uoluntate uiri,neq;
ex uoluntate carnis,sed ex deo,mox commendauit quasi huius uicissitudinis sacramentum.
Tanquam enim mirati tantum bonum non auderemus optare,statim subiunxit: Et uerbū
caro factum est,& habitauit in nobis.Quod unum est ex quinq; illis,quæ tibi exponi uolui
sti,tanq; diceret:O homines nolite desperare uos fieri posse filios dei,quia & ipse filius dei,
hoc est uerbum dei caro factum est,& habitauit in nobis.Reddite uicem,efficimini spiritus
& habitate in illo qui caro factus est,& habitauit in uobis. Neq; enim iam desperandū est,
participatione uerbi fieri posse homines filios dei,quando filius dei participatióe carnis fa/
ctus est filius hominis.Nos itaq; mutabiles in melius cōmutandi, participes efficimur uer/
bi:uerbum autem incōmutabile nihil in deterius cōmutatum, particeps carnis effectum est
rationali anima mediante. Neq; enim homo Christus, ut Apollinaristæ hæretici putaue/
runt, aut non habuit animam,aut nō habuit rationalem,sed more suo scriptura ut Christi
humilitatē magis ostenderet, ne carnis nomen quasi indignum aliquid refugisse uideretur,
Esaiæ 40 carnem posuit.Neq; enim quia scriptū est, Videbit omnis caro salutare dei,animæ ibi non
sunt intelligendæ,nihilq; proinde aliud dictum est, Verbum caro factum est,quàm si dice/
retur, Filius dei filius hominis factus est,qui cum in forma dei factus esset, sicut dicit Apo/ D
Phil.2 stolus,non rapinam arbitratus est esse æqualis deo.Neq; enim usurpationis erat ut rapina
diceretur,sed naturæ inerat ut esset æqualis.Semetipsum tamen exinaniuit,nō formam dei
amittēs,sed formam serui suscipiens,humiliauit semetipsum,factus obediens usq; ad mor/
9.senten.dist.6 tem,mortem autem crucis. Vide quemadmodum eundem hominem,quem deum cōmen/
cap.ne autem dat,ut persona una sit,etiam filium hominis protestetur,ne non trinitas, sed quaternitas di
catur. Sicut enim nō augetur numerus personarum,cum accedit caro animæ,ut sit unus ho
mo,sic nō augetur numerus personarum,cum accedit homo uerbo,ut sit unus Christus. Le
gitur itaq; Verbum caro factum est,ut intelligamus huius personæ singularitatem,non ut
Caput 5 suspicemur in carnem mutatam diuinitatem. Itaq; Christus homo,ut per eum reuela
retur noui gratia testamenti,quoniam nō ad temporalem,sed ad æternam uitam pertinet,
non utiq; terrena felicitate cōmendandus fuit.Inde subiectio,inde passio,inde flagella,spu/
ta,cōtumeliæ,crux, uulnera,& tanquam superato subiectoq; mors ipsa,ut fideles eius disce
rent quale pietatis præmium ab illo,cuius filij facti essent,petere atq; sperare deberēt,ne ad
hoc pro magno seruirent deo,ut terrenam felicitatem adipisci quærerent qui seruirent , ipsi
abijcientes & conculcantes fidem suam,æstimando eam mercede uilissima:unde benefice/
tissima prouidentia omnipotens deus terrenam felicitatē concessit & impijs,ne pro magno
quæreretur à bonis.Hinc ille psalmus septuagesimus & secundus inducit hominē pœniten/
tem,quod aliquando corde non recto seruierit pro hac mercede,qua cum pollere atq; excel
lere impios uideret,turbatus cœperat cogitare quod deus humana nō curet. Et cum ab ista
cogitatione eum sanctorum ad deum pertinentium reuocaret autoritas,suscepit & intendit
agnoscere tam grande secretum,quod ei laboranti non patefactum est,donec intraret san/
ctuarium dei,& intelligeret in nouissimo , hoc est donec accepto spiritusancto disceret desi/
derare potiora,& prospiceret quæ pœna futura sit impijs,qui tanta etiam quadam tempo/
raliter felicitate floruissent. Hunc psalmum septuagesimumsecundum, nocte qua illucesce/
bat

A bat ſolennitas beatiſſimi Cypriani per miniſterium noſtrum expoſitum lege & diligẽter ad uerte. Proinde homo Chriſtus idẽq; Chriſtus cuius miſericordiſſima humanitate, atque in cuius forma ſeruili diſcere debaremus, quid in hac uita contemnendum & quid in alia ſperandũ eſſet, in ipſa paſſiõe in qua ſibi ab eius inimicis figebatur uetus homo noſter, ut euacuaret corpus peccati, dixit, Deus meus deus meus ut qd me dereliquiſti, & hoc unũ de quibus ꝓpoſitis tuis. Sic incipit pſalmus uiceſimus primus, q de paſſione ipſius & reuelatiõe quã fidelibus faciendis liberãdiſq; attulit in prophetia, tãto ante cãtatus eſt. Proinde eundẽ Cap. 6
pſalmũ cuius prophetiã dominus ad ſe pertinere demonſtrans, eius primum uerſum exclamauit cũ penderet in ligno, cõmemorando exponendoq; percurrã, ut ex hoc intelligas quẽ admodũ gratia teſtamenti noui nec eo tẽpore tacebatur, quando in uetere homine uelabatur. Dicitur enim ex perſona Chriſti, quod ad formam ſerui attinet, in qua noſtra portatur infirmitas. Dixit enim & de illo Eſaias, Ille infirmitates noſtras portat & ꝓ nobis in doloribus eſt. Ex huius igit infirmitatis uoce de qua Paulus in eo qd petebat nõ exauditus, 2. Cor. 12.
& ideo quodãmodo derelictus, audit tamen à domino: Sufficit tibi gratia mea, nã uirtus in infirmitate perficitur: Ex uoce ergo huius infirmitatis noſtræ quã in ſe transfigurauit caput noſtrũ, dicitur in hoc pſalmo, Deus meus deus meus reſpice in me quare me dereliquiſti. In eo quippe derelinquitur deprecans, in quo non exauditur. Hanc in ſe uocem trãſfigurauit Ieſus, uocem ſcilicet corporis ſui, hoc eſt eccleſiæ ſuæ à uetere homine in nouum reformandæ, uocem ſcilicet infirmitatis ſuæ humanæ, qui deneganda fuerant bona ueteris teſtamenti, ut bona noui teſtamenti optare atq; ſperare iam diſceret. In illis autem ueteris teſtamenti bonis ad ueterem hominem pertinentibus, præcipue concupiſcitur uitæ huius productio temporalis, ut aliquanto diutius teneatur, quia ſemper non poteſt. Ideo diem mortis omnes quidem affuturum ſciunt, & eum tamen omnes aut penè omnes differre conantur, etiam qui poſt mortem ſe beatius credunt eſſe uicturos. Tantã habet uim carnis & ani
B mæ dulce conſortium. Nemo enim unquam carnem ſuam odio habuit, & propterea non Ephe. 5
uult anima uel ad tempus ab eius etiam infirmitate diſcedere, quamuis eam ſe ſine infirmitate in æternum recepturam eſſe conſtat. Proinde mente ſeruiens legi dei, carne autem trahens deſideria peccati, quibus obedire uetat apoſtolus, mentis quidem ratione concupiſcit homo diſſolui prius & eſſe cũ Chriſto, ſed id ſenſu carnis recuſat & refugit, & ſi fieri poſſit, non uult expoliari, ſed ſupueſtiri, ut abſorbeat mortale à uita, id eſt ut ab infirmitate ad immortalitatem, etiam ipſum corpus ſine morte media transferatur. Sed hæc uerba quibus humanus dies & uitæ huius prolixitas concupiſcitur, uerba ſunt delictorum, & lõge ſunt ab ea ſalute, cuius nondum rem ſed iam ſpem gerimus, de qua ſcriptum eſt, Quia ſpe ſalui facti ſumus. Spes autem quæ uidetur nõ eſt ſpes. Ideoq; & in iſto pſalmo cum dixiſſet, Deus meus deus meus reſpice in me, quare me dereliquiſti, cõtinuo ſubiũgit, Longe à ſalute mea uerba delictorum meorum, id eſt hæc uerba delictorum meorum ſunt, & longe ab illa ſalute mea ſunt quam mihi non ueteris ſed noui teſtamenti gratia pollicetur. Quanq; etiã ſic diſtingui poſſet, Deus meus deus meus reſpice in me, quare me dereliquiſti longe à ſalute mea, tanq; diceret, relinquẽdo me, hoc eſt non me exaudiẽdo, longe factus es à ſalute mea, præſenti ſcilicet ſalute huius uitæ: ut alius ſenſus ſit, uerba delictorũ meorum, id eſt iſta quæ dixi uerba ſunt delictorũ meorũ, quia uerba ſunt carnalium deſideriorũ. Hæc ex perſona ſui corporis Chriſtus dicit quod eſt eccleſia. Hæc ex perſona dicit infirmitatis carnis peccati quam transfigurauit in eam quam ſumpſit ex uirgine ſimilitudinem carnis peccati. Hæc ſponſus ex perſona ſponſæ loquitur, quia uniuit eam ſibi: quo modo & apud Eſaiam, ubi dicit, Sicut ſpõſo alligauit mihi mitram, & ſicut ſponſam ornauit me ornamento, Alligauit mihi & ornauit me, tanquam unius uox eſt, & tamen ſponſum & ſponſam, Chriſtum intelligimus & eccleſiam. Sed erunt duo in carne una, Sacramentum magnum, dixit apoſtolus, in Chriſto & in eccleſia. Igitur non iam duo ſed una caro. Si ergo caro una, profecto competer etiam uox una. Quid hic quæris humana infirmitas uocem uerbi per quod facta ſunt

omnia? Audi potius uocem carnis,quæ facta est inter omnia,quoniam uerbum caro factū C.
est & habitauit in nobis. Audi potius medicinæ uocem qua sanaris ut uideas deum, quem
tibi uidendū distulit, hominē ante uidendū attulit,mirandū contulit, credendū transtulit,
ut ista fide ad uidendū deū mētis oculus sanaretur. Quid ergo dedignamur audire uocem
corporis ex ore capitis? Ecclesia in illo patiebatur,quando pro ecclesia patiebatur. Sicut etiā
in ecclesia patiebatur ipse, quando pro illo ecclesia patiebatur. Nā sicut audiuimus ecclesiæ
uocē in Christo patientis,Deus deus meus respice,&c. Sic etiam audiuimus Christi uocem
in ecclesia patientis,Saule saule qd me persequeris. Cū itaq; nō exaudimur ad tēpora
Cap.7 lia bona retinenda uel adipiscenda quando pro his deprecamur deum, in eo quo nos non
exaudit, derelinquit nos, sed ad potiora, quæ uult ut intelligamus & præferamus & cōcu
piscamus,non nos derelinquit. Vnde sequitur psalmista & dicit, Clamaui ad te per diē nec
exaudies,& nocte,etiam hic subauditur,nec exaudies.Sed uide quid adiungit,Et nō ad in-
sipientiā mihi.Hoc ergo dicit,Nō me qdē exaudies clamantē per diē,id est in rebus prospe
ris ut eas non amittam,& nocte,id est in rebus aduersis ut prospera quæ amissa sunt rede-
ant? Verum hoc mihi non ad insipientiam facis, sed potius ut sapiam, quid iam per no-
ui testamēti gratiam à te expectare,quid desiderare,quid poscere debeam. Clamo quippe
ego ut hic bona tēporalia non auferantur, Tu autem in sancto habitas laus Israel. Nolo ut
derelinquas concupiscentiam meam,qua carnalem felicitatem requiro, Verū hæc est in for-
dibus uetustatis,tu autem quæris mundiciam nouitatis, non exaudiendo istam cupiditatē
relinquis,quia charitatē in qua habites quæris. Charitas aūt dei diffundit in cordibus no
Roma.5 stris,sed per spiritū sanctum qui datus est nobis. Ideo in sancto habitas laus Israel,laus ui-
dentiū te,quia non in se laudantur sed in te. Quid enim habent quod non acceperūt, ut qui
gloriatur in domino glorietur? Hæc est gratia noui testamenti. Nam in ueteri testamento,
quando commendabas,non nisi à te peti sperariq; debere etiam ipsam terrenam tempora
lemq; felicitatem, In te sperauerunt patres nostri, sperauerunt & eruisti eos,ad te clamaue D
rūt & salui facti sunt,in te sperauerūt & nō sunt cōfusi. Illos quippe patres inter inimicos su
os uiuētes,& diuitijs implesti, & ab hostibus eruisti, glorioſasq; uictorias reportare feciſti,
& de diuersis eos mortibus liberasti. Pro alio,id est pro Isaac subiecisti ne feriretur arietem.
Alium,id est Iob de putredine sanum,& ei dupla quæ amiserat reddidisti. Aliū,id est Dani
elem inter leones esurientes illæsum integrumq; seruasti. Aliorū,id est Ananiæ,Azariæ,Mi
sael inter flammas deambulantium grata uoce laudatus es. Tale aliquid in Christo expe-
ctabant fieri Iudæi,unde probarent si uere filius dei esset,ex eorum persona & in libro sapi-
entiæ dicitur,Morte turpissima cōdēnemus illum. Erit enim respectus insermonibus ipsius.
Sapien.2 Si enim uere filius dei est,suscipiet eum & liberabit eum de manibus contrariorū. Hæc inqt
cogitauerunt & errauerunt,excæcauit enim eos malicia eorum. Attēdentes quippe tempus
ueteris testamenti, & illam patrum etiam temporalem felicitatem, in qua illis exhibēda de
monstrauit deus etiam talia dona sua esse, non uiderunt iam esse tēpus quo reuelaretur in
Christo,bona æterna proprie deum præstare iustis, qui bona tēporalia præstat & impijs.

Denique cum dixisset,In te sperauerunt patres nostri,sperauerunt & eruisti eos. Ad
Cap.8 te clamauerunt & salui facti sunt,in te sperauerunt & non sunt confusi, uide quid adiun-
xerit,Ego aūt sum uermis & non homo. Quod uidetur quidem ad commendandam hu-
militatem simpliciter dictum,ut se in oculis persequentium,abiectissimum quidē & contem
ptissimū demonstraret:Sed non est contemnenda altitudo secreti profunditasq; mysterij,
præsertim in eis uerbis quæ tanto saluatori in prædicatione prophetiæ coaptantur. Dictus
est hic sensus elegantissimus à prioribus,ideo se hoc nomine Christum prænunciari uoluis-
se,quia uermis de carne sine cōcubitu nascitur,sicut ille natus est de uirgine. Sed in libro suo
Iob 25 Iob,cum de creaturis cœlestibus loqueretur, q; in dei conspectu etiam uix ipsæ mundæ sint.
quāto magis inquit homo putredo & filius hominis uermis? Putredinem pro mortalitate
posuit,quæ iam uelut conceptam gerit moriendi necessitatem, in quam peccando contru-
sus est

A sus est homo,& filium hominis uermem natum de putredine quasi putrẽ,hoc est de mortalitate mortalem. Ac per hoc in his uerbis psalmi,alium sensum nos quærere admonuit,Illo quidem saluo neq; reprobato,ut non solum scrutemur quod ait,Ego autem sum uermis sed etiam illud quod addidit,Et non homo,secundum illud quod de libro Iob commemorauí,tanquam diceret, Ego autem filius hominis & non homo: non q; homo non sit Christus,de quo dicit apostolus, Vnus est mediator dei & hominum,homo Christus Iesus, Omnis enim filius hominis homo est: sed ad quendam respicit sensus iste, qui sic homo fuerit,ut non esset filius hominis,id est Adam. Forte ergo sic est dictum,Ego autem sum uermis & non homo,id est, Ego autem sum filius hominis & non homo,tanquam diceretur, Ego autem sum Christus,in quo omnes uiuificantur,non Adam, in quo omnes moriunt. Ac per hoc homines discite per gratiam noui testamẽti iã uitam concupiscere sempiternã. Quid pro magno uultis à domino de morte liberari,sicut liberati sunt patres uestri,quãdo commendabat deus etiam terrenæ felicitatis præter se non esse alium largitorem? Illa felicitas ad ueterem hominem pertinet, quæ uetustas ab Adam cœpit. Ego autem sum uermis & non homo,Christus non Adam. A ueteri ueteres fuistis,à nouo noui estote: Ab Adam homines,à Christo filij hominum. Non enim sine causa familiarissime dominus in euangelio se filium hominis dicit magis q̃ hominem,nec sine causa in alio psalmo,Homines inquit & iumẽta saluos facies domine,sicut multiplicata est misericordia tua deus. Abs te q; pe ista salus hominibus iumentisq; communis. Sed habent aliam homines noui propriã quandã & ab animatorum consortio separatam, quæ ad nouũ pertinet testamentum. Habent omnino, Nam de illa ibidem sequitur & dicit,Filij autem hominum sub tegmine alarum tuarum sperabunt. Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, & torrente uoluptatis tuæ potabis eos. Quoniam apud te est fons uitæ, & in lumine tuo uidebimus lumẽ. Certe & hic cũ superius dixisset,Homines, posterius dixit,Filij autem hominum, tanq̃ distinguens ab
B hominibus filios hominum. In illa quippe felicitate eius salutis quæ communis est hominibus & iumentis,eo nomine illos appellare uoluit qui demonstrarentur ad illum primũ hominem pertinere quo uetustas cœpit & mors, qui sic fuit homo ut non esset filius hominis. Istis autem posterioribus qui sperant aliam felicitatem,& fontis uitæ ineffabilem uoluptatẽ, & sempiterni luminis lumẽ,hoc nomen imposuit,quo se familiarius appellari uoluit dominus eorũ,in quos talis gratia reuelata est, coq; filios hominũ potius q̃ homines appellauit. Nõ aũt existimes quasi locutiõis regulã figi perpetua lege seruandã,ut ubicunq; legeris homines aut filios hominũ,secundũ hanc distinctionẽ semper intelligas, sed ut se habuerit circũstãtia lectionis, unde sensus si patet hauritur,si latet eruitur. Sicut in hoc loco psalmi huius quẽ non moueat distinctionis intentio, cũ ille qui dixerat,In te sperauerũt patres nostri & eruisti eos,ad te clamauerũt & salui facti sunt,In te sperauerũt & nõ sunt confusi, subiũgit, Ego autẽ: nõ enim ait sic,& ego,sed ego aũt. Quid ergo iste qui se ita distinguit? Ego aũt sum uermis inquit & nõ homo,tanq̃ illis quos exaudisti & eruisti eam cõmendares felicitatẽ,quæ ad uetus pertinet testamentũ, quæ homini ueteri tribuenda esset qui cœpit ab Adã. Ego aũt sum uermis, hoc est filius hominis,nõ homo sicut ille homo q non fuit filius hominis. Ac per hoc & quod sequitur, Opprobrium hominum & abiectio plebis,oẽs Cap. 9.
qui conspiciebant me,subsannabant me & locuti sunt labijs & mouerũt caput. Sperauit in deum,eruat eum,saluum faciat eum quoniam uult eũ. Hoc in labijs non in corde dixerũt, insultando quod non fieret, non credendo quod futurum esset. Factum est autẽ & hoc,sed sicut fieri oportebat in filio hominis,in quo spes æternæ uitæ fuerat reuelanda ad nouũ pertinens testamentum, non sicut illi expectabant, & quia fieri non uidebant, tanq̃ superato insultabant,pertinentes ad testamentum uetus & hominem in quo omnes moriuntur, nõ ad filium hominis in quo omnes uiuificabuntur. Mortem quippe intulit homo sibi filioq; hominis,uitam uero attulit homini moriens & resurgens filius hominis opprobriũ hominum & abiectio plebis. Vsq; ad mortẽ enim hoc uoluit pati in cõspectu inimicorũ, quo eũ

1. Timoth. 2.

τὸν ἄνθρωπον

tanq̃ derelictũ putarent,ut gratia cõmendaretur noui teſtamenti,qua diſceremus aliã quæ C
rere felicitatẽ,quæ nunc eſt in fide, poſtea in ſpecie.Quãdiu enim ſumus in corpore,ait apo
ſtolus,peregrinamur à domino,Per fidem enim ambulamus, non per ſpeciem, & ideo nũc
in ſpe,tunc in re.Deniq; reſurrectionem ſuam, quam non ſicut noſtram in longum differri
oportebat,ut in exẽplo carnis eius diſceremus,quid in noſtra ſperare deberemus,noluit alie
nis demonſtrare,ſed ſuis, alienis dico, non natura ſed uitio quod ſemper eſt contra naturã.
Mortuus eſt ergo in conſpectu hominũ, reſurrexit autem in cõſpectu filiorum hominum,
1.Cor.15. quia mors ad hominem pertinebat,reſurrectio ad filium hominis. Sicut enim in Adam o/
mnes moriuntur,ſic & in Chriſto omnes uiuificabuntur, Vt igitur exemplo ſuæ carnis ex/
hortaretur fideles ſuos temporalem pro æterna felicitate contẽnere,uſq; ad mortẽ pertulit
perſequentes atq; ſæuientes, & quaſi uicto & oppreſſo ſuperbe illudentes. Quod autẽ car/
nem ſuam reſuſcitauit,& diſcipulorum conſpectibus & contactibus reddidit, eiſq; uidenti/
bus aſcendit in cœlum,ipſos ædificauit,& quod prædicare deberent,euidentiſſima ueritate
demonſtrauit.Illos autem à quibus tanta mala uſq; ad mortem pertulerat, quaſi de illo ſu
perato & extincto gloriantes,in ea opinione dereliquit,ut quiſquis eorum ſalute æterna ſal
uus fieri uellet,hoc de illius mortui reſurrectione crederet, quod hi qui uiderant ſignis con/
Caput 10. teſtãtibus prædicauerũt,& pro ea prædicatione ſimilia perpeti non dubitauerũt. Qua
propter etiam Iacobus unus ex apoſtolis eius in epiſtola ſua,cum hortaretur fideles, qui
poſt paſſionem & reſurrectionem Chriſti adhuc in iſta uita tenebantur,diſpenſationẽ ue/
teris teſtamenti nouiq; diſtinguens, Suſtinentiam inquit Iob audiſtis,& finem domini ui/
diſtis,ne ideo patienter ſuſtinerent temporalia mala, ut ſibi hoc reſtitueretur quod recepiſ/
ſe legimus Iob.Nam & ab illo uulnere atq; putredine ſaluus factus eſt,& ei cũcta quæ ami
ſerat duplicata ſunt reſtituta, ubi etiam commendata eſt reſurrectionis fides. Nam filij nõ
duplum ſed totidem redditi,etiam illos quos amiſerat reſurrecturos ſignificauerũt. Sic ipſi
Iacobi 5. quoq; illis prioribus iuncti,à reſtitutionibus dupli non inuenientur alieni. Vt ergo non ta/
lem remunerationem ſperaremus, quando mala tẽporalia pateremur,non ait, Suſtinentiã
& finem Iob audiſtis,ſed finem domini uidiſtis: tanq̃ diceret, Mala tẽporalia ſicut Iob ſu/
ſtinete,ſed pro hac ſuſtinentia nõ tẽporalia bona ſperate quæ illi aucta redierunt, ſed æter/
na potius quæ in domino præceſſerunt. Iob ergo de illis patribus erat qui exclamauerunt,
& ſaluí facti ſunt.Cum enim dicit, Ego aũt,ſatis inſinuat qua ſalute illos ſaluos eſſe factos
uelit intelligi,in qua ipſe utiq; derelictus eſt, non q̃ illi à ſalute æterna fuerint alieni,ſed in oc
culto tunc erat quod in eis fuerat reuelandum. In ueteri quippe teſtamẽto uelamen eſt, qđ
tunc auferetur,cum ad Chriſtum quiſq; inde tranſierit. Quo crucifixo uelum etiam templi
ſciſſum eſt,ut ſignificaretur quod apoſtolus de uelamine ueteris teſtamẽti dixit, quomodo
in Chriſto euacuatur. Nam & in illis patribus quamuis rariſſima,tamẽ fuerunt & uſq; ad
Lucæ 11. mortem exẽpla patientiæ,à ſanguine Abel uſq; ad ſanguinem Zachariæ,quorum ſangui/
nem dicit dominus Ieſus & ab eis exigẽdum, qui in patrum ſuorum à quibus illi occiſi ſunt
iniquitate perſiſterent,Et in nouo teſtamento nec defuit nec deeſt bonorum fidelium multi
tudo,qui etiam in iſta temporali felicitate præpolleant,& in ea largitoris dei bonitatem mi
ſericordiamq; experiantur,tenentes tamen quod diſpenſator noui teſtamenti,diuitibus hu
ius ſeculi apoſtolus præcepit, non ſuperbe ſapere, neq; ſperare in incerto diuitiarum,ſed in
1. Timoth.6. deo uiuo qui præſtat nobis omnia abundanter ad fruendum,ut benefaciant diuites,ſint in
operibus bonis,facile tribuant,communicent,theſaurizent ſibi fundamẽtum bonum in fu/
turum, ut apprehendant ueram uitam:qualis in Chriſti non tantũ ſpiritu,uerumetiam car
ne manifeſtata eſt,cum reſurrexit à mortuis,non qualem Iudæi in illo peremerunt,quando
eum de manibus eorum deus non eruit, eumq; dereliquiſſe uiſus eſt exclamantem, Deus
meus deus meus ut quid me dereliquiſti: ut eo modo in ſe trãsfiguraret martyres ſuos, qui
& ſi mori nollent, quod etiam Petro dixit, Alter te cinget & feret quò tu non uis,ſignificãs
qua morte clarificaturus erat deum, & ob hoc à deo ſuo derelicti uiderentur ad tempus,
cum

A cum eis præstare nollet quod uellent,illam uocem cordis emitterent,illumq; adhiberent pie
tatis affectum,quem passione impendente ore proprio dominus expressit,eos in se identi/
dem transfigurans, Verum non quod ego uolo, sed quod tu uis pater. In quo enim Ca.11.
primitus nisi in ipso capite nostro apparere debuit propter quam causam Christiani su/
mus.Propterea non ait,Deus meus deus meus dereliquisti me, sed causam commonuit re
quirendam cum addidit, Vt quid dereliquisti me,id est quare,propter quid,quam ob cau/
sam? Profecto enim erat aliqua causa, eaq; nõ parua,ut Noe liberaret de diluuio, Loth de
cœlesti incendio,Isaac de imminenti gladio,Ioseph de calumnia mulieris & custodia carce/
ris,Moysen ab Ægyptijs,Raab ab excidio ciuitatis,Susannam de testibus falsis,Danielẽ à
leonibus,tres uiros ab ignibus,aliosq; patres qui exclamauerunt & salui facti sunt, & Chri
stum de manibus Iudæorum non liberaret, eumq; in potestate sæuientium usq; ad mortis
exitum derelinqueret. Vt quid hoc? propter quid hoc? nisi propter illud quod paulopost in
eodem psalmo dicit,Non ad insipiẽtiam mihi,hoc est corpori meo, ecclesiæ meæ,minimis
meis.Nã in euãgelio,qđ uni ex minimis meis fecistis, inqt, mihi fecistis.Sic itaq; dictũ est, Matth. 25.
Et non ad insipientiam mihi, quomodo dictum est,Mihi fecistis.Et sic dictum est, Quare
me dereliquisti,quomodo dictum est,Qui uos recipit me recipit,& qui uos spernit me sper
nit.Non ergo ad insipientiã nobis,sed ut sapiamus,nõ propter istam uitam in qua nos de
us aliquando usq; ad mortem persequentium manibus derelinquit, sed propter illam sem
piternam nos debere esse Christianos, quia hoc in illo præcessisse intuemur,ex cuius nomi/
ne sic uocamur.Ecce ita factum est,tamen multi non ob aliud uolunt esse Christiani, nisi ut
huius uitæ felicitate perfruantur, ideóq; illa deficiente deficiunt.Quid si non in ipso nostro
capite tam insigne constitueretur exemplum, quo disceremus pro cœlestibus terrena contẽ
nere,non respicientes quæ uidentur,sed quæ non uidentur? Quæ enim uidentur tẽporalia 2.Cor.4.
sunt,quæ autem non uidentur æterna. Quos in se uocibus illis transfigurare dignatus est.
B Nam quantum ad ipsum attinet, quomodo uellet liberari ab illa hora, qui propterea ue/
nerat in illam horam? Aut quomodo sic loquebatur quasi quod nollet ei accideret,cũ pote Ioan. 10.
statem habuerit ponendi animam suam, & iterum sumendi eam, nec eam quisquam tolle/
ret ab illo,sed eam ipse poneret & sumeret, sicut in euãgelio dicit? Sed proculdubio nos in
illis uocibus eramus, & caput pro suo corpore loquebatur,non disiuncta significatione uo/
cis,ubi connexio non disiungitur unitatis. Deniq; in psalmo sequitur,& orans aduerte Ca.12
quid dicat,Et tu inquit extraxisti me de uentre,spes mea ab uberibus matris meæ deus me/
us es tu,tanq; diceret,de alia re & ab alia re in aliã rem me traiecisti,ut tu sis mihi bonũ pro
terrenis bonis mortalitatis huius,quam in matris uentre sortitus sum,quia ubera suxi.Hæc
enim uetustas est de qua me extraxisti,& illa carnalis natiuitatis bona sunt, à qbus tu spes
mea es. Inde enim ad te conuersus sum ex utero, id est ex his quæ in utero inchoaui, In te
iactatus sum,ad te scilicet transiens,totũ me tibi cõmittens. Ideóq; de uentre matris meæ,
id est de bonis carnis quã sumpsi in uẽtre matris meæ, deus meus es tu,ut de his tu sis bo/
nũ meum:ea locutione dictum est,ac si diceretur, uerbi gratia,de terra cœlũ habito, hoc est
hinc illò emigraui:& ista nostra in illum transfiguratio est, qui per gratiam testamenti no/
ui mutamus uitam,transeuntes de uetere ad nouam.Nam ille hancrẽ sacramento suæ pas/
sionis resurrectionisq; significans, carnem mutauit de mortalitate ad immortalitatem,ui/
tam uero non mutauit de uetustate in nouitatem,quæ nunq; fuit in impietate unde transi/
ret ad pietatem. Quanq; non defuerunt qui hoc quod dictum est, De uentre matris meæ
deus meus es tu, ideo ad ipsum caput nostrum pertinere sentirent, quoniam pater intan/
tum est deus eius,in quantum homo est in forma serui, non inquantum illi æqualis in for/
ma dei est, Ideo de uẽtre matris meæ deus meus es tu, ac si diceret, ex eo quod homo fa/
ctus sum, deus meus es tu. Siquidem, tu extraxisti me de uentre, sic ad ipsum Iesum de
uirgine procreatum refertur, quasi alios deus non extrahat, in cuius prouidentia est o/ als. an
mnis ordo nascendi:† ac inde significare uoluit partum uirginis seruata uirginitatis integri/

tate mirabili,cum ait,Tu extraxisti me de uentre matris meæ:ut quod illic mirabiliter factũ C.
est,cũ deus fecisse dicit',nemini incredibile uideat'.Quid ergo est & illud, Spes mea ab ube
ribus matris meæ? Quõ & hoc ad ipsum caput ecclesiæ referri potest, quasi spes eius quæ
in deo est,à matris uberibus ei cœperit, non & ante in ipso utero.Neq; enim spes alia intel/
ligenda est,nisi qua futurum erat ut deus eũ exaltaret à mortuis. Totũ hoc quippe secundũ
id quod homo factus est dicit'.An forte quia ubera fœminarũ ab ipso conceptu in uberta
tẽ promoueri perhibent',sic intelligi uoluit,ab uberibus,tanq; diceret,ex quõ carnẽ sumpsi,
cui carni fuerat sperãda immortalitas: ut nõ ante spes ei esset qũ in forma dei esset,in qua ni
hil in melius mutandũ esset,sed ab uberibus matris,id est ab ipsa susceptione carnis quæ có
cipiebatur in spe,cuius spei res futura erat, cũ ad immortalitatẽ de morte transiret. Sed qđ
dictũ est,In te iactatus sum ex utero,quomodo coaptari capiti possit, ignoro, quasi in ute/
ro cũ esset nõ in deo fuerit, in quo uiuimus,mouemur & sumus,aut illius infantis anima ra
πλήρ. tionalis,ex quo caro processit ex utero,deũ sperare cœperit.Nisi forte credendũ est,iam na/
to animã rationalẽ accessisse, quæ intra uiscera matris adhuc ei defuisset. Et quoniam cadẽ
anima quæ carni iam natæ addita est deo inhærebat, ideo secundũ eandẽ carnem dictum
esse existimandum est,In te iactatus sum ex utero, tanq; diceret, eam sortitus sum animã
ex utero quæ tibi cohæret, Sed quis audeat in hanc se temere præcipitare sententiam, cum
ratio de aduentu uel exortu animæ in tanto naturæ profundo sic lateat, ut satius sit eã sem
per quærere quãdiu in hac uita sumus, q; aliquando inuenisse præsumere. Ex illa uero in
seipsum transfiguratiõe nostra quemadmodũ possent hæc accipi,dictum est. Si quid autẽ
dici potuit conuenientius uel poterit,nullius præiudicamus ingenio, doctrinæ nullius inui/
Cap.13 demus. Iam illud quod sequit', Ne discedas à me,quoniã tribulatio proxima est,
iam eminet,quemadmodum dictũ est,Quare me dereliquisti.Quomodo enim dereliquit,
cui dicitur,Ne discedas à me,nisi quia dereliquit uitæ ueteris temporalem felicitatem, Ro/
gatur aũt ne discedat & deserat spẽ uitæ æternæ? Sed quid est, quoniã tribulatio proxima D.
est,quasi ei passio adhuc immineret,cum ipse media passiõe ista dicere intelligatur, quæ de
illo in hoc psalmo prophetata sunt, Hic enim dicturus est etiam, quæ in euangelio apertis/
sime scripta sunt,Diuiserunt sibi uestimenta mea, & super uestem meam miserunt sortem,
Matth. 27. quod factum est cum iam penderet in ligno. Quid est ergo tribulatio proxima est, in qua
media loquebatur? Sed nimirum illud uult intelligi,quia cũ caro in doloribus est & in pœ/
nis,profecto anima tũc habet magnũ agonẽ patientiæ,in quo ne deficiat,laborandũ & orã
dũ est.Nihil est aũt animæ sua carne propinquius, Ideo mũdi huius q; libet magnus perse
ctus q; contemptor,cũ alibi patitur nihil patitur. Potest enim adhibere uigilem rationẽ cũ
amittit bona quæ extrinsecus sunt, & ab animo sapientis,qui ex cupiditate non hæret, sine
dubio longe sunt,& non curare quod patitur,quia nec patitur,Cum uero amittit præcipua
corporis bona,id est corporis uitã ac salutẽ,iam tribulatio proxima est animi bonis,quibus
ipse intus tanq; corporis est dominus, qui facit qualibet ratione,ut non doleat cum corpus
uulneratur aut uritur,cui tanto implicatur consortio,ut pati possit, dolere non possit. Ideo
& diabolus hunc nocendi ordinem tenens, illius magni uiri quem postulauerat tentandũ,
prius externa bona accepit in potestatẽ, quibus ablatis & perditis, cum illum inconcussum
Iob. 1. uideret,dixerat enim,Dominus dedit dominus abstulit, sicut domino placuit,ita factũ est,
sit nomen domini benedictum,etiam carnem cruciãdam uulnere postulauit,tali cum eo cõ/
fligẽs certamine,ut bona proxima inuaderet, id est corporis bona,quibus ille perditis si for
te succumberet,atq; ad impietatem cor inclinaret,etiam bona animi deperirent,quibus per
dendis iã in corpore sæuiens uicinius tentator instabat.Deniq; ille uir qui in tanta animi tẽ
tatiõe erat,ubi erat animi bonis proxima tribulatio,q; uis multa ꝓphetice loquatur,lõge ta
mẽ loquitur aliter,q; cũ illa externa bona deperissent in quibus filios non amiserat sed præ
miserat. Clamat ergo martyris anima transfigurata in Christum,cum iam in carne tribula
ri cœperit, & dicit deo à quo derelicta est in terrena felicitate, sed quæ cum illo est in spe
uitæ

A uitæ æternæ, Ne discedas à me,quoniã tribulatio proxima est, Non est in agro meo,nõ in
auro, non in pecore, non in tectis atq; parietibus, non in meorum orbitatibus, sed in car-
ne mea est cui copulor,cui cõnector,cuius sensum nõ habere non possum,unde me de pro-
ximo urget,ut à patiẽtiæ uirtutẽ deficiã: nõ discedas à me,quoniã nõ est qui adiuuet,neque
amicus neq; propinquus,neq; humana laus, neq; præteritæ recordatio uoluptatis,neq; ali-
quid eorũ quo terrenæ felicitatis ruina fulcit̃,neq; ipsa quæ in animo est meo humana uir-
tus,qa si tu deseris,quæ hominis uirtus? Quid est enim homo nisi q̃ memor es eius? Cir *Caput 14*
cundederũt me uituli multi,hoc est minores in plebe. Tauri pingues obsederũt me, hoc est
superbi ac diuites principes plebis aperuerunt in me os suũ, clamantes, Crucifige crucifige. *Lucæ 23.*
Quasi leo rapiẽs & rugiẽs rapuerunt eũ,cõprehensum adducentes ad præsidem,& rugierũt
petẽdo eius mortem.Sicut aqua effusus sum,tanq̃ in me lapsi caderent persecutores mei.
Dispersa sunt omnia ossa mea.Quid sunt ossa nisi corporis firmamẽta,corpus aũt Christi
ecclesia? Firmamenta ergo ecclesiæ qui,nisi apostoli,qui etiã colũnæ alibi nũcupant̃? Hi uti
q̃ dispersi sunt cũ ad passionẽ ipse duceretur, uel cũ eret passus & mortuus. Factũ est ergo
cor meũ tanq̃ cera liquescens in medio uentris mei. Hoc sanè quemadmodũ capiti nostro
ipsius corporis saluatori coaptetur,inuenire difficile est. Neq; enim nisi magno pauore con- *Ioan.10*
tingit,ut cor uelut cera liquescat humanũ, quod unde in illo fieri posset, qui potestatẽ habe
bat ponendi & recipiendi animã suã? Sed profecto aut infirmorũ suorũ in se transtulit cau
sam,uel illorũ qui metu mortis pauescunt, sicut ipse Petrus ex egregio præsumptore tã cre-
ber negator effectus,siue illorũ qui tristicia salubri cõtabescunt,sicut idẽ ipse Petrus cũ ama- *λύω*
re fleuit. Nã tristicia quasi soluit cor, Vnde dicitur etiã græce λύπη q̃ hinc appellata sit λύπη:
Aut certe profundum sacramentum nos intelligere uoluit,ut cordis sui nomine significaret
scripturas suas,ubi eius utiq; latebat consiliũ,quod tunc apertũ est,cum ea quæ de illo pro-
phetata fuerunt,passus impleuit. Solutæ sunt ergo scripturæ eius in his quæ perfecta sunt
B aduẽtu eius,natiuitate,passione,resurrectiõe,glorificatione. Quis emẽ iã ea nõ intelligit in ꝓ
phetis, quãdo usq; ad intellectũ etiã carnalis multitudinis puenerũt, quã fortasse significa-
uit in medio uẽtris sui,ut in eius corpore qd̃ est ecclesia quasi uẽtris locũ habeat carnalis &
infirmior multitudo? Aut si uẽtris nomẽ magis interioribus cõpetit,ad eos potius pfectio-
rẽ scripturarũ intellectũ ptinere mõstratũ est, cũ cor eius,id est scripturæ eius quæ cõtinẽt cõ
siliũ eius,in medio eorũ, hoc est in cogitatiõe eorũ tanq̃ cera dissoluit̃,hoc est feruore spũs *Ca. 15*
aperit̃, disputat̃,exponit̃. Et aruit uelut testa uirtus mea. Testa igne firmata est, sic &
uirtus corporis Christi nõ sicut fœnũ igne consumit̃,sed sicut testa passiõe uelut igne firma
tur. Vasa emẽ figuli ꝓbat fornax,sicut alio loco scriptura dicit,& homines iustos tẽtatio tri- *Eccĩ.27*
bulationis.Et lingua mea adhæsit faucibus meis.Potest qdẽ silentiũ eius significatũ uideri,
qd̃ & propheta cõmẽdat cũ dicit, Sicut agnus corã tõdẽte fuit sine uoce.Sed si linguã eius, *Esa.53*
os in eius corpore quod est ecclesia intelligamus, per quod suũ loquitur euangeliũ, tũc eius
faucibus adhæret,cum à præceptis eius non recedit. Quod uero sequitur,Et in puluerẽ mor
tis deduxisti me,quomodo capiti coaptabitur,quãdo quidẽ corpus eius,quod tertia die re- *Act.2*
surrexit,nõ est utiq; in puluerem dissolutũ? Nec aliter exposuerunt apostoli, quod in alio *psal.15*
psalmo positum est, Neq; dabis sanctum tuũ uidere corruptionem, nisi quia eius caro non
est corrupta,quæ tam celeriter resurrexit. Vnde item in alio psalmo dicit, Quæ utilitas in *Psal. 29.*
sanguine meo, dum descendo in corruptionem? Nunquid confitebitur tibi puluis,aut an-
nunciabit ueritatem tuam? Hoc scilicet dicẽs,q̃ si eo modo quo & cæteri mortuus dimitte-
ret̃ in puluerẽ,& caro eius resurrectioni ultimæ seruaret̃,nulla esset utilitas in sanguine eius,
qa nihil prodesset mors eius, nec annunciaretur ueritas dei,quæ illum cõtinuo resurrecturũ
esse prædixerat. Quid sibi uult ergo quod hoc loco ait, Et in puluerẽ mortis deduxisti me?
Nisi corpus eius accipiamus ecclesiam, in qua illi qui pro eius nomine passi sunt uel patiun-
tur, non ita ut ipse cito resurgunt, sed in mortis puluerem deducuntur, tunc resurrecturi,
cum illud tempus uenerit,de quo in euangelio dicit, Veniet hora quando omnes qui in mo-

numentis ſunt audient uocem eius & procedent. Aut certe tropice puluerem mortis ipſos C
Pſal.1 Iudæos intelligi uoluit,in quorum manus deductus eſt. Scriptum eſt enim: Non ſic impij
Cap.16 non ſic,ſed tanquam puluis quem proijcit uentus à facie terræ. Deniq; ſequitur,Quo/
niam circundederunt me canes multi,concilium malignantium obſedit me,tanquam ipſos
dixerit puluerem mortis in quem deductus eſt,quos dixit canes multos & concilium mali/
gnantium,canes eos uidelicet appellans,qui plerunq; contra innocentes latrãt,cum quibus
non habent conſuetudinem. Iam uero in his quæ ſubiungit tanquam Euangelium recita/
tur.Crucifixio quippe eius exprimitur in eo quod dicit:Foderũt manus meas & pedes me/
os,dinumerauerunt omnia oſſa mea.Ipſi uero conſideraverunt & conſpexerunt me.Foſſæ
ſunt enim clauis manus & pedes eius,& cum extẽderetur in ligno,quodammodo numera/
ta ſunt oſſa eius.Conſideratus eſt autem atq; conſpectus quid illi futurum eſſet,& utrũ ue
niret Helias & liberaret eum.Iam illud quod ſequitur,nullius expoſitionis indiget,Diuiſe/
runt ſibi ueſtimẽta mea,& ſuper ueſtem meã miſerunt ſortẽ. Verba deinde quæ ſubtexun/
tur,orantis ſunt,tam in perſona capitis,id eſt hominis mediatoris,quàm ex perſona corpo
ris quod eſt eccleſia,quam dicit etiã unicam ſuã. Tu autẽ domine,inquit,ne longe facias au
xilium tuum,hoc ad eius carnem pertinet,cuius reſurrectio non in longum eſt miſſa ut alio
rum.In defenſionem meam aſpice ne quid noceant inimici,qui ſibi uidẽtur aliquid potuiſ/
ſe carnem perimendo mortalem.Non autẽ nocent,ſi defendente gratia dei,non eis ad ma/
lum anima ſuperata conſentiat.Sic enim & alibi prophetatum eſt, Terra tradita eſt in ma
nus impij,hoc eſt caro terrena.Erue à framea animam meam.Framea gladius eſt,Nec uti/
que tali ferro Chriſtus occiſus eſt ſed cruce,nec latus eius gladio ſed lãcea percuſſerũt.Trã/
Pſalm.56 lato ergo uerbo,frameam linguam dixit perſequentium,ſicut in alio pſalmo dicitur:Et lin/
gua eorum gladius acutus, Vnde quia in eius carne lingua prævaluit malignorum,orat ut
animæ nihil noceat,cum dicit,Erue à framea animam meam,ut hæc in prophetia oratio ſi
ad caput corporis referas,non uideatur uelut indigentis petitio,ſed potius rei futuræ figura D
ta prædictio.Aut certe,quia corpus eius,hoc eſt eccleſia graues perſecutiones fuerat perpeſ
Matth.10 ſura,Frameam dixit,qua maxime trucidati ſunt martyres,unde uult eorũ animas erui, ne
timeant eos qui corpus occidunt,animam autem occidere non poſſunt,& conſentiant ad il/
licita.Aut etiam in ipſorum paſſionibus,inimicorũ linguam frameam dicit, unde animam
ſuam,hoc eſt animã corporis ſui,animã ſanctorũ ſuorum uult erui.Quod autem ſequitur:
Et de manu canis unicam meam,nihil aptius quàm unica eccleſia mihi uidetur intelligi.Ca
nem uero appellauit mundum,non ratione ſed cõſuetudine contra inſolitam ueritatem la/
trantem.Hæc eſt enim canum natura, ut cum quibus habent conſuetudinem, ſiue illi boni
ſiue mali ſint,nõ ad eos latrent,inſolitorum autem perſonis uiſis,etiam innocentibus,iriten
tur. Manu autem canis poteſtatem mundi ſignificauit. Cuius etiam regnum infeſtum fu/
turum corpori ſuo,id eſt eccleſiæ ſuæ, leonis nomine figurauit in eo quod adiũxit, Saluum
Prouer.19 me fac de ore leonis. Vnde eſt ſcriptũ,Nihil intereſt inter minas regis & iram leonis,quan/
1.Petri 5 quam & diabolum apoſtolus Petrus leoni comparet rugienti & quærenti circumeundo
quem deuoret.Superboſq; huius mundi,Chriſtianis humilibus aduerſaturos oſtendens,
conſequenter dicit,Et à cornibus unicornium humilitatem meam.Ideo quippe in unicorni
bus ſuperbi intelliguntur,quia ſuperbia odit conſortium,& quantum in ipſo eſt,ſolus cupit
Cap.17 eminere omnis ſuperbus. Iam nunc attende ubi ſit fructus, uel quod derelictus eſt,
ne exaudiretur pro terrena felicitate,non ad inſipientiam,ſed ut ſaperemus quid noui gra
tia teſtamenti deſiderare debeamus: uel quod nõ eſt derelictus, ſed exauditus in eo quod
ait,Ne diſcedas à me,qui dixerat,Quare me dereliquiſti,quod utiq; contrariũ eſt, niſi illud
ad aliud,hoc ad aliud referatur.Attẽde & audi quantum ſapis,hauri quantum capis,quan
tumq; ipſe rem tantam eloqui ualeo,quantum tribuit ille qui nos exaudit,& in Chriſto in/
quantũ homo mediator eſt inter nos & deũ, & cũ Chriſto inquantũ deus eſt æqualis deo,
& potens eſt facere,ut ait apoſtolus,ſupra quàm petimus aut intelligimus, Vide in hoc pſal
mo

A mo testamenti noui gratiam, uide illius derelictionis,tribulationis,deprecationis fructum, quid agatur,quid insinuetur, quid mundetur,quid illustretur. Intuere quid legamus tanto ante prophetatum,quid iam cernamus impletum. Narrabo nomen tuum inquit fratribus meis,in medio ecclesiæ cantabo te.Fratres illi sunt de quibus in euãgelio ait, Vade & dic fratribus meis:Ecclesia illa est quam modo dixit unicam suam,hæc est unica catholica quæ toto orbe copiosa diffunditur,quæ usq; ad ultimas gentes porrigitur. Vnde in euãgelio dicit, Et prædicabitur hoc euangelium in uniuerso orbe in testimonium omnibus gẽtibus, & tũc ueniet filius hominis. Quod autem ait, Cantabo,hoc est illud canticum nouum,de quo in alio psalmo dicitur, Cantate domino canticum nouum,cantate domino omnis terra. Habes hic utraq;,ex quo cantico cantaturum se dixerit,& in cuius ecclesiæ medio:illud pertinet ad nouum canticum,hoc ad omnem terram. Ipse quippe cantat in nobis cuius gratia cantamus,sicut dicit apostolus,An uultis experimentum eius accipere qui in me loquitur Christus? Medium uero ecclesiæ ad eminentiam licet referas & ipsam manifestationem,quia omnia quanto clarius nota sunt,tanto magis in medio esse dicuntur, uel certe ad interiores ecclesiæ, quia interiora sunt media. Neque enim omnis qui labijs personat, cantat canticũ nouum, sed qui eo modo cantat,ut apostolus admonet dicens, Cantantes & psallentes in cordibus uestris domino. Intus enim est hoc gaudium, ubi uox laudis & canitur & auditur, quia uoce laudatur qui gratis amandus est toto corde, tota anima, tota mente, amatoremque suum attendit in se gratia sui spiritussancti. Quid enim aliud est canticum nouũ, quàm laus dei? Deniq; sequitur,& hoc euidentius demonstrat.Cũ enim dixisset, Narrabo nomen tuum fratribus meis, quia deum nemo uidit unquam, sed unigenitus filius q est in sinu patris ipse enarrauit, atque adiunxisset,In medio ecclesiæ cantabo te, quomodo cantabit,id est quia in nobis,continuo manifestauit dicens, Qui timetis dominum laudate eum. Quis autem ueraciter laudat,nisi qui synceriter amat? Tantundem est ergo ac si dice-
B ret,Qui timetis dominum amate eũ. Dixit enim homini sicut scriptum est, Ecce pietas est sapientia.Porrò pietas cultus dei est, nec colitur ille nisi amando. Summa igitur & uera sapientia est in præcepto illo primo, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua.Ac per hoc sapientia est charitas dei,nec diffunditur in cordibus nostris, ni si per spiritumsanctum qui datus est nobis. Initium autem sapientiæ timor domini. Et timor non est in charitate,sed perfecta charitas foras mittit timorem.Proinde præmissus timor in cor nostrum,pellit inde consuetudinem malorum operum & seruat charitati locũ, quia tanquam domina ueniente,ut illa insideat,abscedit.Ergo qui timetis dominum laudate eum, ut deum non seruiliter sed libere colatis,eum amare discite quem timetis,& poteritis laudare quod amatis. Timentes enim deum homines ueteris testamenti, propter litteram terrentem & occidentem,nondum habentes spiritum uiuificantem, currebant cum sacrificijs ad templum. Et quamuis in figuram futuri sanguinis quo redempti sumus, tamen nescientes quid per eos præfiguraretur, cruentas uictimas immolabant. Nunc uero in gratia noui testamenti qui timetis dominum laudate eum. Ipse quippe in alio psalmo,illa mutanda prænuncians,quæ tunc in umbra futuri offerebantur, Non accipiam inquit de manu tua uitulos,neque de gregibus tuis hircos. Et paulo post ut ostenderet sacrificiũ noui testamenti,quando illa fuerant cessatura, Immola inquit deo sacrificium laudis,& redde altissimo uota tua.Et in fine eiusdem psalmi, Sacrificiũ inquit laudis glorificabit me, & illic uia est qua ostendam illi salutare meum.Salutare dei Christus est, quem infantem Simeon senex cum agnouisset in spiritu,eũq; sumpsisset in manus,Nunc dimittis inquit domine seruum tuum secundũ uerbũ tuũ in pace,quoniam uiderunt oculi mei salutare tuũ. Qui timetis ergo dominum laudate eum,uniuersum semen Iacob glorificate eum. Non uacat, quod ei non sufficit dicere, semen Iacob,nisi adderet uniuersum, ne in solis eis intelligeretur qui ex Israelitis fuerant credituri. Semen Iacob ipsum est semen Abrahæ: omnibus in Christum credentibus,non solis qui ex Israel fuerant fideles apostolus dicit,Ergo Abrahæ

Ioan.20
Matth.24
psal.95
2.Cor.13.
Ephe.5
Cap.18
Matth.22.
Roma.5
Eccl.1
1.Ioan.4
psal.49.
Ca.19.

semẽ

ſemen eſtis ſecundum promiſſionem hæredes. Ibi nanque commemorauit præfiguratio/ C
nem noui teſtamenti,in eo quod ſcriptum eſt,In Iſaac uocabitur tibi ſemen, non utique in
Hiſmael ancillæ filio. In quibus duobus filijs Abraæ ſeruo & libero,& duabus mulieribus,
Galat.4 ancilla & libera,ſcribens ad Galatas,duo teſtamenta dicit in allegoria præfigurata. Vnde
Rom.9 dicit:Non qui filij carnis,hi ſunt filij dei,ſed filij promiſſionis deputãtur in ſemine. Promiſ/
ſionis enim uerbum hoc eſt, Ad hoc tempus ueniam, & erit Saræ filius. Multum eſt & ni/
mis longum,diligenter enucleare cur filij promiſſionis pertinentes ad Iſaac,noui teſtamen/
ti gratiæ deputentur. Breuiter tamen attingam, unde tanto fructuoſius cogitabis, quanto
magis pie cogitaueris. Non omnia deus quæ prædicit,promittit. Prædicit enim etiam illa
quæ non ipſe facit,quia eſt omnium præſcius futurorum. Prædicit ergo & peccata hominũ,
quæ potuit præſcire non facere. Promittit autem quæ ipſe facturus eſt,nec ea mala ſed bo
na. Quis enim promittit mala? Quamuis itaque mala inferat,mala non peccata ſed ſup/
plicia,minatur tamen potius quàm promittit. Omnia largitur & præſcit,ſed peccata præ/
dicit. Filij ergo promiſſionis,filij ſunt beneficij. Hæc eſt gratia quæ gratis datur,non meritis
operantis ſed miſeratione donantis. Hinc gratias agimus domino deo noſtro, quod eſt
magnum ſacramentum in ſacrificio noui teſtamenti,quod ubi & quando & quomodo of/
Ca.20 feratur cũ fueris baptizatus inuenies. Deinde ſequitur & dicit, Timeat eum omne ſe/
men Iſraël,quia Iacob ipſe & Iſraël unus homo erat habens duo nomina,non in paruo ſa
cramento: ſed uno libro non poſſunt dici omnia, in quo iam multum progreſſi ſumus &
nondum de alijs tribus quæſtionibus aliquid diximus, hoc eſt de tenebris exterioribus, &
latitudine & longitudine,altitudine & profundo,& de quinq; & quinq; uirginibus. Quod
ergo dixit ſupra, Vniuerſum ſemen Iacob, hic conſequenter ait, Omne ſemen Iſraël. Sed
quare ſuperius, Magnificate eum,& poſterius, Timeat eum. Magnificatio laudi congruit,
de qua dixerat, Qui timetis dominum laudate eum, unde iam multa diſſerui. Ibi quo/ D
1.Ioan.4 que amor uel charitas dei perfecta foras mittit timorem, Cur ergo iterum timeat eum o/
Rom.8 mnis Iſraël? Non enim accepiſtis, inquit apoſtolus, ſpiritum ſeruitutis iterum in timore.
Rom.11 Sed idem apoſtolus oleaſtro inſerto in oliua timorem præcipit, hoc eſt, gentibus additis
radici Abraam, Iſaac, Iacob, ut & ipſi fierent Iſraël, id eſt, pertinerent ad ſemen Abraæ.
Quam inſertionem oleaſtri amputatis propter infidelitatis ſuperbiam naturalibus ramis,
etiam ipſe dominus in Euangelio prædixit occaſione illius Centurionis qui in eum ex gen
Matth.8 tibus credidit. Tunc enim ait: Amen dico uobis, non inueni tantam fidem in Iſraël. Et ad/
iunxit,Ideo dico uobis,quia multi ab oriente & occidente uenient & recumbent cum Abra
am Iſaac & Iacob in regno cœlorum, filij autem regni ibunt in tenebras exteriores,illic erit
ploratio & ſtridor dentium, Ita ſignificans inſeri oleaſtrum propter humilitatem. Dixe/
rat quoque ille Centurio: Non ſum dignus ut ſub tectum meum intres,ſed tantum dic uer
bo & ſanabitur puer meus. Confractionem autem ramorum naturalium propter ſuper/
biam,ſcilicet eorum qui ignorantes dei iuſticiam,& ſuam uolentes conſtituere, iuſticiæ dei
non ſunt ſubiecti. De his quippe uana elatione tumentibus dictum eſt,quod ibunt in tene
bras exteriores,quia iactantes ſe de ſemine Abraæ,ſemen Abraæ fieri noluerunt,ut eſſent
filij promiſſionis, quia fidem noui teſtamenti non receperunt,ubi iuſticiam dei contempſe
runt, & ſuam conſtituere uolentes, id eſt,tanquam de ſuis meritis & operibus præfiden/
tes ſpreuerunt eſſe filij promiſſionis, hoc eſt filij gratiæ, filij miſericordiæ, ut qui gloriatur
in domino glorietur, credẽs in eum qui iuſtificat impium,hoc eſt,qui ex impio facit pium,
ut deputetur fides eius ad iuſticiam, & impleatur in eo, non quod poſtulabat eius meri/
tum,ſed quod à domino promiſſum eſt beneficium. Cum his igitur agens apoſtolus qui
Rom.11 oliuæ per gratiam inſerebantur,Dicis inquit,Fracti ſunt rami ut ego inſerar. Bene,propter
incredulitatem fracti ſunt. Tu autem fide ſta,noli altum ſapere,ſed time. Dei eſt enim bene
Eph.2 ficium nõ meritum tuum,quod & alibi dicit: Gratia ſalui facti eſtis per fidem,& hoc nõ ex
uobis,ſed dei donũ eſt,nõ ex operibus,ne forte quis extollatur. Ipſius enim ſumus figmen/
tum

A tū creati in Ieſu Chriſto in operibus bonis, quæ præparauit deus ut in illis ambulemus. In hoc itaq; intellectu gratiæ eſt timor, de quo dicitur, Noli altū ſapere ſed time. Timor autē iſte alius eſt, non eſt ille ſeruilis quem charitas foras mittit. Illo enim timetur ne iudicet in tormentū ſupplicij, iſto autem ne amittatur gratia beneficij. Quapropter quāuis fidelibus ad nouū teſtamentū pertinentibus dicat apoſtolus quod paulo ante commemorauī, Non enim accepiſtis ſpiritū ſeruitutis iterum in timore, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum in quo clamamus, Abba pater, id eſt ut fides in nobis ſit quæ per dilectionē operatur, non tam timendo pœnam quām amando iuſticiam, tamen quia non fit anima iuſta niſi participatione melioris qui iuſtificat impium, quid enim habet quod non accepit? non debet ſibi tribuendo quod dei eſt, ita gloriari tanquam non acceperit. Ob hoc ei dictū eſt, Noli altum ſapere, ſed time. Et timor iſte præcipitur his etiam qui ex fide uiuentes hæredes ſunt noui teſtamēti, atq; in libertatē uocati. Altum enim ſapere, dictū eſt ſuperbire. Quod alio loco econtrario ſatis oſtendit, ubi ait, Non alta ſapientes, ſed humilibus conſentientes, utiq; aperuit nihil aliud ſe dixiſſe alta ſapientes, q̄ ſuperbientes. Timor ergo non eſt in charitate, quia perfecta charitas foras mittit timorem, ſed illum ſeruilem quo cum ſe quiſque ab opere malo abſtinet, pœna terretur non iuſticia delectatur. Hunc charitas foras mittit, quam non delectat iniquitas, etiam ſi proponatur impunitas. Nō illum quo timet anima ne amittat ipſam gratiam, quia in illa factum eſt, ut eam non peccare delectet, quo timet ne deus eā deſerat, etiam ſi in illis dolorum cruciatibus puniat. Hic timor caſtus eſt, non eū charitas eīcit, ſed aſciſcit, De illo quoque ſcriptum eſt, Timor domini caſtus permanens in ſeculum ſeculi: nequaquam diceret iſtum permanentem, niſi ſciens alium qui non permanet. Et bene iſtum caſtum dixit. Hoc enim non caret amor quo anima inhæret deo, quæ dicit in alio pſalmo, Perdidiſti omnē qui fornicatur abs te, mihi autem adhærere deo bonū eſt. Nā & coniunx quæ adulterinū animū gerit, etiā ſi timore uiri nō adulterium perpetrat, B tamen quod deeſt operi ineſt uoluntati. Caſta uero aliter timet. Nam & ipſa timet uirum, ſed caſte. Deniq; timet illa ne uir infeſtus adueniat, iſta ne offenſus abſcedat. Non amanti enim præſentia uiri moleſta eſt, amanti autem abſentia. Timore itaq; caſto permanenti in ſeculum ſeculi, timeat deum omne ſemen Iſrael. Timeant quem diligunt, non alta ſapiēdo, ſed humilibus conſentiendo, cum timore & tremore ſuam ipſorum ſalutem operando. Deus eſt enim qui operatur in eis & uelle & operari pro bona uolūtate. Hæc iuſticia dei, hoc eſt quod deus donauit homini, quem iuſtificat impium. Hanc dei iuſticiam ignorantes ſuperbi Iudæi, & ſuam uolentes conſtituere, iuſticiæ dei non ſunt ſubiecti, hac ſuperbia deīciuntur ut humilis inferatur oleaſter. Et illi ibunt in tenebras exteriores, de quibus inter alia requiſiſti, uenientibus ab oriente & occidente multis, qui recumbant cum Abraham, Iſaac & Iacob in regno cœlorum. Sunt enim modo in exteris tenebris, unde correctio deſperanda non eſt, quam ſi contempſerint, ibunt in tenebras exteriores, ubi correctionis locus non erit, quoniam deus lux eſt, & tenebræ in eo non ſunt ullæ, Sed lux cordis non iſtorū qui in carne ſunt oculorum, nec omnino talis qualis huius lucis uiſibilis phātaſia cogitatur, quanq̄ & ibi eſt uidere, ſed lōge aliter lōge diſſimiliter. Qualis ēm lux eſt ipſa charitas, q̄s uerbis explicet? Quis earū rerum quæ ſenſibus carnis ſubiacēt ullo demonſtret exēplo? An forte lux non eſt charitas? Audi apoſtolū Ioannē. Ipſe quippe dixit, quod modo cōmoraui, quoniā deus lux eſt, & tenebræ nō ſunt in eo ullæ. Qui rurſum dicit, Deus charitas eſt. Ac per hoc ſi deus lux eſt, & deus charitas eſt, profecto charitas lux ipſa eſt quæ diffunditur in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctū qui datus eſt nobis. Item dicit, Qui odit fratrē ſuū in tenebris eſt uſq; adhuc. Iſtæ ſunt tenebræ in quas diabolus & angeli eius multū ſupbiendo progreſſi ſunt. Charitas enim non æmulatur, non inflatur. Ideo nō æmulatur, quia nō inflatur. Vbi enim præcedit inflatio, cōtinuo ſequitur æmulatio, quoniam ſuperbia eſt mater inuidētiæ. Diabolus igitur & angeli eius à luce & feruore charitatis auerſi, & nimis in ſuperbiam inuidiāq; progreſſi, uelut glaciali duricia torpuerūt. Et ideo per figurā tanq̄ in aquilo-

Caput. 21

Roma. 8

ὑψηλοφρονεῖν

Ca. 22

Tenebræ exteriores.

1. Ioan. 1.

1. Ioan. 4

Pſal. 18.

De uerbis apoſtoli ſer. 13. 18. 19. 3. ſen. diſ. 34. non potes

aquilone ponuntur. Vnde cum generi humano diabolus incubaret, uentura gratia salua- C
Cant.4 toris, dicitur in Canticocanticorum: Exurge aquilo & ueni auster, perfla hortum meum &
fluent aromata. Exurge qui irruisti, qui subditis incumbis, qui possessos premis. Exurge ut
à tuo pondere eleuati erigantur, quorũ animas premẽdo curuasti. Et ueni auster, inquit, spi
ritum inuocãs gratiæ flantẽ de meridie, uelut à parte feruida & luminosa, & fluant aroma
2.Cor.2 ta. Vnde apostolus dicit: Christi bonus odor sumus in omni loco. Hinc etiã dicitur in alio
Psal.125 psalmo: Conuerte domine captiuitatem nostram sicut torrens in austro. Captiuitatem sci
licet qua sub diabolo tanquã sub aquilone tenebantur, ubi abundãte iniquitate friguerant,
Matth.24. & quodammodo congelauerant. Hinc enim & Euangelium dicit: Quoniam abũdabit ini
quitas refrigescet charitas multorũ, At uero flante austro glacies resoluitur & torrentes flu
Eccĩ3 unt, id est peccatis remissis, populi ad Christum charitate cõcurrunt. Hinc & alibi scriptum
Ca.23 est: Sicut glacies in sereno, ita soluũtur peccata tua. Proinde rationalis creatura, siue in
angelico spiritu, siue in anima humana, ita facta est, ut sibĩpsa bonum quo beata fiat esse
non possit, sed mutabilitas eius si conuertatur ad incommutabile bonum, fiat beata: unde
si auertatur misera, auersio eius uitiũ eius, & conuersio eius uirtus eius est. Natura ergo nõ
est mala, quia creatura spiritus est uitæ rationalis, etiam priuata bono cuius participatione
beatificatur, id est etiam uitiosa, melior est corpore quod summum est in corporibus, id est,
hac luce quæ sentitur oculis carnis, quia & ipsa est corpus: omni autem corpore quælibet in
corporea natura præstantior, nõ mole, quia non nisi corporeum est moles, sed ui quadam
qua supergreditur omnem phantasiam quam uolutat animus haustam de sensibus corpo
ris. Sed quẽadmodum in ipsis corporibus ea quæ inferiora sunt, sicut terra & aqua & ipse
aër, meliora fiunt participatione melioris, id est, cum luce illuminantur & feruore uegetan
tur: sic incorporeæ creaturæ rationales ipsius creatoris fiunt participatione meliores, cum ei
cohærent purissima & sanctissima charitate, qua omnimodo si caruerint, tenebrescũt & ob
durescunt quodammodo. Proinde infideles homines tenebræ sunt, qui per fidem conuersi D
ad deum quadam promissa illuminatione lux fiunt. In qua proficiendo si ex fide ad speciẽ
perueuerint, ut id quod credunt etiam conspicere, sicut tantum bonum potest conspici, me
Eph.5 reantur, perfectam recipient imaginem dei. Talibus enim dicit apostolus: Fuistis aliquãdo
tenebræ, nũc autem lux in domino. Porrò diabolus & angeli eius, tenebræ sunt infidelibus
hominibus deteriores. Plus enim ab illa charitate auersi, & in suum fastũ obstinatione pro
gressi sunt. Et quoniam extremo iudicio Christus dicturus est eis quos ad siniſtram discer
Matth.25 net, Ite in ignem æternũ, qui paratus est diabolo & angelis eius, his malignis spiritibus con
iungendos simulq; damnandos, dicet ituros in tenebras exteriores, id est, in societatem pœ
nalem diaboli & angelorũ eius. Huic pœnæ contrarium est quod bono seruo dicitur, Intra
in gaudiũ domini tui, ut quanto sunt istæ tenebræ exteriores, tanto sit lumen illud interius.
Non hæc per locorũ interualla inani phantasmate cogitanda sunt, Localia spacia, nõ occu
pant nisi corporis moles. Non est hoc spiritus uitæ, non est hoc anima rationalis, multomi
nus deus omniũ benignissimus conditor, & iustissimus ordinator. Voluntatibus & affecti
bus ista uel propinquare uel longe fieri, uel intrare, uel exire dicũtur: sed quia malo opere, id
est, tenebroso delectantur facientes, secutura est autẽ pœna quæ torqueat, ideo dñs ubi di
xit, Tenebras exteriores, addit etiã, Ibi erit fletus & stridor dentiũ, ne talibus oblectationi
bus qualibus hic iniqui perfruũtur, quãdo infidelitate atq; iniustitia tenebrescũt, etiã in il
lo supplicio sensuros clementer existiment: quia enim uolentes iniuste utuntur bonis, iuste
nolentes cruciabũtur malis, quibus à charitatis luce auersa mens in peccatis oblectatur. Ex
teræ tenebræ, corporis autem mala quibus æternis in finẽ torquebitur, Exteriores tenebræ,
qui solas timẽt qui seruili adhuc timore detinẽtur. Nam si eis liceret, in illis exteris quæ sunt
in peccatis impune semper uolui & inuolui, profecto nũquam uellent accedere ad deum &
illuminari & inhærere illi per charitatem, ubi est timor castus permanens in seculum seculi,
qui timor non cruciat, sed tenaciorem facit animam boni illius, quod si dimiserit cadit.

Timeat

A Timeat eum omne ſemen Iſraël. Et uide cauſam quam coniungit, Quoniam non ſpre- Ca.24
uit inquit, neq; deſpexit precem pauperis, neq; auertit faciem ſuã à me. Vbi eſt illud, Qua-
re me dereliquiſti, ſi non auertit faciem ſuam à me, niſi quia derelinquendo non dereliquit,
quando in bonis temporalibus non exaudit non ad inſipientiam nobis? Non inquit ſpre
uit neq; deſpexit precem pauperis, nec auertit faciem ſuam à me, Et cum clamarem ad eum
exaudiuit me. Facit ergo quod pauloante rogatus eſt, ubi ei deprecans dixit, Ne diſcedas
à me. Si enim exaudiuit, profecto fecit, non itaq; diſceſſit, nõ dereliquit, ut ſaperemus, quo
niam magis nõ ab eo derelinqui uelle debemus. Apud te laus mea. Quid ergo nocẽt qui Videtur ſu-
tanquam uicto inſultant quod me in temporalibus dereliqueris? In eccleſia magna confi- pereſſe.
tebor tibi, nõ quanta iſta ſynagoga eſt quæ irridet mortem derelicti, ſed in eccleſia magna
diffuſa per omnes gentes quæ credit in reſurrectione nõ derelinqui. Hæc eſt unica illa quã
petit de manu canis erui, de qua etiam pauloante dixit, In medio eccleſiæ cantabo tibi. Et
nunc quod ait, Confitebor tibi. In eis quoq; qui confitebuntur, in quibus & loquitur. Con-
feſſio autem non tantum peccatorum eſt, ſed & laus dei, ſicut ipſe in Euangelio, Confiteor Matt.11
tibi inquit pater domine cœli & terræ, quia abſcõdiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, &
reuelaſti ea paruulis. Ideo ſequitur & dicit, Vota mea reddã coram timentibus eum. Edent
pauperes & ſaturabuntur & laudabunt dominum qui requirunt eum. Ipſi ſunt paruuli de
quibus dixit, Et reuelaſti ea paruulis timentes eum, & pauperes, id eſt humiles qui non al-
ta ſapiunt, ſed timentes timore illo caſto, non quo pœna formidatur, ſed quo gratia † com aliãs conſer-
mendatur. Vota uero ſua, ſacrificium uult intelligi corporis ſui quod eſt fideliũ ſacramen- uatur.
tum. Ideo cum dixiſſet, Vota mea reddam coram timentibus eum, continuo ſubiunxit,
Edent pauperes & ſaturabuntur. Ipſi enim ſaturabuntur pane qui de cœlo deſcendit, qui ei
cohærentes & eius pacem dilectionemq; ſeruantes imitantur eius humilitatem. Ideo pau-
peres in hac paupertate & ſaturitate præcipue apoſtoli claruerunt. Et laudabũt dominum
B inquit qui requirũt eum, intelligẽtes non meritorum ſuorũ, ſed illius eſſe gratiæ quod ſatu
rati ſunt. Requirunt enim eum, quia non ſunt ex eis qui ſua quærunt non quæ Ieſu Chri-
ſti. Deniq; & ſi caro eorum qui eum laudant patitur temporalem tribulationem uel mor- 1.Tim.1
tem, uiuent corda eorum in ſeculum ſeculi. Hæc uita cordis non eſt in ſenſibus corporis, ſe- 1.Cor.13
creta eſt in luce quæ intus eſt, non in tenebris quæ foris ſunt, in fine præcepti, non in initio Eccl.10
peccati. Finis autem præcepti charitas eſt, de corde puro & conſcientia bona & fide non fi-
cta. Charitas non æmulatur, non inflatur, quia non altum ſapit, ſed timet, & ideo cohæret
timore caſto permanẽte in ſeculum ſeculi. Initium autem omnis peccati ſuperbia, qua dia-
bolus irreuocabiliter in exteriora progreſſus eſt, hominẽmq; inuidẽdo & ei ſimile aliquid
ſuadendo deiecit. Cui homini in quadam ſcriptura dicitur, Quid ſuperbit terra & cinis?
Quoniam in uita ſua proiecit intima ſua? In uita ſua dictum eſt, tanquam in propria per-
ſona, & quaſi priuata qua delectatur omnis ſuperbia. Vnde charitas in commune Ca.25
magis quàm in priuatum conſulens, dicitur non quærere quæ ſua ſunt. Hac uiuunt corda
in ſeculum ſeculi, tanquam ſaturata pane cœleſti. De qua ſaturitate ipſe dicit, Niſi mandu Ioan.6
caueritis carnem meam & ſanguinem meum biberitis, non habebitis uitam in uobis. Me-
rito ergo iſtorum qui ſaturãtur, uiuent corda eorum in ſeculum ſeculi. Vita enim Chriſtus
eſt qui habitat in cordibus eorum, interim per fidem, poſt etiam per ſpeciem. Vidẽt enim
nunc in ænigmate per ſpeculum, tũc autem facie ad faciem. Vnde ipſa charitas nunc in bo- 1.Cor.13
nis operibus dilectionis exercetur, quaſi ad ſubueniendum quaqua uerſum poteſt, porri-
git, & hæc latitudo eſt: nunc longanimitate aduerſa tolerat, & in eo quod ueraciter tenuit,
perſeuerat, & hæc eſt longitudo: hoc autem totum propter adipiſcendam uitam facit æter
nam quæ illi promittitur in excelſo, & hæc altitudo eſt. Exiſtit uero ex occulto iſta charitas
ubi fundati & radicati quodammodo ſumus, ubi cauſæ uoluntatis dei non inueſtigantur,
cuius gratia ſumus ſalui facti, non ex operibus iuſticiæ quæ fecimus nos, ſed ſecundũ eius
miſericordiam. Voluntarie quippe genuit nos uerbo ueritatis, & hæc uoluntas eius in ab-

Rom.11 dito est. Cuius secreti profunditatem quodammodo expauescens Apostolus clamat, O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, quàm inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiæ eius. Quis enim cognouit sensum domini? Et hoc est profundum. Altitudo quippe commune nomen est excelso & profundo. Sed cum in excelso dicitur, sublimitatis eminentia commendatur, cum autem in profundo, difficultas inuestigationis & cognitionis. Vnde & illud de deo dicitur, Quàm magnificata sunt opa tua domine, nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ. Et iterum, Iudicia tua uelut abyssus multa. Hinc igitur est illud apostoli quod requirendum inter cætera posuisti. Huius rei gratia inquit flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cœlis & in terra nominatur, ut det uobis secundum diuitias gloriæ suæ uirtute corroborari per spiritum eius, in interiori homine habitare Christum per fidem in cordibus uestris, ut in charitate radicati per fidem prævaleatis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit longitudo & latitudo, altitudo, & profundum, Scire etiam supeminentem scientiam charitatis Christi, ut impleamini in omnem plenitudinem dei. Attende omnia diligenter. Huius rei inquit gratia flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cœlis & in terra nominatur. Quæris, cuius rei gratia: hoc supra dixerat, Propter quod peto non infirmari in tribulationibus meis pro uobis. Hoc ergo eis optat ut non infirmentur in tribulationibus apostoli, quas pro illis sustinebat, & propter hoc genua flectebat ad patrem. Proinde non infirmari unde illis sit, sequitur & dicit, Vt det uobis secundum diuitias gloriæ suæ uirtute corroborari per spiritum eius. Hæ sunt diuitiæ, de quibus dicit, O altitudo diuitiarum. Abditas enim habet causas, ubi præcedentibus nullis meritis quid habemus quod non accepimus. Deinde sequitur, & quid optet adiungit, In interiori inquit homine habitare Christum per fidem in cordibus uestris. Hæc est uita cordium qua uiuimus in seculum seculi, ab initio fidei usq; ad finem spei: ut in charitate inquit radicati & fundati prævaleatis comprehendere cum omnibus sanctis. Ista est communio cuiusdam diuinæ cœlestisq; reipublicæ, hinc saturantur pauperes, non sua quærentes, sed quæ Iesu Christi, id est non commoda priuata sectantes, sed in commune ubi salus omnium est consulentes. Nam de ipso pane quo tales saturantur, quodam loco Apostolus dicit, Vnus panis unum corpus multi sumus. Quid ergo comprehendere? quæ sit inquit latitudo, sicut iam dixi, in bonis opibus, quibus benevolentia porrigitur usq; ad diligendos inimicos: & longitudo, ut longanimitate p hac latitudine molestiæ tolerent: & altitudo ut p his æternū quod in supernis est præmium, nō uanum aliquid aut temporale speretur: & profundum unde gratuita gratia dei secundum secretū & abditum uoluntatis eius existit. Ibi enim radicati, ibi sumus fundati, Radicati propter agriculturam, fundati propter ædificationem quæ non est ab homine. Dicit alio loco idem Apostolus, Dei agricultura estis, dei ædificatio estis. Hoc totum agitur cum in hac nostra peregrinatione fides per dilectionem operatur. In futuro autem seculo perfecta & plena charitas sine ulla malorum tolerantia, non fide credit quod non uidet, nec spe desiderat quod non tenet, sed in æternum ueritatis incommutabilem speciem contemplabitur, cuius sine fine quietum opus erit, laudare quod amat, & amare quod laudat. De hac sequenter dicit, Scire etiam supeminentem scientiam charitatis Christi, ut impleamini in omnem plenitudinem dei. In hoc mysterio figura crucis ostenditur: qui enim quia uoluit mortuus est, quomodo uoluit mortuus est. Non frustra igitur tale genus mortis elegit, nisi in eo quoq; latitudinis huius & longitudinis & altitudinis & profunditatis magister existeret. Nam latitudo est in eo ligno quod transuersum desuper figitur. Hoc ad bona opera pertinet, quia ibi extenduntur manus. Longitudo in eo quod ab ipso ligno usq; ad terram conspicuum est, Ibi enim quodammodo statur, id est persistitur & perseueratur, quod longanimitati tribuitur. Altitudo est in ea ligni parte, quæ ab illo quod trāsuersum figitur, sursum uersus relinquitur, hoc est ad caput crucifixi, quia bene sperantium superna expectatio est. Iam uero illud ex ligno quod non apparet,

C

D

A paret quod fixum occultatur, unde totum illud exurgit, profunditatem significat gratuitæ gratiæ, in qua multorum ingenia conterũtur id uestigare conantia, ut ad extremum eis dicatur, O homo tu quis es qui respondeas deo? Viuent ergo corda saturorum in seculum seculi, hoc est humilium charitate flagrantium, non sua quærentium, sed sanctorum societate gaudentium. Hoc primitus in Apostolis factum est, Sed laudando deum, id est prædicando gratiam dei, quoniam dictum est: Laudabunt dominũ qui requirunt eum, quid populorum acquisierint in eo quod sequitur uide. Commemorabuntur inquit & conuertentur ad dominum uniuersi fines terræ, Et adorabunt in conspectu eius uniuersæ patriæ gentium. Quoniam domini est regnum, & ipse dominabitur gentium. Ille irrisus, ille crucifixus, ille derelictus hoc regnum acquirit, & tradet in fine deo patri, non ut ipse amittat, sed quod in fide seminauit cum uenit minor patre, hoc perducat ad speciem in qua æqualis non recessit à patre. Manducauerunt & adorauerunt omnes diuites terræ, Diuites terræ superbos intelligere debemus, si recte superius pauperes humiles intelligebamus, de quibus in euangelio dominus dicit, Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Ipsi enim sunt mites, lugentes, esurientes, & sitiẽtes iusticiam, misericordes, mundicordes, pacifici, & qui persecutionem patiuntur propter iusticiam, quibus prædicationibus singillatim beatitudinem adiunxit. Contra ergo diuites terræ hoc loco superbi intelligendi sunt. Neq; enim frustra ita distincti sunt, ut de pauperibus supra diceretur, Edent pauperes & saturabuntur: Hic uero, Manducauerunt & adorauerunt omnes diuites terræ, Et ipsi quippe adducti sunt ad mensam Christi, & accipiunt de corpore & sanguine eius, sed adorant tantum non etiam saturantur, quoniam non imitantur. Manducantes enim pauperes dedignantur esse, quia Christus pro nobis passus est, relinquens nobis exemplum ut sequamur uestigia eius. Veruntamen quod humiliauit semetipsum factus est obediens usq; ad mortem, mortem autem crucis, aspernantur diuites, & similia perpeti re-
B spuunt, timore non magnitudine, infirmitate ergo non sanitate. Sed quia deus excitauit eum à mortuis, & donauit ei nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu flectatur omne genu, cœlestium, terrestrium & infernorum, fama celsitudinis eius, & gloria nominis eius in ecclesia usquequaq; diffusa, permoti & ipsi ueniunt ad mensam, manducant & adorant, non tamen saturantur, quia non esuriunt & sitiunt iusticiam. Tales enim saturabuntur, quanquam perfecta saturitas in illa uita æterna erit, cum ex ista peregrinatione uenerimus ex fide ad speciem, ab speculo ad faciem, ab ænigmate ad perspicuam ueritatem, Non tamen inconuenienter saturatus dicitur † paupertate Christi, qui pro iusticia eius, hoc est pro participatione uerbi æterni quam inchoauit interim fide, omnia temporalia non solum temperanter contemnit bona, uerumetiam patienter sustinet mala. Tales fuerunt piscatores & publicani, quia abiecta huius mundi elegit, ut confunderet fortia. De his dictum est, Edent pauperes & saturabuntur. Istam saturitatem non apud seipsos tenuerunt, quodammodo enim ructantes dominum laudauerunt, id est prædicauerunt quærentes eum non sua quærentes, sed in eum charitate flagrantes. Eorum prædicatione commotus est mundus ut cõmemorarentur & conuerterentur ad dominum uniuersi fines terræ. Et adorabunt in conspectu eius uniuersæ patriæ gentium, Quoniam domini est regnum & ipse dominabitur gentium. Hac ecclesiæ dilatatione etiam superbi, id est diuites terræ adducti sunt & manducauerunt, & quamuis non saturati, tamen adorant. Hunc quoque ordinem prophetia psalmi hoc loco tenuit quem uidemus impleri. Adiungit autem, in conspectu eius procident omnes qui descendunt in terram, id est omnes bona amando terrena, non in cœlum ascendunt. Non enim faciunt quod ait Apostolus, Si resurrexistis cum Christo quæ sursum sunt quærite, non quæ super terrã, sed potius quanto sibi bonis terrenis feliciores uidentur, tanto magis in terram descendunt, hoc est in terrena deprimuntur. Et ideo in conspectu eius procident, id est ubi ipse uidet, non ubi homines uident qui eos excelsos sublimesq; arbitrantur. Et anima inquit mea ipsi uiuet. Ipsi utiq; non

Rom. 9
Ca. 27
πατριαὶ
Matt. 5
Psal. 21
1. Petri. 2
Phil. 2
aliâs pauper.
Col. 3
Ca. 28

ſibi,ſicut ſuperborum priuato bono ſuo lætantium,& à cõmuni omnium bonorum,quod c
deus eſt, inani elatione reſilientium. Hoc utiq; deuitemus,& communi potius uero omni/
2.Cor.5 um bonorum perfrui,quàm priuato noſtro gaudere quæramus, Vt qui uiuit iam non ſi/
bi uiuat,ſicut ait Apoſtolus,ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt & reſurrexit,Pro hoc enim me
diator effectus eſt,ut nos reconciliet deo per humilitatem,à quo per impiam ſuperbiã lon
Eccĩ.10 ge receſſeramus.Neq; enim tantum illud ſcriptum eſt quod ſupra poſui, Initium omnis
peccati ſuperbia,ſed etiam hoc ibi legitur, Initium omnis ſuperbiæ,homines apoſtatare
à deo.Non ergo ſibi uiuat quiſq;,ſed Chriſto,faciens non ſuam ſed ipſius uoluntatem,&
manens in eius charitate, ſicut & ipſe fecit uoluntatem patris, & manet in eius charitate.
Hæc quippe nos admonens & exemplo ſuo exhortans,in euangelio ſuo locutus eſt, Si au
tem ipſe cum in forma dei æqualis eſſet patri,tamen per formam ſerui quam propter nos
accepit,non ſuam uoluntatem,ſed patris ſe facere commendauit, quanto magis nos pro/
pria priuataq; noſtra uoluntate contempta qua tenebrati ſumus, ad illud commune lu/
men ut illuminentur uultus noſtri, & non erubeſcant, debemus accedere, quod illuminat
omnem hominem uenientem in hunc mundum,ut anima noſtra ipſi uiuat. Hoc enim de
nobis conſequenter adiungit cum dicit, Et ſemen meum ſeruiet illi, quoniam qui ſeminat
Ca.29 bonum ſemen,filius eſt hominis,bonum autem ſemen hi ſunt filij regni. Hæc porrò
omnia quæ in pſalmo iſto dicta ſunt quia non ad præſens ſed ad futurorum prophetiam
pertinebant,ſicut etiam ipſis rebus apparet,ſic eum concludere uoluit,ut oſtenderet ſe non
p̃ſentia demõſtrare,uel narrare p̃terita,ſed futura ꝓphetare. Annũciabit̃ inqt dño gñatio
4.ſenten.diſ. uẽtura & annũciabunt iuſticiam eius populo qui naſcetur quẽ fecit dñs. Non ait,Annun/
45.cap,ſed ciabit̃ dñs generationi uenturæ, ſed annunciabitur dño generatio uentura. Quod non ſic
forte. accipiendum eſt tanquam neſcienti aliquid annuncietur ut ſciat,ſed ſicut annunciant ange
li,non ſolum nobis beneficia dei,uerumetiam illi preces noſtras. Nam ſcriptum eſt ubi an
Tobiæ.12 gelus hominibus dicit, Ego obtuli memoriam orationis ueſtræ, non ut tunc deus nouerit
Matt.6 quid uelimus,uel quo indigeamus, Nouit enim pater ueſter,ait dominus, quid uobis ne/
ceſſarium ſit priuſquam petatis ab eo: Sed quia neceſſe habet rationalis creatura obtem/
perans deo,temporales cauſas ad æternã ueritatem referre, ſiue petẽdo q̃d erga ſe fiat,ſiue
conſulendo qd̃ faciat,qui pius mentis effectus eſt,ut ipſa conſtruatur,nõ ut deus inſtruat.
Nã & hæc quædam atteſtatio rationalis creaturæ eſt, q̃d non ſibi ipſa ſit bonũ quo beata
fiat,ſed illud incommutabile cuius participatiõe etiam ſapiẽs efficitur. Siue ita dictum eſt
Annunciabitur domino generatio uentura,ac ſi diceretur,domino placebunt non ſibi, ut
Rom.14 ita ſit domino nunciare,ſicut eſt domino uiuere. Sic dictum eſt, Qui manducat,domino
manducat:& qui non manducat,domino non manducat. Ad hoc quippe addidit,Et gra/
tias agit domino,ut oſtenderetur quid eſſet,domino facit, id eſt in eius laudẽ facit. Tunc
enim recte,tunc iuſte,tunc pie fit,cum opus bonum in eius laudem fit, cuius gratia dona/
tur ut fiat. Ac per hoc etiam ſi eo modo quiſpiam hæc uerba intelligere uelit,ut eorum iſte
ordo ſit,Annunciabitur domino generatio uentura, id eſt generatio annunciabitur quæ
domino uentura eſt,generatio ſcilicet piorum atq; ſanctorum,quia impiorum & ſcelerato
rum generatio non domino, ſed ſibi uentura eſt, ab eadem ſignificatione non receditur,
qua intelligatur animæ participatio in idipſum,id eſt rationalem creaturam cum ſit muta
bilis, non fieri beatam niſi à proprio ſuo mutabili ad immutabile bonum, idemq; com/
mune quod deus eſt,à quo ſuperba impietate abſtitit, humili pietate conuerſa ſubſiſtat.
In quo affectu proficiens,quicquid boni facit domino facit, hoc eſt in eius laudem, cuius
gratiam percepit ut faciat,unde eſt actio gratiarum, quæ intimo fidelium myſterio cele/
Ca.30 bratur. Illud autem quod ſequitur, Et annunciabunt iuſticiam eius populo qui naſce
tur quem fecit dominus,ſuperioris ſenſus confirmatio eſt. Nam quod ibi dictum eſt, An/
nunciabitur domino generatio uentura, hic eſt dictum, hæc annunciabit iuſticiam eius.
Ipſa quippe generatio quæ uẽtura prophetata eſt piorum atq; ſanctorum,iuſticia dei eſt

non

A non ipſorũ, Ne ſint ex illis qui ignorantes dei iuſticiam, & ſuam uolentes conſtituere, iuſti- Rom. 10
ciæ dei non ſunt ſubiecti. Illa nanq; iuſticia dei commendatur in eo quod dicitur, Ignoran
tes dei iuſticiam, qua nos ex eius gratia iuſti ſumus, ut ipſa dei iuſticia nos ſimus cum iuſte
uiuimus, credentes in eum qui iuſtificat impium, non illa qua ipſe iuſtus eſt æterna ſua &
incommutabili iuſticia. Hæc itaq; iuſticia qua nos dei munere iuſti ſumus, ſignificatur in
pſalmo illo ubi ſcriptum eſt, Iuſticia tua ſicut montes dei. Montes quippe dei, ſancti eius Pſal. 35
ſunt, de quibus alibi dicitur, Suſcipiunt montes pacem populo tuo. Et multa de his monti Pſal. 71
bus ſcripta ſunt figurata locũtione, quæ cõmemorare nunc lõgum eſt. Sed quia hoc ipſum
quod deus iuſtificat homines, nimis occulto iudicio facit, quoniam gratuita gratia, Si au-
tem gratia, non ex operibus, alioquin gratia iam non eſſet gratia, Ex hoc quippe incipiunt Rom. 11
opera bona ex quo iuſtificamur, non quia præceſſerũt iuſtificamur, Et hoc eſt profundum
de quo ſuperius iam multa diximus, Continuo in eodem pſalmo cum dixiſſet, Iuſticia tua
uelut montes dei, ſubiunxit, Iudicia tua uelut abyſſus multa. Inde uenit ad ſalutem homi-
nibus iumentisq; communem, quia & ipſa eſt miſericordia dei, & dicit, Homines & iumen
ta ſaluos facies domine, ſicut multiplicata eſt miſericordia tua deus, Vt hinc intelligamus
etiam illam ſalutem æternam & immortalem, de qua dicit Apoſtolus, Spe enim ſalui facti Rom. 8
ſumus, ſimiliter ut iſtam quæ hominibus iumentisq; communis eſt, gratis nos accipere nõ
ex operibus, ne forte quis extollatur, quia opera ſua ex ipſius iuſtificatione operamur. Ipſi- Ephe. 2
us enim ſumus figmentum creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis quæ præparauit deus
ut in illis ambulemus. Et illa ergo gratuita eſt, de qua in alio pſalmo dicitur, Domini eſt ſa
lus & ſuper populum tuum benedictio tua. Sicut ergo quod legitur, Domini eſt ſalus, nõ Pſal. 3
ea ſalus intelligitur qua dominus ſaluus eſt, ſed qua ſalui ſunt quos ipſe ſaluos fecit, Sic qđ
legitur dei iuſticia, in eo quod ſcriptum eſt, Ignorantes dei iuſticiam, & ſuam uolentes con
ſtituere, non eſt illa intelligenda qua deus iuſtus eſt, ſed qua iuſti ſunt homines quos gra-
B tia ſua iuſtificat. Inde enim ſalui unde iuſti, quoniam quod ait, Nõ eſt opus ſanis medicus Matt. 9
ſed male habentibus, expoſuit in conſequentibus dicens, Non ueni uocare iuſtos ſed pec-
catores. Non igitur ſecundum opera iuſticiæ quæ nos fecimus, ſed ſecundum ſuam miſeri- Titum. 3
cordiam ſaluos nos fecit per lauacrum regenerationis. In qua gratia ſpe ſalui facti ſumus.
Vnde in illo pſalmo ſubiungitur, Filij hominum ſub tegmine alarum tuarum ſperabunt,
Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, & torrente uoluptatis tuæ potabis eos, Quoniam
apud te eſt fons uitæ, & in lumine tuo uidebimus lumen, Prætende miſericordiam tuam
ſcientibus te, & iuſticiam tuam his qui recto ſunt corde. Huic iuſticiæ dei cõtraria ſuperbia
eſt, qua fiditur tanquam de operibus propriis: Ideoq; ibi ſequitur, Nõ ueniat mihi pes ſu-
perbiæ. Hæc iuſticia dei, qua eius fide iuſti ſunt interim uiuentes ex fide, donec perfecta iu-
ſticia perducãtur ad ſpeciem, ſicut ſalute perfecta, etiam ad ipſius corporis immortalitatẽ,
gratia noui teſtamenti. Vnde alio loco dicit Apoſtolus, Pro Chriſto legatione fungimur, 2. Cor. 5
tanquam deo exhortante per nos. Obſecramus pro Chriſto reconciliari deo, ac inde ſub-
iungit, Eum qui nõ nouerat peccatum, peccatum pro nobis fecit, id eſt ſacrificium pro pec-
catis. Nam & ipſa in lege peccata appellabantur, quæ pro peccatis offerebantur, Vt nos ſi
mus iuſticia dei in ipſo, id eſt in eius corpore quod eſt eccleſia, cui caput eſt. Nos ſumus iu-
ſticia dei, quam ignorantes illi & ſuam uolentes conſtituere, id eſt tanquã de ſuis operibus
gloriantes, iuſticiæ dei non ſunt ſubiecti. Inde & in hoc pſalmo cum dixiſſet, Annunciabũt
iuſticiam eius, ſequitur & dicit, Populo qui naſcetur quẽ fecit dominus. Quis eſt enim po-
pulus quem non fecit dominus, ſecundum id quod homines ſunt, qui etiam pecora creauit
à quo eſt omnis uita, omniſq; facta & creata natura? Sed ita intelligendum eſt, Quem fe-
cit dominus, ut non ſolum quod homines ſunt, uerumetiam quod iuſti ſunt ab illo facti in
telligantur, ſecundum illud quod iam non ſemel commemorauí ab Apoſtolo dictum, Ipſi
us enim figmentum ſumus creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis, quæ præparauit deus
ut in illis ambulemus. Animæ igitur rationalis mutabilitas admonetur, quo nouerit Ca. 31

niſi participatione incommutabilis boni, iuſtam, ſaluam, ſapientem, beatam ſe eſſe non C
poſſe,nec ſibi eam bonum eſſe poſſe propria uolũtate ſed malũ. Propria quippe uolũtate
auertitur à bono incommutabili,eaq; auerſione uitiatur,nec ſanari per ſeipſam poteſt,ſed
gratuita miſericordia ſui creatoris,quæ in hac uita eam ex fide uiuentem in ſpe cõſtituit ſa
lutis æternæ: Vnde nõ altum ſapiat ſed timeat, eóque timore caſto, inhæreat deo,qui eam
à propria immũdicia qua inordinate bona inferiora dilexit, uelut à quadam fornicatione
Virgines fatuæ. ſpiritali mundauit:nec humanis laudibus extollatur,nec ſit in uirginibus ſtultis aliena lau
de lætantibus(hoc enim de quæſtionibus tuis reſtat extremum) & propter ipſam inanem
laudem,non propter conſcientiam ſuam,ubi illis teſtis eſt deus,bona operãtibus: ſed ſit in
2.Cor.1 uirginibus ſapientibus,ubi dicatur quod ait Apoſtolus, Nam gloria noſtra hæc eſt teſti
monium conſcientiæ noſtræ. Hoc enim eſt oleum ferre ſecum, non à uendentibus emere,
hoc eſt ab adulantibus. Adulatores nanq; laudem ſuam tanquam oleum uendunt ſtultis.
Pſal.140 De hoc oleo dicitur in pſalmo,Emẽdauit me iuſtus in miſericordia & arguit me,oleum au
tem peccatoris non impinguet caput meũ. Elegit à iuſto miſericorditer reprehendi,& quo
**forte, craſſe ſcat.* dammodo colaphizari,quàm ut ei caput in ſuperbiam * creſcat peccatoris adulatione† lau
† forte,laudato. dari. Irridentium quippe reſpõſio mihi uidetur, cum eis à ſapientibus uirginibus dicitur,
Prouer.1 Ite potius ad uendentes & emite uobis,ſicut in quodam libro Sapientiæ ſcriptum eſt, ubi
contẽptoribus dicit,Et ego perditioni ueſtræ ſuperridebo. Illa aũt reſponſione qua petenti
bus oleum dictum eſt,Ne forte non ſufficiat nobis, non deſperãter, ſed humiliter dictum
eſt. Quis enim ſic præſumat de conſcientia ſua,ut certus ſit eam ſibi in iudicio dei poſſe ſuf
Iacobi.2 ficere,niſi miſericors miſericorditer iudicet? Iudicium ſine miſericordia illi qui non fecit mi
ſericordiam. Ipſæ autem ſunt lampades accẽſæ,opera ſcilicet bona,de quibus dominus di
Matt.5 cit,Luceant bona opera ueſtra,& glorificent patrem ueſtrum qui in cœlis eſt. Hucuſq; per
tendit intentio uirginum ſapientium,ut ideo uelint uideri ab hominibus opera ſua bona,
non quo ab eis laudentur ipſæ,ſed ut glorificetur deus à quo illis eſt quod bene operãtur, D
Ac per hoc interiori bono gaudent,quod eſt coram deo,ubi eleemoſyna in occulto redda
tur. Et ideo non deficiunt lampades,quia interiori oleo uegetantur,id eſt intentione bonæ
conſciẽtiæ,qua corã deo fit in eius laudem,quicquid coram hominibus bonis operibus lu
cet. At uero ſtultarum uirginum hoc oleum non ſecum portantium deficiunt lampades,id
eſt,nõ pſeueranter bona opera lucent,cũ laus humana fuerit ſubtracta,propter quã illa fa
ciebãt,hucuſq; intentionem ſuam perducentes ut uiderentur ab hominibus, non ut glorifi
caretur pater qui in cœlis eſt: quæ intẽtio perennis eſt gloriæ, qua nouit anima deo ſe debe
re quod iuſtificata eſt ad facienda bona opera,& ideo in illo non in ſe laudari amat. Vnde
Pſal. 33 alibi homo dei cantat,In domino laudabitur anima mea,ut qui gloriatur in domino glo
Ca.32 rietur. Sed quid eſt quod in eodem euangelio ſcriptum eſt. Oẽs ſponſo tardante dor
miſſe? ſomnum iſtum ſi intellexerimus, quod uelut tardãte iudicio,ad quod faciendũ uen
turus eſt Chriſtus,abundante iniquitate charitas refrigeſcit, quõ ibi ponemus uirgines ſa
Matt. 24 pientes,cũ potius in illis ſint de quibus dicitur, Qui aũt perſeuerauerit uſq; in finem hic ſal
uus erit? Dictũ eſt ergo,dormierunt oẽs,quia non tantũ ſtulti,qui propter humanam lau
dem bona operantur coram hominibus,uerũetiam ſapiẽtes, qui hoc propterea faciunt ut
laudetur deus,experiuntur iſtã mortẽ. Ex utroq; enim genere moriũtur. Et iſta mors ſæpe
in ſcripturis dormientiũ dicitur,propter futurã reſurrectionẽ uelut euigilationẽ. Hinc Apo
ſtolus dicit,De dormientibus aũt nolo uos ignorare fratres,Et alio loco,Ex quibus plures
manent uſq; adhuc,quidã aũt dormierunt. Et alia innumerabilia in hoc teſtimonia aperte
Maro. per ſcripturas utriuſq; teſtamenti reperiuntur. Vnde & ille ait, Conſanguineus leti ſopor.
Θάνατος καὶ ὕπνος. Etſi aduertas,multa inuenies etiam ſecularibus litteris ubi mors ſomno cõparatur. Signifi
cauit ergo dñs futurũ eſſe tempus,quo inter tribulationes & tentationes ſeculi huius iam
iamq; eius expectaretur aduentus,tancq; propinquus atq; imminens,ad quẽ ſe præparent
qui in eius familia uident. Hoc eſt enim ꝙd ait,exiſſe obuiã ſponſo & ſpõſæ. Spõſo quidẽ
filio

A filio dei,ſponſæ autẽ, ſiue quia in eo corpore uẽturus eſt quod ſumpſit ex uirgine,ſiue quia ipſa eccleſia tunc clarior apparebit, ut ad uniuerſi corporis congregationem membra concurrant,quibus concurrentibus,cius magnitudo monſtrabitur. Virgines propter continentiam nuncupauit.Decem uero,id eſt,quinq; & quinq; propter numerum quo cẽſentur corporis ſenſus,in quibus habitat continentia cum à uoluptatibus turpibus & illicitis abſtinetur. Lampades ſicut dictum eſt,bona ſunt opera,maximeq; ad miſericordiam pertinentia, & ipſa quæ etiam coram hominibus lucet laudabilis conuerſatio. Sed magni intereſt, qua mentis intẽtione fiat,Ideo dicit alias ſapiẽtes,ſtultas alias.Sed hinc eas diſcernit quod ſtultæ non ſumpſerũt oleum ſecum,prudentes autẽ acceperunt oleũ ſecũ in uaſis ſuis, hoc eſt in cordibus ſuis, ubi fit ipſa participatio intimi ac ſuperni boni. Vnde in pſalmo quodam,cum dictum eſſet,Sacrificate ſacrificium iuſticiæ,& ſperate in domino,multi inquit dicunt,quis oſtendit nobis bona? Deinde ut manifeſtaret cuius boni amore debeamus operari iuſticiam,hoc eſt ſacrificare ſacrificiũ iuſticiæ & ſperare, Signatũ eſt,inquit,in nobis lumen uultus tui domine,dediſti læticiam in corde meo. Cuius boni aliquantum participati, & plenius perfectiusq; participandi intentione qui bene operatur, & laudabiliter etiam in conſpectu hominum conuerſatur,habet oleum ſecum,quia bona opera eius etiam in conſpectu hominũ lucentia non extinguentur,quia non in eis charitas refrigeſcit abũdante iniquitate,ſed perſeuerat uſq; in finem. Hoc oleum ſtultæ uirgines non habent ſecum,quoniã ſibi tribuendo ſi quid boni operis faciunt,neceſſe eſt inflentur ſuperbia,& propter hoc uitiũ ſic laude delectentur humana, ut eius gaudio ſi quid boni agunt feruere & lucere uideãtur. Cap.33 Pſalm.4

Tardante autem ſponſo dormierunt omnes, Non enim tunc ueniet, cum ſperatur, ſed media nocte cum ualde obſcurum,id eſt occultum erit,an ueniat. Vnde dicit, media nocte clamorem factũ,Ecce ſponſus uenit exite obuiam ei. Nimirum clamor iſte eſt tuba illa quã commemorans apoſtolus dicit,Canet enim tuba & mortui reſurgent incorrupti: tubæ nomine aliquod euidẽtiſſimum ſignum uult intelligi, Quam uocem archangeli & tubam dei alio loco dicit. Quæ etiam uox ipſius domini Ieſu Chriſti in Euangelio dicitur,quam audient hi qui in monumentis ſunt & proſedent. Surgunt ergo omnes uirgines illæ & ſapiẽtes & ſtultæ,& aptant lampades ſuas,id eſt,rationem præparãt reddere de operibus ſuis. Sed tunc in illius clamoris euidẽtia & reſurrectione mortuorũ,quia nulla erit dubitatio iam inſtãtis præſentisq; iudicij,ſubtrahetur omne ſolatiũ laudis humanæ. Neq; enim uacabit de alio diſceptare,uel de alio iudicare,aut alteri gratificari, quãdo unuſquiſq; proprium onus portabit,& de ſuorũ factorũ reddẽda ratione cogitabit:ac per hoc feretur animus quidem uirginum ſtultarũ conſuetudine propria,ſed nõ inuentis laudibus humanis deficiet. Neq; germanitus dixerunt: Apud te laus mea,uel,In domino laudabitur anima mea,Aut in domino gloriatæ ſunt,cum ignorãtes dei iuſticiã,ſuam iuſticiã conſtituerent,ac per hoc petũt à ſapientibus oleum,hoc eſt aliquã conſolationẽ,nec inueniũt nec accipiunt,illis reſpondẽtibus ſe neſcire,utrũ ſibi ſufficiat ipſa cõſcientia qua expectant miſericordiam ſub illo iudice, qui cum in throno ſederit,quis gloriabitur caſtũ ſe habere cor,aut quis gloriabitur mundũ ſe eſſe à peccato,niſi ſuperexultet miſericordia iudicio,quæ ſuper eos erit, qui miſericordiæ opera illa intentione fecerũt, ut eorũ miſereret à quo ſe ſciebãt accepiſſe quod habebãt,nec gloriabãtur quaſi nõ acceperint,ſed per ſeipſos habuerint quod placebant,ſicut ſtulti qui & ſibi placẽt tanq; de bono à ſe ſibi parto, & ab adulantibus uel errantibus ita laudãtur ac ſi ipſi ſint aliquid. Qui aũt putat ſe eſſe aliquid cum nihil ſit,ſicut dicit apoſtolus,ſeipſum ſeducit. Opus autem ſuũ probet unuſquiſq;,& tunc in ſeipſo tantũ gloriam habebit,& nõ in altero:hoc eſt portare oleũ ſecum,non ex aliena laude dependere. Sed quam gloriã in ſe habebit niſi eam cui dicitur, Gloria mea & exaltans caput meum,ut quod ſæpe dicendum eſt, qui gloriatur in dño glorietur. Proinde ſapiẽtia quæ in ſapiẽtibus uirginibus habitat,ſecundum illud quod ante prædixit, cum ait contemptoribus & ſanam doctrinam accipere recuſantibus, Et ego ueſtræ perditioni ſuperridebo, dicit ſtultis uirginibus, Ite potius ad uen- Cap.34 1.Cor.15 1.Theſſal.4 Ioan.5 Pſal.21 Pſal.35 Rom.10

dentes,& emite uobis, tanquam diceret, Vbi ſunt qui uos fallebant mendoſiſſimis laudi- C
bus,quando & à uobis fallebamini,quia in uobis nō in deo gloriabamini? Quod autem
dicit,Et dum eunt emere,uenit ſponſus,& quæ paratæ erant,intrauerunt cum eo, hoc mihi
uidetur intelligendum,quod uitioſo cordis affectu inhiabāt inani gloriæ,quam uana men
tis elatione ſectatæ ſunt.Et ipſe appetitus ſignificatus eſt in eo quod dictum eſt,dum eunt
emere uenit ſponſus,& introierunt cum eo ad nuptias quæ præparatæ erant, hoc eſt quæ
ueram fidem,ueramq; pietatem corde geſtabant qua poſſent contemperari numero ſocie
tatiq; ſanctorum,non in ſeipſis,ſed in domino gloriantium, ut intrarent cum eis in illud
gaudium, de quo dicitur, Intra in gaudiū domini tui:ubi erit perfecta participatio incom
mutabilis boni,cuius modo uelut arra quædam per fidem tenetur,ut ſecundum hanc gra
Ca.35 tiam uiuamus,inquantum deo non nobis uiuimus. Proinde quod ſequitur,Nouiſſi
me ueniunt & reliquæ uirgines dicentes,Domine domine aperi nobis,non dictum eſt eas
emiſſe oleum & ſic ueniſſe,neq; enim iam erat unde,ſed miſericordiam ſero quæſiſſe, cum
iam tempus iudicandi eſſet,& probos & reprobos ſeparandi, Recte autem reſpondetur,
Amen dico uobis,neſcio uos.Ille quippe hoc dicit,quem non latet aliquid.Sed neſcio uos,
als confidere nihil aliud eſt,quàm neſcitis me,quando de uobis potius eligitis † cōſiderari quàm de me.
Cum enim dicitur quod nos cognoſcit deus,cognitionem ſui nobis præſtat, ut per hoc in
telligamus,ne hoc quidem nobis eſſe tribuendum,quod nos ſcimus deum, ſed eam quoq;
ſcientiam illius miſericordiæ tribuamus. Vnde cum quodam loco Apoſtolus diceret, Nūc
autem cognoſcentes deum,correxit & ait,Immo & cogniti à deo, quid aliud uolens intelli
gi,niſi quod eos ipſe fecerit cognitores ſuos? Nemo autem cognoſcit deum,niſi qui intelli
git illum eſſe ſummum atq; incommutabile bonum,cuius participatione fit bonus,Quod
in huius pſalmi concluſione poſitum eſt, Annunciabunt iuſticiam eius populo qui naſce
Pſal.99 tur quem fecit dominus. Inde & illud in pſalmo, Ipſe fecit nos, & non ipſi nos. Hoc enim D
non ad eā naturā qua hoīes ſumus,cuius naturæ idēipſe creator eſt q cœli & terræ & ſiderū
omniumq; animantium,ſed ad illud potius referendum eſt quod Apoſtolus ait, Ipſius ſu
mus figmentū creati in Ieſu Chriſto in operibus bonis quæ præparauit deus ut in illis am
Ca.36 bulemus. Arbitror tibi ſatis eſſe ſolutas tuas quinq; quæſtiones, dum in iſta mea ue
luti ſexta immoraris,quam mihi propoſui de gratia noui teſtaméti, propter quā uerbum
caro factum eſt,id eſt qui filius dei erat,homo factus eſt, naturam ſuſcipiendo noſtram,
non mutando ſuam:per quod & ſuam recipientibus ea poteſtas daretur,ut qui eramus ho
mines,filij dei fieremus participatione incommutabilis boni in melius commutati,non ad
Epilogus. temporalem felicitatem,ſed ad uitæ æternæ quæ ſola beata eſt adoptionem. Vnde placuit
etiam propheticum pſalmum percurrere,Cuius primū uerſum in paſſione cōmemorauit,
oſtendens quomodo nos deus derelinquat,& quo alio modo non recedat à nobis,ad bo
na æterna nos colligens,tēporalia uero aliqñ utiliter tribuens, & aliqñ utiliter ſubtrahēs,ut
eis nō hærere diſcamus,ne cōtempta luce interiore quæ ad nouā ptinet uitā, unde etiā pſal
mus iſte ipſe pro ſuſceptione matutina tanquā pro luce noua nomen accepit, in exteris te
nebris libenter habitemus, unde in exteriores mittuntur,qui ex iſtis exteris, non ſe ad in
teriora conuertunt,ne diabolo & angelis eius ſociati extrema damnatione puniamur. In
telligentes igitur peregrinationem noſtram in hac uita,mundo crucifigamur, extendentes
manus in latitudinem bonorū operum, & longanimitate uſq; in finem perſeuerātes, atq;
habentes cor ſurſum,ubi Chriſtus eſt in dextera dei ſedens,totumq; hoc nō nobis, ſed illi
us miſericordiæ tribuētes,cuius profunda iudicia oēm ſcrutatorem fatigant.Hæc eſt enim
non inaniter fabuloſa,ſed utiliter uerax latitudo,lōgitudo,altitudo,profundū, unde perue
niamus ad eā ſupereminentē ſcientiā charitatis Chriſti,& impleamur in oēm plenitudiné
Ca.37 dei. Scio aūt q̄ non ſuperuacua ſolicitudine,per hanc occaſionē quæſtionū mihi à te
propoſitarū,noui teſtaméti gratiā tibi uoluerim copioſius cōmendare.Habet enim aduer
ſarios qui eius profunditate turbati,non deo tribuere,ſed potius ſibi uolūt arrogare q; bo
ni ſunt.

A ni sunt. Nec tales sunt quos facile contemnas, sed continenter uiuentes, atque in bonis operibus laudabiles, nec falsum Christum sicut Manichæi, alijq; plurimi hæretici, sed eundem uerum æqualemq; patri & coæternum ueraciterq; hominem factum, & uenisse credentes, & uenturum expectantes, sed tamen ignorantes dei iusticiam, & suam cõstituere uolentes. Necq; enim frustra dominus, cum & illas cõmemoraret quæ secum intrauerunt ad nuptias, & illas contra quas ianuas clausit, & quibus respondit, Nescio uos, utrasque uirgines dixit, propter cõtinentiam, & quinq;, propter concupiscentiã carnis edomitam, quinario prædita sensu: ornatas utrasq; lampadibus, propter bonorum operum bonæq; conuersationis in conspectu hominum luculentissimam laudem, utrasq; obuiam sponso euntes propter expectationem quæ Christi speratur aduentus: sed tamen alias sapientes, alias stultas, quod sapientes oleum acceperunt in uasis suis, stultæ hoc non ferebãt secum: in tam multis pares, hoc solo eas dispares demonstrat. Quid enim tam coniunctum quàm uirgines & uirgines, & quinq; & quinq;, & lampadibus ornatæ obuiã sponso euntes, & istæ & illæ? Et quid tam contrarium quàm sapientes & stultæ, uidelicet quod illæ oleum in uasis, hoc est, intelligentiã gratiæ dei portãt in cordibus suis, scientes quod nemo possit esse cõtinens nisi deus det, & hoc ipsum sapientiæ deputantes, scire cuius hoc donum sit, Illæ autem largitori omnium bonorum gratias non agentes, euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor earum, dicẽtes se esse sapientes, stultæ factæ sunt? De quibus sanè nullo modo nũc desperandum est antequam dormiamus. Sed si ita dormierint, cum factus fuerit clamor ille quo adesse iam nunciabitur sponsus, & euigilantes, hoc est resurgentes remanserint foris, nõ quia uirgines nõ sunt, sed quia nescientes unde habeãt quod sunt, stultæ uirgines sunt, merito foris erunt, quia intranea nõ secutæ fuerũt. Quando tales ergo repereris, nõ tibi persuadeant inanitatẽ uasorũ suorũ, sed tu eis potius plenitudinẽ. Vnde ait apostolus: Quisquis se putat aliquid scire, nondũ scit quemadmodũ oportet scire. Et mox ostendẽs quid dixerit, quisquis aũt, inquit, diligit deũ, hic cognitus est ab illo. Nec sic dicere uoluit, cognouit eum, sed dicẽdo, cognitus est ab eo, expressius uoluit cõmendare, etiã hoc ab illo nobis esse ut eum diligamus. Charitas enim dei diffunditur in cordibus nostris, non per nosipsos, sed per spiritum sanctum qui datus est nobis. Necesse est autem ut parum diligat eum, qui non ab illo, sed à seipso bonum se arbitratur effectum: unde autem fieri potest ut talis non in seipso, sed in domino glorietur? Qui enim gloriatur quod sit bonus, in illo debet gloriari à quo factus est bonus: ac per hoc qui se à semetipso factum bonum arbitratur, consequens est, ut in seipso non in domino glorietur. Omnis autem intentio gratiæ noui testamenti, quò sursum cor habemus (Quia omne datum optimum, & omne donũ perfectum desursum est) id agit ne simus ingrati, atque in ipsa gratiarum actione nihil aliud agitur, nisi ut qui gloriatur in domino glorietur. Habes librum, & si prolixum, tamẽ quantum existimo non superfluum. Sed ama etiam ecclesiasticas legere litteras, & nõ multa inuenies quæ requiras ex me, sed legendo & ruminãdo, si etiam pure dominum largitorem bonorum omnium depreceris, omnia quæ cognitione digna sunt, aut certe plurima, ipso magis inspirante, quàm hominum aliquo commonente perdisces: quãquam eo ipso quo forinsecus bene admonentem iudicio non errante approbamus, quid aliud quàm internum lumen, magistrum nos habere testamur?

Matth. 25

Sap. 8

Rom. 1

1. Cor. 8

Rom. 5

B

Augustinus Probæ uiduæ diuiti præscribit quomodo sit orandus deus. Epist. CXXI

AVGVSTINVS episcopus seruus Christi seruorũq; Christi, religiosæ famulæ dei Probæ in dño dominorũ salutẽ. Et petisse te & promisisse me recolens, ut de orando deo, ad te aliquid scriberem, ubi tribuẽte ipso quẽ oramus, tẽpus facultasq; concessa est, oportuit ut debitũ meũ iam iamq; persoluerẽ, & pio studio tuo in Christi charitate seruirem. Quàm aũt lætificauerit me ipsa petitio tua, in qua cognoui quantã rei tãtæ curã geras, uerbis explicare nõ possum. Qd' eñ maius oportuit esse negociũ uiduitatis tuæ, q̃ pſistere in oratiõe nocte ac die secũdũ apostoli admonitionem?

nem? Ille quippe ait, Quæ autem uere uidua est & desolata, sperauit in domino, & persi- C
stit in oratione nocte ac die. Vnde mirum uideri potest, cum sis secundum hoc seculum, no
bilis, diues, tantæq; familiæ mater, & ideo licet uidua, non tamen desolata, quomodo occu
pauerit cor tuum præcipueq; sibi uendicauerit orandi cura, nisi quia prudenter intelligis,
quod in hoc mundo & in hac uita nulla anima possit esse secura. Proinde qui tibi eam co
gitationem dedit, profecto facit quod discipulis suis, non pro seipsis, sed pro humano ge
nere cõtristatis, & desperantibus quemquam posse saluari, posteaquam ab illo audierunt,
Matt. 19 Facilius esse camelum intrare per foramen acus, quàm diuitem in regnum cœlorum, miri
fica & misericordissima pollicitatione respondit, Deo esse facile quod hominibus impossi
bile est. Cui ergo facile est, ut etiam diues intret in regnum cœlorum, inspirauit tibi piam
solicitudinem, de qua me consulendum putasti, quo nam modo tibi esset orandum. Ille
nanq; cum etiam esset adhuc in carne, Zachæum diuitem in regnum cœlorum misit, & re
surrectione atq; ascensione glorificatus, multos postea diuites impartito spiritu sancto fe
cit huius seculi contemptores, & finita diuitiarum cupiditate ditiores. Quomodo enim tu
sic studeres orare deum, nisi sperares in eo? Quomodo autem sperares in eo, si sperares in
1. Tim. 6 incerto diuitiarum, & contemneres præceptum saluberrimum, quo Apostolus ait, Præci
pe diuitibus huius mundi non superbe sapere, neq; sperare in incerto diuitiarum, sed in
deo uiuo qui præstat nobis omnia abundanter ad fruendum, ut diuites sint in operibus
bonis, facile tribuant, communicent, thesaurizent sibi fundamentum bonum in futurum
C4.2 ut apprehendant ueram uitam. Debes itaq; præ amore huius ueræ uitæ, etiam deso
latam te putare in hoc seculo, in quantalibet eius felicitate uerseris. Nam sicut est illa uera
uita, in cuius comparatione utiq; ista quæ multum amatur quamlibet iucunda atq; pro
ducta sit, nec uita dicenda est: sic est etiam solatium uerum, quod per prophetam dominus
promittit dicens, Dabo illis solatium uerum, pacem super pacem, sine quo solatio quæ
cunq; sunt terrena solatia, magis in eis desolatio quàm consolatio reperitur. Diuitiæ quip- D
pe atq; fastigia dignitatum, cæteraq; huiusmodi quibus se felices esse putant mortales ue
ræ illius felicitatis expertes, quid afferunt consolationis, cum sit eis non egere quàm emine
re præstantius, quæ plus excruciant adepto timore amissionis, quàm concupitæ adeptio
nis ardore? Talibus bonis non fiunt homines boni, sed aliunde boni facti bene utendo
faciunt ut ista sint bona. Non sunt ergo in his uera solatia, sed ibi potius ubi uera uita.
Nam inde necesse est ut fiat homo beatus, unde fit bonus. Homines autem boni uiden
tur etiam in hac uita præstare non parua solatia. Nam si paupertas angit, si luctus mœsti
ficat, si dolor corporis inquietat, si cõtristat exilium, si ulla calamitas alia uexat, assint boni
homines, qui non solum gaudere cum gaudentibus, uerumetiam flere cum flentibus no
runt, & salubriter alloqui & colloqui sciunt, plurimum illa aspera leniuntur, releuantur gra
uia, superantur aduersa. Sed ille hoc in eis & per eos agit, qui spiritu suo bonos fecit. Econ
tra si diuitiæ circumfluant, nulla orbitas accidat, assit sanitas carnis, incolumi habitetur in
patria, & cohabitent mali homines, in quibus nemo sit cui fides adhibeatur, à quo non do
lus, fraus, iræ, discordiæ, insidiæ timeantur atq; sustineantur, Nónne illa omnia fiunt ama
ra & dura, nec aliquid lætum uel dulce est in eis? Ita in quibuslibet rebus humanis nihil
est homini amicum sine homine amico. Sed quotusquisq; talis inuenitur de cuius animo
& moribus sit in hac uita certa securitas? Nam sicut sibi quisq; nemo alter alteri notus est,
& tamẽ nec sibi quisque ita notus est, ut sit de sua crastina conuersatione securus. Proinde
quamuis ex fructibus suis multi cognoscantur, & alij quidem bene uiuendo proximos læ
tificent, alij male uiuendo contristent, tamen propter humanorum animorum ignota &
1. Cor. 4 incerta, rectissime Apostolus admonet, ut non ante tempus quicquam iudicemus do
nec ueniat dominus, & illuminet abscondita tenebrarum, & manifestet cogitationes cor
dis, & tunc laus erit unicuique à deo. In his igitur uitæ huius tenebris, in quibus pere
2. Cor. 5 grinamur à domino quandiu per fidem ambulamus, non per speciem, desolatam de
bet se

A bet se Christiana anima putare ne desistat orare: & scripturarum diuinarum sanctarumq; sermoni discat tanquam lucernæ in obscuro loco positæ, fidei oculum intendere, donec dies lucescat, & lucifer oriatur in cordibus nostris. Huius enim lucernæ quidam fons ineffabilis lumen illud est, quod sic lucet in tenebris, ut non comprehendatur à tenebris, cui uidendo, fide corda mũdanda sunt. Beati enim mundo corde, quoniã ipsi deum uidebunt, Et scimus Matth. 5
quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam uidebimus eum sicuti est. Tunc erit 1. Ioan. 3
uera uita post mortem, uerumq; solatium post desolationem. Illa uita eximit animam no
stram de morte, & illud solatium oculos nostros à lachrymis. Et quoniam ibi iam non erit Psal. 114
ulla tentatio, ideo sequitur in eodem psalmo: Pedes meos à lapsu. Porrò si nulla tentatio, iam nulla oratio. Non enim ibi erit promissi boni expectatio, sed redditi contemplatio. Vn
de, Placebo, inquit, domino in regione uiuorum, ubi tunc erimus, non in deserto mortuorũ, ubi nunc sumus. Mortui enim estis ait apostolus, & uita uestra abscondita est cum Chri/ Col. 3
sto in deo. Cum autem Christus apparuerit uita uestra, tunc & uos apparebitis cum ipso in gloria. Hæc est enim uera uita, quam iubentur bonis operibus apprehendere diuites: & ibi est uerum solatium, quo solatio nunc uidua desolata, etiam quæ filios & nepotes habet, & domum suam pie tractat, agens cum omnibus suis ut ponant in deo spem suam, dicit tamen in oratione: Sitiuit in te anima mea, cũq; multipliciter tibi caro mea, in terra deserta & Psal. 42
sine uia & sine aqua: quod ista moribunda uita, quibuslibet mortalibus solatijs frequen
tetur, quibuslibet itinerantibus comitetur, quantalibet rerum copia cumuletur, nosti quip/
pe ista omnia quàm incerta sint. Et in illius promissæ fœlicitatis comparatione quid essent, etiam si incerta non essent? Hæc dixi quoniam sermonem meum uidua diues & nobilis, & tantæ familiæ mater, de oratione quæsisti, ut etiam tecum in hac uita permanentibus & obsequentibus tuis, te sentias desolatam, nondum utiq; apprehensa illa uita, ubi est uerum
certumq; solatium, ubi implebitur quod in prophetia dictum est: Satiati sumus mane mi/ Psal. 89
B sericordia tua, & exultauimus & iocundati sumus in omnibus diebus nostris. Iocundati su
mus pro diebus quibus nos humiliasti, annis quibus uidimus mala. Antequam ergo Cap. 3
ista consolatio ueniat, quantacunque temporalium bonorum felicitate circunfluas, ut per/
sistas in orationibus die ac nocte, desolatam te esse memineris. Non enim apostolus quali
cunq; uiduæ hoc munus tribuit, sed quæ uere, inquit, uidua est & desolata, sperauit in domi 1. Timoth. 5
no, & persistit in orationibus die ac nocte. Quod uero sequitur, uigilantissime caue, Quæ autem in delitijs agit, uiuens mortua est. Agit enim homo in his quæ diligit, quæ pro ma/
gno appetit, quibus beatum se esse credit. Quapropter quod scriptura dixit de diuitijs: Di/ Psal. 61
uitiæ si affluant ne apponas cor, hoc etiam de delitijs tibi dico, Delitiæ si affluant, ne ap/
ponas cor. Non ideo te magnipendas, quod non desunt, quod affatim suppetunt, quod ue
lut ex fonte largissimo terrenæ felicitatis fluunt. Omnino hæc in te despice atq; contemne,
ne in his quicquam requiras præter integram corporis ualetudinem. Hæc enim cõtemnen/ Bona uale
da non est propter necessarios usus huius uitæ, antequam mortale hoc induatur immorta tudo.
litate, hoc est uera & perfecta & perpetua sanitate, quæ non temporali deficiens infirmita/
te, corruptibili uoluptate reficitur, sed cœlesti firmitate persistens, æterna incorruptione ue/
getatur. Nam & ipse apostolus: Carnis, inquit, prouidentiam ne feceritis in concupiscentijs, Rom. 13
quia gerimus curã carnis, sed ad necessitatem salutis. Nemo enim unquã carnẽ suam odio Eph. 5 ●
habuit, sicut item ipse dicit. Hinc est enim quod Timotheum, nimium sicut apparet corpo/ 1. Timoth. 5
ris castigatorem admonet, ut modico uino utatur, propter stomachum, & frequentes suas
infirmitates. Has ergo delitias, in quibus uidua si agit, hoc est, si in delectatiõe carnis hæret
atque habitat, uiuens mortua est, multi sancti & sanctæ omnimodo cauentes, ipsas uelut
matres delitiarũ diuitias dispergẽdo pauperibus abiecerunt, & tali modo in cœlestibus the
sauris tutius cõdiderũt. Quod si deuincta aliquo pietatis officio nõ facis, tu scis quomodo
de his rationẽ reddas deo. Nemo eñ scit quid agat in homine, nisi spiritus hominis qui in
ipso est. Nos nõ debemus ante tẽpus quicq; iudicare, donec ueniat dominus, q & illumina
bit ab/

bit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit cogitationes cordis, & tunc laus erit unicuiq; C
à deo. Pertinet tamen ad uidualem curam tuam delitiæ ſi affluant ne apponas cor, ne in
Pſal. 21 eis putreſcendo moriatur, quod ſurſum eſſe debet ut uiuat. Te in illorum numero deputa/
Ca. 4 to, de quibus ſcriptum eſt, Viuent corda eorum in ſeculum ſeculi. Audiſti qualis ores,
nunc audi & quid ores, unde me maxime conſulendum putaſti, quoniam te permouet
Rom. 8 quod ait apoſtolus, Quid enim oremus ſicut oportet neſcimus, & timuiſti ne magis tibi ob
ſit, non ſicut oportet orare, quàm non orare. Quod ſic itaq; dici breuiter poteſt, Ora beatã
uitam. Hanc enim habere omnes homines uolunt. Nam &q; peſſime & peruerſe uiuunt, nul
lo modo ita uiuerent, niſi eodem modo ſe eſſe uel poſſe fieri beatos putarent. Quid ergo
aliud oportet te orare, niſi id quod cupiunt & mali & boni, ſed ad quod peruenium, non
Ca. 5 niſi boni? Hic fortaſſe iam quæras, quid ſit ipſa beata uita. In qua quæſtione multo/
rum philoſophorum ingenia ociaq; contrita ſunt, qui tamen eam tanto minus inuenire
potuerunt, quanto minus eius fontem honorauerunt, eiq; gratias egerunt. Prius itaq; at/
tende, utrum acquieſcendum ſit eis qui dicunt eum beatum eſſe, qui ſecundum ſuam uiuit
uoluntatem. Sed abſit ut hoc uerũ eſſe credamus. Quid ſi enim nequiter uelit uiuere? Nón
ne tanto miſerior eſſe conuincitur, quanto facilius mala eius uolũtas impletur? Merito hãc
Cicero. ſententiam etiam ipſi qui ſine cultu dei philoſophati ſunt reſpuerunt. Nam quidam eorũ
uir eloquentiſſimus ait, Ecce autem alij non philoſophi quidem, ſed prompti tamen ad di
ſputandum, omnes aiunt eſſe beatos qui uiuũt ut ipſi uelint: falſum id quidem, Velle enim
quod non deceat, idem ipſum miſerrimum, nec tam miſerum eſt non adipiſci quod uelis,
quàm adipiſci uelle quod non oporteat. Quid tibi uidentur hæc uerba? Nónne ab ipſa ue
ritate per quemlibet hominem dicta ſunt? Poſſumus ergo hic dicere quod apoſtolus ait
Titum. 1 de quodam propheta Cretenſi, cum eius illi ſentẽtia placuiſſet, Teſtimonium hoc uerum
eſt. Ille igitur beatus eſt, qui omnia quæ uult habet, nec aliquid uult quod non decet. Qđ
ſi ita eſt, uide iam quæ homines non indecenter uelint. Alius uult coniugari, alius coniugio D
uiduatus deinceps continenter elegit uiuere, alius nullum concubitum, nec in ipſis nuptijs
experiri. Et ſi aliud hic alio melius reperitur, nullum tamen iſtorum poſſumus dicere inde
center aliquid uelle: ſic & optare filios nuptiarum ſcilicet fructum, & eis qui ſuſcepti fue/
rint uitam ac ſalutem, quo uoto plerunq; occupatur etiam continentia uidualis. Nam & ſi
ſpreto coniugio iam non optant etiam filios procreare, optant tamen quos procreauerũt
incolumes uiuere. Ab hac omni cura immunis eſt uirginalis integritas. Habent tamen om
nes charos & charas, quibus non indecenter optant etiam temporalem ſalutem. Sed cum
iſtam ſalutem in ſeipſis & in eis quos diligũt adepti homines fuerint, num poterimus eos
dicere iam beatos? Habent enim aliquid quod decet uelle. Sed ſi alia non habent maiora
Ca. 6 atq; meliora & utilitatis decoriſq; pleniora, adhuc à beata uita longe abſunt. Placet
ne igitur ut ſuper ſalutem iſtam temporalem optent ſibi ac ſuis honores & poteſtates? Sa
nè ſi per hæc conſulant eis qui uiuunt ſub eis, nõ propter hæc ipſa, ſed propter aliud quod
inde fit bonum decet ea uelle: ſi autem propter inanem faſtum elationis pompamq; ſuper
fluam uel etiam noxiam uanitatis, non decet. Quocirca ſi optant ſibi ac ſuis etiam ſufficiẽ/
1. Tim. 6 tiam rerum neceſſariarum, de qua ſic apoſtolus loquitur, Eſt autem quæſtus magnus
pietas cum ſufficientia, Nihil enim intulimus in hunc mundum, ſed nec auferre hinc ali/
quid poſſumus, Victum & tegumentum habentes his contenti ſumus, Nam qui uolunt
diuites fieri, incidunt in tentationem & laqueum & deſideria multa & noxia, quæ mergũt
homines in interitum & perditionem, Radix enim omniũ malorum auaricia, quã quidã
appetentes à fide errauerunt, & inſeruerunt ſe doloribus multis: Hanc ergo ſufficientiam
non indecenter uult quiſquis uult, nec amplius uult, alioquin non ipſam uult, & ideo nec
Prouer. 30 decenter uult. Hanc optabat & pro hac orabat qui dicebat, Diuitias & paupertatem ne de
deris mihi, Conſtitue autem mihi quæ neceſſaria ſunt ſufficienter, ut ne ſatiatus mendax
efficiar, & dicam quis me uidet, aut pauper factus furer & periurem nomen dei mei. Vi/
des

A des certe & istã sufficientiam non appeti propter seipsam,sed propter salutem corporis, & congruentem habitum personæ hominis,quo habitu non sit inconueniens eis,cum quibus honeste officioseq; uiuendum est. In his itaque omnibus incolumitas hominis & amicitia propter seipsa appetuntur:sufficientia uero rerum necessariarum non propter seipsam, sed propter duo superiora quæri solet,cum decẽter quæritur. Incolumitas porrò in ipsa uita ac salute atque integritate animi & corporis constituta est. Itemq; amicitia non angustis finibus terminanda est. Omnes enim quibus amor & dilectio debetur,amplectitur, quamuis in alio propensius,in alio suspensius inclinetur. Peruenit autem usque ad inimicos pro quibus etiam orare præcipimur. Ita nemo est in genere humano cui non dilectio,& si non pro mutua charitate, pro ipsa tamen communis naturæ societate debeatur. Sed hi nos *Caput 7*
multum iusteq; delectant,à quibus uicissim sancte casteq; diligimur. Ista cum habentur ut teneantur,cum autem non habentur ut habeantur,orãdum est. Hoccine totum & hæc sunt omnia quibus beatæ summa uitæ colligitur,an aliqd aliud ueritas docet quod his omnibus præferatur? Nam & illa sufficientia, & ipsa incolumitas,uel propria uel amicorum,quãdiu temporalis est,pro æternæ uitæ adeptione abijcienda est:quãquam fortasse corpus,animus uero nullo modo sanus existimandus est, qui non temporalibus æterna præponit. Neque enim in tempore utiliter uiuitur,nisi ad comparandum meritum quo in æternitate uiuatur. Ad illam ergo unam uitã, qua cum deo & de deo uiuitur,cætera quæ utiliter & decenter operantur,sine dubio referenda sunt. In eo quippe nosmetipsos diligimus,si deum diligimus:& ex alio præcepto proximos nostros sicut nosmetipsos ita uere diligimus, si eos ad dei similẽ dilectionẽ quãtũ in nobis est perducamus. Deũ igitur diligimus propter seipsum,& nos ac proximos propter ipsum:nec cũ ita uiuimus,iam nos in ipsa beata uita cõstitutos existimemus,quasi nihil sit amplius quod oremus. Quomodo enim iam beate uiuimus, cum illud adhuc desit propter quod unum bene uiuimus? Vt quid ergo per multa dispergimur, *Caput 8*
B & quærimus quid oremus, timentes ne forte sicut oportet non oremus, ac non potius cum psalmo dicimus: Vnam petij à domino, hanc requirã,ut habitem in domo domini omnibus diebus uitæ meæ: Vt contemplet delectationem dei, & uisitem templum eius? Ibi nãq; *Psalm. 26*
omnes dies nõ ueniendo & transeundo fiunt omnes, nec initium alterius est finis alterius, omnes sine fine simul sunt,ubi nec ipsa uita habet finẽ,cuius illi dies sunt. Propter hanc adipiscendã uitam beatã ipsa uera beata uita nos orare docuit,nõ in multiloquio,tanq; eo fiat ut exaudiamur quo loquaciores sumus, cũ eũ oremus qui nouit, sicut ipse dominus ait, qd nobis necessariũ sit priusq; petamus ab eo. Vnde mirũ uideri potest,quamuis multiloquiũ prohibuerit,cur nos sic orare adhortatus sit,qui nouit quid nobis necessarium sit priusq; petamus ab eo,ut diceret, Oportet semper orare & non deficere,uiduæ cuiusdã proposito exemplo,quæ de suo aduersario cupiens uindicari, iudicẽ iniquũ sæpe interpellando flexit ad *Matt. 6*
audiendũ,non iusticia uel misericordia permotum,sed tædio superatum:ut hinc admonere *Luce 18*
mur quanto certius nos exaudiat misericors & iustus dominus deus sine intermissione orãtes,quando illa nec ab iniquo & impio iudice potuit assidua interpellatione contemni,& q; libens atq; placatus bona desideria impleat eorum, à quibus aliena peccata nouit ignosci, si quò cupiebat illa peruenit,quæ uoluit uindicari. Ille quoq;, cui amicus de uia uenerat, nec quod ei apponeret habebat,ab amico sibi tres panes cupiẽs accommodari, quibus fortasse *Luc. 11.*
ipsa trinitas unius substantiæ figurata est,iam cum suis seruis dormientẽ petitor instãtissimus & molestissimus excitauit, ut daret ei quantos uolebat,magis & ipse uitando tædium quàm beneuolentiã cogitando:ut hinc intelligeremus si dare cogitur qui cum dormiat,à petente excitatur inuitus,quanto det benignius qui nec dormire nouit,& dormientes nos excitat ut petamus. Hinc est & illud: Petite & accipietis, quærite & inuenietis, pulsate & aperietur uobis. Omnis enim qui petit accipit,& quærens inuenit,& pulsanti aperietur. Aut quis est ex uobis homo,à quo filius suus panem petit,nunquid lapidem dabit ei? Aut si piscem petit,nunquid serpentem dabit illi? Aut si ouum petit,nunquid porrigit ei scorpium? Si er-

go uos cum ſitis mali, noſtis bona data dare filijs ueſtris, quãto magis pater ueſter cœleſtis C.
ἀλληγορία ψυχῆς dabit bona petentibus ſe? Cum ergo ſecundum tria illa, quæ commendat Apoſtolus, fi-
dés ſignificetur in piſce, uel propter aquam baptiſmi, uel quod in huius ſeculi fluctibus inte
gra eſt, cui contrarius eſt ille ſerpens, qui ut non crederetur deo uenenoſa fraude perſuaſit:
Spes in ouo, quia uita pulli nondum eſt, ſed futura eſt, nec iam uidetur, ſed adhuc ſperatur:
Rom. 8 Spes enim quæ uidetur non eſt ſpes: cui contrarius eſt ſcorpius, quoniam qui ſperat æternã
uitam, quæ retro ſunt obliuiſcitur, & in anteriora ſe extendit, cui noxiũ eſt retroſpicere, ſcor-
pius autem ex ea parte cauendus eſt, qua uenenatam & aculeatã caudam retrorſum habet:
1. Corin. 13 Charitas, in pane, Maior enim horum charitas, & in cibis utiq; uincit cætera panis utilitas:
cui cõtrarius eſt lapis, quoniã dura corda reſpuunt charitatem: ſiue aliud aliquid congruen-
tius iſta ſignificent, tamen qui nouit bona data dare filijs ſuis, petere nos & quærere & pul-
ſare cõpellit. Quod quare faciat qui nouit quid nobis neceſſarium ſit priuſquam petamus
ab eo, mouere animum poteſt, niſi intelligamus quod dominus & deus noſter non uolun-
tatem noſtram ſibi uelit innoteſcere, quam non poteſt ignorare, ſed exerceri in orationibus
deſiderium noſtrum, quo poſſimus capere quod præparat dare. Illud enim ualde magnum
2. Cor. 6 eſt, ſed nos ad accipiendum parui & anguſti ſumus. Ideo nobis dicitur: Dilatamini, ne ſitis
iugum ducentes cum infidelibus. Tanto quippe illud quod ualde magnũ eſt, quod nec ocu-
lus uidit, quia non eſt color, nec auris audiuit, quia non eſt ſonus, nec in cor hominis aſcen-
dit, quia cor hominis illuc debet aſcẽdere, ſumemus capacius, quãto id & fidelius credimus,
Caput 9 & ſperamus firmius, & deſideramus ardentius. In ipſa ergo fide & ſpe & charitate con
tinuato deſiderio ſemper oramus. Sed ideo per certa interualla horarum & temporum etiã
uerbis rogamus deum, ut illis rerum ſignis noſipſos admoneamus, quantum cp̃s in hoc deſi
derio profecerimus nobiſipſis innoteſcamus, & ad hoc agẽdum noſipſos acrius excitemus.
Dignior enim ſequetur effectus, quem feruentior præcedit affectus. Ac per hoc & quod ait. D.
1. Theſ. 5 Apoſtolus: Sine intermiſſiõe orate, quid eſt aliud quàm beatam uitam, quæ nulla niſi æter
na eſt, ab illo qui eam ſolus dare poteſt, ſine intermiſſione deſiderate. Semper ergo hanc à
domino deo deſideremus & oremus ſemper. Sed ideo ab alijs curis atque negocijs, quibus
ipſum deſiderium quodammodo tepeſcit, certis horis ad negocium orandi mentem reuo-
camus, uerbis orationis noſipſos admonentes in id quod deſideramus intendere, ne quod
Col. 4 de & illud quod idem Apoſtolus ait, Poſtulationes ueſtræ innoteſcant apud deum, nõ ſic
accipiendum eſt tanquam deo innoteſcant, qui eas & antequàm eſſent utique nouerat, ſed
nobis innoteſcant apud deum per tolerantiã, non apud homines per iactantiam. Aut for
te etiam innoteſcant angelis, qui ſunt apud deum, ut quodammodo eas offerant deo, & de
his conſulant, & quod eo iubente implendum eſſe cognouerint, ſicut oportere ibi cognoue-
Tobiæ 12 rint, hoc nobis uel euidenter uel latenter apportent. Dixit enim angelus homini: Dum
oraretis, ego obtuli orationem ueſtram in conſpectu claritatis dei. Quæ cum ita ſint,
Caput 10 etiam cum diu orare uacat, id eſt cum alia bonarum & neceſſariarum actionum non impe
diuntur officia, quamuis & in eis, ut dixi, deſiderio illo ſemper orandum ſit, non eſt impro-
bum nec inutile. Neq; enim ut nonnulli putant, hoc eſt orare in multiloquio ſi diutius ora-
Luc. 6 tur. Aliud eſt ſermo multus, aliud diuturnus affectus. Nam & de ipſo domino ſcriptũ eſt,
quod pernoctauerit in orando, & quod prolixius orauerit, ubi quid aliud quàm nobis præ
bebat exemplũ, in tempore precator opportunus, cum patre exauditor æternus? Dicuntur
Breuis & cre bra oratio. fratres in Ægypto crebras quidem habere orationes, ſed eas tamen breuiſſimas & raptim
quodammodo iaculatas, ne illa uigilanter eiecta, quæ oranti plurimum neceſſaria eſt, per
productiores mores euaneſcat atque hebetetur intentio. Ac per hoc etiam ipſi ſatis oſten-
dunt, hanc intentionem, ſicut non eſt obtundenda, ſi perdurare non poteſt, ita ſi perduraue
rit, non cito eſſe rumpendã. Abſit enim ab oratione multa locutio, ſed non deſit multa pre-
catio, ſi feruens perſeuerat intentio. Nam multum loqui, eſt in orando rem neceſſariam ſu-
perfluis

perfluis agere uerbis. Multum autē precari, est ad eum quem precamur diuturna & pia cordis excitatione pulsare. Nam plerumque hoc negocium plus gemitibus quàm sermonibus agitur, plus fletu quàm affatu. Ponit autem lachrymas nostras in cōspectu suo, & gemitus noster non est absconditus ab eo qui omnia per uerbum condidit, & humana uerba non quærit. Nobis ergo uerba necessaria sunt, quibus commoneamur & inspiciamus quid petamus, non quibus dominum seu docendum seu flectendum esse credamus. Cum ergo dicimus, Sanctificetur nomen tuum, nosipsos admonemus desiderare, ut nomen eius quod semper sanctum est, etiam apud homines sanctū habeatur, hoc est non cōtemnatur, quod nō deo sed hominibus prodest. Et in eo quod dicimus, Adueniat regnum tuum, quod seu uelimus seu nolimus, utique ueniet, desiderium nostrum ad illud regnum excitamus, ut nobis ueniat, atque nos in eo regnare mereamur. Cum dicimus, Fiat uolūtas tua sicut in cœlo & in terra, nobis ab illo precamur ipsam obedientiā, ut sic in nobis fiat uolūtas eius, quemadmodum fit in cœlestibus ab angelis eius. Cum dicimus, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, per id quod dicitur, Hodie, significatur hoc tempore, ubi uel illam sufficiētiam petimus, à parte quæ excellit, id est nomine panis totam significantes, uel sacramentum fidelium, quod in hoc tempore necessarium est, non tamen ad huius temporis, sed ad illam æternam felicitatem assequendam. Cum dicimus, Dimitte nobis debita nostra, sicut nos dimittimus debitoribus nostris, nos admonemus & quid petamus, & quid faciamus, ut accipere mereamur. Cum dicimus, Ne nos inferas in tentationem, nos admonemus hoc petere, ne desertī eius adiutorio, alicui tentationi uel cōsentiamus decepti, uel cedamus afflicti. Cū dicimus, Libera nos à malo, nos admonemus cogitare nōdum nos esse in eo bono, ubi nullum patiemur malum. Et hoc quidem ultimum, quod in dominica oratione positū est, tam late, tamq; euidenter & manifeste patet, ut homo Christianus in qualibet tribulatione constitutus, in hoc gemitus ædat, in hoc lachrymas fundat, hinc exordiatur, in hoc immoretur, ad hoc terminet orationem. His enim uerbis res ipsas memoriæ nostræ commendari oportebat. Caput 12

Nam quamlibet alia uerba dicamus, quæ affectus orantis uel præcedendo format ut clareat, uel consequendo attendit ut crescat, nihil aliud dicimus quàm quod in ista dominica oratione positum est, si recte & congruenter oramus. Quisquis autem id dicit quod ad istam euangelicam precem pertinere non possit, etiam si non illicite orat, carnaliter orat: quod nescio quemadmodum non dicatur illicite, quandoquidem spiritu renatos non nisi spiritaliter decet orare. Qui enim dicit uerbi gratia: Clarificare in omnibus gentibus sicut clarificatus es in nobis, Et prophetæ tui fideles inueniātur, quid aliud dicit, quàm Sanctificetur nomen tuum? Qui dicit, Deus uirtutum conuerte nos, & ostende faciem tuam & salui erimus, quid aliud dicit, quàm Veniat regnum tuum? Qui dicit, Itinera mea dirige secundum uerbum tuum, & ne dominetur mei omnis iniquitas, quid aliud dicit, quàm Fiat uoluntas tua sicut in cœlo & in terra? Qui dicit, Paupertatem & diuitias ne dederis mihi, quid aliud dicit, quàm Panem nostrum quotidianum da nobis hodie? Qui dicit, Memento domine Dauid & omnis mansuetudinis eius, aut, Domine si feci istud, si est iniquitas in manibus meis, si reddidi retribuētibus mihi mala, quid aliud dicit, quàm Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris? Qui dicit, Aufer à me concupiscentias uentris, & desiderium concubitus ne apprehendat me, quid aliud dicit, quàm Ne nos inferas in tentationem? Qui dicit, Erue me de inimicis meis deus, & ab insurgentibus super me libera me, quid aliud dicit, quàm Libera nos à malo? Et si per omnia precationum sanctarum uerba discurras, quantum existimo, nihil inuenies quod non ista dominica contineat & concludat oratio. Vnde liberum est alijs atque alijs uerbis, eadem tamen in orando dicere, sed non debet esse liberum alia dicere. Hæc & pro nobis, & pro nostris, & pro alienis, atq; pro ipsis inimicis sine fluctu dubitationis oranda sunt: quamuis alius pro isto, alius pro illo, sicut se habent propinquitates uel longinquitates necessitudinum in corde orantis oriatur aut extollat affectus. Qui autem dicit in oratione, uerbi gratia: Domine

Caput 11

Ecci. 36 Psal. 79 Psalm. 118 Prouer. 30 Psal. 131. Psal. 7 Ecci. 23 Psalm. 58

ne multiplica diuitias meas,aut da mihi tantas quãtas illi uel illi dedisti,aut honores meos auge, aut fac me in hoc seculo præpotentem atque clarentem, uel si quid huiusmodi est, & hæc dicit,eorum habens concupiscentiam,non id attendens,ut ex his secundum deum pro sit hominibus, puto eum non inuenire in oratiõe dominica quò possit hæc uota coaptare. Quamobrem pudeat saltem petere quæ non pudet cupere, aut si & hoc pudet,sed cupidi/ tas uincit, quanto melius hoc petitur, ut etiam ab isto cupiditatis malo liberet,cui dicimus,

Caput 13 Libera nos à malo. Habes quantum arbitror,non solum qualis ores,uerũetiam quid ores,nõ me docẽte,sed illo qui omnes nos docere dignatus est.Beata uita quæ reda est,hæc à domino deo petenda est.Quid sit beatum esse, à multis multa sunt disputata,sed nos ad

Psalm. 143 multos & ad multa ut quid dicimus? Breuiter in scriptura dei ueraciterq; dictum est.Bea/ tus populus cuius est dominus deus eius,In ipso populo ut simus, atq; ad eum contemplã

1. Timoth. 1 dum, & cum eo sine fine uiuendum peruenire possimus, finis præcepti est charitas de cor/ de puro,& conscientia bona,& fide non ficta.In eisdẽ tribus,pro conscientia bona spes po/ sita est.Fides ergo & spes & charitas ad eum perducunt orantem,hoc est credentem,spe/ rantem,desiderantem,& quæ petat à domino in dominica oratione cõsiderantem, Ieiuniã & ab alijs uoluptatibus sine salutis neglectu carnalis concupiscentiæ refrenatio, maximeq;

Psal. 76 eleemosynæ multum adiuuant orationem,ut possimus dicere, In die tribulationis meæ de/ um exquisiui manibus meis,nocte coram eo,& non sum deceptus. Quomodo enim deus

Caput 14 incorporalis & impalpabilis manibus exquiritur,nisi operibus exquiratur? Adhuc est fortasse quod quæras, cur Apostolus dixerit, Quid enim oremus sicut oportet nescimus.

Rom. 8 Neque enim ullo modo credendum est uel ipsum, uel quibus ista dicebat dominicam ne/ sciisse orationem.Cur ergo putamus hoc eum dixisse,quod nec temere potuit nec mendaci/ ter dicere,nisi quia molestiæ tribulationesq; temporales plerumque prosunt, uel ad sanan/ dum tumorem superbiæ, uel ad probandam, exercendamue patientiam, cui probatæ & exercitatæ clarior merces uberiorq; seruatur, uel ad quæcunque flagellanda & abolenda D peccata:tamen nos nescientes quid ista prosint,ab omni tribulatione optamus liberari. Ab hac ignorantia nec seipsum Apostolus ostendit alienum,nisi forte quid oraret sicut oporte

2. Corin. 12 ret sciebat,quando reuelationum magnitudine ne extolleretur datus est illi stimulus carnis angelus Satanæ,qui eum colaphizaret, propter quod ter dominum rogauit ut eum auferret ab eo, utique sicut oportet nescius quid oraret. Denique dei responsum cur non fieret quod uir tantus orabat,& quare fieri non expediret,audiuit:Sufficit tibi gratia mea,Nam uirtus in infirmitate perficitur.In his ergo tribulationibus quæ possunt & prodesse & noce re, quid oremus sicut oportet nescimus, & tamen quia dura,quia molesta,quia contra sen/ sum nostræ infirmitatis sunt, uniuersali humana uoluntate ut à nobis hæc auferantur ora/ mus. Sed hoc deuotionis debemus domino deo nostro,ut si ea non abstulerit,nõ ideo nos ab eo negligi existimemus,sed potius pia patientia malorum,bona speremus ampliora,sic enim uirtus in infirmitate perficitur. Nõnullis quippe impatientibus dominus deus quod

Num. 11 petebant concessit iratus,sicut contra Apostolo negauit propitius. Nam legimus Israëlitæ quid & quomodo rogauerint & acceperint,sed expleta concupiscentia,impatientia est gra/ uiter castigata.Dedit & regem petentibus secundum cor eorum,sicut scriptum est,nõ secun

1. Reg. 8 obi & 2 Luc. 8 dum cor suum.Dedit etiam quod diabolus postulauit,ut probandus eius famulus tentare tur.Exaudiuit rogantes & immundos spiritus, ut in multos sues legio dæmonum mittere/ tur.Hæc scripta sunt,ne forte quisque magnipendat si fuerit exauditus, cum aliquid impati enter petit,quod non impetrare plus prosit:aut se abijciat, & de diuina erga se miseratione desperet,si nõ exaudiatur cum forte aliquid petit, quo accipiendo affligatur atrocius, uel à prosperitate corruptus penitus euertatur. In talibus ergo quid oremus sicut oportet nesci/ mus. Vnde si aliquid contra quod oramus acciderit, patienter ferendo & in omnibus gra/ tias agendo,hoc potius oportuisse quod dei,non quod nostra uolũtas habuit,minime du/ bitare debemus.Nam & huiusmodi exemplum præbuit nobis ille mediator,qui cum dixis/

set,

A set: Pater si fieri potest,transeat à me calix iste, humanam in se uoluntatem ex hominis su/
sceptione transformans,continuo subiecit, Verum non quod ego uolo,sed quod tu uis pa/
ter. Vnde merito per unius obedientiam iusti constituuntur multi . Quisquis autem illam
unam petit à domino, & hanc requirit,certus ac securus petit , nec timet ne forte obsit cum
acceperit , sine qua nihil prodest quicquid aliud sicut oportet acceperit . Ipsa est enim una,
uera,& sola beata uita,ut contemplemur domini delectationē in æternum, immortales at/
que incorruptibiles corpore & spiritu. Propter hanc unam cætera requiruntur,& non inde/
center petuntur. Istam quisquis habuerit,omnia quæ uult habebit,nec aliquid ibi uelle est,
qui nec habere poterit quod non decebit. Ibi quippe est fons uitæ,quem sitire nunc oportet
in oratione,quamdiu in spe uiuimus,& quod speramus nondum uidemus, in protectione
alarum eius, ante quem est omne desiderium nostrum , ut inebriemur ab ubertate domus Psalm.35
eius,& torrente uoluptatis eius potemur:quoniā apud eum est fons uitæ, & in lumine eius
uidebimus lumen: quando satiabitur in bonis desiderium nostrum:& nihil erit ultra quod
gemendo quæramus, sed quod gaudendo teneamus . Veruntamen quia ipsa est pax quæ
præcellit omnem intellectum, etiam ipsam in oratione poscendo , quid oremus sicut opor/ Rom.8
tet,nescimus. Quod enim sicut est cogitare non possumus,utique nescimus,sed quicquid co
gitanti occurrerit,abijcimus, respuimus, improbamus,non hoc esse quod quærimus noui/
mus, quamuis illud nondum quale sit nouerimus. Est ergo in nobis quædam,ut ita di Caput 15
cam,docta ignorantia,sed docta spiritu dei,qui adiuuat infirmitatem nostram. Nam cum
dixisset Apostolus , Si autem quod non uidemus speramus, per patientiam expectamus,
Ibi subiecit, Similiter & spiritus adiuuat infirmitatem nostram. Quid enim oremus sicut o/
portet nescimus,sed ipse spiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus: Qui au/
tem scrutatur corda , scit quid spiritus sapiat , quia secundum deum interpellat pro sanctis.
Quod non sic est intelligendum,ut existimemus sanctum spiritum dei,qui in trinitate incō
B mutabilis deus est,& cum patre & filio unus deus,tanquam aliquem qui non sit quod deus
est interpellare pro sanctis. Dictū quippe est: Interpellat pro sanctis, quia interpellare san/
ctos facit,sicut dictum est, Tentat uos dominus deus uester,ut sciat si diligatis eum,hoc est Deut. 13
ut scire uos faciat. Interpellare utiq; sanctos facit gemitibus inenarrabilibus,inspirās eis de
siderium etiam adhuc incognitæ tantæ rei,quam per patientiam expectamus. Quomodo
enim narratur,quādo desideratur quod ignoratur? Nā utiq; si omnimodo ignoraretur,nō
desideraretur: & rursus, si uideretur,nō desideraretur,nec gemitibus quæreretur . Hæc Caput 16
omnia cōsiderans,& si quid aliud de hac re tibi dominus insinuauerit,quod uel mihi nō oc
currit, uel dici à me longū fuit,concerta in oratione uincere hoc seculum,ora in spe,ora fideli
ter & amanter,ora instanter atq; patienter,ora sicut uidua Christi. Quāuis enim ad omnia
membra eius,hoc est ad omnes qui in eum credunt,& eius corpori sociantur,sicut docuit,ora
re pertineat,specialiter tamen diligentior cura orationum in scriptura eius uiduis inuenitur
iniuncta. Nam duæ fuerunt Annæ honorabiliter nominatæ,una coniugata quæ sanctum 1.Reg.1
Samuelem peperit,alia uidua quæ sanctum sanctorū cum adhuc infans esset agnouit. Ora
uit & coniugata in dolore animi & afflictione cordis,quia filios non habebat: tunc ipsum
Samuelem impetrauit,& acceptum deo reddidit,quia cum posceret uouit. Sed oratio eius
quomodo ad orationem illam dominicā pertineat,nō facile reperitur,nisi quia in eo quod
ibi positum est,Libera nos à malo,nō paruum malum uidetur, & nuptam esse,& fructu ca
rere nuptiarum,cum sola excuset nuptias procreandorum causa filiorum. De illa uero An/ Vbi rei e
na uidua uide quid scriptum sit,Quia nō discedebat de templo, ieiunijs & obsecrationibus Luc.2
seruiens nocte ac die. Nec aliunde Apostolus quod & supra commemoraui : Quæ autem 1.Tim.5
uera uidua est, iquit,& desolata, sperabit in domino,& persistet in oratiōibus nocte ac die.
Et dominus cum semper ad orandum & nō deficiendum nos hortaretur,uiduam comme/ Lucæ 18
morauit,quæ licet iniquum & impium iudicem , ac dei & hominum contemptorem ad au/
diendam causam suam assidue interpellando conuertit. Quantum ergo præ cæteris uiduæ

debeant uacare orationibus,ſatis hinc intelligi poteſt,quod omnibus ad ſuſcipiendũ orãdi C
ſtudium de uiduis propoſitum eſt exhortationis exemplum. Quid aũt in hoc operis gene
re in uiduis electũ eſt, niſi deſtitutio & deſolatio? Quapropter ſi ſe omnis anima intelligat
in hoc ſeculo deſtitutam atq; deſolatã quamdiu peregrinatur à domino,profecto quandã
uiduitatem ſuam deo defenſori aſſidua & impenſiſſima precatiõe cõmendat. Ora ergo ut
uidua Chriſti,nondum habẽs eius conſpectũ,cuius precaris auxilium. Et licet ſis ditiſſima,
ſicut pauper ora. Nondũ em̃ ueras futuri ſeculi diuitias habes, ubi nulla damna formides.
Licet habeas filios & nepotes,numeroſamq; familiam,quod & ſupra dictũ eſt,ſicut deſola
ta ora: incerta ſunt enim omnia temporalia,etiam uſq; in finem uitæ huius in noſtra cõſo/
latione mãſura. Tu aũt ſi ea quæ ſurſum ſunt quæris & ſapis,æterna & certã deſiderãs,quæ
quamdiu non habes,etiam ſaluis omnibus atq; obſequentibus tuis,tanq; deſolatam depu
tare te debes,Et ſi tuo profectu,etiam tuo exemplo religioſiſſima nurus tua, & aliæ ſanctæ
uiduæ uirgines q; ſub ueſtra cura ſecurius conſtitutæ,quanto enim magis domum ueſtram
pie tractatis, tanto impenſius orationibus inſtare debetis, rerum præſentium nõ occupatæ
negotijs,niſi quæ flagitat cauſa pietatis, Sanè memineritis & pro nobis nõ negligenter ora
re. Nolumus em̃ ſic nobis honorẽ quem periculoſum gerimus deferatis,ut adiutoriũ quod
neceſſarium nouimus auferatis. A familia Chriſti oratũ eſt pro Petro,oratum eſt pro Pau
lo,& nos in eius familia eſſe gaudemus,& incõparabiliter plus quàm Petrus & Paulus ora/
tionum fraternarum auxilijs indigemus. Orate certatim concordi ſancto q; certamine:non
enim aduerſus alterutrum certatis,ſed aduerſus diabolum ſanctis omnibus inimicum. In
ieiunijs & uigilijs,& omni caſtigatione corporis quàm plurimum adiuuatur oratio. Faciat
quæq; ueſtrum quod poterit:quod altera minus poteſt,ea quæ poteſt faciat, ſi in altera di/
ligit, quod ideo quia non poteſt ipſa non facit: proinde quæ minus ualet, non impediat
plus ualentem, & quæ plus ualet,non urgeat minus ualentem. Conſcientiam quippe ueſtrã
deo debetis. Nemini autem ueſtrum aliquid debeatis,niſi ut inuicem diligatis. Exaudiat te D
dominus,qui potens eſt facere ſupra quàm petimus aut intelligimus.

Auguſtinus Victoriano presbytero, conſolãs eum ad toleranter accipienda mala
quæ Barbari in Italiam & Hiſpaniam incurſionem facientes, inferebant ſanctis uiris
& ſacris uirginibus. Epiſtola CXXII

DOMINO dilectiſſimo & deſiderantiſſimo fratri & compresbytero Victoria/
no, Auguſtinus in domino ſalutem. Litteræ tuæ impleuerunt grandi do/
lore cor noſtrum,quibus petiſti,ut prolixo opere aliqua reſponderem,cum tali/
bus malis magis prolixi gemitus & fletus,quàm prolixi libri debeantur. Totus
quippe mundus tantis affligitur cladibus,ut penè pars nulla terrarum ſit,ubi non talia qua
lia ſcripſiſti committantur atque plangantur. Nam ante paruum tempus etiam in illis ſoli/
tudinibus Ægypti, ubi monaſteria ſeparata ab omni ſtrepitu, quaſi ſecura delegerát,à Bar
baris interfecti ſunt fratres. Iam uero quæ modo in regionibus Italiæ, quæ in Gallijs nefa/
ria perpetrata ſint,etiã uos latere nõ arbitror: de Hiſpanis quoq; tot prouincijs,quæ ab his
malis uidebantur intactæ,cœperunt iam talia nunciari. Sed quid longe imus? Ecce in regi/
one noſtra Hipponẽſi,quoniã eam Barbari nõ attigerunt, clericorũ Donatiſtarũ, & Circũ/
cellionum latrocinia ſic uaſtant eccleſias,ut Barbarorũ fortaſſe facta mitiora ſint. Quis em̃
Barbarus excogitare potuit quod iſti,ut in oculos clericorũ noſtrorũ calcem & acetũ mitte/
rent,quorum membra etiã cætera plagis horrendis uulneribus q; ſautiarunt? Deprædãtur
etiã domos,aliquas & incendunt:fructus aridos diripiunt,humidos fundũt:& talia cæteris
comminando,multos etiam rebaptizari cõpellunt. Pridie quàm iſta ad te dictarem,ex uno
loco per huiuſmodi terrores xl. & octo animæ mihi rebaptizatæ renunciatæ ſunt. Plangen
da ſunt hæc, non miranda,& exclamandum ad deum, ut non ſecundum merita noſtra,ſed
ſecundum miſericordiam ſuam à tantis malis liberet nos. Nam quid utique ſperandum
fuit generi humano, cum hæc & in prophetis & in Euangelio tanto ante prædicta ſint?

Non

A Nõ itaq; debemus tam nobisipsis esse cõtrarij, ut credamus quando leguntur, & queramur quãdo cõplentur: sed potius & illi qui increduli fuerãt cũ hæc in sanctis libris cõscripta legerẽt uel audirent, nunc saltẽ credere deberẽt cũ cõpleri iam uident: ut de his tam magnis pressuris tanq; in torculari domini dei nostri, sicut amurca infideliũ murmurantiũ & blasphemantium fluit, ita oleum quoque fidelium confitentium & orantium exprimi & liquari nõ cesset. Illis enim qui contra Christianam fidem querelas impias iactare nõ quiescunt, dicentes, quod antequam ista doctrina per mundum prædicaretur, tanta mala non patiebatur genus humanum, facile est ex Euangelio respondere. Dominus enim dicit: Seruus nesciens uoluntatẽ domini sui & faciens digna plagis, uapulabit paucis, Seruus autem sciens uoluntatem domini sui, & faciens digna plagis, uapulabit multis. Quid ergo mirum si Christianis temporibus iste mundus tanquam seruus iam sciens uoluntatem domini sui & faciens digna plagis, uapulat multis? Attendunt quanta celeritate Euangelium prædicatur, & non attendunt quanta peruersitate contemnitur. Serui autem dei humiles & sancti dupliciter mala temporalia patiuntur, quia & ab ipsis impijs & cum ipsis patiuntur: habent consolationes suas, & spem futuri seculi. Vnde dicit apostolus: Non sunt cõdignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Proinde charissime etiam illis quorum uerba dicis te perferre nõ posse, quoniam dicunt, Si nos peccatores ista meruimus, quare & serui dei barbarorum ferro perempti sunt, & ancillæ dei captiuæ ductæ sunt, humiliter & ueraciter & pie responde, Quantamlibet enim iusticiã seruemus, quantãlibet domino obedientiam exhibeamus, nunquid meliores esse possumus illis tribus uiris qui in camino ignis ardẽtis pro conseruanda lege dei proiecti sunt? Et tamen lege quid illic dicat Azarias unus ex tribus, qui aperiens os suum, in medio ignis dixit: Benedictus es domine deus patrum nostrorum & laudabile & gloriosum nomen tuum in secula, quoniam iustus es in omnibus quæ fecisti nobis, & omnia opera tua uera & rectæ uiæ tuæ, & omnia iudicia tua B ueritas, & iudicia ueritatis fecisti per omnia quæ intulisti nobis & ciuitati sanctæ patrũ nostrorũ Hierusalem: quoniã in ueritate & iudicio intulisti nobis omnia hæc propter peccata nostra, quoniam peccauimus, & legi tuæ non paruimus, & mandatis tuis non obaudiuimus, ut bene nobis esset: & omnia quæ intulisti nobis, iudicio uero intulisti, & tradidisti nos in manus iniquorum inimicissimorum transfugarum, & regi iniusto & pessimo ultra uniuersam terram. Et nunc non est ut possimus aperire os, Vere confusio & opprobrium facti sumus seruis tuis, & eis qui te colunt, Ne tradideris nos in perpetuum propter nomẽ tuum domine, & ne despexeris testamentum tuum, & ne abstuleris misericordiam tuam à nobis, propter Abraam qui à te dilectus est, & propter Isaac seruum tuum, & Israël sanctum tuum, quibus locutus es, multiplicaturum te semen eorum ut astra cœli & arenam maris: quoniam domine minimi facti sumus præ omnibus nationibus, & sumus humiles hodie in terra propter peccata nostra. Vides certe frater, quales uiri quàm sancti quàm fortes in medio tribulationis, ubi tamen eis parcebatur, & eos urere ipsa flamma uerebatur, peccata sua confitebantur, pro quibus se digne & iuste humiliari nouerant nec tacebant. Nunquid etiã meliores esse possumus ipso Daniele, de quo per Ezechielẽ prophetã dicit deus ad principem Tyri, Nũquid tu sapiẽtior quàm Daniel es, Et qui ponitur unus in tribus iustis quos dicit deus solos se esse liberaturũ, ostẽdens utiq; in illis tres quasdam formas iustorũ, quos ita se liberaturum dicit, ut nec filios suos secum liberarent, sed ipsi soli liberarẽtur, Noë, Daniel & Iob? Lege tamen etiam precem Danielis, & uide quemadmodum in captiuitate positus peccata non tantũ populi sui, uerumetiam sua confiteatur, & pro his dicat per iusticiã dei se ad illam captiuitatis pœnam & opprobria peruenisse. Sic enim scriptum est: Et dedi faciem meam ad dominum deum ut quærerem preces & obsecrationes in ieiunationibus & sacco, & precatus sum dominum deum meum, & cõfessus sum, & dixi, Domine deus magne & mirabilis, & qui seruas testamentum tuum, & misericordiam diligentibus te, & seruantibus præcepta tua, peccauimus, aduersus legem fecimus, impie egimus, & recessimus

1. de Ciuitate dei cap. 30
Luc. 12
Rom. 8
Daniel. 3
Ezech. 28
Ezech. 14
Daniel. 9
ἐν νηστείαις

& declinauimus à præceptis tuis,& à iudicijs tuis,& non exaudiuimus ſeruos tuos prophe/ C.
tas, qui loquebantur in nomine tuo ad reges noſtros, & ad omnem populum terræ. Tibi
domine iuſticia,nobis autem confuſio faciei,ſicut dies hic uiro Iuda & habitantibus Hieru
ſalem & omni Iſraël, qui proximi ſunt & qui longe ſunt in omni terra, in qua eos diſſemi/
naſti propter contumaciam eorum,quia improbauerunt te domine. Nobis autē confuſio
faciei, regibus noſtris,principibus noſtris, & patribus noſtris,quia peccauimus tibi domi/
ne deo noſtro miſerationis & propitiationis, quoniam receſſimus & nō audiuimus uocem
domini dei noſtri,ut eſſemus in præceptis legis huius, quam dedit in conſpectu noſtro per
manus ſeruorum eius prophetarum omnium Iſraël. Peccauerunt enim aduerſus legem tu
am,& declinauerunt ne audirent uocem tuam, & ſuperuenit nobis maledictio & iuſtiuran/
dum,quod ſcriptum eſt in lege Moyſi ſerui dei: quoniam peccauimus, & ſtatuit ſermōnes
ſuos quos locutus eſt ad nos & ad iudices noſtros, qui iudicabant in nos,ſuperducere ma/
la magna, quæ nunquam facta ſunt ſub omni cœlo ſecundum ea quæ facta ſunt in Hieru
ſalem, ſicut ſcriptum eſt in lege Moyſi. Omnia mala hæc uenerunt ad nos, & non rogaui/
mus dominum deum noſtrum ut auerteret à nobis delicta noſtra, & ut intelligeremus o/
mnem ueritatem tuam.Et uigilauit dominus deus ad omnem ſanctum ſuum, & perduxit
ea quæ fecit ad nos, quoniam iuſtus dominus deus noſter in omni mundo ſuo quem fecit,
& non audiuimus uocem eius.Et nunc domine deus noſter,qui eduxiſti populum tuum de
terra Ægypti in manu forti, & feciſti tibi nomē ſicut dies hic,delicta aduerſus legem tuam
Sic diſtinguūt Græci. fecimus,domine in omnibus miſericordia tua. Auertatur itaq; impetus tuus,& ira tua à ci/
uitate tua Hieruſalem,& populus tuus in cōfuſionem uenit omnibus qui circum nos ſunt.
Et nunc exaudi deus noſter preces ſerui tui, & orationē eius, & oſtende nobis faciem tuam
ad ſanctificationē tuam,quæ deſerta eſt propter te.Inclina domine deus meus aurem tuam
& exaudi,aperi oculos tuos,& uide interitum noſtrum,& ciuitatis tuæ Hieruſalē,ſuper quā D
inuocatum eſt nomen tuum, quoniam non in noſtra iuſticia iactauimus precem noſtrā in
conſpectu tuo,ſed ad miſericordiam tuam quæ magna eſt. Exaudi domine,propitiare do/
mine,intende domine,& ne tradideris propter te deus meus,quoniam nomē tuum inuoca/
tum eſt in ciuitate tua ſuper populum tuum.Et adhuc me loquente & orante & enumeran
te peccata mea & peccata populi mei. Vide quemadmodum ſua peccata prius dixit,& po/
ſtea populi ſui.Et hanc dei commendat iuſticiam,& hanc dei laudem dicit,quia non iniu/
ſte,ſed pro peccatis eorum flagellat etiam ipſos ſanctos ſuos. Si ergo iſta dicunt qui excel/
lētiſſima ſanctitate ignes & leones circa ſe innoxios habuerunt, quid nos oportet dicere in
humilitate noſtra,qui tam longe illis impares ſumus, quantācunq; iuſticiam ſeruare uidea
mur? Sed ne aliqs exiſtimet illos dei ſeruos,quos dicis à Barbaris interfectos,ſic illam mor
tem euadere debuiſſe, quomodo tres illi uiri ab ignibus, & Daniel à leonibus liberatus eſt,
ſciant illa propterea facta miracula,ut eos uerū deum colere crederent reges,à quibus in illa
ſupplicia tradebantur. Hoc em̄ erat in occulto iudicio & miſericordia dei,ut illis regibus eo
modo conſuleret ad ſalutem. Antiocho autem regi, qui Macabæos pœnis crudelibus in/
teremit,noluit ita conſulere,ſed eorū glorioſiſſimis paſſiōibus cor duri regis acriori ſeuerita
te puniuit.Lege tamē,etiā unus illorum qui ſexto loco patiebatur quid dicat. Ita enim ſcri/
2.Machab.7. ptum eſt:Et poſt hunc ſextum applicuerūt.Cumq; hic tormentis excruciatus moreretur,di
xit: Noli te ſeducere propter nos,hæc patimur peccantes in deū noſtrū,& facta ſunt hæc di
gna nobis: Tu autem noli te putare impunitum futurum,qui aduerſus deum & legem eius
legibus tuis pugnare uoluiſti.Vides etiam iſti quàm humiliter & ueraciter ſapiant,qui pro
Prouerb.3. peccatis ſuis ſe flagellari à domino cōfitentur.De quo ſcriptum eſt: Quem enim diligit do/
Hebr.12. minus corripit,flagellat autem omnem filium quem recipit. Vnde & Apoſtolus: Si enim
1.Cor.11. noſmetipſos iudicaremus, à domino nō utiq; iudicaremur: Cum iudicamur aūt,à domino
corripimur,ne cū hoc mūdo dānemur.Hæc fideliter lege, fideliter prædica,& quantū potes
caue,& caucndū doce,ne aduerſus deum in his tentatiōibus & tribulatiōibus murmuretur.

Bonos

A Bonos dicis dei seruos & fideles & sanctos, gladio barbarorum peremptos. Quid autem interest, utrum eos febris an ferrum de corpore soluerit? Non qua occasione, sed quales ad se exeant dominus attẽdit in seruis suis, nisi quod maiorem habet pœnam languor diuturnus quàm citissimus exitus: & tamen etiam ipsum languorem diuturnum & horrendum legimus, qualem passus est Iob ille, cuius certe iusticiæ deus ipse qui falli non potest, tale perhibet testimonium. Grauissima sanè & multum dolenda est illa captiuitas fœminarũ castarum atque sanctarum, sed non est captiuus earum deus, nec captiuas deserit suas si non uult suas. Nam & illi sancti quorum passiones & confessiones de scripturis sanctis commemorauimus, ab hostibus ducti atque in captiuitate positi, illa dixerunt quæ conscripta leguntur à nobis, ut discamus captiuos dei seruos non deseri à domino suo. Vnde autẽ scimus quid etiam per istas omnipotẽs & misericors deus in ipsa terra barbarica fieri uelit mirabilium suorum. Tantum nõ cessetis pro illis ingemiscere ad deum, & quærere quantum potestis, & quantum ipse permittit, cum tempus & facultatem dederit, quid de illis factum sit, uel quæ uestra possint habere solatia. Nam Sitisensis ante paucos annos Seueri episcopi neptis sanctimonialis à barbaris ducta est, & per mirabilem dei misericordiam, cum honore magno suis parentibus restituta est. Domus enim illa barbarorum ubi captiua ingressa est, subita cœpit dominorum infirmitate iactari, ita ut omnes ipsi barbari, tres nisi fallor uel amplius fratres periculosissima infirmitate laborarẽt. Quorum mater animaduertit puellam deo deditam, & credidit quod eius orationibus sui filij possent ab imminẽtis iam mortis periculo liberari, petiuit ut oraret pro eis, pollicens quod si salui facti essent, eam suis parentibus redderent. Ieiunauit illa & orauit, & exaudita continuo est. Ad hoc enim factum erat, quantum exitus docuit. Ita illi tam repentino dei beneficio salute percepta, mirantes eam & honorantes, quod eorum mater promiserat impleuerunt. Ora ergo deum pro eis, & roga ut etiam ipsas doceat talia dicere, qualia supra memoratus sanctus Azarias, inter
B cætera in oratione & confessione sua fudit ad deum. Sic enim sunt illæ in terra captiuitatis suæ, quomodo erant illi in ea terra ubi nec sacrificare more suo poterant domino, sicut nec istæ possunt uel ferre oblationem ad altare dei, uel inuenire ibi sacerdotem per quem offerant deo. Donet ergo eis dominus ut ei dicant quod Azarias dixit in consequentibus precum suarum, Non est in hoc tempore princeps & propheta & dux, non holocaustum neque oblatio, neque supplicationes nec locus ad sacrificandum in conspectu tuo & inuenire misericordiam, sed in anima contrita & spiritu humilitatis accipiamur. Sicut in holocaustomatibus arietum & taurorum, & in multitudine agnorum pinguium, sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie perficere subsequentes te, quoniam non erit confusio his qui in te confidunt, Et nunc sequimur in toto corde & timemus te, & quærimus faciem tuam domine, ne confundas nos, sed fac nobiscum secundum mansuetudinem tuam, & secundum multitudinem misericordiæ tuæ, & libera nos secundum mirabilia tua, & da gloriam nomini tuo domine, & reuereantur omnes qui ostendunt seruis tuis mala, & confundantur ab omnipotentia tua, & uirtus eorum conteratur, & sciant quoniam tu es dominus deus solus, & gloriosus in uniuerso orbe terræ. Hæc illis dicentibus & ad deum ingemiscentibus, omnino suis aderit qui suis adesse consueuit. Et aut nihil in earum castissimis membris libidine hostili perpetrari permittet, aut si permittit, cum earum animus nulla cõsensionis turpitudine maculatur, etiam carnem suam defendet à crimine. Et quicquid in ea nec cõmisit, nec permisit libido patientis, solius erit culpa facientis, omnisque illa uiolentia non pro corruptionis turpitudine, sed pro passionis uulnere deputabitur. Tantum enim in mente ualet integritas castitatis, ut illa inuiolata, nec in corpore possit pudicitia uiolari, cuius membra potuerunt superari. Hæc epistola pro tuo desiderio breuis, pro meis tamen occupationibus multum prolixa, & propter perlatoris festinationem nimis accelerata sufficiat charitati tuæ. Multo uberius uos dominus consolabitur si scripturas eius intentissime legeritis.

1. de Ciuitate dei cap. 14.

Daniel. 3

32. q. 5 ad deũ

1. de Ciuitate dei cap. 16, 18 & 28

Augusti

Augustinus Orontio resalutans illum. Epistola CXXIII C

DOMINO eximio meritoq; honorabili & suscipiẽdo filio Orontio, Augustinus. Ago gratias quod aduentũ eximietatis tuæ litteris etiam præuenire dignatus es, & ante cõtuitum misisti colloquiũ, ut tuo prius affatu quàm aspectu frueremur, & diu desideratam noticiam epistola tua quodammodo prægustantes, expectaremus auidius & ardentius, quod iocundius gratiusq; caperemus, domine eximie meritoq; honorabilis & suscipiende fili. Reddo itaque meritis tuis & præcurrentibus officijs debitum resalutationis obsequium, incolumitatẽ tuam gaudens nunciatam, optansq; cõtinuam. Et quod rescripta exiguitatis meæ iure prærogatæ beneuolentiæ reposcendo addidisti dicens, Si tamen id de tanta sanctitate possumus promereri, nullo modo audeo desperare, sanctitatis eiusdem, cuius haustu pro nostro modulo aliquid sumus, ipsum fontem non solum laudãdum, uerumetiam nobiscum participandum, & tuæ prudentiæ placiturum, ut deus incõparabiliter atq; incommutabiliter bonus, qui per suam potentiam tam bonæ mentis est instigtutor, sit etiã per gratiam restitutor. Incolumẽ te deus omnipotens felicioremq; tueatur domine eximie meritoq; honorabilis ac suscipiende fili.

Augustinus Olympio ad dignitatem prouecto, ut ea recte utatur, commendãs ei causam Bonifacij. Epistola CXXIIII

DOMINO dilectissimo & in Christi membris honorabiliter amplectẽdo filio Olympio, Augustinus. Quicquid sis secũdum seculi huius cursum, nos tamen charissimo & synceriſſimo conseruo nostro Olympio Christiano fidelissime scribimus. Hoc enim tibi esse scimus omni gloria gloriosius, & omni sublimitate sublimius. Fama quippe ad nos pertulit honorem te adeptum esse celsiorem, quàm uera esset, nondum apud nos fuerat confirmatum, cum hæc scribendi uenit occasio, utrum uera esset, nondum apud nos fuerat confirmatum, cum hæc scribendi uenit occasio,
Rom. 12 Sed quoniã nouimus te à domino didicisse, non alta sapere, sed humilibus consentire, quolibet culmine prouectus esses, non aliter quàm soles litteras nostras te accepturum esse præ D sumimus, domine dilectissime, & in Christi membris honorabiliter amplectende fili. Temporali uero felicitate ad æterna lucrate prudẽter usurũ minime dubitamus, ut quanto plus potes in hac terrena republica, tanto plus impendas cœlesti illi quæ te in Christo peperit ciuitati, quod tibi uberius rependatur in regione uiuentium, & in uera pace securorum ac sine fine gaudiorum. Sancti fratris & coëpiscopi mei Bonifacij petitionem tuæ rursus charitati commendo, ne forte nunc fieri possit quod ante non potuit. Cum enim posset sine ulla forsitan quæstione quod præcessor eius, quamuis sub alieno nomine cõparauerat, & sub ecclesiæ nomine possidere iam cœperat, cõsequenter etiam ipse retinere, nolumus tamẽ quoniam fisci debitor fuit, hunc scrupulum habere in conscientia. Neque enim fraus ista, quia fisco fiebat, ideo non fiebat: quia ille quidem Paulus, postquàm episcopus factus est, renunciaturus suis omnibus rebus propter immensum cumulum fiscalium debitorum, exacta quadam cautione, in qua certum ei pondus debebatur argenti, hoc exiguo saccello unde uictum sustentaret tanquam Ecclesiæ comparauit, sub nomine tunc potentissimæ domus, ut etiam ex ipsis morem suum sequens cum fisco nõ solueret, nullas exactorum molestias pateretur: Iste autem qui eidem Ecclesiæ illo defuncto est ordinatus, timuit hos agros fuscipere, & cum posset pro solis fiscalibus debitis, quæ de memoratis possessiunculis ille contraxerat imperiale beneficium postulare, totum maluit confiteri, quod eas Paulus de argento
forte, arcario proprio, cum esset fisco obnoxius, de † ascario emerat, ut eas ecclesia si fieri potest, non occulta episcopi iniquitate, sed manifesta Christiani imperatoris liberalitate possideat. Quod si fieri non potest, melius inopiæ laborem serui dei tolerant, quàm ut necessariorum facultatem cum conscientia fraudis obtineant. Ad hoc tuum suffragium petimus impartiri digneris: quia id quod primo impetratum est, noluit allegare, ne iterum supplicandi sibi interclu deret facultatem: non enim erat ad desiderata responsum. Nunc uero cum sis eadem benignitate qua soles, sed amplior potestate, non desperamus adiuuante domino, meritis tuis

hoc

A hoc facile posse concedi, Cum etiam si tuo nomine eadē loca peteres, & memoratæ ecclesiæ ipse donares, quis reprehenderet, aut quis nō maxime prædicaret petitionem tuam, nō terrenæ cupiditati, sed Christianæ pietati seruientem? Domini dei nostri misericordia te in Christo feliciorem tueatur domine fili.

Augustinus Cornelio scortis dedito, admonēs illum, ut uxoris defunctæ pudicitiam imitetur, si uelit illius impetrare laudes. Epistola CXXV

DOMINO dilectissimo & honorabili fratri Cornelio, Augustinus. Scripsisti mihi ut ad te aliquam prolixam epistolam consolatoriam darem, quod grauiter optimæ uxoris mortem uerearis, sicut sanctum Paulinum ad Macarium fecisse meministi. Et illa quidem anima in societate recepta fidelium atque castarum, laudes nec curat, nec quærit humanas: sed quia propter eos fiunt ista qui uiuunt, prius est ut tu qui consolari eius laude desideras, ita uiuas, ut illic ubi ipsa est esse merearis. Neq; enim dubito quod eam non credas ibi esse, ubi illæ sunt quæ uel adulteris lectulum cōiugalem polluerunt, uel nullo coniugio delicatæ fornicationi fluxerunt. Quare de illius laude uiro longe dissimili quasi fugare uelle mœsticiam, adulatio est, non cōsolatio. Nam si eam diligeres sicut ipsa te dilexit, seruasses ei quod tibi ipsa seruauit. Et cū illa si prior obijsses, nullo modo credenda sit cuiquam fuisse nuptura, nónne si uere obitum eius laudibus eius consolandus doleres, ne unam quidem aclicitam post illam coniugem quæreres? Hic tu dictutus es, Quid mecum aspere agis? quid dure obiurgas? Nónne inter hæc uerba, ecce semiuiuis, dum uita ducitur prius finienda quàm corrigenda est? Vis ut ignoscam satiabili securitati tuæ, quanto satius tu ignoscis si non amabili, certe miserabili solicitudini meæ. Inimico quidem animo Tullius inuehebatur, & longe aliter erat terrenam rempublicam gubernantis intentio, & tamen ait, Cupio patres conscripti me esse clementem, cupio in tantis reipublicæ periculis non dissolutum uideri, Quanto iustius ego dico, cum ipse noueris quàm
B tibi amicum animū geram, in æternæ ciuitatis seruitio constitutus minister uerbi sacramentiq; diuini, cupio frater Corneli, me esse clemētem, cupio in tantis tuis meisq; periculis non dissolutum uideri? Plebs mulierum excubat lateribus tuis, crescit in dies speculorum numerus, eiusdem autem numeri dominum, imò uero seruū insatiabilem per tot scorta libidinis defluentem, & laudes defunctæ castæ coniugis à nobis uelut ad mitigandam mœsticiam suā iure amicitiæ flagitantē episcopi patiēter audimus. Quod cum esses, non dico catechumenus, sed in errore nobiscum pernicioſissimo cōstitutus iuuenis, in moribus nobis ab hoc te uitio temperatissima uoluntate correxeras, qui non post longum tempus, sordi es reuolutus. Deinde in extremo uitæ periculo baptizatus, nō dicam de fide, etiam nobis ecce iam senibus insuper episcopis nondum emendaris. Vis de bonæ uxoris morte per nos consolari, nos de hac tua ueriore morte quis consolatur? An quia non possumus obliuisci tanta erga nos merita tua, ideo cruciandi adhuc sumus moribus tuis, ideo contemnendi, & pro nihilo habendi quando gemimus ad te de te? Sed fatemur nos non esse aliquid ad te corrigendum ac sanādum, deus attendatur, Christus cogitetur, apostolus audiatur dicens: Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis? Si qualiscunq; episcopi amici tui uerba spernis in corde tuo, corpus domini tui cogita in corpore tuo. Postremo quomodo de die in diem differēdo peccas, cum extremū diem tuum nescias? Nunc probato quas tu ab ore nostro laudes Cyprianæ desideres. Certe si adhuc in schola rhetorū uerba discipulis uendirem, prius ab eis mercedē sumerem. Vendere tibi uolo laudē pudicissimæ uxoris tuæ, prius mihi mercedē da, pudicitiā tuā. Da inquā & accipe. Humanū dico propter infirmitatē tuā, puto q; nō sit apud te digna Cypriana cuius laudibus anteponis amorē cōcubinarū tuarū, quod utiq; faciēs pmanere in illo amore, cū ad istas laudes peruenire malueris. Quid mihi uis extorquere poscendo, cū pro te uideas esse quod posco? Quid precaris subiectus, quod potes iubere correctus? Mittamus munera spiritalia coniugi tuæ, tu imitationē, ego laudē: quanquā sicut supra dixi, laudē ab hominibus iam illa non quærat, imitationem uero tuā tantum

1. Cor. 6

Verba uendere.

tantum quærit etiam defuncta, quãtum te dilexit etiam dissimilẽ uiua. Faciam de illa quod C
Luc.16 uis, cum tu feceris quod ego uolo & illa. Si enim diues ille superbus atq; impius, sicut in euã-
gelio dominus loquitur, qui induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splendi-
de, cum malorum meritorum pœnas apud inferos lueret, neq; de digito contempti ante ia-
nuam suam pauperis aquæ stillam impetrare ualuisset, recordatus est quinq; fratres suos,
& rogauit ad eos eundem pauperẽ mitti, cuius requiem in sinu Abraæ longe prospiciebat,
ne & ipsi uenirent in illum locum tormentorum, quantomagis tua coniunx te recordatur,
quantomagis te casta non uult ad pœnas uenire mœchorum? Si fratres suos nec superbus
ad pœnas uenire uoluit superborum, & cum frater nollet fratribus in malis se esse coniun-
ctum, quantominus uult in bonis constituta coniunx uirum in malis habere separatum?
Lege ipsum locum in euangelio, Christi est uox pia, Crede deo. Doles uidelicet coniugem
mortuam, & putas si eam laudauero, quod meis affatibus consolaberis, disce quod doleas
si cum illa non eris. An magis tibi dolendum est, quod à me nondum laudatur, quàm mi-
hi quod à te non amatur? Nam utiq; si amares, cum illa esse post mortẽ desiderares, quod
profecto non eris, si qualis es talis eris. Ama ergo cuius exigis laudem, ne quod mendaciter
exigis, iuste negem Et alia manu, Dominus nobis præstet de tua salute gaudere domine di-
lectissime & honorabilis frater.

Augustinus Antonio, gratias agit pro laudibus, collaudans quod ingenue profes-
sus sit dogma catholicum. Epistola CXXVI

AVGVSTINVS Antonio. Cum à duobus tibi scripta deberentur, cu-
mulatissime maior pars reddita est, quod unum nostrũ præsentẽ uides, cuius
ex ore cum me quoq; aspicis, poteram nõ rescribere, nisi ipso iubente fecissem,
quo proficiscente superuacuum uidebatur esse quod feci. Quapropter fertilius
fortasse tecum colloquor, quàm si coràm adessem, cum & epistolam meam legis, & eum au- D
dis, in cuius pectore me habitare optime nosti. Cũ magno gaudio litteras sanctitatis tuæ
cõsideraui atq; digessi, quod & Christianum animum tuum sine ullo fuco iniqui temporis
& in nos præ se gerunt. Gratulor tibi, & gratias ago deo & domino nostro de spe & fide
& charitate tua, tibiq; apud eum, quod de nobis tam bene existimas, ut fideles dei seruos
esse credas, idq; ipsum in nobis corde purissimo diligas: quanquam hinc etiam gratulan-
dum beneuolentiæ tuæ potius, quàm gratiæ tibi agendæ sunt. Tibi enim prodest ipsam di-
ligere bonitatem, quam profecto diligit qui eum diligit quẽ credit bonum, siue ille se ita, si-
ue aliter quàm creditur habeat. Vnus tantum in hac re cauendus est error, ne quisq; nõ de
homine, sed de ipso hominis bono aliter sentiat, quàm ueritas postulat. Tu uero dilectissi-
me, qui nullo modo erras credendo uel sciendo, magnũ bonum est libenter deo casteq; ser-
uire, cum quemlibet hominum propterea diligis, quod huius boni participem credis, tecum
est fructus tuus, etiam si ille non ita sit. Quapropter tibi de hac re gratulandum est, illi au-
tem non, si propterea diligitur, sed si talis est qualem esse existimat à quo propterea diligi-
tur. Quales itaq; nos simus, quantumcunq; in deum promouerimus, ipse uiderit, cuius nõ
solum de hominis bono, sed homine ipso non potest errare iudicium. Tibi ad mercedẽ bea-
titudinis, quod ad hanc rem attinet, satis est, quod nos tales credens, quales oportet esse ser-
uos dei, toto sinu cordis amplecteris. Gratias uero tibi uberes agimus, quod nos cum lau-
das, quod tales simus, mirabiliter hortaris, ut tales esse cupiamus: uberiores etiam, si non so-
lum te commendes orationibus nostris, sed etiam non prætermittas orare pro nobis. Gra-
tior est enim deo pro fratre deprecatio, ubi sacrificiũ charitatis offertur. Paruulũ tuum plu-
rimum saluto, & secundũ præcepta domini salutaria opto grandescere. Domui quoq; tuæ
unam fidem & deuotionem ueram, quæ sola catholica est, peruenire desidero & precor: in
quam rem, si quam forte aliam nostram operam necessariam existimas, ne tibi uendicare
dubites ex communi domino fretus iure charitatis. Illud sanè admonuerim religiosissimã
prudentiam tuam, ut amorem dei non irrationabilem uel inseras infirmiori uasi tuo, uel
nutrias,

A nutrias, diuina lectione graui q̃ colloquio. Nemo enim solicitus de statu animæ suæ atque ob hoc sine pertinacia inquirendæ uoluntati domini intentus est, qui bono demonstratore usus non dinoscat, quid inter schisma quodlibet & unam catholicam interſit.

Augustinus Donato proconsuli Africæ, ut Donatistas coherceat non occidat. Epistola CXXVII.

DOMINO eximio meritoq̃ honorabili insigniterq̃ laudabili filio Donato, Augustinus in domino salutem. Nollẽ quidem in his afflictionibus esse Africanam ecclesiam constitutã, ut terrenæ ullius potestatis indigeret auxilio. Sed quia apostolus dicit, Non est potestas nisi à deo, proculdubio cum per uos syncerissimos catholicæ matris filios eidẽ subuenitur, Auxiliũ nostrum in nomine domini est qui fecit cœlum & terram. Quis enim non sentiat in tantis malis non paruam nobis cõsolationem diuinitus missam, cum tu uir talis & Christi nominis amantissimus, procõsularibus es sublimatus insignibus, ut ab sceleratis & sacrilegis ausibus inimicos ecclesiæ bonæ tuæ uolũtati potestas sociata cohiberet, domine eximie meritóq̃ honorabilis insignitérq̃ laudabilis fili? Deniq̃ unum solum est quod in tua iustitia pertimescimus, ne forte quoniã quicquid mali contra Christianam societatem ab hominibus impijs ingratisq̃ cõmittitur, profecto grauius est & atrocius, cũ q̃ si in alios talia cõmittantur, tu quoq̃ pro immanitate facinorum, ac non potius pro lenitatis Christianæ consideratione censeas coercendum, quod te per Iesum Christum ne facias obsecramus. Neq̃ enim uindictam de inimicis in hac terra requirimus, aut uero ad eas angustias animos debeant coarctare quæ patimur, ut obliuiscamur quid nobis præceperit, pro cuius ueritate ac nomine patimur, qui diligimus inimicos nostros & oramus pro eis. Vnde ex occasione terribilium iudicum ac legum ne æterni iudicij pœnas incidant, corrigi eos cupimus, non necari, nec disciplinam circa eos negligi uolumus, nec supplicijs quibus digni sunt exerceri. Sic ergo eorum peccata cõpesce, ut sint quos B pœniteat peccauisse. Quæsumus igitur ut cũ ecclesiæ causas audis, quamlibet nefarijs iniurijs appetitã uel afflictam esse cognoueris, potestatem occidendi te habere obliuiscaris, petitionem nostram non obliuiscaris. Non tibi uile sit neq̃ contẽptibile fili honorabiliter dilectissime, quod uos rogamus ne occidantur, pro quibus dominum rogamus ut corrigantur, excepto etiam q̃ à perpetuo proposito recedere nõ debemus uincendi in bono malũ. Illud quoq̃ prudentia tua cogitet, q̃ causas ecclesiasticas insinuare uobis nemo præter ecclesiasticos curat. Proinde si occidendos in his sceleribus homines putaueritis, deterrebitis nos ne operam nostram ad uestrum iudicium aliquid tale perueniat: quo comperto illi in nostrã perniciem licentiore audacia grassabuntur, necessitate nobis impacta & indicta, ut etiã occidi ab eis eligamus cũ q̃ eos occidendos uestris iudicijs ingeramus. Hanc admonitionẽ, petitionem, obsecrationem meam, ne quæso aspernanter accipias. Neq̃ enim te arbitror non recolere, magnam me ad te & multo cũ q̃ nunc es altius sublimatum, etiam si episcopus nõ essem fiduciã tamen habere potuisse. Cito interim per edictũ excellentiæ tuæ nouerint hæretici donatistæ manere leges contra errorem suum latas, quas iam nihil ualere arbitrantur & iactant, ne uel sic nobis parcere aliquatenus possint. Plurimum autem labores & pericula nostra quo fructuosa sint adiuuabis, si eorum uanissimam & impiæ superbiæ plenissimam sectam non ita cures imperialibus legibus comprimi, ut sibi uel suis uideantur qualescunque molestias pro ueritate atq̃ iustitia sustinere, sed eos cum hoc abs te petitur, rerum certarũ manifestissimis documentis apud acta uel præstantiæ tuæ uel minorum iudicum cõuinci atq̃ instrui patiaris, ut & ipsi qui te iubẽte attinentur, duram si fieri potest, flectant in melius uoluntatem, & ea cæteris salubriter legant. Onerosior est quippe quàm utilior diligentia, ut quamuis magnum deferatur malum, & magnum teneatur bonum, cogi tantum homines non doceri.

Rom. 13
Psal. 123

25. q. 5. unũ

hæreticos corrigi uult.

γνώμη

Augustinus eidem Donato, blande extimulans ad uitam uere Christianam. Epist. CXXVIII.

M Domino

DOMINO eximio & ſyncerisſima dilectione honorabili fratri Donato, Augu/ C
ſtinus in domino ſalutem. Quod te adminiſtrantem multum deſiderās,
etiam cum Cibilim ueniſſes, uidere non potui, credo propterea factum eſſe, ut
animo tuo curis publicis expedito potius fruerer, q̄ ut illa ſalutatiõe, me apud
te ocioſo, & te negocioſo, neuter noſtrũ quantũ ſatis eſſet, deſideriũ tentaret. Recolens quip
pe honeſtatem ab ineunte ætate indolis tuæ, abundanter idoneum tuum pectus exiſtimo
cui ſe Chriſtus largiſſime infundat, fructus ei afferens æterna & cœleſti gloria q̄ temporali
& terreno præconio digniores. A multis enim, immo prorſus ab omnibus, quos uel percũ/
ctari uel ultrò etiam prædicantes audire potui, caſtitatem uirtutemq̄ adminiſtrationis tuæ
conſtanter omnino laudantibus atq; præferentibus, & ſine ullo ſcrupulo diſſonæ uarietatis
accepi, & eo certius q; ignorabant neceſſitudinem noſtram, & utrum te uel tenuiter noſſem
penitus neſciebant prædicatores tui, ne magis eos auribus meis ſe dediſſe, quàm uera de te
ſpargere crederem. Ibi enim eſt à uanitate remota laudatio, ubi etiam uituperatio ab of/
fenſione ſecura eſt. Veruntamen o frater eximie & ſyncerisſima dilectione honorabilis, non
nunc docendus es, ſed fortaſſe admonendus, omnem iſtam gloriam famamq̄ popularem
non in ore uulgi eſſe lætabilem, ſed in rebus ipſis, quæ etiam ſi uulgo diſpliceant, proprio ta
men fulgore ac pondere non imperitorum commendatione precioſæ ſunt, magiſq; miſerã
dus eſt qui talia improbat, q̄ ille qui de talibus improbatur iudicandus miſer. Cum uero
placent & ſibi debita laude populariter quoq; prædicãtur, nec ſic quidem ipſæ maiores me
lioresq; fiunt alieno iudicio, quoniam integrantur intima ueritate, & ſolius conſcientiæ ro/
bore ſolidantur. Vnde magis hominibus recte exiſtimantibus, quàm ei de quo uulgus be/
ne exiſtimat, aliquid ex eo felicitatis accidit. Quæ cum optime noueris uir bone, intuere ut
cœpiſti fortiſſima cordis acie dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum, & ab omni inani faſtu o/
mnino detumeſcens, aſſurge in illum, qui non uentoſe alleuat conuerſos ad ſe, ſed certis fidei D
paſſibus innitentes atq; aſcendentes collocat in ſempiterno faſtigio cœleſtis atq; angelicæ
dignitatis. Per quem te obſecro ut reſcribas mihi, tuosq; omnes quos in Sinitenſi uel Hip
ponenſi habes, ad catholicæ eccleſiæ communionem cõmuniter & benigne adhorteris. In
cuius gremio etiam patrem tuum laudabilem & egregium uirum abs te genitũ eſſe cogno
ui, quem ut debito meritis eius à me officio ſalutes peto, & nos uiſere non graueris. Quod
etiam propter rem tuam quam hic habes meliorem apud deum faciendam, non imprudẽ/
ter expoſco. Dei miſericordia te circumplectatur, & ab omni iniquitate conſeruet.

Auguſtinus Olympio Comiti, ut leges Cæſaris aduerſus Donatiſtas euulget. Epiſtola CXXIX.

DOMINO eximio & merito præſtantiſſimo multumq̄ in Chriſti charitate ho
norando filio Olympio, Auguſtinus in domino ſalutem. Quamuis mox
ut audiuimus te merito ſublimatum, cum ipſa fama nondum nobis certiſſima
eſſet, nihil aliud de animo tuo credidimus erga eccleſiam dei, cuius te ueracitet
filium eſſe gaudemus, q̄ q; tuis litteris mox aperuiſti: tamen etiam illis lectis, quibus ultrò
dignatus es etiam ſi pigri & cunctantes eſſemus, exhortationem beneuolentiſſimam mitte/
re, ut inſtruente humilitate noſtra per religioſam obedientiam tuam, deus cuius munere ta
lis es, eccleſiæ ſuæ iamiamq̄ ſubueniat, maiore fiducia tibi ſcribimus domine eximie & me/
rito præſtantiſſime multumq̄ in Chriſti charitate honorande fili. Et fratres quidem multi
ſancti collegæ mei, grauiter eccleſia turbata profecti ſunt penè fugientes ad glorioſiſſimum
Comitatus comitatum, quos ſiue iam uideris, ſiue litteras eorum ab urbe Roma oportunitate cuiusq̄
occaſionis acceperis, ego tamen licet nullum conſilium cum eis communicare potuerim, nõ
potui prætermittere per hunc fratrem & cõpresbyterum meum, qui urgenti neceſſitate pro
ſalute ciuis ſui, etiam media hyeme quomodocunq; ad illas partes uenire cõpulſus eſt, & ſa/
lutare & admonere charitatem tuã quam habes in Chriſto Ieſu domino noſtro, ut opus
tuũ bonũ diligentiſſima acceleretur inſtantia: quo nouerint inimici eccleſiæ, leges illas quæ
de idolis

A de idolis confringendis & hæreticis corrigendis uiuo Stilichone in Africam missæ sunt, ex uoluntate imperatoris pijssimi & fidelissimi constitutas, quo nesciente uel nolente factum siue dolose iactant, siue libenter putant, atq; hinc animos imperitorum turbulētissimos reddunt, nobisq; periculose ac uelsementer infestos. Hoc autem quod petendo uel suggerendo admoneo præstantiam tuam, non dubito omnium per Africam collegarum meorum fieri uoluntate. Arbitror quacunq; primitus exorta occasione facillime posse ac debere maturari, ut nouerint sicut dixi homines uani, quorū & aduersantium salutem requirimus & leges quæ pro Christi ecclesia missæ sunt, magni Theodosij filium per Stilichonem curasse mitendas. Propterea quippe memoratus presbyter harum perlator, cum de regione sit Mileuitana, ab episcopo suo uenerabili fratre meo Seuero, qui tuā mecum synceriſſimam dilectionem multum salutat, per Hipponem regium ubi ego sum transire iussus est, quia cum forte simul essemus in magnis ecclesiæ tribulationibus & perturbationibus, quærebamus occasionem scribendi ad eximietatem tuam & non inueniebamus. Iam quidem unam epistolā miserā in negocio sancti fratris & collegæ mei Bonifacij episcopi Cataquensis, sed nondum ad nos peruenerant grauiora quæ nos uehementius agitarent, quibus cōprimendis uel corrigendis quēadmodum meliore secundū Christi misericordiā cōsilio consulatur, cōmodius episcopi qui propterea nauigauerūt, cū tanta benignitate tui cordis acturi sunt, q potuerūt cōmuni consilio diligentius deliberatum aliquid ferre, quantū tēporis permittebat angustia. Illud tamen quo animū clementissimi & religiosissimi principis erga ecclesiam prouincia nouerit, nullo modo esse differendū, sed etiā antecēp episcopos qui profecti sunt uideas, cēp primū tua præstantissima pro Christi mēbris in tribulatione maxima constitutis uigilā tia potuerit accelerandū suggero, peto, obtecro, flagito. Neq; enim paruū in his malis solatiū dominus obtulit, cp te uoluit multo amplius posse cēp poteras, quando iā de tuis multis ac magnis operibus bonis gaudebamus. Multū sanè de quorundam neq; paucorū fide firB ma & stabili gratulamur, qui ex occasione legū ipsarum ad Christianā religionē uel catholicā pacē conuersi sunt, pro quorum salute sempiterna nos in hac tēporali etiā periclitari delectat. Propterea enim maxime ab hominibus nimiū duréq; peruersis, nunc inimicitiarum grauiores impetus sustinemus, quos nonnulli eorū nobiscū patientissime sustinent: sed plurimū infirmitati metuimus donec discant & ualeāt adiuuante misericordissima gratia domini, seculum præsens & hominū diē cū robore cordis ualentiore contēnere. Cōmonitoriū quod misi fratribus episcopis, quia sicut puto nondū ibi sunt, ab eximietate tua illis tradat cū uenerint. Tantā quippe tui synceriſſimi pectoris habemus fiduciā, ut adiuuāte domino deo nostro non solū impertitorē auxilij te uelimus, uerūetiam consilij participem.

Augustinus Circensibus à factione Donatistarum conuersis ad ecclesiæ catholicæ societatem gratulatur, admonens ut ex animo faciant quod faciunt, & in eo persistant. Epistola CXXX.

DOMINIS honorabilibus & merito suscipiendis, chariſſimis ac desiderātissimis fratribus in omni honorum gradu, Circēsibus, Augustinus episcopus. Si id quod in uestra ciuitate nos grauiter contristabat absumptum est, si duricia cordis humani resistens manifestissimæ & quodammodo publicæ ueritati eius dem ueritatis ui euicta est, si sapit dulcedo pacis unitatisq; charitas, & non iam reuerberat oculos saucios, sed sanos illustrat ac uegetat, nō sunt hæc opera nostra sed dei, non hæc humanis operibus omnino tribuerem, nec si cum apud uos essemus tanta conuersio multitudinis nobis loquentibus & hortātibus proueniret. Hoc agit ille & efficit, qui per ministros suos rerū signis extrinsecus admonet, rebus autem ipsis per seipsum intrinsecus docet. Nec ideo pigrius moueri nos oportet ad uisendos uos, quoniā quicquid in uobis laudabile est factum, non à nobis, sed ab illo factum est qui facit mirabilia solus. Multo enim alacrius debemus accurrere ad spectanda opera diuina cēp nostra, quia & nos si quid boni sumus, opus illius non hominum sumus. Vnde apostolus dixit, Neq; qui plantat est aliquid, neq;

Xenocrates qui rigat,sed qui incrementum dat deus. Xenocrates Polemonem ut scribitis,& nos ex illi- a
us litteris recordamur,de fruge temperantiæ disputando,non solum ebriosum,uerũ & tunc
ebrium ad mores alios repente conuertit. Quanq; ergo ille sicut prudenter & ueraciter intel
lexistis,non deo fuerit acquisitus,sed tantũ à dominatu luxuriæ liberatus, tamẽ ne idipsum
quidem quod melius in eo factum est humano operi tribuerimus,sed diuino. Ipsius nanq;
corporis quod est infimum nostrum,si qua bona sunt,sicut forma & uires & salus,& si quid
eiusmodi est,non sunt nisi ex deo creatore ac perfectore naturæ, quantomagis animi bona
donare nullus alius potest? Quid enim superbius uel ingratius cogitare potest humana ue
cordia, si putauerit cum carne pulchrum faciat deus hominem,animo castum ab homine
Sapien.8 fieri? Hoc in libro sapientiæ sic scriptum est,Cum scirem inquit quia nemo esse potest conti
nens nisi deus det,& hoc ipsum erat sapientiæ scire cuius esset hoc donum. Polemon ergo si
ex luxurioso continens factus ita sciret cuius esset hoc donum, & eum abiectis superstitio
nibus gentium pie coleret, non solum continens,sed etiam ueraciter sapiẽs & salubriter reli
giosus existeret,quod ei non tantum ad præsentis uitæ honestatẽ,uerũ & ad futuræ immor
talitatem ualeret. Quantominus igitur mihi arrogare debeo conuersionem istam uestram
uel populi uestri, quam modo nobis annunciastis,quæ me nec loquente,nec saltem præsen
te proculdubio diuinitus facta est in quibus ueraciter facta est. Hoc itaq; præcipue cogno
scite,hoc pie humiliterq; cogitate,deo fratres, deo gratias agite, deum timete ne deficiatis,
amate ut proficiatis,Si autem adhuc quosdã amor hominis occulte segregat, & timor ho
minis fallaciter congregat,obseruent qui tales sunt, quia deum cui nuda est humana consci
entia,nec testem fallunt,nec iudicem fugiunt. Si quid autem illos de quæstione ipsius unita
tis,pro suæ salutis solicitudine permouet, hoc sibi quantum existimo iustissimũ extorque
ant,ut de catholica ecclesia,id est toto orbe diffusa potius id credãt quod diuinæ scripturæ
dicunt,non quod linguæ humanæ maledicũt. De ipsa uero dissensione quæ inter homines
Gene.12. orta est, qui qualeslibet fuerint utiq; præiudicant promissis dei,qui dixit ad Abraham, In d
semine tuo benedicentur omnes gẽtes,quod creditum est cum audiretur prædictum,& ne
gatur cum uidetur impletum, hoc tantum interim breuissimum, & nisi fallor inuictissimũ
cogitent,aut actam esse istam causam in ecclesiastico trãsmarino iudicio, aut non esse actã.
Si acta ibi non est,innocens est Christi societas per omnes transmarinas gentes, cuius socie
tatis nos communione gaudemus, & ideo ab eis innocentibus utiq; sacrilega direptione se
parantur. Si uero acta est ibi ista causa,quis non intelligat, quis non sentiat,quis nó uideat
eos in ea uictos quorum inde communio separata est? Eligant ergo,utrum malint credere
quod pronunciauerũt ecclesiastici cognitores,aut quod murmurãt uicti litigatores. Aduer
sus istam complexionem dictu breuissimã,intellectu facillimam, attendite pro uestra pru
dentia diligenter,q; nihil sobrium responderi possit,& tamen malus Polemon magis ebri
etate inueterati erroris uertitur. Date ueniam prolixiori fortassis epistolæ q; iocundiori,ue
runtamen ut arbitror,utiliori q; blandiori, domini honorabiles & merito suscipiendi, cha
rissimi ac desiderantissimi fratres. De aduentu autem nostro ad uos,utrorumq; desiderium
deus impleat. Quanto enim charitatis ardore accendamur ad uisendos uos,uerbis explica
re non possumus,sed uos benigne credere minime dubitamus.

Augustinus Memorio episcopo commendat Posidium,damnans disciplinas li
berales,nisi adsit studium pietatis. Multa de libris quos scripsit de Musica. Itẽ de uer
sibus Dauidicis. Epistola CXXXI.

DOMINO beatissimo & uenerabiliter charissimo & syncerissimo ac desideran
tissimo fratri & coepiscopo Memorio, Augustinus in domino salutem.
Nullas iam reddere debui litteras sanctæ charitati tuæ sine his libris quos à me
sancti amoris iure uiolentissimo flagitasti, ut hac saltem obedientia respon de
rẽ epistolis tuis,quibus me magis onerare q; honorare dignatus es. Quanq; ubi succũbo,
quia oneror,ibi etiã quia diligor,subleuor. Neq; enim à quolibet diligor, subleuor, eligor,
sed ab

A sed ab eo uiro & domini sacerdote quẽ sic acceptũ deo sentio, ut cum animã tuã tam bonã leuas ad dominũ,quõniam in illa me habes,leues & me. Debui ergo nũc libros mittere, q̃s emendaturum me esse promiseram,Et ideo non misi,quia nõ emendaui, Non quia nolui, sed quia non potui,curis uidelicet multis & multum prævalentibus occupatus. Nimis aũt ingratum ac ferreũ fuit, ut te qui nos sic amas, hic sanctus frater & collega noster Posidius in quo nostram non paruam præsentiam reperies,uel nõ disceret,uel sine litteris nostris disceret.Est enim per nostrum ministerium,non litteris illis,quas uariarum serui libidinum,liberales uocant,sed dominico pane nutritus,quantus ei potuit per nostras angustias dispẽsari.Quid enim aliud dicendum est eis qui cum sint iniqui & impĩj liberaliter sibi uidentur eruditi,nisi q̃ in litteris uere liberalibus legimus, Si uos filius liberauerit, tũc uere liberi eritis.Per eũ nãq̃ præstatur, ut ipsæ etiã quæ liberales disciplinæ ab eis qui in libertatẽ uocati nõ sunt appellantur,quid in se habeant liberale noscatur.Neq̃ enim habent congruũ libertati,nisi quod habent cõgruum ueritati.Vnde ille ipse filius,Et ueritas inquit liberabit uos. Non ergo illæ innumerabiles & impiæ fabulæ,quibus uanorum plena sunt carmina poetarum,ullo modo nostræ consonant libertati, Non oratorum inflata & expolita mendacia, Non denique ipsorum philosophorum garrulæ argutiæ, qui uel deum prorsus non cognouerunt,uel cum cognouissent deum, nõ sicut deum glorificauerunt, aut gratias egerunt,sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum,& dicentes se esse sapientes,stulti facti sunt, Et immutauerunt gloriam incorrupti dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis & uolucrum atq̃ quadrupedum & serpentum: uel qui istis simulacris non dediti,aut non nimis dediti,coluerunt tamẽ & seruierunt creaturæ potius q̃ creatori.Absit omnino ut istorum uanitates & insaniæ mendaces,uentosæ nugæ ac superbus error,recte liberales litteræ nominentur, hominum scilicet infelicium,qui dei gratiam per Iesum Christum dominum nostrum,qua sola liberamur de corpore mortis huius nõ cognoB uerunt,nec in eis ipsis quæ uera sunt senserunt. Historia sanè,cuius scriptores fidẽ se præcipue narrationibus suis debere profitentur,fortassis habeat aliquid cognitione dignum liberis,cum siue bona siue mala hominum,tamẽ uera narrantur. Quamuis in eis cognoscendis qui spiritu sancto non adiuti sunt rumoresq̃ colligere ipsa humanæ infirmitatis conditione compulsi sunt, quemadmodum nõ fallerentur in plurimis omnino non uideo. Est tamẽ in eis aliqua propinquitas libertatis,si uoluntatem mentiendi non habent,nec homines fallunt,nisi cum ab hominibus humana infirmitate falluntur. Verum quia in omnibus rerum motibus qui numerari ualeant, facilius consideratur in uocibus, eaq̃ cõsideratio quibusdã quasi gradatis itineribus nititur ad superna intima ueritatis,in quibus uijs ostendit se sapientia hilariter,& in omni prouidentia occurrit amantibus, initio nostri ocij cum à curis maioribus magisq̃ necessarijs uacabat animus, uolui per ista quæ à nobis desiderasti scripta proludere,quando conscripsi de solo rhythmo sex libros, & de melo scribere alios forsitan sex,fateor,disponebam,cum mihi ocium futurum sperabam. Sed postea q̃ mihi curarum ecclesiasticarum sarcina imposita est, omnes illæ delitiæ fugere de manibus, ita ut uix nunc ipsum codicem inueniam,quoniam tuam uoluntatem, nec petitionem,sed iussionem contẽnere nequeo.Quod sanè opusculum si potuero mittere,non quidem me tibi obtemperasse, ueruntamen te hoc à me tantopere flagitasse pœnitebit. Difficillime quippe intelliguntur in eo quinq̃ libri,si non adsit qui non solum disputantium possit separare personas, uerum etiã pronunciando ita sonare morulas syllabarum, ut eis exprimantur sensumq̃ auriũ feriant genera numerorum:maxime quia in quibusdam etiam silentiorum dimensa interualla miscẽtur,quæ omnino sentiri nequeunt, nisi auditorẽ pronunciator informet. Sextũ sanè libru quẽ emendatũ reperi,ubi est omnis fructus cæterorũ, nõ distuli mittere charitati tuæ, fortassis ipse tuã non multũ refugiet grauitatẽ. Nã superiores quinq̃ uix filio nostro & cõdiacono Iuliano, quoniã & ipse iam nobiscũ cõmilitat, cognitione digni uidebuntur. Quẽ quidem non audeo dicere plus amo q̃ te, quia nec ueraciter dico, sed tamen audeo dicere,

Cõtra liberales disciplinas

Historia.

1. Retract. 10

plus desidero ꝙ te. Mirũ uideri potest, quẽadmodũ quẽ pariter amo, amplius desiderẽ, sed C
hoc mihi facit spes amplior uidendi eum. Puto enim ꝙ si ad nos te iubente uel mittente ue-
nerit, & hoc faciet quod adolescentem decet, maxime quia nõdum curis maioribus detine-
tur, & teipsum mihi expeditius apportabit. Quibus numeris consistant uersus Dauidici nõ
scripsi, quia nescio. Necꝙ enim ex hebræa lingua, quam ignoro, potuit etiam numeros inter
pres exprimere, ne metri necessitate ab interpretandi ueritate amplius quàm ratio sententia
rum sinebat digredi cogeretur: certis tamen eos constare numeris, credo illis qui eam lin-
guam probe callent. Amauit enim uir ille sanctus musicam piam, & in ea studia nos magis
ipse ꝙ ullus alius autor accendit. Habitetis omnes in æternum in adiutorio altissimi, qui
habitatis unanimes in domo, pater mater ꝙ fratres filiorum, & uncti unius patris filij, me-
mores nostri.

Augustinus Florentinæ puellæ studiosæ offerens suam docendi operam, si pro-
ferat quid uelit exponi. Epistola CXXXII.

DOMINAE eximiæ merito ꝙ honorabili in Christo ac suscipiendæ filiæ Floren-
tinæ, Augustinus episcopus in domino salutem. Sanctũ propositũ tuum
& inuisceratus cordi tuo timor domini castus permanẽs in seculum seculi, curã
pro te nostram nõ solũ in precibus apud deum, uerũetiam in admonitionibus
ad te ipsam non mediocriter suscitat. Quod quidẽ in epistolis meis quas ad matrẽ reueren
tiæ tuæ, debito mihi cum honore nominandam, dedi, non semel feci. Sed quia hoc mihi re-
scribere dignata est, prius te uelle accipere litteras meas, tunc demum si quid forte opus es-
set tibi ex ministerio meo, quod uenerando studio tuo omniũ ꝙ talium quantũ possum li-
bera seruitute debere me noui, non te esse taciturã & rescribendo insinuaturam, Ecce feci
quod te uoluisse, quamuis non per te, comperi, ne uiderer tibi ostium fiduciæ inhumaniter
claudere: supereſt ut promas ipsa, si quid ex me quærẽdum putas. Aut enim scio quod inqui D
sieris & non negabo, Aut ita nescio ut nullo fidei salutisꝙ detrimento nesciam, & de hoc eti
am teipsam si potuero faciam reddita ratione securam, Aut certe si & nescio & tamen scien
dum est, uel impetrabo à domino ne tibi desim, Nam sæpe officium impertiendi meritum
est accipiendi: uel ita tibi respondebo, ut noueris pro hac ipsa re quam pariter nescimus ad
quẽ pulsare debeamus. Hæc ideo prælocutus sum, ne te pro certo speres quicquid à me quæ-
sieris audituram, & cum hoc prouenerit, audacter potius ꝙ prudenter me fecisse arbitre-
ris, quod tibi quærendi si quid uoles facultatem dedi. Hoc enim feci non doctor perfectus,
sed cum docendis perficiendus, domina eximia meritoꝙ honorabilis in Christo ac suscipi-
enda filia. Equidem etiam in his rebus quas utcunꝙ scio, magis te cupio esse scientem, ꝙ sci
entiæ nostræ indigentem. Neꝙ enim ut quod scimus doceamus, aliorum ignorantiã opta-
re debemus. Multo quippe melius omnes sumus dociles deo, quod utiꝙ in illa superna pa-
tria, cum in nobis completum fuerit quod promissum est, perficietur, ut non dicat homo P
Hiere. 31 proximo suo, Cognosce dominum. Omnes enim cognoscent eum, sicut scriptum est, à minore
usꝙ ad maiorem eorum. Et solicitissime cauendum est in docendo superbiæ uitium, quod
in discendo non ita est. Vnde & sancta scriptura nos admonet dicens, Sit omnis homo ue-
Iacobi 1. lox ad audiendum, tardus autem ad loquendum. Et ille in psalmo ait, Auditui meo dabis
psal. 50 gaudium & exultationem & lætitiam, cõtinuoꝙ subiecit, Et exultabunt ossa humiliata. Vi
dit enim in audiendo facillime seruari humilitatem, quæ difficilis est in docendo, quoniam
necesse est ut doctor habeat superiorem locum, ubi laboriosum est obtinere ne subrepat ela
tio. Vides ne quemadmodũ periclitemur à quibus hoc expectatur, ut non solũ doctores si-
mus, uerũetiam cũ simus homines diuina doceamus? Sed laborũ periculorúmꝙ nostrorũ
singulare est solatiũ, cũ ita proficitis, ut illò ꝓueniatis, ubi nullius hominis doctoris egeatis.
Isto aũt periculo nõ tantũ nos, nã ad illũ de quo dicturus sum, quid sumus nos? Non ergo
nos tantũ periculo isto, sed etiã ille doctor gentiũ periclitatũ se esse testatur cũ dicit, Ne in
magnitudine reuelationũ mearum extollar datus est mihi stimulus carnis. Vnde & ipse do
minus

A minus tumoris huius admirabilis medicus. Nolite inquit ab hominibus uocari rabbi, unus est enim magister uester Christus. Quod retinens idem ipse doctor gẽtium dicit, Neq; qui plantat est aliquid, neq; qui rigat, sed qui incrementum dat deus. Hoc & ille meminit qui in natis mulierum, quanto magnus erat, tanto se in omnibus humiliabat, indignum se affir- mans qui Christi calciamenta portaret. Quid enim aliud ostendit ubi ait, Qui habet spon- sam sponsus est, amicus autem sponsi stat & audit eum, & gaudio gaudet propter uocem sponsi? Hic est ille auditus de quo pauloante commemoraui in psalmo positum, Auditui meo dabis exultationem & lætitiam, & exultabunt ossa humiliata. Proinde tanto me cer- tius, tanto solidius, tanto sanius gaudere scias de fide & spe & dilectione tua, quanto minus indigneris, non tantum à me quicquam discere, sed ab ullo prorsus hominum. Veruntamẽ quia cum illic essem, te quidem per ætatem uerecundante, boni parentes & amantissimi bo- norum studiorum tuorum, quanto pietatis ueræq; sapientiæ ardore flagrares mihi intima- re dignati sunt, & beneuolẽtissime petierunt ne tibi instruendæ in quo opus esset meã ope- rulam denegarem, admonendam te his litteris credidi, secundum supradictas optiones, ut quæras quid uis, ne sim superfluus si conatus fuero docere quod scis, dum tamen firmissime teneas, quod & si aliquid salubriter per me scire potueris, ille te docebit qui est interioris ho- minis magister interior, qui in corde tuo tibi ostendit uerum esse quod dicitur, Quia neq; q plantat est aliquid neq; qui rigat, sed qui incrementum dat deus. Ioan.3

Augustinus Italicæ cuidam de clade Romanorum à barbaris illata, de perpetien- dis malis spe uitæ cœlestis. Epi. CXXXIII.

RELIGIOSISSIMAE atq; in Christi membris merito sanctóq; laudabili famu- læ dei Italicæ, Augustinus in domino salutem. Tres epistolas tuæ benignita- tis acceperam cum ista rescripsi, Vnam quæ adhuc meas litteras exigebat, alterã quæ ad te iam peruenisse indicabat, tertiam quæ beneuolentissimã pro nobis curã tuã etiã B de domo clarissimi & egregij iuuenis Iuliani, quæ nostris adhæret parietibus, continebat. Qua accepta continuo respondere non distuli, quia procurator eximietatis tuæ cito se Ro- mam posse mittere scripsit, cuius litteris grauiter contristati sumus, q; ea quæ illic in urbe uel circa urbem geruntur, non nobis insinuare curauit, ut certum apud nos fieret quod incertæ famæ credere nolebamus. Fratrum quippe litteris ante transmissis, quamuis molesta & du- ra, multo tamẽ leuiora nunciata sunt. Plus sanè q̃ dici potest miratus sum, q; nec tãta occa- sione hominum tuorũ fratres sancti episcopi scripserint, nec epistola tua quicq̃ nobis de tã- tis tribulatiõibus uestris insinuauerit, quæ utiq; per uiscera charitatis & nostræ sunt: nisi for te faciendũ non putasti quod nihil prodesse duxisti, aut nos tuis litteris mœstificari nolui- sti. Prodest aliquid, quantũ ego arbitror, etiam ista cognoscere, Primo quia iniustũ est gau- dere uelle cũ gaudẽtibus, & flere nõ uelle cũ flentibus. Deinde quia tribulatio patientiã ope- ratur, patientia probationẽ, probatio spem, spes aũt non confundit, quia charitas dei diffu- sa est in cordibus nostris per spiritũ sanctũ qui datus est nobis. Absit itaq; ut recusemus au- dire etiam quæ amara & tristia sunt erga charissimos nostros. Nescio quo enim modo mi- nus fit quod patitur unũ mẽbrũ si cõpatiuntur alia mẽbra. Nec ipsa mali releuatio fit p cõ- munionẽ cladis, sed per solatiũ charitatis, ut q̃uis alij ferendo patiũtur, alij cognoscẽdo cõ- patiunt, cõmunis sit tamẽ tribulatio, qbus probatio, spes, dilectio spũsq; cõmunis est. Oẽs aũt nos dñs consolatur, qui & hæc tẽporalia mala prædixit, & post hæc bona æterna p̃mi- sit, Nec debet cũ præliat infringi qui uult post præliũ coronari, uires illo subministrãte cer- tãtibus qui præparat ineffabilia dona uictoribus. Rescripta illa nostra nõ tibi ad nos aufe- rãt scribendi fiduciã, præsertim quia timorẽ nostrũ nõ improbabili defensione lenisti. Par- uulos tuos resalutamus, & in Christo tibi grãdescere optamus, qui iã in hac ætate cernũt q̃ sit amor huius seculi periculosus & noxius, atq; utinam cum magna & dura patiuntur, par- ua & flexibilia corrigãtur. De domo illa quid dicã, nisi benignissimæ tuæ curæ gratias agã? Nam eã quam dare possumus nolũt, quam uolunt aũt dare non possumus. Neq; eñ sicut Rom.12 Roma.5 1.Cor.12.

falso audierũt,à decessore meo relicta est ecclesiæ,sed inter antiqua eius prædia possidetur, C
& antiquæ alteri ecclesiæ sic cohæret quemadmodum ista de qua agitur alteri.

Augustinus Pammachio uiro senatori,gratulatur quod eam Numidiæ partem cui præerat adhortatus sit litteris,ut à Donatistis cõferrẽt sese ad ecclesiæ cõmunionẽ. Ep. CXXXIIII

DOMINO eximio & merito suscipiendo,atq; in Christi uisceribus dilectissimo filio Pammachio,Augustinus in domino salutem. Bona opera tua Christi gratia germinantia,te nobis in membris eius honorãdum,& planè notissimum dilectissimumq; fecerunt. Neque enim si quotidie faciẽ tuam uiderem, notior mihi esses,quàm cum interiorem tuum pacis decorem,pulchrum ac ueritatis luce radiantem,in unius tui facti candore conspexi,cõspexi & agnoui,agnoui & amaui. Huic nũc loquor,huic scribo,dilecto amico meo,qui mihi corpore absenti absens innotuit. Verũ tamen iam simul eramus, & coniuncti sub uno capite uiuebamus, in cuius charitate nisi radicatus esses, nõ tibi tam dilecta catholica unitas foret,nec colonos tuos Afros,eo terrarum, unde Donatistarum furor exortus est,hoc est,in media consulari Numidia constitutos tali admoneres alloquio, tanto feruore spiritus animares, ut deuotione promptissima ad sequendum eligerent, quod te talem ac tantum uirum, non nisi agnita ueritate sequi cogitarent, & tam longe à te locorum interuallis remoti irent sub idem caput, atq; in eius membris in æternum tecum deputarentur, cuius præcepto tibi temporaliter seruiunt. In hoc ergo tuo facto te cognitum amplectens,exultaui ut gratularer tibi in Christo Iesu domino nostro, tibiq; has gratulatorias litteras mitterem, qualecunque specimen cordis & amoris erga te mei,Neque enim amplius potui. Sed quæso ne tu hactenus quicquid te diligo metiaris,perlectam transi hanc epistolam transitu inuisibili qui intus fit,& perge cogitando in pectus meum,& cerne quid illic de te agatur. Patebit enim oculo charitatis,cubiculum charitatis,quod claudimus aduersus nugas tumultuosas seculi,cum illic deum adoramus:& uidebis ibi delitias lætitiæ meæ de tam bono opere tuo,quas nec lingua effari,nec stilo exprimere ualeo, calentes atque flagrantes in sacrificio laudis eius, quo inspirante hoc uoluisti, D & quo adiuuante potuisti. Gratias deo super inenarrabili dono eius. O quàm multorum tecum pariter senatorum,pariterq; sanctæ ecclesiæ filiorum,tale opus desideramus in Africa,de quali tuo lætamur. Sed illos periculosum est exhortari, tibi securum est gratulari,Illi enim forte non facient,& tanquam nos in animo eorum uicerint inimici ecclesiæ, decipiendis insidiabuntur infirmis. Tu uero iam fecisti, unde inimici ecclesiæ,liberatis confundantur infirmis. Proinde sufficere uisum est, ut ipse quibus Christiano iure potueris, amica fiducia istam epistolam legas. Sic enim ex tuo facto fieri posse in Africa credunt, quod forte dum putant fieri non posse, pigrescunt. Insidias autem quas ipsi hæretici distorto corde moliuntur, quoniã risi eos arbitratos ualere aliquid in possessione Christi, animo tuo, nec rescribere uolui.Audies tamen hæc à fratribus meis,quos plurimum commendo eximietati tuæ,ne in tam magna tamq; inopinata salute hominum,de quibus per te catholica mater exultat,asperneris etiam superflua metuentes.

Augustinus Seuero abbati,blandissime monens ne mutuis laudibus certet,sed potius ea tractet,quæ propius pertinent ad pietatem. Epist. CXXXV

DOMINO beatissimo atq; dulcissimo, uenerabili nimiumq; desiderabili fratri & consacerdoti Seuero, & qui tecum sunt fratribus, Augustinus & qui mecum sunt fratres in domino salutem. Epistola mea quam peruexit charissimus filius & condiaconus noster Timotheus iam parata erat profecturo, quãdo filij nostri Quoduultdeus & Gaudẽtius ad nos uenerunt cum literis tuis. Inde factum est ut continuo proficiscens,non afferret responsionem meam,quoniam post illorum aduentum quãtulumcũq; apud nos immoratus est,& profecturus per horas singulas uidebatur. Sed &si per eum respõdissem, adhuc debitor forem, Nam & tunc quod uideor respondisse debitor sum,non dico charitatis,quam tantomagis debemus, quãto amplius impẽderimus, cuius

A cuius nos perpetuos debitores ostendit apostolus dicens, Nemini quicquam debeatis nisi ut inuicē diligatis,sed ipsius epistolæ tuæ: quando enim sufficiam tuæ suauitati,tantæq; aui ditati animi tui quam mihi lecta nunciauit? Rem quidē mihi in te notissimam insinuauit, ueruntamē & si non mihi rei nouæ insinuatrix,noua tamen rescriptorum exactrix fuit.Mi/raris fortasse,cur me huius debiti persolutorem imparem dicā,cū tu de me tam multum sen tias,qui me tanq; anima mea noueris,Sed hoc ipsum est quod mihi magnā difficultatē fa/cit respondendi litteris tuis,quia & quantus mihi uidearis parco dicere propter uerecundiā tuam,& utiq; minus dicendo cum tu in me tantam laudem contuleris, quid nisi debitor re/manebo? Quod non curarem si ea quæ de me ad me locutus es,non ex charitate syncerissi ma dicta scirem,sed adulatione inimica amicitiæ.Hoc quippe modo nec debitor fierem,qa talia rependere nō deberem:sed quanto magis noui q; fideli animo loqueris,tantomagis uideo quanto debito grauer. Vide autem quid mihi contingit,ut me quodammodo ipse laudauerim,qui me à te fideliter laudatum dixerim . Sed quid aliud dicerem,q; id quod de te admonui quem nosti.Ecce mihi nouam feci quæstionem, quam tu non proposuisti,& eā fortassis expectas ut soluā, ita mihi parum erat q; debitor eram,nisi etiam me ampliore de bito ipse cumularem:quanq; hoc facile sit ostendere,& si non ostendam facile tibi uidere,& uera infideliter dici posse,& non uera fideliter. Qui enim sic credit ut loquitur,& si non uera loquitur,fideliter loquitur: qui autem non credit quæ loquitur,& si uera loquitur,infideliter loquitur.Nunquid ergo dubito q; eadem credas quæ scripsisti? Quæ cum in me non agno sco,potuisti fideliter de me non uera dicere: sed nolo te uel beneuolentia sic falli cui beneuo lentiæ debitor sum,quia & tam fideliter & tam beneuole ea quæ uera sunt possem de te di/cere,nisi ut supra dixi, uerecundiæ tuæ parcerem.Ego autem quando laudor à germanissi/mo & familiarissimo animæ meæ,uelut à meipso lauder,sic habeo.Quod cernis quàm mo/lestū sit etiam uera si dicantur. Quanto potius,quia etiā cū sis altera anima mea,immo una
B sit anima tua & mea,sic in me falleris putādo mihi adesse quæ desunt,quō & de se ipse unus homo falli potest? Quod nō tantū ideo nolo ne quē diligo tu fallaris, uerūetiam ne minus ores ut sim quod iā me esse credis:nec in eo sum tibi debitor,ut eodem progressu beneuolē/tiæ credā & loquar de te bona,quæ adhuc & tu tibi deesse cognoscis,sed ut animo tā quidē beneuolo ea tantū dicam bona tua dona dei,de quibus in te certus sum.Quod nō ideo nō facio ne fallar in eis,sed ne tu à me laudatus,ipse te laudasse uidearis:& propter illā iusticiæ regulā, quia mihi fieri nolo. Quod si fieri debet eligo esse debitor quamdiu puto nō esse fa ciendum,Si aūt fieri nō debet,nec debitor sum . Sed noui quid mihi ad hæc respōdere pos sis,Ita ista loqueris quasi prolixam epistolam tuam de laudibus meis desideraverim. Absit ut hoc de te credam:sed epistola tua,nolo dicere q; ueris uel q; non ueris,plena tamen lau/dibus meis,hoc de me ut reprehenderem etiam te nolente flagitauit.Nam si quid aliud uo lebas ut scriberem,largitorem me desiderabas,non redditorem.Porrò iusticiæ ordo sic ha/bet,ut debitum prius reddamus , tum deinde cui reddimus si hoc placet aliquid & done/mus:quanq; etiā talia qualia desiderasti ut scriberem, si diligentius præcepta dominica co/gitemus,reddimus potius q; donamus, si nemini quicquam debendum est nisi ut inuicem diligamus.Ipsa quippe dilectio exigit debitū,ut fraternæ charitati seruientes eum qui se ad iuuari recte uelit,in quo possumus adiuuemus.Sed mi frater & tu credo quod noueris,quā ta sint in manibus meis,qbus ob diuersas curas quas nostræ seruitutis necessitas habet,uix mihi paucissimæ guttæ temporis stillantur , quas alijs rebus si impendero contra officium meum mihi facere uideor. Quod enim uis ut ad te prolixam epistolam scribam,& hoc qui dē debeo fateor, debeo prorsus hoc tā dulci,tā syncerę,tā meæ uoluntati tuæ. Sed quia bo nus es amator iusticiæ,inde te admoneo,ut de illa quam diligis hoc à me libentius audias. Cernis prius esse quod & tibi & alijs q; quod tibi tantummodo debeo, & tēpus ad omnia mihi nō sufficit,quando nec ad illa quæ priora sunt . Vnde oēs charissimi & familiarissimi mei quorū in nomine Christi inter primos mihi es,rē facient officij sui,si non solū alia mihi

Aqua effluit.

scriben/

ſcribenda ipſi non imponant,uerumetiam cæteros quanta poſſunt autoritate & ſancta be/
nignitate prohibeãt,ne uidear ego durus cũ à ſingulis petita non dedero,dum ea uolo ma/
gis reddere quæ omnibus debeo. Denique cum ſicut ſperamus & promiſſum tenemus, ad
nos uenerit uenerabilitas tua,ſcies quibus operibus litterarum & quantum occupatus ſim,
& inſtantius facies quod rogaui,ut & alios quos potueris mihi aliquid aliud ſcribendũ uo/
lentes iniungere à me demoliaris. Dominus deus noſter impleat cordis tui tam grandem,
& tam ſanctum ſinum quem ipſe fecit,domine beatiſſime.

Auguſtinus Felici & Hilarino epiſcopis,adhortãs ut afflictiones patiẽter ferant,Bo/
nifacium presbyterum liberans inuidia, quod diceretur ab ipſo ſubmotus ex ordine
presbyterij. Epiſtola CXXXVI.

DOMINIS dilectiſſimis meritoq; honorãdis fratribus Felici & Hilarino, Au/
guſtinus in domino ſalutem. Non miror ſatanã fidelium animos pertur/
bantem, cui reſiſtite permanentes in ſpe promiſſorum dei qui fallere non po/
teſt,qui nõ ſolum nobis in ſe credentibus & ſperãtibus,& in eius charitate uſq;
in finem perſeuerantibus polliceri præmia æterna dignatus eſt,uerũetiam temporalia ſcan
dala nõ defutura prædixit,quibus fidem noſtram exerceri & probari oporteret, Ait enim:
Matth.24 Quoniam abundabit iniquitas, refrigeſcet charitas multorum, ſed continuo ſubiecit, Qui
autem perſeuerauerit uſq; in finem hic ſaluus erit. Quid ergo mirum ſi homines ſeruis dei
detrahunt, & qui eorum uitam peruertere non poſſunt,famam decolorare conantur, cum
ipſum deum & dominum eorum quotidie blaſphemare non ceſſent,cum eis diſplicet quic/
quid contra eorum uoluntatem iuſto & occulto iudicio facit? Vnde exhortor prudentiam
ueſtram domini dilectiſſimi meritóq; honorandi fratres, ut ſcripturam dei qui nobis hæc
omnia futura prænunciauit,& aduerſus ea nos firmos eſſe debere præmonuit,cõtra homi/
num maledica uaniloquia ſuſpitionesq; temerarias corde Chriſtianiſſimo cogitetis. Breui/
ter itaque dico charitati ueſtræ, Bonifacium presbyterum in nullo crimine apud me fuiſſe D
detectum,nequaquam me de illo tale aliquid credidiſſe uel credere. Quomodo ergo iube/
Matth.7 rem de numero presbyterorum nomen eius auferri,uehementer terrente Euangelio ubi do
minus ait: In quo iudicio iudicaueritis iudicabimini? Cum enim cauſa quæ inter illum &
Videtur eſſe nomen pro/prium. Spem exorta eſt,ſub diuino examine pendeat ſecũdum placitum eorum,quod uobis ſi uo
lueritis poterit recitari,quis ego ſum ut audeam dei præuenire ſententiã in delendo uel ſup
primendo eius nomine,de quo nec ſuſpicari temere mali aliquid epiſcopus debui,nec diluci
2.q.1.nomen. de iudicare homo de occultis hominũ potui,cum in ipſis cauſis ſecularibus quando ad ma
iorem poteſtatem refertur arbitrium iudicãdi, manentibus ſicuti erant omnibus rebus, ex/
pectetur illa ſententia, unde iam non liceat prouocari, ne ſuperiori cognitori fiat iniuria,ſi
eius pendẽte iudicio aliquid fuerit commutatum? Et utiq; multum intereſt inter diuinam
& humanam quamlibet excelſiſſimam poteſtatem. Domini dei noſtri miſericordia nunq;
uos deſerat domini dilectiſſimi & honorandi fratres.

Apparet quẽdam è ſodalitio Auguſtini parum ſecũdæ famæ iuuenem intendiſſe cri
men Bonifacio presbytero Auguſtini, q ab eo fuerit de ſtupro interpellatus. Quũ
res euidentibus argumentis nec refelli nec coargui poſſet,iuſſus eſt uterq; adire ſepul
chrum martyris,ut miraculo tranſigeretur iudicium. Id ut clàm fieret, curarat Augu
ſtinus. Verum quoniam res eruperat in noticiam hominum, hortatur omnes, ne te/
mere iudicent, néue ob paucorum delicta,uel ipſi deficiant à pietate uel de omnibus
male ſuſpicentur,declarans nullam fuiſſe tam felicem ſodalitatem, in qua nõ aliquod
flagitium extiterit. Epiſtola CXXXVII

DILECTISSIMIS fratribus,Clero,ſenioribus,& uniuerſæ plebi eccleſiæ Hip/
ponenſis,cui ſeruio in dilectione Chriſti,Auguſtinus in domino ſalutẽ. Vti
nam ſcripturæ dei ſollicita mente intendentes, in quib usq; ſcandalis adiutorio
noſtri ſermonis non egeretis, & ille uos potius conſolaretur qui conſolatur &
nos:qui nõ ſolum bona quæ ſanctis & fidelibus ſuis eſt redditurus, uerumetiam mala qui/
bus

A bus erat hic mundus abundaturus ante prædixit, ante conscribenda curauit, ut bona post
seculi finem secutura certiores expectaremus, q̄ mala similiter prænunciata ante seculi finē
præcedētia sentiremus. Vnde & apostolus dicit, Quæcūq; em̄ ante scripta sunt, ut nos doce προεγράφη. Rom. 15.
temur scripta sunt, ut per patientiā & consolationem scripturarum spem habeamus ad de-
um. Quid autem opus erat ut ipse dominus Iesus non solum diceret, Tunc iusti fulgebūt Matth. 13.
sicut sol in regno patris sui, quod post seculi finem futurū est, uerumetiam exclamaret, Væ
mundo ab scandalis, nisi ut nobis non blandiremur uenire nos posse ad sedes felicitatis æ- Matth. 18.
ternæ, nisi temporalibus malis exercitati non defecerimus? Quid opus fuit ut diceret, Quo-
niam abundabit iniquitas refrigescet charitas multorum, nisi ut illi de quibus continuo lo- Matth. 24.
cutus, diunxit, Qui perseuerauerit usq; in finem hic saluus erit, cum hac iniquitatis abundā
tia refrigescentem charitatem uiderent, non perturbarentur, non expauescerent, non quasi
rebus insperatis & inopinatis contristati deficerent, sed potius uidentes accidere quæ futura
prædicta sunt ante finem, patienter perseuerarent usq; in finem, ut securi mererentur regna
re post finem, in ea uita quæ non habet finem. Proinde charissimi in isto scandalo quod de
Bonifacio presbytero nonnulli perturbantur, nō uobis dico ut non doleatis, Qui enim ista
non dolent, non est in eis charitas Christi, qui autem etiam de talibus gaudent, abundat in
eis malignitas diaboli, Non quia in memorato presbytero apparuit aliquid quod dignū
damnatione iudicaretur, sed quia deo de domo nostra talem habent causam, ut unus eo-
rum sine dubio perditus habeatur, & sit alterius fama apud quosdam mala, apud quosdā
dubia, etiam si non sit maculata conscientia. Dolete ista, quoniam dolenda sunt. Non tamē
sic ut eo dolore uestra charitas à bene uiuendo refrigescat, sed potius ad dominum depre-
candum inardescat, ut si innocens est presbyter uester quod magis credo, quia cum sensisset
alterius motum impudicum & immundum, nec consentire uoluit nec tacere, cito eum sua di
uina sententia manifestatum ministerio proprio repræsentet. Si autem male sibi conscius,
B quod suspicari non audeo, uoluit alterius existimationem lædere, cum eius pudicitiam cō-
taminare non posset, sicut dixit ipse cum quo habet causam, non eum permittat suam oc-
cultare nequiciam, ut quod homines inuenire non possunt, de quolibet eorum diuino
iudicio propaletur. Cum enim ista me causa diu cruciasset, nec inuenirem quomodo unus
è duobus conuinceretur, quamuis magis presbytero credidissem, cogitauerā primo sic am-
bos deo relinquere, donec in uno eorum qui mihi suspectus erat aliquid existeret, unde nō
sine iusta & manifesta causa de nostro habitaculo proijceretur. Sed cū promoueri in clerica
tu, siue illic per me, siue alibi per litteras meas uehementissime conaretur, ego autem nullo
modo adducerer ei homini de quo tantum mali existimarem manus ordinationis impo-
nere, aut per commendationem meam alicui fratri meo eum subintroducere, turbulentius
agere cœpit, ut si ipse in clericatu non promoueretur, nec presbyter Bonifacius in suo gradu
esse permitteretur. In qua eius prouocatione cum uiderem Bonifacium nolle quibuslibet in
firmis ad suspicionem propensis de suæ uitæ dubitatione scandalum fieri, paratumq; esse
honoris sui apud homines dānum perpeti potius, q̄ in ea contentione, in qua non posset
ignorantibus & dubitantibus uel ad male suspicandū prodiuioribus suam demōstrare cō-
scientiā, usq; ad ecclesiæ perturbationē inaniter progredi, elegi aliquid mediū, ut certo placi-
to se ambo constringerēt ad locū sanctū se peregrinaturos, ubi terribiliora opera dei nō sa-
nam cuiusq; conscientiā multo facilius aperirent, & ad confessionem uel pœna uel timore
compellerentur. Vbiq; quidem deus est, & nullo continetur uel includitur loco qui cōdidit
omnia, & eum à ueris adoratoribus in spiritu & ueritate oportet adorari, ut in occulto ex-
audiens, in occulto etiam iustificet & coronet. Veruntamen ad ista quæ hominibus uisibili-
ter nota sunt, quis potest eius consiliū perscrutari, quare in alijs locis hæc miracula fiant, in
alijs nō fiāt? Multis em̄ notissima est sanctitas loci, ubi beati Felicis Nolēsis corpus cōditū
est, quò uolui ut pergerent, quia inde nobis facilius fideliusq; scribi potest quicquid in eorū Nouū iudicium
aliquo diuinitus fuerit propalatū. Nam & nos nouimus Mediolani apud memoriam san-

ctorū

ctorum,ubi mirabiliter & terribiliter dæmones confitentur, furem quẽdam qui ad eum lo/
cum uenerat ut falsum iurando deciperet,compulsum fuisse cõfiteri furtum,& quod abstu
lerat reddere,Nunquid non & Africa sanctorum martyrum corporibus plena est? Et tamẽ
1.Cor.12 nusquam hic scimus talia fieri.Sicut enim quod apostolus dicit:Non omnes sancti habent
dona curationum,nec omnes habẽt dijudicationem spirituum,ita nec in omnibus memo/
rijs sanctorũ ista fieri uoluit ille qui diuidit propria unicuiq; prout uult. Quapropter cum
ego noluissem hunc grauissimum dolorem cordis mei uobis perferri in notitiã,ne uos atro
citer & inaniter contristando turbarem, fortassis ideo deus noluit uos latere,ut uobiscũ ora
tionibus incumbatis,ut quod ipse in hac causa nouit,nos autem nosse nõ possumus,etiam
2.q.1.nomen. nobis manifestare dignetur.Nomen autem presbyteri propterea non audeo sum de nume/
ro collegarum eius uel supprimere uel delere, ne diuinæ potestati sub cuius examine causa
adhuc pendet facere uiderer iniuriã, si illius iudicium meo uellem iudicio prævenire: quod
nec in negocijs secularibus iudices faciunt, quando causæ dubitatio ad maiorem potestatẽ
refertur,ut pendenti relatione aliquid audeant commutare,Et in episcoporum concilio con
stitutum est,nullum clericum qui nondum cõuictus sit,suspendi à communione debere,nisi
ad causam suam examinandam se non præsentauerit. Bonifacius tamẽ hanc humilitatem
suscepit,ut nec litteras acciperet quibus in peregrinatione honorem suum quæreret,ut in eo
loco ubi ambo ignoti sunt,circa ambos æqualitas seruaretur.Et nunc si uobis placet ut no/
2.Corinth.11 men eius nõ recitetur,ne his qui ad ecclesiam accedere nolunt, sicut ait apostolus,demus oc
casionem quærentibus occasionem,non erit nostrum hoc factum,sed eorum quorum cau/
11.q.3.quid obest. sa fuerit factum.Quid enim obest homini,quod ex illa tabula nõ uult eum recitari huma/
na ignorantia, si de libro uiuorum non eum delet iniqua conscientia? Proinde fratres mei
1.Petri.5 qui timetis deum,memẽtote quod ait apostolus Petrus:Quoniam aduersarius uester dia/
bolus tanquam leo rugiens circumit quærens quem deuoret.Quem nõ potest deuorare se/
ductum ad nequiciam,famam ipsius inquinare conatur, ut si fieri potest opprobrijs homi/ D
num,& malarum linguarum detractione deficiat, & sic in eius fauces ruat.Si autem nec fa/
mam innocentis maculare potuerit,hoc ei persuadere tentat, ut per maleuolas suspitiones
de fratre suo iudicet,& sic ab illo implicatus absorbeatur.Et quis omnes eius captiões & cir/
cumuentiones uel comprehendere uel enumerare sufficiat? Aduersus tamen hæc tria quæ
ad causam præsentẽ pertinent propius, ne mala exempla imitãdo ad nequiciam seducami
2.Cor.6 ni, ita uos per apostolum alloquitur deus: Ne sitis iugum ducentes cum infidelibus. Quæ
enim participatio iusticiæ cum iniquitate? Aut quæ societas luci ad tenebras? Item alio lo/
co,Nolite inquit seduci. Corrũpunt mores bonos colloquia mala,Sobrij estote iuste, & no
lite peccare. Vt autem linguis detrahentium non deficiatis,sic per prophetam dominus di/
Esa.51 cit:Audite me qui scitis iudicium, populus meus in quorum corde lex mea est, Opprobria
hominum nolite metuere,& detractione eorum ne superemini, nec quod uos spernant ma
gniduxeritis,Sicut enim uestimẽtum ita per tempus absumentur,& sicut lana à tinea come
dentur,iusticia autẽ mea in æternum manet.Iam uero ne maleuolo animo de seruis dei fal
1.Cor.4 sa suspicando pereatis,illud apostolicum recordamini ubi ait:Nolite ante tempus iudicare
quicquam,donec ueniat dominus, & illuminet abscondita tenebrarum,& manifestet cogi/
tationes cordis,& tunc laus erit unicuiq; à deo.Et item illud quod scriptum est,Quæ mani/
festa sunt,uobis,quæ autem occulta sunt,domino deo uestro. Manifestũ est quidem, quia
ista in ecclesia non accidunt sine graui tristicia sanctorum atq; fidelium,ueruntamen cõsole
1.Cor.11. tur nos qui cuncta prædixit,atq; ut abundãtia iniquitatis non refrigescamus,sed usq; in fi/
nem perseueremus,ut salui esse possimus admonuit.Nam quantum ad me attinet, & si est
in me quantulacunq; charitas Christi,quis uestrum infirmatur & ego non infirmor? Quis
scandalizatur & ego nõ uror? Nolite itaq; augere cruciatus meos, deficiẽdo uel in suspitio/
nibus falsis,uel in peccatis alienis. Nolite obsecro uos, ne dicam de uobis,Et super dolores
uulnerum meorum addiderunt,Nam illi qui gaudent de istis doloribus nostris,de quibus
in persona

A in persona corporis Christi tanto ante prædictum est, Aduersus me insultabant qui sede Psal.68
bant in porta,& in me psallebant qui bibebant uinum,ualde tolerabilius sustinentur, pro
quibus tamen etiam ipsi orare & bonum eis uelle dicimus. Ad quid enim aliud sedent isti,
& quid aliud captant,nisi ut quisquis episcopus uel clericus uel monachus uel sanctimonia
lis ceciderit, omnes tales esse credant,sed non omnes posse manifestari? Et tamen ipsi cum
aliqua maritata inuenitur adultera,nec proiiciunt uxores suas, nec accusant matres suas.
Cum autem de aliquibus qui sanctum nomen profitentur,aliquid criminis uel falsi sonue
rit uel ueri paruerit, instant,sataguat,ambiũt ut de omnibus hoc credatur. Hos ergo de no
stris doloribus suauitatem suæ malæ linguæ captantes, facile est ut illis canibus compare/ Luc.16
mus,si forte in malo intelligendi sunt,qui lingebant uulnera pauperis illius,qui ante ianu/
am diuitis iacebat,& quousq; ueniret ad requiem sinus Abraæ, laboriosa & indigna om/
nia tolerabat. Vos me nolite amplius cruciare, qui aliquam spem habetis ad deum, Vos
nolite illa uulnera quæ illi lingebãt multiplicare, Vos pro quibus periclitamur, omni hora
habẽtes foris pugnas,intus timores,periculum in ciuitate,periculum in deserto, periculum
ex gentibus,periculum in falsis fratribus. Scio quia doletis,sed nunquid acrius quàm ego?
Scio quia conturbati estis,& timeo ne inter linguas maledicorum deficiatis,& pereat infir/
mus,propter quem Christus mortuus est. Non ex uobis increscat dolor noster,quia nõ cul
pa nostra factus est uester. Nã hoc est quod præcauere conatus sum, ut si fieri posset hoc
malum,nec uitandum negligeretur, nec in uestram noticiam perferretur, ubi infructuose
cruciarentur firmi,& periculose turbarentur infirmi. Sed qui hoc cognito permisit uos ten/
tari, det uobis uires sustinendi, & erudiat uos ex lege sua, Doceat uos & mitiget à diebus Psal.93
malignis,donec fodiatur peccatoris fouea. Audio nonnullos uestrum hoc amplius contri
stari, q; de lapsu duorum illorum diaconorum,qui ex parte Donati uenerant, tanq; disci/
plinæ Proculiani insultauerint, uelut gloriantes de nobis, quod ex nostra disciplina nihil
B tale in clericis extitisset. Quod quicunq; fecistis, fateor uobis, non bene fecistis. Ecce docuit
nos deus,ut qui gloriatur,in domino glorietur. Nec obiiciatis hæreticis, nisi quia non sunt
catholici,ne similes eis sitis qui non habendo quod in causa suæ diuisionis defendant,non
nisi hominum crimina colligere affectant,& eaipsa plura falsissime iactant: ut quia ipsam
diuinæ scripturæ ueritatem,qua ubiq; diffusa Christi ecclesia commẽdatur,criminari & ob
scurare non possunt,homines per quos prædicatur adducant in odium,de quibus & finge
re quicquid in mentem uenerit possunt. Vos autem non ita didicistis Christum, si tamen
illum audistis,& in illo docti estis. Ipse quippe fideles suos securos fecit etiam de dispensa/
toribus malis,mala sua facientibus,& bona eius loquentibus,ubi ait, Quæ dicũt facite,quæ
autem faciunt facere nolite,dicũt enim & non faciunt. Orate quidem pro me, ne forte alijs
prædicans ipse reprobus inueniar. Veruntamen cum gloriamini,non in me, sed in domi/ 47.dis. quan
no gloriamini, Quantumlibet enim uigilet disciplina domus meæ, homo sum & inter ho/ tumlibet.
mines uiuo,nec mihi arrogare audeo ut domus mea melior sit quàm arca Noe, ubi tamẽ
inter octo homines reprobus unus inuentus est, Aut melior sit quàm domus Abraæ, ubi
dictum est,Eijce ancillam & filium eius, Aut melior sit quàm domus Isaac, cui de duobus
geminis dictum est, Iacob dilexi,Esau odio habui: Aut melior sit quàm domus ipsius Ia/
cob,ubi lectum patris filius incestauit: Aut melior sit quàm domus ipsius Dauid,ubi filius
eius cum sorore concubuit,cuius alter filius contra patris tam sanctam mansuetudinem re
bellauit: Aut melior sit quàm cohabitatio Pauli Apostoli, qui tamẽ si inter omnes bonos
habitaret,non diceret quod superius commemoraui,Foris pugnæ,intus timores,nec dice/
ret cum de sanctitate & fide Timothei loqueretur, Neminem habeo qui germane de uo/ Phil.2
bis solicitus sit, Omnes sua quærunt,non quæ sunt Iesu Christi: Aut melior sit quàm coha
bitatio ipsius domini Christi,in qua undecim boni perfidum & furem Iudam tolerauerũt,
Aut melior sit postremo quàm cœlum, unde angeli ceciderunt. Simpliciter autem fateor 47.dis. quan
charitati uestræ coram dño deo nostro,qui testis est super animam meam,ex quo deo ser/ tumlibet.

de monachis nota.

uire cœpi, quomodo difficile ſum expertus meliores ꝙ qui in monaſterijs profecerunt, ita C
Apoc.22 non ſum expertus peiores quàm qui in monaſterijs ceciderunt, ita ut hinc arbitrer in Apo
calypſi ſcriptum, Iuſtus iuſtior fiat, & ſordidus ſordeſcat adhuc. Quapropter & ſi contriſta
mur de aliquibus purgamentis, conſolamur tamen etiam de pluribus ornamentis. Nolite
ergo propter amurcam, qua oculi ueſtri offenduntur, torcularia deteſtari, unde apothecæ
dominicæ fructu olei luminoſioris implẽtur. Domini dei noſtri miſericordia uos aduerſus
omnes inſidias inimici in ſua pace cuſtodiat dilectiſſimi fratres.

Auguſtinus Clero & populo Hipponenſi excuſat abſentiam ſuam, adhortans ut in ſubleuandis pauperibus ſolito ſint alacriores, ob afflictiones temporarias. Epi. CXXXVIII.

DILECTISSIMIS fratribus cõclericis & uniuerſæ plebi, Auguſtinus in domino ſalutem. In primis peto charitatẽ ueſtram, & per Ieſum obſecro, ne uos mea contriſtet abſentia corporalis. Nam ſpiritu & cordis affectu puto uos non dubitare ullo modo me à uobis poſſe diſcedere, quamuis me amplius contriſtet quàm forte uoſipſos, quod infirmitas mea ſufficere nõ poteſt omnibus curis quas de me exigunt membra Chriſti, quibus me & timor eius & charitas ſeruire compellit. Illud enim nouerit dilectio ueſtra, nunquam me abſentem fuiſſe licentioſa libertate, ſed neceſſaria ſeruitute, quæ ſæpe ſanctos fratres & collegas meos, etiam labores marinos & tranſmarinos compulit ſuſtinere, à quibus me ſemper nõ indeuotio mentis, ſed minus idonea ualetudo corporis excuſauit. Proinde dilectiſſimi fratres ſic agite, ut quod ait Apoſtolus, ſiue adueniens & uidens uos, ſiue abſens audiam de uobis, quia ſtatis in uno ſpiritu, uno animo collaborantes fidei euangelicæ. Si uos aliqua moleſtia temporalis exagitat, ipſa uos magis admonere
Phil.1 debet, quemadmodum de illa uita cogitare debeatis, ubi ſine aliquo labore uiuatis, euadentes non moleſtas anguſtias temporis parui, ſed horrendas pœnas ignis æterni. Nam ſi modo tanta cura, tanta intentione, tanto labore agitis ne in aliquos cruciatus trãſitorios incidatis, quantum uos oportet eſſe ſolicitos, ut ſempiternas miſerias fugiatis? Et ſi mors D
ſic timetur quæ finit temporalem laborem, quomodo timenda eſt quæ mittit in æternum dolorem? Et ſi deliciæ ſeculi huius breues & ſordidæ ſic amantur, quanto uehementius futuri ſeculi gaudia pura & infinita quærenda ſunt? Iſta cogitantes nolite eſſe pigri in operibus bonis, ut ad ueſtri ſeminis meſſem ſuo tempore ueniatis. Nunciatum enim eſt mihi Ꝙ morem ueſtrum de ueſtiẽdis pauperibus fueritis obliti, ad quam miſericordiam cum præſens eſſem uos exhortatus ſum, & nunc exhortor, ne uos uincat & pigros faciat cõtritio huius mundi, cui talia uidetis accidere, qualia dominus & redemptor noſter qui mentiri non
Simile elegãs poteſt, uentura prædixit. Non ſolum ergo non debetis minus facere opera miſericordiæ, ſed etiam debetis amplius quàm ſoletis. Sicut enim ad loca munitiora feſtinatius migrant qui ruinam domus uident contritis parietibus imminere: ſic corda chriſtiana quantomagis ſentiunt mundi huius ruinam crebreſcentibus tribulationibus propinquare, tantomagis debent bona quæ in terra recondere diſponebant, in theſaurum cœleſtem impigra celeritate tranferre: ut ſi aliquis humanus caſus acciderit, gaudeat qui de loco ruinoſo emigrauit: ſi autem nihil tale fuerit ſubſecutum, non triſtetur qui quandoq; moriturus, immortali domino ad quem uenturus eſt bona propria commendauit. Itaq; fratres mei dilectiſſimi ex eo quod quiſq; habet, ſecundum ſuas uires quas ipſe nouit, facite quod ſoletis, alacriore animo quàm ſoletis, & inter omnes ſeculi huius moleſtias, apoſtolicam exhortationem corde retinete, ubi ait: Dominus in proximo eſt, nihil ſoliciti fueritis. Talia mihi de
Phil.4 uobis nuncientur, quibus nouerim, non propter meam præſentiam, ſed propter dei præceptum qui nunquam eſt abſens, uos ſolere facere, quod multis annis me præſente, & aliquã do etiã me abſente feciſtis. Dñs uos in pace conſeruet, & dilectiſſimi fratres orate ꝓ nobis.

Audax Auguſtino, flagitans illius ſcripta. Epiſtola. CXXXIX.

DOMINO uere prædicabili ac nimium ſuſcipiẽdo, omniq; laudum genere proſequendo patri Auguſtino, Audax in domino ſalutem. Habeo gratiam beatitudini tuæ, quod

A quod libenter mei ſumpſeris tentamenta ſermonis. Tunc enim bonæ fidei filijs datur au/
dacia,cum paterni fontis imbribus fuerit irrorata. Prouocaui itaq; dulcis antiſtes, non ut
prælargi pectoris puſillũ libamen acciperem, ſed ut ingens diuitis ubertim flumen hauri/
rem. Theſaurum ſapientiæ deſideraui,ſed minus accepi quàm uolui,licet minus non debet
dici, ſed munus,quod oraculum legis contulerit Auguſtinus,ſacrator iuſticiæ, inſtaurator
ſpiritalis gloriæ,diſpenſator ſalutis æternæ. Tam tibi mũdanus orbis notus eſt, quàm no
tatus:tam tui cognitus, quàm probatus. Opto itaq; ſapientiæ floribus paſci,& uiui fon/
tis hauſtibus irrigari. Præſta cupienti quod utiq; proſit. Poteſt enim ſeminudi roboris ue/
lamen genitale uiridari,ſi meruerit tuis ſenſim fluentis augeri. Itaq; humilitatis meæ præ/
ſentiam ſponde, non tam ſtilo q̃ uoto,ſi uenerabilitatis tuæ ſcripta prouiſu relegero. Di/
uina te clementia tueatur annis innumeris domine uenerabilis.

Cur mihi fons orbis paruo ſermone meauit?
An minus apta ſuis ſperauit corda fluentis?
Cum pateat mens omnis aquis, ſpectetq; loquacem
Religionis opem,gratos da ſenſibus imbres,
Expectat quos plena fides Chriſti de ſtipite pendens. *uerſus hepta/meter.*

Auguſtinus Audaci,excuſat occupationes ſuas,admonens ut uel intendat euoluendis ipſius libris,uel præſens audiat ipſum loquentem. Epiſtola. CXL.

DOMINO dilectiſſimo & in Chriſto prædicando nimiumq; deſiderabili fratri Au/
daci,Auguſtinus in dño ſalutem. Breuem epiſtolã tuã ſed planè uehementem fla
gitatricẽ prolixæ epiſtolæ meæ,non inuitus, immo etiam lætus accepi. Non q; facile ſuffice
rem auiditati,ſed q; gratularer charitati tuæ, quia & ſi non de idoneo expetis, bonũ eſt tñ
quod expetis. Et ad longã quidẽ epiſtolã conſcribendã magis mihi ociũ q̃ facultas deeſt,
occupatiſſimo ſcilicet eccleſiaſticis curis, à quibus pauculæ temporũ ſtillæ uix recreant, uel
B cogitantem aliquid,uel ea quæ magis urgent & mihi uidentur pluribus profutura dictan
tem,uel reficientem corporis uires noſtræ neceſſarias ſeruituti. Nam uerba non deſunt,qui
bus poſſit multa charta cõpleri,ſed quod à nobis in eadem ſermonis prolixitate deſideras,
ad hoc me idoneũ nõ eſſe reſpondeo. Theſaurũ enim ſapiẽtiæ te deſideraſſe dixiſti,ſed mi
nus accepiſſe q̃ uoluiſti,cum ego ex illo theſauro mendicabũda prece quotidianã ſtipem
rogem,uixq̃ impetrem. Oraculum autem legis quomodo ſum,de cuius locis atq; abditis
penetralibus neſcio longe plura q̃ ſcio,eiusq̃ multiplices ſinus opacosq̃ receſſus adire ac
penetrare non ualeo ſicut uolo,& me non aliud q̃ minus dignum eſſe cognoſco? Porrò ſa
crator iuſticiæ quis ego,cui me ſacratum eſſe permagnum eſt? Iam uero quod inſtaurato/
rem ſpiritalis gloriæ me appellas,da ueniam,multum cui loquaris ignoras. Ipſe quippe ad
huc in hac gloria ſic inſtauror,ut de die in diem non ſolum quantum accedam,ſed utrum
omnino aliquid accedam latere me fatear. Diſpenſator planè ſalutis æternæ, cũ cæteris in/
numerabilibus conſeruis meis ſum. Quod ſi uolẽs facio,mercedem habeo. Si aũt inuitus, 1.Cor.9
tantũ diſpenſatio mihi credita eſt: neq; enim eſſe ſalutis illius diſpenſatorem per uerbũ ac
ſacramentum, iam hoc eſt etiam eſſe participem. Nam ſi per bonos non diſpenſaretur, nõ
recte Apoſtolus diceret, Imitatores mei eſtote ſicut & ego Chriſti. Rurſus ſi per malos nõ 1.Cor.4
diſpenſaretur,non de quibuſdã dñs diceret, Quæ dicũt facite,quæ aũt faciunt,facere nolite. Matt.23
Dicũt enim & non faciunt. Multi ergo diſpenſatores ſunt,per quorũ miniſteriũ peruenitur
ad æternã ſalutẽ. Sed quæritur inter diſpenſatores ut fidelis quis inueniatur, & inter ipſos
fideles,in quorũ me numero ille qui non fallitur computet,alius eſt ſic,alius aũt ſic,ſicut uni Rom.12
cuiq; deus partitus eſt mẽſuram fidei. Itaq; frater chariſſime atq; dulciſſime paſcat te dñs
potius ſapiẽtiæ floribus,& uiui fontis hauſtibus irriget. Si quid autẽ per operulam meam
religioſiſſimo ſtudio tuo cõferri poſſe arbitraris,quia & capacẽ te eſſe intelligo, & auidum
ſentio,magis in alia noſtra opuſcula,quæ multis uoluminibus comprehenduntur,tibi ani
mus intendendus eſt,q̃ per epiſtolas aliquid ſperandũ,quod tuum deſiderium poſſit ex/

plere. Aut certe in præsentia sume quod potero, quã te puto tuam nobis ideo non exhibere, quia non uis. Quid enim magnum est adiuuante domino ut homo liber à cuiuscũ loci munere uenias ad nos, siue nobiscũ diu futurus, siue peracto saltem pauxillo temporis reditурus? Ecce penè factum est, quod in quinq; uersuum tuorum tertio posuisti, ut magis lo quacem quàm eloquentem haberes epistolam meam. Quod autem in quinto atq; ultimo uersu septem pedes sunt, miror utrum numerus tuum fallit auditum, an experiri uoluisti, utrum ego adhuc ista dijudicare meminerim, quæ forte iam obliti sunt, qui taliũ aliquando studiosi postea plurimum in ecclesiasticis litteris profecerunt. Psalterium à sancto Hieronymo translatum ex hebræo non habeo. Nos autem non interpretati sumus, sed codicum latinorum nonnullas mendositates ex græcis exemplaribus emendauimus. Vnde si tassis fecerimus aliquid commodius quàm erat, non tamen tale quale esse debebat. Nam etiam nunc, quæ forte nos tunc præterierunt, si legentes mouerint, collatis codicibus emendamus. Ita illud quod perfectum est, tecum nos quoq; requirimus.

Augustinus Maximæ studiosæ fœminæ, consolans illam, super afflictione Barbarorum & Donatistarum. Epistola CXLI.

HONORABILI & eximiæ atq; in membris Christi laudabili famulæ dei Maximæ, Augustinus in domino salutem. Quantum nos tuum studium sanctum lætificat, tantum rursus contristat quòd per errores noxios & perniciosissimos prouinciam uestram nimium periclitari significas. Sed quia ista futura prædicta sunt, mirandum non est quod exurgant, sed uigilandum est ne noceant. Hæc autem deus liberator noster exurgere non permitteret, nisi sanctis eius etiam per huiusmodi tentationes erudiri expediret. Comparant sibi quidem illi ma uolũtate peruersa, & præsentis meritum cæcitatis & futuri æterni supplicij, si per contumaciam indociles fuerint, secũ
Matt. 5 in hac uita sunt corrigere atq; emendare neglexerint. Veruntamen sicut ipsi male utuntur bonis dei, qui facit solem suum oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos,
Rom. 2 qui eos per patientiam suam ad pœnitentiam uocat, cum thesaurizant sibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij dei, Sicut ergo ipsi benignitate & patientia, id est, bonis dei male utuntur dum non corriguntur: sic contra deus etiam malis eorum bene utitur, nõ solum ad iustitiam suã quæ his digna in fine retribuet, sed etiam ad exercitationẽ & profectũ sanctorum suorũ, ut ex ipsa etiam malorũ peruersitate boni proficiant, & probẽtur & manifestentur, sicut Apostolus ait, Oportet hæreses esse, ut probati manifesti fiãt inter uos. Nam
1. Cor. 11 si nullus etiam malorum bonus usus esset deo ad utilitatem electorum suorũ, qui etiam de malo Iudæ tantũ bonũ nobis præstitit, ut Christi sanguine redimeremur, poterat eos aut nasci non permittere quos malos futuros esse præsciebat, aut in ipso eorũ initio malignitatis extinguere. Sed tantũ eos permittit esse, quantũ nouit expedire atq; sufficere admonendæ atq; exercendæ sanctæ domui suæ. Ideo nostrã de illis tristitiam cõsolatur: quia & ipsa tristitia quam pro illis habemus nos releuat, illos aũt in sua peruersitate perseuerantes grauat. Gaudium uero quod percipimus, quando aliqui ex eis correcti in melius cõmutantur, & sanctorum societati copulãtur, nulli gaudio in hac uita comparari potest. Propterea scriptum est, Fili, si sapiens fueris, tibi sapiens eris & proximis tuis, Si aũtem malus euaseris, solus hauries mala. Quia cum gaudemus de fidelibus & iustis, & illis & nobis prodest bonũ
Prouer. 9 eorum. Cum autem cõtristamur de infidelibus & iniquis, illis solis nocet & eorum malicia & nostra tristitia. Nos aũt etiam hoc plurimũ adiuuat apud deum, quod pro eis misericorditer contristamur, & pro ipsa tristitia congemiscimus & oramus. Vnde honorabilis & in Christo laudabilis famula dei, & mœstitiam tuam de talibus, & uigilantiam atq; cautelam contra tales quã tuis litteris expressisti, multũ approbo & laudo, atq; ut in hac uia perseueranter ambules, pro meis uiribus quia hoc exigis, & hortor & moneo, ut miserearis eorum tanq; simplex ut colũba, caueas aũt illos tanq; astuta sicut serpens, descq; operam quantum potes, ut qui tibi adhærent tecum in recta fide permaneãt, aut ad fidem rectam, si forte in aliquo

A aliquo aliqui deprauati sunt, corrigantur. De homine autem quem suscepit uerbũ dei, cum caro factum est & habitauit in nobis, emendarem aliquid, si in eo quod credis falsum aut peruersum inuenirem. Hoc ergo crede quod credis, quia in illo homine totam naturam nostram suscepit filius dei, id est, & animam rationalem & carnem mortalem sine peccato. Infirmitatis enim nostræ particeps factus est non iniquitatis, ut per infirmitatem communẽ, solueret iniquitatem nostram, & adduceret nos ad iusticiam suam, bibens mortem de nostro, & propinans uitam de suo. Sed si habes aliquam scripturam eorum, in qua asserunt quod huic fidei sit contrarium, dignare eam mittere, ut nõ solum fidem nostram dicamus, sed eorum quoq; perfidiam quantum possumus refellamus. Sine dubio enim hoc ipsum, quod peruerse & impie sentiunt, aliquibus testimonijs diuinarum scripturarum conantur astruere. In quibus eis ostendendum est, q̃ non recte intelligant litteras sacras conscriptas ad fidelium salutem: tanquam si quisquam se medicinalibus ferramentis grauiter uexet, quæ utiq; non ad uulnerandum, sed ad sanandum sunt instituta. Multum autem laborauimus & laboramus, quantum dominus donat contra diuersos errores arguendos. Sed laborum nostrorum opuscula si forte habere desideras, mitte qui tibi describãt. Voluit enim deus ut hoc facillime possis, qui tibi dedit unde possis.

CXLII.

Hoc loco sequebatur epistola prolixa ad Demetriadem uirginem, quam quidam putant Iuliani Pelagiani. Certe nec Augustini nec Hieronymi constat esse: eam hoc loco submouimus, cuius amore si quis tenetur reperiet inter epistolas eruditas, sed falso Hieronymo inscriptas. Quorsum enim attinet ijsdẽ singula onerare uolumina? Numerũ tantũ priorẽ manere passi sumus.

Augustinus & Alipius Iulianæ uiduæ matri Demetriadis uirginis, ne fallatur epistola quam eloquens quidam ad illam scripsit. Quidam suspicantur esse Iuliani, sed non alienam ab errore Pelagianorum.

Epistola. CXLIII.

B DOMINAE debitis in Christo officijs honorandæ & merito illustri filiæ Iulianæ Alipius & Augustinus in domino salutem. Grate admodum nobis iocundeq; accidit, ut simul nos constitutos apud Hipponem tuæ reuerentiæ litteræ reperirent, quibus hæc rescripta pariter redderemus, cognita uestra incolumitate gaudentes, uicissimq; nostram quam uobis charam esse confidimus mutua dilectione nunciantes, domina debitis in Christo officijs honoranda & merito illustris filia. Scire autem uos optime scimus, quantum uobis debeamus religionis affectum, quantaq; nobis & apud deum & inter homines sit cura de uobis. Licet enim uos per litteras primum, deinde etiam præsentia corporali pia & catholica, hoc est uera mẽbra Christi exiguitas nostra cognouerit, tamen etiam per ministerium nostrum, cum accepissetis uerbũ auditus dei, sicut dicit Apostolus, Accepistis nõ ut uerbum hominum, sed sicut est uere uerbum dei. Cuius ministerij nostri adiuuante gratia & misericordia saluatoris in domo uestra tantus fructus exortus est, ut humanis nuptijs iam paratis, sancta Demetrias spiritalem sponsi illius præferret amplexum, cui specioso præ filijs hominum ad habendam spiritus uberiorem fœcunditatem, nec amittendam carnis integritatem uirgines nubũt. Nesciremus aũt quemadmodum nostra illa tunc exhortatio & fideli & nobili uirgini fuisset accepta, nisi nobis profectis, cum post paululum professa fuisset sanctimoniam uirginalem, hoc ingens dei donũ quod per seruos quidem suos plantat & rigat, sed per seipsum dat incremẽtum, nobis operarijs prouenisse, uestrarum litterarum lætissimo nuncio & ueraci testimonio disceremus. Quæ cum ita sint, nemo nos improbos dixerit, si in uobis admonẽdis ut contraria gratiæ dei dogmata deuitetis, necessitudine sumus propensiore soliciti. Nam licet nos Apostolus non solum oportune, uerumetiam importune prædicando uerbo instare præcipiat, nõ tamen in eorũ hominum numero uos habemus quibus sermo uel pagina nostra importuna uideatur, q̃n id quod ad sanam doctrinam non pertinet, uos ut uigilãter euitetis alloquimur. Hinc ergo est quod admonitionem nostrã tam grato animo suscepistis, ut in epistola tua ad quam

1. Thes. 2

nunc reſcribimus diceres,Sanè q̄ me hortatus reuerētia ueſtra,ne aures indulgeam his ho C
minibus qui prauis tractatibus uenerandam fidem ſæpe corrumpunt, gratias uberes ago
tam piæ admonitioni. Quod itaq; adiungis & dicis,Sed nouerit ſacerdotium ueſtrū lōge
me ac domunculam meam ab huiuſmodi perſonis eſſe diſcretam,omnisq; familia noſtra
adeo catholicam ſequitur fidē,ut in nullam hæreſim aliqñ deuiauerit,nec unq; lapſa ſit,nō
dico in eas ſectas quæ uix expiantur,ſed nec in eas quæ paruos habere uident errores, hoc
eſt quod nos magis magisq; cōpellit non tacere apud uos de his quæ etiam illa quæ ſana
ſunt uitiare conantur. Domū enim ueſtrā non paruam Chriſti eccleſiam deputamus. Nec
ſanè paruus eſt error illorū,qui putant ex nobiſipſis nos habere,ſiquid iuſticiæ,cōtinentiæ,
pietatis,caſtitatis in nobis eſt:eo q; ita nos condiderit deus,ut ultra, præter quod nobis
uelet ſcientiam,nihil nos adiuuet,ut ea quæ facienda diſcendo nouimus, etiam diligendo fa
ciamus:naturam ſcilicet atq; doctrinam definientes tantūmodo eſſe gratiam dei & adiuto
rium,ut recte iuſteq; uiuamus. Ad habendā uero bonam uoluntatē,ubi eſt hoc ipſum q̄d
iuſte uiuimus,& ip̄a charitas quæ in omnibus dei donis ita excellit,ut etiam deus dicta ſit,
qua una adimpletur in nobis ſi quid diuinæ legis & admonitionis implemus, nolunt nos
diuinitus adiuuari,ſed noſipſos dicunt arbitrio proprio nobis ad iſta ſufficere. Non uobis
uideatur error iſte mediocris,profiteri uelle Chriſtianos,nec uelle audire Apoſtolum Chri
Rom.5 ſti:qui cum dixiſſet,Charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris,ne quiſq; habere eam non
niſi per proprium putaret arbitrium,continuo ſubiunxit, Per ſpūmſanctum qui datus eſt
nobis. Hanc eſſe magnā gratiam ſaluatoris qui aſcendit in altum,captiuauit captiuitatē &
Pſal.67 dedit dona in hominibus,quiſquis nondū confitetur,quantū & q̄ exitiabiliter erret,intel/
ligis. Quō ergo à uobis, quibus tantā dilectionem debemus, admonēdis ut talia caueatis,
diſſimulare poſſemus,cum legiſſemus librum,quem ad ſanctam Demetriadē quiſnā ſcri/
pſerit,uel utrū ad uos peruenerit, ueſtris potius ſcriptis noſſe uolumus: In quo libro, ſi fas
eſt,legat uirgo Chriſti unde credat uirginalem ſuam ſanctitatē,oēsq; ſpiritales diuitias nō D
niſi ex ſeipſa ſibi eſſe,atq; ipſa priuſq̄ ſit pleniſſime beata,diſcat deo eſſe, q̄d abſit,ingrata,
Verba enim ad illā ſcripta in eodem libro ſunt iſta: Habes ergo & hic inquit per quæ meri
to præponaris alijs, immo hinc magis. Nam corporalis nobilitas atq; opulentia,tuorū in/
telliguntur eſſe non tua, Spiritales uero diuitias nullus tibi præter te cōferre poterit. In his
ergo iure laudanda,in his merito cæteris præferenda es,quæ niſi ex te & in te eſſe non poſ/
ſunt. Cernis nempe quanta in his uerbis ſit cauenda pernicies. Nā utiq; quod dictum eſt,
Non poſſunt eſſe iſta bona niſi in te,optime & ueriſſime dictum eſt, Iſte planè cibus eſt.
Q̄d uero ait,Non niſi ex te,hoc omnino uirus eſt. Abſit ut hæc libenter audiat uirgo Chri
ſti,quæ pie intelligit propriam paupertatē cordis humani,& ideo illic niſi ſponſi ſui donis
2.Cor.11 neſcit ornari. Audiat ergo potius Apoſtolum dicētem,Deſponſaui uos uni uiro,uirginem
caſtam exhibere Chriſto. Timeo aūt ne ſicut ſerpens Euam ſeduxit in uerſutia ſua,ſic & ue
ſtræ mentes corrumpantur à caſtitate quæ eſt in Chriſto. Et propterea de his quoq; ſpiri/
talibus diuitijs,non iſtum qui dicit,Nullus tibi eas præter te conferre poteſt,& niſi ex te &
2.Cor.4 in te eſſe non poſſunt: ſed illum audiat qui dicit,Habemus theſaurum iſtum in uaſis fictili
bus,ut eminentia uirtutis,ſit dei & non ex nobis. De ipſa quoq; ſacra cōtinentia uirginali,
quod non ſibi ſit ex ſeipſa, ſed ſit dei donum, quamuis credenti uolentiq; collatum, eun/
1.Cor.7 dem audiat ueracem piumq; doctorem,qui cum hinc ageret ait, Vellem omnes eſſe ſicut
meipſum, Sed unuſquiſq; proprium donum habet à deo,alius ſic,alius autem ſic. Audiat
etiam ipſum,non tātum ſuum,ſed uniuerſæ eccleſiæ unicum ſponſum de tali caſtitate atq;
Matt.19 integritate dicentem,Non omnes capiunt uerbum hoc,ſed quibus datum eſt,ut intelligat
ex eo quod habet tam magnum bonum atq; præclarum,ſe potius deo & domino noſtro
gratias agere debere,quàm cuiuſquam uerba,quod uelut ex ſeipſa id habeat,ut non dica/
mus aſſentantis adulatoris,ne de occultis hominum temere iudicare uideamur,certe erran
Iacobī.1 tis laudatoris audire. Omne quippe datum optimum & omne donum perfectum, ſicut
dicit

A dicit etiam apostolus Iacobus, desursum est descendens à patre luminum. Hinc ergo & sancta uirginitas, qua te filia uolẽtem gandentemq; uicit, natu posterior, actu prior, genere ex te, honore ante te, ætate subsequẽs, sanctitate præcedens: in qua etiam tuũ esse cœpit quod in te esse non potuit. Illa quippe carnaliter non nupsit, ut non tantũ sibi, sed etiam tibi ultra te spiritaliter augeretur: quoniam & tu ea compensatione minor illa es, quod ita nupsisti ut nasceretur. Hæc dei dona sunt, & uestra quidem sunt, sed nõ ex uobis. Habetis enim thesaurum istum in terrenis corporibus, & adhuc fragilibus tanq; in uasis fictilibus, ut eminentia uirtutis sit dei & no ex uobis. Nec miremini, quia dicimus & uestra esse, & ex uobis nõ esse. Nam & panẽ quotidianũ dicimus nostrum, sed tamen addimus, da nobis, ne putetur esse ex nobis. Proinde sicut scriptũ est: Sine intermissione orate, in omnibus gratias agite, Oratis ut perseueranter & proficienter habeatis, gratias agitis, quia non ex uobis habetis. Quis enim uos ab illa ex Adam massa mortis perditionisq; discernit? Nónne ille qui uenit quæ rere & saluare quod perierat? An uero quãdo apostolo dicente audierit homo: Quis enim te discernit, respõsurus est, Bona uoluntas mea, fides mea, iustitia mea, & nõ cõtinuo quod sequitur auditurus, Quid enim habes quod non accepisti? Si autem & accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Nolumus ergo ut uirgo sacra, cum audit uel legit, Spiritales diuitias nullus tibi præter te conferre poterit, In his iure laudanda, in his merito cæteris præferenda es, quæ nisi ex te & in te esse non possunt, Nolumus prorsus ita glorietur quasi non acceperit. Dicat quidem: In me sunt deus uota tua quæ reddam laudes tibi. Sed quia in illa non etiam ex illa, meminerit etiam dicere, Domine in uoluntate tua præstitisti decori meo uirtutem: quia & si etiam ex illa propter arbitrium propriũ, sine quo non operamur bonũ, nõ tamen sicut iste dixit, non nisi ex illa. Propriũ quippe arbitriũ nisi dei gratia iuuetur, nec ipsa bona uoluntas esse in homine potest. Deus est enim, inquit apostolus, qui operatur in nobis & uelle & operari pro bona uoluntate. Nõ sicut isti sentiunt tantũmodo scientiã reue

B lando ut nouerimus quid facere debeamus, sed etiã inspirãdo charitatẽ, ut ea quæ discendo nouimus etiã diligẽdo faciamus. Nam utiq; nouerat ille q̃ magnum bonũ esset cõtinentia qui dicebat: Et cũ scirem quia nemo potest esse cõtinens nisi deus det, Nõ solũ ergo sciebat quantũ esset hoc bonũ, & q̃ desiderabiliter esset concupiscendũ, uerumetiã quod nisi dante deo esse nõ posset, Docuerat enim eũ sapiẽtia. Nam hoc dicit, Et hoc ipsum erat sapientiæ, scire cuius esset hoc donũ. Nec tamen ei scientia suffecit, sed ait, Adij dominũ & deprecatus sum illũ. Nõ igitur tantũmodo in hoc nos adiuuat deus ut sciamus quid agendũ sit, uerum etiã ut amãdo agamus quod discẽdo iam scimus, Nemo itaq; potest esse nõ solum sciens, uerumetiã continens, nisi deus det. Vnde cũ iam ille haberet scientiã, precabatur ut haberet & cõtinentiã, ut esset in illo quod sciebat quia nõ esset ex illo: aut si propter arbitriũ propriũ aliquantũ & ex illo, nõ tamẽ nisi ex illo, quia nemo potest esse cõtinẽs nisi deus det. Iste aũt de spiritalibus diuitijs, in quibus est utiq; etiã ipsa luminosa & speciosa cõtinentia, nõ ait, In te & ex te esse possunt, sed ait, nisi ex te & in te esse nõ possunt: ut quẽadmodũ nõ ei sunt alibi nisi in illa, sic ei nõ aliunde nisi ex illa esse posse credant, & ob hoc (quod miserator dñs à corde eius auertat) sic glorietur quasi nõ acceperit. Et nos quidẽ de sanctæ uirginis disciplina & humilitate Christiana, in qua nutrita & educata est, hoc existimamus, q̃ illa uerba cũ legeret, si tamẽ legit, ingemuit & pectus humiliter tutudit, ac fortassis & fleuit, dñmq; cui dicata & à quo sanctificata est fidẽter orauit: ut quomodo illa non sunt uerba illius sed alterius, ita nõ sit talis & fides eius qua se aliquid habere credat, de quo in se nõ in dño glorietur. Nam gloria quidẽ eius in ipsa est, non in uerbis alienis, sicut apostolus dicit: Opus aũt suũ probet unusquisq;, & tũc in semetipso gloriã habebit, & nõ in altero. Sed absit ut gloria sua ipsa sit, & nõ ille cui dicitur, Gloria mea, & exaltans caput meũ. Ita quippe est in ea salubriter gloria eius, cum deus qui in illa est, ipse est gloria eius, à quo habet omnia bona quibus est bona, & habebit omnia quibus melior erit, inquantum in hac uita melior esse poterit, & quibus perfecta erit, quando fuerit diuina gratia non humana laude perfecta. In domino

1. Thessal. 5
Luc. 19
1. Cor. 4
Psal. 55
Phil. 2
Sap. 8
Gal. 6

enim laudabitur anima eius,qui ſatiauit in bonis deſiderium eius, q̃ia & hoc deſiderium C.
ipſe inſpirauit,ne uirgo eius ſic in aliquo bono glorietur quaſi non acceperit. De hoc ergo
eius affectu utrũ nam fallamur,inde nos fac potius reſcribendo certiores. Nam illud opti/
me nouimus,cum omnibus ueſtris cultores uos eſſe & fuiſſe indiuiduæ trinitatis. Sed non
hinc ſolũ error humanus obrepit,ut aliquid ſecus ſentiatur de indiuidua trinitate. Sũt em̃
& alia in quibus pernicioſiſſime erratur,ſicuti hoc eſt,unde diutius fortaſſe q̃ ſatis eſſet ue/
ſtræ fideli caſtæq; prudentiæ in hac epiſtola locuti ſumus: quanq̃ qui bonũ q̃d ex deo eſt
negat eſſe ex deo,neſcimus cui faciat iniuriã niſi deo,ac p hoc illi utiq; trinitati, q̃d malũ ab
ſit à uobis,ſicut abeſſe credimus. Abſit omnino ut tale aliquid in animo non dicimus tuo,
uel ſacræ uirginis filiæ tuæ,ſed in cuiuſq; extremi meriti famuli uel famulæ ueſtræ liber iſte
fecerit,ex quo nonnulla uerba quæ facilius intelligi poſſent ponenda credidimus. Si aũt di
ligentius intendatis,etiã illa quæ ibi uident uelut pro gratia ſiue adiutorio dei dicere, ſic in
uenietis ambigua,ut poſſint referri uel ad naturã uel ad doctrinam,uel ad remiſſionẽ pec/
catorum. Nam & q̃ coguntur cõfiteri,orare nos debere ne intremus in tentationẽ,poſſunt
ad hoc referre,ut hactenus nos ad id reſpondeant adiuuari,quatenus orantibus atq; pul/
ſantibus nobis aperiatur intelligentia ueritatis,ubi diſcamus quid facere debeamus, nõ ut
uires accipiat uoluntas noſtra quibus id q̃d ſcimus faciamus. Et q̃d nobis in gratia uel ad/
iutorio dei dicunt dn̄m Chriſtũ bene uiuendi propoſitũ exemplũ,ad eandem doctrinã re
uocãt,quia ſcilicet in eius exemplo diſcimus quemadmodũ uiuere debeamus. Non aũt uo
lunt ad hoc nos iuuari,ut q̃d diſcẽdo cognoſcimus,etiã diligẽdo faciamus. Aut certe in co
dem libro inuenite aliquid ſi poteſtis,ubi excepta natura,excepto q̃d ad eandẽ naturã per
tinet arbitrio uoluntatis,excepta remiſſione peccatorũ & reuelatione doctrinæ,tale dei ad/
Sap.8 iutorium confitetur,quale confitetur ille qui dixit, Cum ſcirem quia nemo põt eſſe conti/
nens niſi deus det,& hoc ipſum erat ſapientiæ,ſcire cuius eſſet hoc donum,adĩj dn̄m & de/ D
precatus ſum illum. Neq; enim iſte aut naturam precando uolebat accipere in qua condi/
tus erat,aut de naturali uoluntatis arbitrio ſatagebat cũ quo conditus erat, aut remiſſionẽ
peccatorum deſiderabat,quin potius continentiam ne peccaret optabat,uel quid faciendũ
eſſet ſcire cupiebat,cum iam ſe ſcire fãteretur cuius eſſet hoc donũ. Sed utiq; tantas uolun/
tatis uires,tantum dilectionis ardorem uolebat accipere ſpiritu ſapientiæ,qui ſufficeret ad
implendam magnitudinem continentiæ. Si ergo tale aliquid illic inuenire potueritis, uber
rimas gratias agimus,ſi reſcribendo inſinuare dignemini. Satis enim dici non poteſt quan
tum cupiamus in eorũ hominum ſcriptis,qui propter acrimoniam atq; facundiam legunt
Heb.u à plurimis apertam confeſſionem illius gratiæ reperiri,quã uehemẽter cõmendat Apoſto
Abac.2 lus,qui etiam ipſius menſurã fidei,ſine qua impoſſibile eſt deo placere,ex qua iuſtus uiuit,
quæ per dilectionẽ operatur,ante quã & ſine qua omnino nulla cuiuſq; bona opera exiſti/
manda ſunt, quoniã omne quod non eſt ex fide peccatum eſt, deũ dicit unicuiq; partitũ,
Nec ſola reuelatione ſcientiæ nos diuinitus adiuuari,ut pie iuſteq; uiuamus,quæ ſine cha/
ritate inflat,uerũetiam inſpiratione charitatis ipſius,quæ plenitudo legis eſt,& quæ cor no
ſtrum ut ſcientia non inflet,ædificat. Sed adhuc nuſq̃ tale aliquid in eorũ litteris potuimus
inuenire. Maxime aũt hoc in iſto libro eſſe uellem9,ex quo deſcripta illa uerba poſuimus,
ubi uirginem Chriſti ita laudans tanq̃ ſpiritales diuitias nullus ei præter ipſam conferre
poſſit,& tanquam niſi ex ipſa eſſe non poſſint,non uult eam in domino gloriari,ſed ſic glo
riari quaſi non acceperit. In quo libro quãuis nec ipſius nec tuæ reuerentiæ nomen expreſſe
rit,tamen à matre uirginis ut ad eam ſcriberet,à ſe poſtulatum eſſe commemorat. In qua/
dam uero epiſtola ſua idem Pelagius,ubi & nomen ſuum apertiſſime ponit,nec nomen ſa
cræ uirginis tacet,dicit ad eam ſe ſcripſiſſe,& eiuſdem ſui operis teſtimonio probare nititur
ſe gratiam dei quam uel tacere uel negare aſſeritur,apertiſſime confiteri. Sed utrum ipſe ſit
liber,in quo de ſpiritalibus diuitijs illa uerba poſuit, uel utrum ad ueſtram peruenerit ſan/
ctitatem,reſcriptis ueſtris petimus nos dignemini facere certiores.

Augu/

A Augustinus Anastasio, exhortans ad amorem charitatis, quæ nobis non contingit, nisi ex dono dei. Epistola CXLIIII

DOMINO fratri sancto & desiderabili Anastasio, Augustinus in domino salutem. Salutandi synceritatem tuã fidissima occurrit occasio, honorabiliũ seruorum dei, fratrum nostrorũ Lupicini & Concordialis, per quos etiam si non scriberẽ, posset charitas tua omnia quæ apud nos agũtur addiscere. Scio enim quantum nos in Christo diligas, quia & tu scis quãtum in illo uicissim diligaris à nobis, Et ideo non dubitaui te contristari potuisse, si eos uidisses sine litteris meis, quos à nobis profectos & tanta nobis familiaritate coniunctos ignorare non possis, Simul etiam quia rescriptorum debitor fui. Nam ex quo sumpsi epistolam tuam, nisi nunc primum rescripsisse me nescio. Tantis enim curis obstricti & distenti sumus, ut etiam hoc nesciam. Vobis autem quemadmodum sit & utrum uobis aliquam requiem (quantum in hac terra potest) dominus præstiterit, ualde nosse cupimus: quoniam si glorificatur unum membrum congaudent omnia membra, atq; ita plerunq; cõtingit, ut dum aliquos fratres nostros in quantulacũq; requie constitutos in medijs nostris anxietatibus cogitamus, nõ parua ex parte recreemur, tanquã & nos in ipsis quietius tranquilliusq; uiuamus, quãuis etiã cum molestiæ in huius uitæ fragilitate crebrescunt, æternam requiẽ nos desiderare cõpellunt. Mũdus quippe iste periculosior est blandus q̃ molestus, & magis cauẽdus cũ se illicit diligi, quàm cum admonet cogitq; cõtemni. Nam cum omnia quæ in illo sunt, cõcupiscentia sint carnis & concupiscentia oculorũ & ambitio seculi, sæpe etiã his qui talibus spiritalia, inuisibilia, æterna præponũt, inserit se terrenæ suauitatis affectus & delectatiõibus suis nostra comitatur officia. Quanto enim sunt charitati futura meliora, tãto sunt infirmitati uiolentiora præsentia. Et utinã hi qui ea uidere & gemere nouerunt, uincere & euadere mereãtur. Quod sine dei gratia nullo modo uoluntas implet humana, quia nec libera dicẽda est quãdiu est uincentibus
B & uincẽdis cupiditatibus subdita. A quo enim quis deuictus est, huic & seruus addictus est. Etsi uos filius liberauerit, ait ipse dei filius, tunc uere liberi eritis. Lex itaq; docẽdo & iubẽdo quod sine gratia impleri nõ potest, homini demõstrat suam infirmitatẽ ut quærat demonstrata infirmitas saluatorẽ, à quo sanata uolũtas possit quod infirma nõ posset. Lex igitur adducit ad fidem, fides impetrat spiritum largiorem, diffundit spiritus charitatem, implet charitas legem. Ideo lex pædagogus uocatur, sub cuius minacissima seueritate qui inuocauerit nomen domini saluus erit. Quomodo autem inuocabunt in quem non crediderunt. Proinde ne littera sine spiritu occidat, spiritus uiuificans credẽtibus & inuocantibus datur, charitas uero dei diffunditur in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis, ut fiat quod idem apostolus dicit: Plenitudo legis charitas. Ita bona est lex illi qui ea legitime utitur. Vtitur autem legitime qui intelligens quare sit data, per eius comminationem confugit ad gratiam liberantem. Huic gratiæ qua iustificatur impius quisquis ingratus uelut ad legem implendam de suis uiribus fidit, ignorans dei iusticiam & suam uolens constituere, iusticiæ dei non est subiectus, Ac per hoc fit ei lex non absolutionis adiutorium, sed uinculum criminis. Non quia lex malum est, sed quia peccatum sicut scriptum est per bonum talibus operatur mortem. Per mandatum enim grauius delinquit, qui per mandatum scit quàm malum sit quod admittit. Inaniter autem putat uictorem se esse peccati, qui pœnæ timore non peccat, quia & si non impletur foris negocium malæ cupiditatis, ipsa tamen mala cupiditas intus est hostis. Et quis coram deo innocens inuenitur, qui uult fieri quod uetatur, si subtrahas quod timetur? Ac per hoc in ipsa uoluntate reus est qui uult facere quod non licet fieri, sed ideo non facit quia impune non potest fieri. Nam quantum in ipso est, mallet non esse iusticiam peccata prohibentem atque punientem. Et uti que si mallet non esse iusticiam, quis dubitauerit quod eam si posset auferret? Ac per hoc quomodo iustus est, iusticiæ talis inimicus, ut eam si potestas detur præcipientem auferat, ne comminantem uel iudicantem ferat? Inimicus ergo iusticiæ est qui pœnæ timore non peccat:

δοξάζεται

1. Ioan. 2

2. senten. dis. 26. ca. nam ut

2. Petri. 2

Ioan. 8

Gal. 5

Rom. 10

Rom. 5

Rom. 13

amicus

amicus aũt erit, si eius amore non peccet. Tũc enim uere timebit peccare. Nã qui gehennas C
metuit, nõ peccare metuit, sed ardere. Ille aũt peccare metuit, qui peccatũ ipsum sicut gehen
Psal.18 nas odit. Ipse est timor dñi castus permanens in seculum seculi. Nam ille timor pœnæ tor/
1.Ioan.4 mentum habet, & non est in charitate, eumq; perfecta charitas foras mittit. Tantũ porrò
quisq; peccatum odit, quantũ iusticiã diligit, quod non poterit lege terrente per litterã, sed
Rom.6 spiritu sanãte per gratiã. Tũc fit quod Apostolus admonet, Humanũ dico propter infirmi/
tatem carnis uestræ. Sicut enim exhibuistis membra uestra deseruire immũdiciæ & iniqui/
tati ad iniusticiã, sic nũc exhibete mẽbra uestra deseruire iusticiæ in sanctificationẽ. Quid
enim est, sicut illud, ita & hoc, nisi, quemadmodũ ad peccãdum nullus uos cogebat timor,
sed ipsius libido uoluptasq; peccati, sic ad iuste uiuendũ nõ uos supplicij metus urgeat, sed
ducat delectatio charitasq; iusticiæ? Et hæc quidem quantũ mihi uidetur nondum est per
fecta, sed quodammodo adulta iusticia. Neq; enim frustra præmitteret, Humanum dico,
propter infirmitatem carnis uestræ, nisi quia plus aliquid dicendum fuit, si iam illi ferre po
tuissent. Plus quippe seruitutis debetur iusticiæ, q̃ peccato solent homines exhibere. Nam
pœna corporis & si non à uoluntate, tamen reuocat ab opere peccati. Nec facile quisq; est
qui palàm committat quod per illicitam & immundã percipiat uoluptatẽ, si cruciatus uin/
dictæ certũ est continuo secuturos. Iusticia uero sic amanda est, ut ab eius operibus etiã pœ
næ corporis nos cohibere non debeant, atq; inter manus etiam crudeliũ inimicorũ luceant
Matt.5 opera nostra coram hominibus, ut quibus placere possunt, glorificent patrẽ nostrũ qui in
Rom.8 cœlis est. Hinc est q̃d ille fortissimus iusticiæ dilector exclamat, Quis nos separabit à chari
tate Christi? Tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an
Psal.43 gladius? Sicut scriptum est, Quoniam propter te mortificamur tota die, deputati sumus ut
oues occisiõis. Sed in his omnibus superuincimus per eum qui dilexit nos. Certus sum enim
quia neq; mors, neq; uita, neq; angelus, neq; principatus, neq; præsentia, neq; futura, neq;
uirtus, neq; altitudo, neq; profundum, neq; creatura alia poterit nos separare à charitate D
dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro. Vide quemadmodum non utcunq; ait, Quis
nos separabit à Christo, sed ostendens unde cohærcamus Christo, quis nos inquit separa
bit à charitate Christi? Charitate igitur Christo, non pœnæ timore cohæremus. Deinde
commemoratis ijs quæ uidentur habere uiolentiam, nec tamen habent ualentiam separan
di, ita concluſit, ut eandem diceret charitatem dei quam dixerat Christi. Et quid est à chari
1.Cor.1 tate Christi, nisi à charitate iusticiæ? De illo quippe dictum est, Qui factus est nobis sapi/
Hiere.9 entia à deo, & iusticia, & sanctificatio, & redemptio, ut quemadmodum scriptum est, Qui
gloriatur, in dño glorietur. Sicut ergo ille est iniquissimus, quem nec pœnæ corporales de/
terrent ab immundis operibus sordidæ uoluptatis, Ita ille iustissimus qui nec pœnarũ cor
Rom.5 poralium terrore reuocatur à sanctis operibus luminosissimæ charitatis. Quæ charitas dei
quod perpetua cogitatione tenendum est, diffunditur in cordibus nostris per spiritum san
ctum qui datus est nobis, ut qui gloriatur, in domino glorietur. Cum ergo nos huius cha/
ritatis qua lex uerissime impletur, pauperes egentesq; sentimus, non de inopia nostra diui/
Psal.55 tias eius exigere, sed orando petere, quærere & pulsare debemus, ut ille apud quem est fons
uitæ, det nobis inebriari ab ubertate domus suæ, & uoluptatis suæ potare torrentem: quo
mundati atq; uegetati, non solum tristicia nõ absorbeamur, uerũetiam gloriemur in tribu
lationibus, scientes quia tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio
spem, spes uero non confundit: nõ quia per nosipsos hoc possumus, sed quoniam charitas
dei diffusa est in cordibus nostris per spũmsanctum qui datus est nobis. Delectauit me
ista saltem per litteras loqui tecum quæ cũ præsente non potui, & hoc nõ propter te, qui nõ
alta sapiens consentis humilibus, sed propter quosdã qui nimiũ arrogant humanæ uolun/
tati, quam lege data putãt ad eam implendã sibi posse sufficere, nulla super doctrinã legis
gratia sanctæ inspirationis adiutam. Per quorũ disputationẽ infirmitati hominũ miseræ
atq; indigæ suadet, ut nec orare debeamus ne intremus in tentationẽ. Non quia hoc au/
dent

A dent aperte dicere,sed eorum sententiam uelint nolint hoc utiq; sequitur.Nam ut quid nobis dicitur: Vigilate & orate ne intretis in tentationem? Vt quid etiam secundum hanc exhortationem cum doceret orare, præcepit ut dicamus, Ne nos inferas in tentationē,si hoc non impletur ex adiutorio gratiæ diuinæ,sed id totum est in arbitrio uoluntatis humanæ? Quid plura? Saluta fratres qui tecum sunt,& orate pro nobis ut salui simus secundum illam salutem de qua dicitur, Non est opus sanis medicus,sed male habentibus.Non enim ueni uocare iustos,sed peccatores.Orate ergo pro nobis ut iusti simus, quod quidē homo non potest nisi norit & uelit, & erit continuo qui plene uoluerit,sed hoc ipsum in eo nō erit nisi gratia spiritus sanetur & adiuuetur ut possit. *Matth.26* *Matth.9*

Augustinus Sebastianō,de pia tristicia quā boni ferunt ex impietate malorum.Huic epistolæ subtripsit Alipius. Epistola CXLV

DOMINO sancto desiderabili & in Christi honore suauissimo fratri Sebastiano,Augustinus in domino salutem Quamuis ab animo nostro nullo modo te separatum esse permittat dulce uinculū charitatis, & indesinenter tuos sanctos mores atq; colloquia recolamus,tamē bene fecisti & gratias agimus quod nobis etiā corporalis salutis tuæ nuncios apices mittendo,nos plurimū exhilarasti. Sensi autē in epistola tua,quod tædiū te detinuerit à peccatoribus relinquentibus legē dei.Illo enim spiritu uiuis quo dictū est: Vidi insensatos & tabescebam.Pia est ista tristicia,&,si dici potest, beata miseria,uitijs alienis tribulari nō implicari,mœrere nō hærere,dolore cōtrahi nō amore attrahi.Hæc est persecutio quā patiūtur omnes qui uolūt in Christo pie uiuere,secundū apostolicā mordacē ueramq; sententiā. Quid enim hic magis persequitur uitā bonorū q; uita iniquorū, nō cum cogit imitari quod displicet,sed cum cogit dolere quod uidet? Quoniā corā pio uiuēs impie,&si nō obligat consentientē,cruciat sentientē.Nam sæpe & diu impiorum corporibus à secularibus potestatibus,& quorūlibet uexationibus parcitur,piorū autē corB dibus à malis hominū moribus nunq; usq; ad huius seculi finem.Sic ergo potius impletur quod cōmemoraui dixisse apostolū:Quia omnes qui uolūt in Christo Iesu pie uiuere,persecutionē patiētur,& tanto amarius, quāto interius,donec diluuiū transeat ubi arca cōtinet coruum & columbam.Sed inhære frater illi à quo audisti, Qui perseuerauerit usq; in finē, hic saluus erit. Cōiungere domino,ut crescat in nouissimis uita tua.Scio enim nō deesse recreationem cordis de fratribus bonis.Huc adiūge promissiones dei fideles,magnas,certas, sempiternas ipsiusq; tolerantiæ imperturbabilē ineffabilemq; mercedē.Et uide quàm uerum domino cantes,Secundū multitudinē dolorū meorū in corde meo,consolationes tuæ iocundauerūt animā meā. Mitte fratri Firmo litteras nostras. Sanctitatē tuam & familiā dei quæ tuo ministerio gubernatur, fratres & sorores quæ apud nos sunt nobiscum in domino resalutāt. Et alia manu. Incolumes pro nobis oretis dilectissimi & sancti fratres.Ego Alipius impensissime saluto syncritatem tuam,omnesq; tibi in domino coniunctos.Atq; ut hanc tanquam meam epistolam deputes peto.Etsi enim aliam propriā mittere potuissem,tamen malui huic subscribere,ut unanimitatem nostram una etiam pagina testaretur. *Psal.118* *2.Timoth.3* *Matth.24* *Psal.93*

Augustinus Consentio respondēs illius quæstionibus, de corpore Christi & nostris corporibus,qualia futura sint in resurrectione. Epist. CXLVI

DILECTISSIMO fratri Consentio,Augustinus.Quātum ad oculos attinet corporales quosdam uidemus nec nouimus quorū à nobis studia uitaq; nescíuntur, quosdam nouimus nec uidemus quorum nobis charitas & affectus innotuit,in quibus & te annumeramus, & ideo te magis uidere desideramus, ut in his sis quos & uidimus & nouimus. Nam illi qui ignoti nostris oculis ingerūtur, non solum desiderabiles non sunt,sed uix tolerabiles sunt,nisi in aliquibus signis pulchritudo in his hominis interioris appareat.Quorum autem sicut tuus nobis prius animus intelligendo quàm uidendo corpus apparuit, iam quidem nouimus eos,sed ideo etiam uidere desideramus,ut per illud quod conspicitur oculis, multo iucundius & familiarius eo quem iam

nouimus

nouimus amico interiore perfruamur. Verũ & hoc de te nobis deus fortaſſe donabit, quie/ C
tioribus & tranquillioribus ſicut optamus rebus humanis, ut id honeſtæ charitatis ſit po/
tius q̃ moleſtæ neceſſitatis. Nunc ad ea reſpondeã ſicut domino adiuuante potuero, quæ
Quæſtio pri/ma de corpo/re domini. præter epiſtolam in alia chartula à me quærenda miſiſti. Quæris utrum nunc corpus do/
mini oſſa & ſanguinem habeat, aut reliqua carnis liniamenta. Quid ſi adderes, utrum etiã
ueſtimenta, nónne augeretur quæſtio, qua cauſa, niſi quia ea quæ in uſu uitæ huius noſtræ
corruptibilia nouimus, ſine corruptione cogitare uix poſſumus, cum diuinorum miraculo
rum quædam documenta iam data ſint, ex quibus liceat coniectare maiora? Nam ſi ue/
ſtis Iſraëlitarum per tot annos in eremo ſine tritura eſſe potuit, ſi morticina pellis calcia/
mentorum tam diu ſine labe durauit, poteſt ubiq; deus quorumlibet corporum, p[illegible]
Deus ueſtitus in cœlo. tum uoluerit tempus incorruptam protẽdere qualitatem. Ego proinde domini corpus ita
in cœlo eſſe credo, ut erat quando aſcendit in cœlum. Dixerat autem diſcipulis, ut in euan/
gelio legimus, de ſua reſurrectione dubitantibus, & illud quod uidebant, non corpus ſed
Luc. 24 ſpiritum eſſe putantibus, Videte manus meas & pedes, palpate & uidete, quia ſpiritus oſſa
& carnem non habet, ſicut me uidetis hãbere. Sic eorum cum eſſet in terra cõtrectatus eſt
manibus, ſic eorum eſt cum iret in cœlum deductus aſpectibus. Ibi uox angelica ſonuit,
Act. 1 Sic ueniet quemadmodum eum uidetis euntem in cœlum. Fides aſſit, & nulla quæſtio re/
manebit. Niſi forte de ſanguine requirendum eſt, quia cum dixiſſet, Palpate & uidete, qa
ſpiritus carnem & oſſa non habet, non addidit, ſanguinem. Non ergo & nos addamus in
quirere, quod ille non addidit dicere, Et de compendio ſi placet, finita ſit quæſtio. Fortaſſis
enim, accepta occaſione ſanguinis, urgebit nos moleſtior perſcrutator, & dicet, Si ſanguis,
cur non & pituita, cur non & fel flauum, & fel nigrum, quibus quatuor humoribus natu/
ram carnis temperari etiam medicinæ diſciplina teſtatur. Sed quodlibet quiſq; addat, cor/
ruptionem addere caueat, ne ſuæ fidei ſanitatem caſtitatem q̃ corrumpat. Ex conſuetudi/
ne rerum expertarum, inexperta opera diuina, infirmitas metitur humana, & argutule ſe D
garrire arbitratur cum dicit, Si caro eſt & ſanguis eſt: ſi ſanguis & cæteri humores: ſi cæteri
humores, ergo & corruptio. Eo modo diceret, Si flamma eſt & ardet, ſi ardet & urit, ſi urit,
ergo uirorum trium in fornace ignis ab impio rege miſſorum corpora incendit. Si autem
hoc in tribus uiris miraculum factum eſſe non dubitat, quiſquis de diuinis operibus recte
ſapit, cur non credatur qui fecit illa corpora nõ poſſe igni corrumpi, feciſſe illud corpus nec
igne nec fame nec morbo nec ſenio, nec ulla ui alia, qua ſolet humana corpora labefactare
corruptio. Quod ſi quiſquam dicit non carni trium illorum uirorum additam contra igné
incorruptionem, ſed ipſi igni detractam corrumpẽdi facultatem, quid ueremur ne carnem
facere nequiuerit non poſſe corrumpi, qui fecit ignem nõ poſſe corrumpere? Nam ſi illud
non de carnis, ſed de ignis mutatione intelligitur, multo eſt mirabilius. Simul enim & ho/
minum corpora non urebat ne poſſet nocere, & ligna fornacis urebat ut poſſet ardere. Sed
qui etiam iſta non credunt, nimium de diuina poteſtate diffidunt, nec cum eis uel ad eos
nunc ſermo nobis eſt. Qui autem iſta credunt, ex his etiam illa utcunq; coniiciant quæ fi/
deliter quærunt. Valet igitur diuina potentia de iſta uiſibili atq; tractabili natura corpo/
rum quibuſdam manentibus auferre quas uoluerit qualitates: ac per hoc ualet etiam mem
bra mortalia formæ liniamentis manentibus, corruptione uero mortalitatis emortua, ſta/
bili uigore firmare: ut abſit labes, aſſit effigies: aſſit motio, abſit fatigatio: aſſit ueſcendi po/
1. Cor. 15 teſtas, abſit eſuriendi neceſſitas. Quod ergo legitur apud Apoſtolum, Caro & ſanguis re/
gnum dei non poſſidebunt, Soluitur quidem quæſtio etiam iſto modo quem tu comme/
moraſti, ut carnis & ſanguinis nomine, opera carnis & ſanguinis intelligantur: uerum quia
non de operibus, ſed de modo reſurrectionis loquebatur Apoſtolus, & eam quæſtionem
diſputando uerſabat, melius eo loco intelligitur caro & ſanguis pro corruptione carnis &
ſanguinis poſita. Si enim nomen carnis ſignificat operationem, cur non ſignificat etiam
corruptionem ſicut dictum eſt, Omnis caro fœnum? Nam & hic ipſa corruptibilitas ſigni/
ficata

A ficata est. Sequitur et̃: Et omnis honor carnis ut flos fœni: fœnum aruit, flos decidit. Nunquid nam hoc etiam illi carni cõpetit, de quâ dictũ est, Palpate & uidete, quia spiritus ossa & carnem non habet sicut me uidetis habere? Nam quomodo arescat aut decidat, cum scriptum sit, quod Christus surgens à mortuis, iam non moritur, & mors ei ultra non dominabitur? Proinde ipsam apostolicã sententiam desuper inspice, totamq; considera: cum resurrectionẽ mortuorum persuadere uellet eis qui dicebant, quia resurrectio mortuorũ nõ est, Christi resurrectione præmissa in exemplum inter cætera quæ ibi disseruit, intulit sibi quæstionem atq; ait: Sed dicet aliquis, quomodo resurgẽt mortui, quo aũt corpore uenient, id est quali corpore? Deinde adhibẽs documẽta seminum. Stulte, inquit, tu quod seminas nõ uiuificatur nisi prius moriatur, & quod seminas non corpus quod futurum est seminas, sed nudum granum ferè tritici, aut alicuius cæterorũ: Deus autem illi dat corpus quomodo uoluerit, & unicuiq; seminum proprium corpus. Secundũ hoc ergo dixerat: Non corpus quod futurũ est seminas. Neq; enim non triticum erit ex tritico: sed quia nemo seminat herbam uel stipulã, & multiplicia in palea tegumenta granorũ, cum quibus tamen semina exurgũt, ideo ait, Sed nudũ granum: hinc uolẽs ostendere, quia si deus potest addere quod nõ erat in nudo semine, multo magis potest reparare quod erat in hominis corpore. Iã uero quod adiungit, ad differentiã pertinet resurgẽtium, propter diuersas glorias fidelium atq; sanctorum. Non omnis, inquit, caro eãdẽ caro, alia quippe hominum, alia aũt caro pecorũ, alia uolucrum, alia piscium, & corpora cœlestia, & corpora terrestria: sed alia est cœlestiũ gloria, & alia terrestrium: & alia gloria solis, & alia gloria lunæ, & alia gloria stellarum. Stella enim à stella differt in gloria, sic & resurrectio mortuorũ. In his omnibus iste sensus est, Si genera carnis cum sint cuncta mortalia, differunt tamẽ inter se pro diuersitatibus animãtium: & si corpora cum sint omnia uisibilia, differunt tamẽ pro diuersitatibus locorũ: unde alia est cœlestium gloria, alia terrestrium: & si in locis sublimibus cum sint cuncta cœlestia, differunt
B etiam ipsa claritatibus luminum, non mirum est quod in resurrectiõe mortuorum distabit gloria meritorum. Hinc iam uenit ad illud, quod communiter habet omnis caro quæ ad uitam resurrgit æternam, & dicit: Seminatur in corruptione, surget in incorruptione: seminatur in contumelia, surget in gloria: seminatur in infirmitate, surget in uirtute: seminatur corpus animale, surget corpus spiritale. In his uerbis Apostoli, nunquid fas est putare melius corpora nostra resurrectura quàm Christi? cum de illo sit propositum exemplum quod fideliter intẽdere & per eius gratiã sperare debeamus. Ac per hoc nullo modo potuit corpus Christi cum corruptione surgere, si nostrũ in incorruptione resurrecturum promittitur: nec potuit illud sine gloria, si nostrum resurget in gloria. Quæ autem ibi gloria, ubi adhuc corruptio? Nimis itaq; absurdum est, ut credamus illud corpus & in infirmitate esse seminatum, id est mortificatũ, & in infirmitate resurrexisse, cum corpus nostrũ seminetur in infirmitate, resurgat in uirtute, & dicat idem Apostolus de Christo: Etsi crucifixus est ex infirmitate, sed uiuit in uirtute dei. Quis uero tam absurde sapiat, ut credat illud corpus animale seminatum, animale resuscitatum, si nostrum seminatur animale, resurget spiritale? Constat itaq;, neq; ullo modo dubitandum est, corpus Christi, quod licet corruptionem putredinis in sepulchro nõ uiderit, unde scriptum est, Nec dabis sanctum tuum uidere corruptionem, clauis tamen & lancea perrumpi potuit, nunc omnino in incorruptione consistere: & quod in contumelia passionis mortisq; seminatum est, nunc esse in gloria uitæ æternæ: & quòd ex infirmitate potuit crucifigi, nunc in uirtute regnare: & quod erat corpus animale, quoniam ex Adam sumptum est, nũc esse spiritale, quoniam spiritui iam inseparabiliter copulatum est. Cum enim uellet Apostolus de corpore animali adhibere testimonium scripturarum, illud posuit quod in Genesi legitur: Si est, inquit, corpus animale, est & spiritale, sicut scriptum est: Factus est primus Adam in animam uiuentem, uel in animam uiuam. Recolis certe quemadmodum scriptũ sit: Et insufflauit deus in faciem eius flatum uitæ, & factus est homo in animã uiuam. Dictum est aũt etiã de animalibus: Producat terra animã

Luc. 24

Rom. 6

1. Cor. 15

1. Cor. 13

Psal. 15

uiuam. Intelligitur ergo corpus animale dici ſimile cæteris animalibus propter mortis diſſo C
lutionem & corruptionem, quæ quotidie cibo reficitur, & poſtea ſuperata animantis com/
pago diſſoluitur: Spiritale autem corpus, quod iam cum ſpiritu immortale eſt: quãuis non/
Origenicum. nulli arbitrẽtur tũc fieri corpus ſpiritale, cum iam & ipſum corpus mutabitur in ſpiritum, &
quod homo erat ex corpore & ſpiritu, utrumq; ac totum ſpiritus erit, quaſi dixerit Apoſto/
lus: Seminatur corpus, ſurget ſpiritus. Dixit aũt Seminatur corpus animale, ſurget corpus
ſpiritale. Proinde ſicut animale corpus non eſt anima ſed corpus, ita & ſpiritale corpus non
ſpiritum debemus putare ſed corpus. Quis porrò audeat opinari, uel Chriſti corpus nó ſpi/
ritale reſurrexiſſe, uel ſi ſpiritale ſurrexit, iam non corpus fuiſſe ſed ſpiritum? cum hanc opi/
Luce 24 nionem diſcipulorum refellat, ubi cum eum uidentes exiſtimarẽt ſe ſpiritum uidere, ait: Pal
pate & uidete, quia ſpiritus oſſa & carnem nõ habet, ſicut me uidetis habere. Iam igitur illa
caro ſpiritale erat corpus, nec tamen ſpiritus erat ſed corpus, nulla ulterius morte ab anima
reſoluendum atq; ſeparandum ſicut corpus animale, quale animatum eſt dei flatu, cum fa
ctus eſt homo in animam uiuam, etiam ipſum ex animali ſpiritale ſine mortis interuentu
futurũ, niſi tranſgreſſio præcepti prius commiſſo peccato infligeret pœnam, quàm deus ſer
uatæ iuſticiæ daret coronã. Vnde dominus Chriſtus per nos ad nos uenit, cum peccatores
iuſtus inuenit, per ſtratum quodãmodo humilitatis noſtræ, ſed nó cum morbo iniquitatis
noſtræ. Nam per animale nobis, hoc eſt per mortale corpus apparuit, qui utiq; ſi uoluiſſet,
cum corpore immortali primitus adueniſſet. Sed quia nos humilitate filij dei ſanari oporte
bat, uſq; ad noſtram infirmitatẽ deſcendit, & fidei noſtræ meritum ac præmium, uirtute ſuæ
reſurrectionis oſtẽdit. Ideo ſequitur Apoſtolus & dicit: Nouiſſimus Adam in ſpiritum ui/
uificãtem: ſiue intelligatur primus Adam, qui de puluere ante formatus eſt, nouiſſimus aũt
Adam qui de uirgine procreatus eſt: ſiue in unoquoq; homine utrũq; cõpleatur, ut primus
Adam ſit in corpore mortali, nouiſſimus Adam idem ipſe in corpore immortali: tamen in/ D
ter animam uiuentem & ſpiritum uiuificantem hoc intereſſe uoluit, ut illic ſit corpus anima
le, hic ſpiritale. Anima quippe in corpore animali uiuit quidem, ſed non uiuificat uſq; ad au
ferẽdam corruptionẽ: In corpore uero ſpiritali quoniam perfecte adhærens domino, unus
ſpiritus eſt, ſic uiuificat ut ſpiritale corpus efficiat, abſumens omnem corruptionẽ, nullã me/
tuens ſeparationem. Proinde ſequitur: Sed non prius quod ſpiritale eſt, ſed quod animale,
poſtea ſpiritale. Primus homo de terra terrenus, ſecũdus homo de cœlo cœleſtis: qualis ter/
renus tales & terreni, & qualis cœleſtis tales & cœleſtes. Sicut portauimus imaginem terre/
ni, portemus & imaginem eius qui de cœlo eſt. Quid eſt, Qualis terrenus tales & terreni, niſi
mortales ex mortali? Et quid eſt, Qualis cœleſtis tales & cœleſtes, niſi immortales per im/
mortalem? Illud per Adam, hoc per Chriſtum. Dominus enim ad hoc terrenus factus eſt,
cum eſſet cœleſtis, ut eos qui terreni erãt, faceret cœleſtes: hoc eſt, ideo ex immortali morta/
lis factus eſt, aſſumendo ſerui formam, non domini mutando naturam, ut eos qui morta/
les erant, faceret immortales, impertiendo dominicam gratiam, non ſeruilem iniuriam reti
nendo. Cum igitur de reſurrectione corporis Apoſtolus diſputans, doceret noſtra corpora
futura ex corruptibilibus incorruptibilia, ex contẽptibilibus glorioſa, ex infirmis fortia, ex
animalibus ſpiritalia, hoc eſt ex mortalibus immortalia, ſubiecit unde agitur atq; ait, Hoc
autem dico fratres, quia caro & ſanguis regnum dei poſſidere non poſſunt. Et ne quiſquam
putaret ſecundum ſubſtãtiam carnis hoc Apoſtolum definiſſe, aperuit quid diceret ſubiun/
gendo, Neq; corruptio incorruptionẽ poſſidebit. Tanquam diceret, quod dixi, Caro & ſan/
guis regnum dei non poſſidebunt, ideo dixi, quia corruptio incorruptionem non poſſide/
bit. Hoc ergo loco nomine carnis & ſanguinis corruptionẽ mortalitatis intelligi uoluit. De/
nique tanquam ei diceretur, Quomodo caro erit, & caro non erit? Caro quippe erit, quoni
am dominus poſt reſurrectionem ait, Palpate & uidete, quia ſpiritus oſſa & carnem nó ha/
bet ſicut me uidetis habere: Caro autem non erit, quoniam caro & ſanguis regnum dei nó
poſſidebunt, Exponit quid dixerit, adiiciens: Ecce myſterium uobis dico, Omnes quidem
reſurgemus

A resurgemus,uel sicut Græci codices habent: Omnes quidem dormiemus,nō tamen omnes immutabimur.Hanc mutationem utrum in deterius an in melius intelligi uoluerit,inferiora demonstrant.In atomo inquit, hoc est in puncto temporis, quod diuidi non potest. In ictu oculi,hoc est in summa celeritate. In nouissima tuba,hoc est in nouissimo signo quod dabitur,ut ista compleantur. Canet enim tuba,inquit,& mortui resurgēt incorrupti,& nos commutabimur.Ergo istam commutationem in melius sine dubitatione oportet intelligi, quia omnes & iusti & iniusti resurrecturi sunt: Sed, sicut dominus in euāgelio loquitur,qui bene fecerunt in resurrectionem uitæ,qui male egerunt in resurrectionem iudicij,Iudicium appellans pœnam sempiternā,sicut alio loco,Qui non credit,inquit,iam iudicatus est.Proinde illi qui ad iudicium resurrecturi sunt,nō commutabuntur in illam incorruptelam,quæ nec alioris corruptionem pati potest.Illa nanq; fidelium est atq; sanctorum,isti uero perpetua corruptione cruciabuntur,quia ignis eorum non extinguetur,& uermis eorū non morietur.Quid sibi ergo uult ista distinctio, Et mortui resurgent incorrupti,& nos commutabimur,nisi quia omnes incorrupti resurgent? Sed ex his etiam iusti immutabuntur in illam incorruptelam,cui omnino nulla possit nocere corruptio: ac per hoc qui in ea non commutabuntur, incorrupti quidem resurgent integritate membrorū, sed tamen corrumpendi dolore pœnarum,cum audierint: Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. A quo auditu malo iustus non timebit.De illa uero commutatione iustorum cum dixisset,Nos commutabimur,tanquam quæreremus quomodo istud fiat,uel qualis illa commutatio futura sit,adiungit & dicit: Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptelam,& mortale hoc induere immortalitatem.Non,ut opinor,dubitandum est secūdum hoc dictū,Caro & sanguis regnum dei non possidebunt,quia non ibi erit corruptio & mortalitas carnis & sanguinis.Secūdum has enim qualitates hoc loco carnem & sanguiné nuncupauit.Quocirca,ut aliquid exempli gratia ponam quod interim occurrit,sicut scriptū est,

B Ne forte tentauerit uos qui tentat,& inanis sit labor uester: atque hic intelligitur diabolus, tanquam deus omnino nō tentet,de quo alio loco scriptura dicit,Ipse autem neminem tentat: nec contraria est ista sententia ei qua dicitur, Tentat uos dominus deus uester, sed soluitur quæstio, cum uocabulum tentationis diuersas intelligentias habeat, eo quod alia sit tentatio deceptionis,alia tentatio probationis: secundum illam non intelligitur qui tentat, nisi diabolus,secundum hanc uero tentat deus:Ita cum dicitur,Caro possidebit regnū dei, & caro non possidebit regnū dei,etiam huius nominis intelligentia discernatur, & nulla erit quæstio: quoniam caro secundum substantiam,secundum quam dictum est, Spiritus ossa & carnem non habet sicut me uidetis habere,possidet regnum dei: Caro autem,cum secundum corruptionem intelligitur,non possidebit. Hoc enim expositum est,cum diceretur,Caro & sanguis regnum dei non possidebunt,in eo quod continuo additum est: Neq; corruptio incorruptionem possidebit,sicut satis quātum arbitror diximus.Quod quæris,utrū singillatim à creatore deo corporum liniamenta formentur,nō mouebit,si quantum potest humana mens potētiam diuinæ operationis intelligat.Quomodo enim negare poterimus deum etiam nunc operari cuncta quæ creantur,cum dominus dicat: Pater meus usq; nunc operatur? Vnde illa cessatio septimi diei ab ipsis naturis condendis intelligenda est facta, non ab earum administratione quæ conditæ referuntur. Cum ergo natura rerum à creatore administretur, & per ordines præfinitis locis & temporibus suis cuncta nascantur, deus usque nunc operatur. Nam si deus nunc ista non format,quomodo legitur: Priusquàm te formarem in utero,noui te? Quomodo etiam accipi potest,Quod si fœnum agri,quod hodie est & cras in clibanum mittitur,deus sic uestit:nisi forte credendum est fœnum à deo uestiri,& à deo corpora non formari? Cum enim dixit,uestit, non de præterita ordinatione, sed de præsenti operatione satis indicat. Vnde est etiam illud Apostoli de seminibus,quod supra commemoraui,Non,inquit,corpus quod futurum est seminas, sed nudum granum, fortè tritici,aut alicuius cæterorum: Deus autem illi dat corpus quomodo uoluerit. Non di-

ἄτομον. Ioan.5 Ioan.5 Esaiæ 66 1.Thes.5 Iacob.1 Deut. 13 *Quæstio secūda an subito corpora reformentur.* Ioan.5 Hier. 1 Matt. 6

xit,dedit aut diſpoſuit,ſed dat, ut creatorem intelligas efficaciam ſapientiæ ſuæ rebus quæ C
Sap.8 quotidie ſuis temporibus oriuntur,condendis adhibere. De qua ſapientia dictum eſt: Per/
tendit à fine uſq; in finem fortiter,& non dixit,diſpoſuit,ſed diſponit omnia ſuauiter. Mul/
tum eſt autem uel tenuiter ſapere,quomodo commutabilia & temporalia non commutabi
libus & temporalibus creatoris motibus,ſed æterna & ſtabili uirtute condantur. De illo ſa/
Quæſtio 3 nè quod percunctandum putaſti,utrum baptizati omnes,ſi abſque pœnitentia diuerſis cri
minibus irretiti,de corpore exierint,ueniam quolibet tempore conſecuturi ſint, librum non
paruæ quantitatis iam ſcripſi,quem ſi deſcribere curaueris,fortaſſe nihil ulterius hinc requi/
Quæſtio 4 res. Vis etiam per me ſcire,utrum dei flatus ille in Adam idemipſe ſit anima. Breuiter reſpõ
deo,Aut ipſe eſt,aut ipſo anima facta eſt. Sed &ſi ipſe eſt,factus eſt. De anima quippe lo/
quitur per Eſaiam prophetam deus,ubi dicit: Omnem flatum ego feci,quod ſequentia ſatis
indicant. Sequitur enim: Propter peccatum modicum quid contriſtem illum? Id eſt ipſum
flatum,& cætera,quæ niſi de anima humana intelligi nequeunt. In hac enim quæſtione ma
xime cauendum eſt,ne anima non à deo facta natura, ſed ipſius dei ſubſtãtia tanquã uni/
genitus filius,quod eſt uerbum eius,aut aliqua eius particula eſſe credatur,tanquam illa na
turaq; atq; ſubſtãtia,qua deus eſt quicquid eſt,commutabilis eſſe poſſit. Quod eſſe animam
nemo nõ ſentit,qui ſe animã habere ſentit. Cum iſta dictarem,perlator iam uentum expe/
ctans,me uehementer ut nauigaret,urgebat. Itaque & quid hic incondite atq; inculte dictũ
legeris,uel ſi totum ita eſſe perſpexeris,doctrinæ da operam,linguæ ueniam.

Auguſtinus Proculiano epiſcopo, ut apparet partis Donatianæ, inuitans illum,ut mutua collatione Schiſma componatur. Epiſtola CXLVII

DOMINO honorabili & dilectiſſimo Proculiano, Auguſtinus. Propter imperitorum hominũ uanitates diutius apud te de titulo epiſtolæ meæ diſpu/
tare non debeo. Cum enim nos reuocare inuicem ab errore conamur, quamuis D
ante pleniſſimam diſcuſſionem cauſæ quibuſdam uideri poſſit,quis noſtrum er
ret incertum: ſeruimus tamen inuicem nobis,ſi bono animo nobiſcum agimus, ut à peruer
ſitate diſcordiæ liberemur. Quod me ſyncero corde agere & cum tremore Chriſtianæ humi
litatis,etiam ſi pleriſq; hominibus apertum non eſt, uidet tamẽ ille cui nulla corda claudun
tur. Quid autem in te honorare nõ dubitem, facile intelligis. Non enim errorem ſchiſma/
tis,unde omnes homines,quantum ad me attinet,cupio ſanari,dignum honore aliquo exi/
ſtimo. Sed te ante omnia, quod ipſius nobis humanæ ſocietatis uinculo ſtringeris, & quod
nonnulla in te præminent placidioris mentis indicia, quibus nullo modo deſperãdum eſt,
facile te poſſe ueritatem,cum fuerit demonſtrata, complecti, ſine ullo æſtu dubitationis ho
norandum puto. Dilectionis autẽ tantum tibi debeo,quantum nobis imperat ipſe qui nos
dilexit uſque ad crucis opprobrium. Sed ne mireris quod apud beneuolẽtiam tuam diu ta/
cui,non putabam in hac te eſſe ſententia,quam mihi frater Euodius,cui fidem non habere
non poſſum,gaudens indicauit. Nam cum forte contigiſſet,ut in unam domum conuenire
tis,& ſermo inter uos de ſpe noſtra,hoc eſt de Chriſti hæreditate ortus eſſet,ait dixiſſe beni
gnitatem tuam,uelle te & bonis uiris ſedentibus conferre nobiſcum. Quod te multum gau/
deo noſtræ humilitati offerre dignatum. Neq; ullo modo poſſum tantam occaſionem be/
nigni animi tui deſerere, ut quantũ uires dominus præbere dignabitur,quæram tecum atq;
Ioan.14 diſcutiam,quæ cauſa,quæ origo,quæ ratio in eccleſia Chriſti,cui dixit: Pacem meam do uo
bis,pacem meam relinquo uobis,tam lugendæ atq; plangẽdæ diſceſſionis extiterit. Audiui
quidem de memorato fratre te fuiſſe conqueſtum,quod neſcio quid tibi cõtumelioſe reſpõ
derit: quod quæſo te ne illam contumeliam deputes, quam certum mihi eſt nõ de ſuperbo
animo proceſſiſſe: noui enim fratrem meum, ſed ſi quid in diſputando pro fide ſua,& pro
eccleſiæ charitate dixit fortaſſe feruẽtius,quod tua grauitas nollet audire, non illa contuma
cia,ſed fiducia nominanda eſt. Collatorem enim & diſputatorem,non aſſentatorem & adu
latorẽ ſe eſſe cupiebat. Nam hoc eſt oleum peccatoris, quo Propheta non uult impinguari
caput.

A caput. Ita ẽm dicit: Emendabit me iustus in misericordia, & arguet me, oleum aũt peccatoris *Psalm. 140*
nõ impinguet caput meum. Mauult ẽm federa misericordia iusti emẽdari, cq; leni adulatio/
nis unctiõe laudari. Vnde etiã illud propheticũ est: Qui uos felices dicunt, in errorẽ uos mit *Esaiæ 3*
tunt. Ideoq; de homine, quem falsæ blãdiciæ faciunt arroganté, recte etiã uulgo dicitur: Cre *παροιμία*
uit caput. Impinguatũ est ẽm oleo peccatoris, hoc est, nõ aspera ueritate corrigentis, sed leni
falsitate laudantis. Neq; hoc in eam partẽ peto accipias, quasi ego te à fratre Euodio tanq;
à iusto emendatũ intelligi uelim. Vereor enim ne me quoq; aliquid cõtumelioſe in te dicere
existimes, quod uehemẽter caueo quãtum possum. Sed iustus est ille qui dixit: Ego sum ue/ *Ioan. 14*
ritas. Itaq; de cuiuslibet hominis ore nobis uerum cũ aliqua asperitate sonuerit, non ab illo
homine, qui forte peccator est, sed ab ipsa ueritate, hoc est à Christo qui iustus est emenda/
mur, ne nostrũ caput blandæ, sed pernicioſæ adulatiõis unctio, hoc est oleũ peccatoris im/
pinguet. Quanq; etiam si frater Euodius aliquantũ pro suæ cõmunionis defensiõe turbati
or, aliquid elatius animo cõmotiore dixisset, ætati hominis & necessitatis causa te oporteret
ignoscere. Istud tamẽ quod promittere dignatus es, peto memineris, ut sedẽtibus quos ipse
delegeris, dummodo uerba nostra nõ inaniter ponderentur, sed stilo excipiantur: ut & trãquil/
lius & ordinatius disseramus & si quid forte à nobis dictum de memoria lapsum fuerit, re/
citatione reuocetur, & rem tam magnam, & ad salutẽ omnium pertinentẽ cum cõcordia re/
quiramus: Aut si placet, nullo medio interposito, prius nobiscum siue per epistolas, siue per
collocutionẽ atq; lectionẽ ubi placuerit cõferamus, ne forte intemperãtes nõnulli auditores
malint quasi nostrũ spectare certamẽ, quàm de nostra salute in nostra collocutiõe cogitare,
ut quod fuerit inter nos terminatũ, postea per nos populus nouerit: aut si per epistolas agi
placet, ipsæ plebibus recitẽtur, ut aliquãdo nõ plebes, sed plebs una dicatur. Prorsus sicut uo
lueris, sicut iusseris, sicut tibi placuerit, libenter amplector. Et de animo beatissimi & uenera/
bilis mihi patris Valerij nunc absentis tota securitate polliceor, hoc eum cum magna lætitia
B cognituru. Noui enim quãtum diligat pacem, & nulla uani fastus inanitate iactetur. Rogo
te quid nobis est cum ueteribus dissensiõibus? & hucusq; uulnera illa durauerunt, quæ ani/
mositas hominum superborũ nostris membris inflixit, quorum uulnerũ putrefactione etiã
dolorẽ perdidimus, quo solet medicus implorari. Vides quãta & quàm miserabili fœditate
Christianæ domus familiæq; turbatæ sint. Mariti & uxores de suo lecto sibi cõsentiunt, &
de Christi altari dissentiunt. Per illum sibi iurãt, ut inter se pacem habeant, & in illo habere
nõ possunt. Filij cum parẽtibus unam domum habent suam, & domum dei nõ habẽt unã.
Succedere in eorum hæreditatẽ cupiunt, cum quibus de Christi hæreditate rixantur. Serui
& domini cõmunem deum diuidunt, qui formam serui accepit, ut omnes seruiendo libera/
ret. Honorant nos uestri, honorãt uos nostri. Per coronam nostrã nos adiurant uestri, per
coronã uestrã uos adiurãt nostri. Omnium uerba suscipimus, neminẽ offendere uolumus.
Quid nos solus Christus offendit, cuius membra laniamus? Et homines quidẽ causas suas
seculares apud nos finire cupientes, quando eis necessarij fuerimus, sic nos sanctos & dei ser
uos appellant, ut negocia terræ suæ peragãt: aliquãdo agamus & negocium salutis nostræ,
& salutis ipsorum: non de auro, non de argento, non de fundis & pecoribus, pro quibus re/
bus quotidie submisso capite salutamur, ut dissensiões hominũ terminemus, sed de ipso ca/
pite nostro tam turpis inter nos & pernicioſa dissensio est. Quantumlibet capita submittãt
qui nos salutant, ut eos concordes in terra faciamus, de cœlo usq; ad crucem submissum est
caput nostrum, in quo concordes non sumus. Rogo te atq; obsecro, si est in te aliqua huma
nitas, quam multi prædicant, hic appareat bonitas tua, si non propter honores transitorios
simulatur, ut contremiscant in te uiscera misericordiæ, & uelis aliquando rem discuti instan/
do nobiscum orationibus, & omnia pacifice cõferendo: ne miseræ plebes, quæ nostris hono
ribus obsequuntur, premãt nos obsequijs suis in iudicio dei, sed potius nostra nõ ficta cha/
ritate nobiscum reuocatæ ab erroribus & dissensionibus, in ueritatis & pacis itinera dirigã/
tur. Opto te coram oculis dei beatum esse, domine honorabilis & dilectissime.

Augustinus Valerio episcopo suo, cui erat collega, præsertim in dispensando uerbo dei, C
demõstrat quàm difficile sit sacerdotẽ pium agere, obsecrãs ut patiatur ipsum in secessu pre/
cibus & studio hoc agere, ut sit idoneus impositio muneri. Epist. CXLVIII

40. dis. ante omnia.

DOMINO beatissimo & uenerabili, & in conspectu domini syncera charitate cha
rissimo patri Valerio, Augustinus presbyter in domino salutẽ. Ante omnia
peto, ut cogitet religiosa prudentia tua nihil esse in hac uita, & maxime hoc tem/
pore facilius & lætius, & hominibus acceptabilius episcopi aut presbyteri aut diaconi offi/
cio, si perfunctorie atque adulatorie res agatur: sed nihil apud deum miserius & tristius &
damnabilius. Item nihil esse in hac uita, & maxime hoc tempore difficilius, laboriosius, peri
culosius episcopi aut presbyteri aut diaconi officio, sed apud deum nihil beatius, si eo mo/
do militetur quo noster imperator iubet. Quis autem ille sit modus, nec a puericia, nec ab
adolescentia mea didici: & eo tempore quo discere cœperam, uis mihi facta est, merito pec
catorum meorum. Nam quid aliud existimem nescio, ut secundus locus gubernaculorũ mi
hi traderetur, qui remum tenere nõ noueram. Sed arbitror dominum meum propterea me
sic emẽdare uoluisse, quod multorum peccata nautarum, antequàm expertus essem quid il/
lic agatur, quasi doctior & melior reprehẽdere audebam. Itaq; postquàm missus sum in me
dium, tunc sentire cœpi temeritates reprehẽsionum mearum, quanquam & antea periculo/
sissimum iudicarem hoc ministerium. Et hinc erant lachrymæ illæ, quas me fundere in ciui/
tate ordinationis meæ tempore nonnulli fratres animaduerterunt, & nescientes causas do/
loris mei, quibus poterant sermonibus, qui omnino ad uulnus meum non pertinerent, ta/
men bono animo consolati sunt. Sed multo ualde multo amplius expertus sum quàm pu/
tabam, non quia nouos aliquos fluctus aut tempestatem uidi, quas ante non noueram, uel
non audieram, uel non legeram, uel non cogitaueram, sed ad eas euitandas aut perferendas
solertiam & uires meas omnino non noueram, & alicuius momenti arbitrabar. Dominus
autem irrisit me, & rebus ipsis ostẽdere uoluit meipsum mihi. Quod si non damnando sed D
miserando fecit (hoc enim spero) certe uelnunc cognita ægritudine mea, debeo scriptura/
rum eius medicamenta omnia perscrutari, & orando ac legendo agere, ut idonea uale/
tudo animæ meæ ad tam periculosa negocia tribuatur: quod ante non feci, quia & tempus
non habui. Tunc enim ordinatus sum, cum de ipso actionis tempore ad cognoscẽdas diui/
nas scripturas cogitaremus, & sic nos disponere uellemus, ut nobis ocium ad hoc negocium
posset esse. Et quod uerum est, nondum sciebam quid mihi deesset ad tale opus, quale me
nunc torquet & conterit. Quod si propterea re ipsa didici quid sit homini necessarium, qui
populo ministrat sacramentum & uerbum dei, ut iam non mihi liceat assequi, quod me nõ
habere cognouit: iubes ergo ut peream pater Valeri? Vbi est charitas tua? Certe diligis me,
certe diligis ipsam ecclesiam, cui me sic ministrare uoluisti, & tamen certus sum quod & me
& ipsam diligis. Sed putas me idoneũ, cum ego melius me nouerim, qui tamen nec ipse me
nossem, nisi experiendo didicissem. Sed dicit fortasse sanctitas tua: Vellẽ scire quid desit in/
structioi tuæ. Tam multa autem sunt, ut facilius possim enumerare quæ habeo, quàm quæ
habere desidero. Audeo enim dicere, scire me & plena fide retinere quid pertineat ad salutẽ
meam. Sed hoc ipsum quomodo ministrem ad salutem aliorũ, non quærens quod mihi uti
le est, sed quod multis, ut salui fiant? Et sunt fortasse aliqua, imò nõ est dubitandum esse in
sanctis libris conscripta consilia, quibus cognitis & apprehensis possit homo dei rebus eccle
siasticis & ordinationibus ministrare, aut certe inter manus iniquorũ uel uiuere conscientia
saniore uel mori, ut illa uita non amittatur, cui uni christiana corda humilia & mãsueta su/
spirant. Quomodo aũt hoc fieri potest, nisi quemadmodũ ipse dominus dicit, petẽdo, quæ/
rendo, pulsando, id est orãdo, legẽdo, plangendo? Ad quod negocium mihi paruum tẽpus
uel usque ad pascha impetrari uolui per fratres à tua syncerissima & uenerabili charitate, &
nũc per has preces uolo. Quid cũ respõsurus sum domino iudici? Nõ poterã ista iam quæ
rere, cum ecclesiasticis negocijs impedirer. Si ergo mihi dicat, Serue nequã, si uilla eccle/

lumnioſum

A lumnioſum aliquem pateretur,cuius fructibus colligendis magna opera impenditur,negle
cto agro quem rigauí ſanguine meo,ſi quid agere pro ea poſſes apud iudicem terræ, nón/
ne omnibus conſentientibus,nonnullis etiam iubentibus & cogentibus pergeres, &ſi cõtra
te iudicaretur,etiam trans mare proficiſcereris,atq; hoc modo uel annuam uel amplius ab/
ſentiam tuam nulla querela reuocaret,ne alius poſſideret terrã,nõ animæ ſed corpori pau/
perum neceſſariam,quorũ tamen famem uiuæ arbores meæ multo facilius mihiq; gratius
ſi diligenter colerentur explerent? Cur ergo ad diſcendam agriculturam meam, uacationẽ
tẽporis tibi defuiſſe cauſaris? Dic mihi quid reſpondeam rogo te? An forte uis dicam,Se
nex Valeri, dum me omnibus rebus inſtructum eſſe credidiſſet,quanto amplius me dile
xit,tanto minus iſta diſcere permiſit? Attende omnia iſta ſenex Valeri, obſecro te per bo/
nitatẽ & ſeueritatem Chriſti,per miſericordiam & iudiciũ eius,per eum qui tantã tibi inſpi/
rauit erga nos charitatẽ,ut te nec pro lucro animæ noſtræ audeamus offendere.Sic aũt mi/
hi deũ & Chriſtũ teſtẽ facis innocentiæ & charitatis,& ſynceri affectus quẽ circa nos habes,
quaſi ego nõ de his iurare omnibus poſſim.Ipſam ergo charitatẽ & affectũ imploro ut mi
ſerearis mei,& cõcedas mihi ad hoc quod rogaui tẽpus quantũ rogaui,atq; adiuues me o/
rationibus tuis,ut non ſit inane deſideriũ meũ,nec infructuoſa eccleſiæ Chriſti atq; utilitati
fratrũ & conſeruorũ meorũ abſentia mea.Scio quod illa charitate pro me orante, maxime
in tali cauſa nõ aberit dominus,& eam ſicut ſacrificiũ ſuauitatis accipiens,fortaſſis breuiore
tempore quàm poſtulaui,me ſaluberrimis cõſilijs de ſcripturis ſuis reddet inſtructum.

Auguſtinus Profuturo,de toleranda aduerſa ualetudine & cohibenda ira. Epiſt. CXLIX.

FRATRI Profuturo Auguſtinus. Secundũ ſpiritũ quantum domino placet,
atq; uires ipſe præbere dignatur,recte ſumus, Corpore autem ego in lecto ſum.
Nec ambulare enim nec ſtare nec ſedere poſſum, rhagadis uel exochadis dolore
& tumore. Sed etiam ſic,quoniam id domino placet, quid aliud dicendum eſt,niſi quia re
B cte ſumus? Potius enim ſi id nolumus quod ille uult,nos culpandi ſumus,cũ ille non recte
aliquid uel facere uel ſinere exiſtimandus eſt. Noſti hæc omnia, ſed quia mihi es alter ego,
quid libentius tecum loquerer,niſi quod mecum loquor? Commẽdamus ergo ſanctis ora/
tionibus tuis & dies & noctes noſtras, ut oretis pro nobis,ne diebus intẽperanter utamur,
ut noctes æquo animo toleremus,ut etiam ſi ambulemus in medio umbræ mortis,nobiſcũ
ſit dominus ne timeamus mala.Quod ſenex Megalius defunctus ſit,iam uos audiſſe quis
dubitet? Erãt autem à depoſitione corporis eius cum hæc ſcriberem,dies fermè uigintiqua
tuor.Vtrũ iam uideris,diſponebas enim ſucceſſorẽ primatus eius,ſi fieri poteſt noſſe uolu/
mus.Nõ deſunt ſcandala,ſed neq; refugium,Non deſunt mœrores,ſed neq; cõſolationes.
Atq; inter hæc quàm uigilandũ ſit,ne cuiuſquam odium cordis intima teneat,neq; ſinat ut
oremus deũ in cubili noſtro clauſo oſtio,ſed aduerſus ipſum deũ claudat oſtium,noſti opti
me frater,Subrepit autem dum nulli iraſcenti ira ſua uidetur iniuſta. Ita enim inueteraſcẽs γνώμη
ira fit odium,dum quaſi iuſti doloris admixta dulcedo,diutius eam in uaſe detinet, donec
totum aceſcat uaſq; corrumpat. Quapropter multo melius nec iuſte cuiquam iraſcimur,
quàm uelut iuſte iraſcendo in alicuius odium iræ occulta facilitate delabimur. In recipien/
dis enim hoſpitibus ignotis iſta ſolemus dicere, multo eſſe melius malum hominem per/ παροιμία.
peti, quàm forſitan per ignorantiam excludi bonum, dum cauemus ne recipiatur malus.
Sed in affectibus animi contra eſt.Nam incomparabiliter ſalubrius eſt etiam iræ iuſte pul/
ſanti non aperire penetrale cordis, quàm admittere non facile receſſuram,& peruenturã de
ſurculo ad trabem.Audet quippe impudẽter etiam creſcere citius quàm putatur. Nõ enim
erubeſcit in tenebris cum ſuper eam ſol occiderit. Recolis certe qua cura & quanta ſollicitu
dine iſta ſcripſerim,ſi recolis quid mecum nuper in itinere quodam locutus ſis. Fratrem Se/
uerum & qui cum eo ſunt ſalutamus. Etiam fortaſſe ipſis ſcriberemus ſi per feſtinationem
perlatoris liceret. Peto autem ut apud eundem fratrem noſtrum Victorem cui ago etiam
apud tuam ſanctitatẽ gratias quod Cõſtantinam dum pergeret indicauit, petẽdo adiuues

Rhagades, Celſus, Plinius & Dioſcorides, alijque medici referunt inter uitia ſedis,quoniam autẽ ſciſſuram comitatur tumor, addidit & alterũ uocabulum exochadis.

propter negocium quod ipſe nouit,de quo grauiſſimũ pondus pro hac re multũ deprecan/ C
tis Nectarij maioris patior,per Calamã remeare ne grauetur,ſic enim promiſit mihi. Vale.

Auguſtinus Elpidio, qui uidebatur cum Arianis nonnihil ſentire, declarans de re/
bus ineffabilibus parciſſime loquendum. Epiſtola CL

DOMINO eximio meritoq; honorabili & deſiderabili Elpidio,Auguſtinus.
Quis noſtrum erret in fide uel cognitiõe trinitatis,alia quæſtio eſt. Gratum ſa/
nè habeo quod me quamuis incognitum facie,tamen quia errare credidiſti, re/
uocare ab errore conatus es. Huius tibi beneuolẽtiæ mercedem retribuat deus,
& noſſe te faciat quod noſſe te putas.Res enim ardua eſt,ut exiſtimo,& quæ te ne in ullã
cõtumeliæ partẽ acceperis,quod tibi tantæ cognitionis munus optaui. Vereor enim ne ino/
pinatæ ſcientiæ præiudicium, ſi nõ præcepta uera, quæ nequaquã ad te mihi arrogauerim,
at certe bona uota noſtra,quæ mihi etiam indocto habere de te licet, non enim perite, ſed
amice exhibenda ſunt,repellat ab auribus tuis,potiusq; mihi ſuccenſeas quod non tibi iam
ſim ſapienti gratulatus,quàm gratias agas quod tibi ſapientiam deprecatus ſim. Verunta
men ſi ego portans epiſcopalis nominis ſarcinam, libẽtiſſime amplector beneuolentiã tuã,
quod me Boſono & Iaſoni,ut ſcribis, doctiſſimis uiris etiã trãſmare mittere dignatus es,ad
reportandos ex eorũ diſputationibus uberes fructus: quod deniq; ad detegẽdas totius er/
roris caligines,libellum cuiuſdam epiſcopi ueſtri,ingenio & uiribus elaboratum,ad me per
ferendum ſolicita benignitate curaſti; quanto eſt æquius te bono animo accipere, quod ea
quæ nullo humano ingenio & uiribus dari poſſunt,à domino deo tibi ut cõcedantur opta/
1.Cor. 2 ui. Apoſtolus enim inquit:Non ſpiritum huius mundi accepimus, ſed ſpiritum qui ex deo
eſt,ut ſciamus quæ à deo donata ſunt nobis,quæ & loquimur non in doctis humanæ ſapi/
entiæ uerbis,ſed docti ſpiritu,ſpiritalibus ſpiritalia comparantes. Animalis autẽ homo nõ
percipit quæ ſunt ſpiritus dei: ſtulticia eſt enim illi. Magis ergo tecum,ſi fieri poſſet,mallem
quærere quouſq; appellandus ſit animalis homo,ut ſi eum iam tranſcendimus,recte fortaſ D
ſe illa quæ ſupra humanam mentem atq; intelligentiam incõmutabiliter manent,aliqua ex
parte nos attigiſſe gaudeamus. Cauendum eſt enim ne propterea uideatur ſtultum,cum fi
lium patri audimus æqualem, quia hominem animalem adhuc agimus, de quo dictũ eſt,
quod ſtulticia ſunt illi quæ ſunt ſpiritus dei:quanq; ſanè maieſtas illa ſupra cũcta ſublimis
à ſpiritalibus cogitari poſſit, à nullo autem poſſit effari: uidere tamen,quantum arbitror,fa
Ioan. 1 cile eſt, non eſſe factum per quem facta ſunt omnia,& ſine quo factũ eſt nihil. Si enim per
ſeipſum factus eſt,erat antequàm fieret,ut fieri per ſe poſſet. Quod certe tanto abſurdius di
citur,quanto uanius cogitatur. Si autem non per ſe factus eſt, non eſt per quem facta ſunt
omnia: quoniam quicquid factum eſt,per ipſum factum eſt. Omnia enim per ipſum facta
ſunt,& ſine ipſo factum eſt nihil. Miror parum attendi quæ tam expreſſe Euãgeliſta uoluit
intimare ut neminem diſſimulare permitteret. Nõ enim ſatis fuit dicere: Omnia per ipſum
facta ſunt, niſi adderet, Et ſine ipſo factum eſt nihil. At ego quamuis tardus,& nondum
deterſa caligine, ſautium mentis oculum gerens ad intuendam patris & filij incomparabilẽ
ineffabilemq; præſtantiam, tamen hoc tota facilitate complector, quod nobis in euange/
lio propterea præſeminatum eſt, non ut hinc comprehenderemus illam diuinitatem,ſed ut
hinc admoneremur non oportere nos de temeraria cõprehenſione iactare. Si enim omnia
per ipſum facta ſunt, quicquid non per ipſum factum eſt,non eſt factum:ipſe autem per ſe
factus non eſt. Nõ eſt igitur factus,& omnia per ipſum facta eſſe ab euangelio credere co/
gimur. Ab eodem ergo cogimur eum factum eſſe non credere. Item ſi ſine ipſo factum eſt
nihil, ipſe ergo nihil eſt:aut factum non eſſe,non autem ſine ſe factum eſſe:Reſtat ut fatea
mur, aut non ſine ſe factum eſſe,aut quia ſine ſe factus eſt. Quod ſi opinari ſacrilegum eſt,
non poſſumus dicere, Si enim ipſe ſe fecit,iam erat antequàm fieret: Si autem ad ſe facien/
dum alteri,à quo factus eſt,adiutorium præbuit,nihilominus ut ſe adiuuãte ipſe fieret,iam
erat anteq; fieret. Relinqtur itaq; ut ſine ſe factus ſit. Quicqd aũt ſine illo factũ eſt,nihil eſt.

Aut

A Aut nihil est igitur, aut factus non est: sed non est nihil, factus igitur non est. Aut si factus non est, & tamẽ filius est, sine dubio natus est. Quomodo inquis potuit de solo patre nasci filius æqualis ei de quo natus est? Iam hoc enarrare non possum, & cedo prophetiæ dicenti: Generationem eius quis enarrabit? Quod si tu de humana generatione qua per uirgi- Esa. 53
nem natus est accipiendum putas, ipse te discute, & interroga animam tuam, utrum si in humana generatione defecit, audeat enarrare diuinã. Noli ergo inquis dicere æqualem. Cur Phil. 2
non dicam quod dixit apostolus: Nõ rapinam, inquit, arbitratus est esse æqualis deo. Etsi enim æqualitatem illam non explicauit humanæ menti nondum purgatæ, posuit tamen in uerbo quod in re possit inuenire purgata. Demus itaque operam mundando cordi nostro ut inde exurgat acies, qua ista uidere ualeamus. Beati enim inquit mundicordes, quoniam Matth. 5
ipsi deum uidebunt, Itaq; excedentes animalis hominis caliginosas imagines, ad serenitatem illam synceritatémq; ueniemus, qua uidere possimus quod dici non posse uideamus. Nam libello quem dignatus es mittere, si mihi sit ocium facultasq; tribuatur ad singula respondere, arbitror te cogniturum, tanto minus quemq; uestiri lumine ueritatis, quanto magis sibi uidetur nudam depromere ueritatem. Quis enim ferat, ut alia omittam, & hoc solum interim commemorem quod maxime ingemui, cum Apostolus Paulus dicat: Vide- 1. Cor. 13
mus nunc per speculũ in ænigmate, tunc autem facie ad faciem, istum iam dicere omni integumento reiecto nudã se depromere ueritatẽ, qui si diceret nudam uidemus ueritatẽ, nihil esset cæcius ista arrogãtia uisionis. Nõ aũt dixit uidemus, sed depromimus, ut nõ solũ iam ueritas intẽtioni mẽtis patere, sed etiã potestati linguæ subiacere uideatur. Multa sunt quæ de trinitatis ineffabilitate dicantur, non ut ipsa dicatur, alioquin nõ est ineffabilis, sed ut illis dictis, illa dici nõ posse intelligatur. Verũ iam ut arbitror modum excessit epistola mea, cum per tuam me admonueris breuiter scribere. Sed quia institutione ueterum te excusare dignatus es, non tibi absurdus uidebor, si modo quarundam epistolarum Ciceronis, quia
B eius quoq; in literis tuis mentionem feci sti, non te pigeat recordari.

Augustinus Nebridio, quibus in rebus sita sit uera beatitudo. Epist. CLI

NEBRIDIO Augustinus. Vtrum nescio quo, ut ita dicam, blandiloquio tuo factum putem, an uere res ita se habeat, incertũ apud me est. Nam repente accidit, nec satis deliberatũ est, quatenus debeat cõmitti fidei. Expectas quid istud sit. Quid censes? Prope persuasisti mihi, nõ quidẽ beatũ esse me, Nam id solius sapiẽtis prædiũ est, sed certe quasi beatũ: ut dicimus hominẽ, quasi hominẽ in cõparatione illius quem Plato nouerat, aut quasi rotunda, & quasi quadra ea quæ uidemus, cum longe ab eis absint quæ paucorum animus uidet. Legi enim litteras tuas ad lucernam iam cœnatus, proxima erat cubitio, sed nõ ita etiam dormitio, Quippe diu mecum in lecto situs cogitaui atq; has loquelas habui, Augustinus ipse cum Augustino. Nónne uerũ est quod Nebridio placet beatos nos esse? Non utique. Nam stultos adhuc esse nec ipse audet negare. Quid si etiam stultis beata uita contingit? durum, quasi uero parua, uel alia ulla miseria sit quàm ipsa stultitia. Vnde ergo illi uisum est, an lectis illis libellis etiam sapiẽtem me ausus est credere? Non usqpadeo temeraria est lætitia gestiens, præsertim hominis cuius quanti ponderis consideratio sit bene nouimus. Illud igitur scripsit quod nobis putauit dulcissimũ fore, quia & illi dulce factum est, quicquid posuimus in his litteris: & scripsit gaudens, nec curauit, quid committẽdum gaudenti calamo esset. Quid si soliloquia legisset, lætaretur multo exundantius, nec tamen reperiret plus aliquid quod me appellaret quàm beatum? Cito ergo summum nomen effudit in me, nec sibi aliquid reseruauit, quod de me lætior assereret. Vide, lætitia quid faciat. Sed ubi est ista beata uita? ubi? ubi nam? O si ipsa esset, repelleret atomos Epicuri. O si ipsa esset, sciret nihil deorsum esse præter mundum. O si ipsa esset, nosset extrema sphæræ tardius rotari quàm medium, & alia similia quæ similiter nouimus. Nũc uero quomodo uel qualiscunque beatus sum, qui nescio cur tantus mundus sit, cum rationes figurarum per quas est, nihil prohibeant esse quanto quis uoluerit ampliorem? 1. Retrac. 4

ampliorem? An nō mihi diceretur, imò non cogeremur confiteri corpora in infinitum seca- C
ri, ut à certa uelut uas in quātitatem certam certus corpusculorū numerus surgeret? Quare
cum corpus nullum minimum esse finitur, quo pacto finamus esse ampliſſimum, quo am-
plius esse non possit: nisi forte illud quod Alipio aliquando dixi occultissime, habet magnā
uim: ut quoniā numerus ille intelligibilis infinite crescit, nō tamen infinite minuitur, nam nō
eum licet ultra monadem resoluere, Contra sensibilis. Nam quid est aliud sensibilis nume-
rus, nisi corporeorum uel corporū quantitas, minui quidē infinite, sed infinite crescere neque
at. Et ideo fortasse merito philosophi in rebus intelligibilibus diuitias ponūt, in sensibilibus
egestatē. Quid enim erumnosius quàm minus atq; minus semper posse fieri? Quid ditius
quàm crescere quantū uelis, ire quò uelis, redire cum uelis, quousq; uelis, & hoc multū ama-
re quod minui nō potest? Quisquis nanq; intelligit istos numeros, nihil sic amat ut mona-
dem, nec mirum cum per eam fiat ut cæteri amentur. Sed tamē cur tantus est mundus? Po-
terat enim esse uel maior uel breuior: nescio. Tale est em̄: Et, cur hoc loco potius quàm illo.
Nec in ea re debet esse quæstio, ubi quicquid esset quæstio esset: unū illud multū mouebat,
quod infinite corpora secarētur. Cui fortasse respōsum est, de ui cōtraria intelligibilis nume-
ri. Sed expecta, uideamus quid sit hoc nescio quid, quod suggeritur menti, Certe sensibilis
mundus, nescio cuius intelligibilis imago esse dicitur. Mirum aūt est quod imaginibus uide-
mus quæ specula referunt: nam quāuis ingentia specula sint, nō reddunt maiores imagines
quàm sunt corpora etiā breuissima obiecta. In paruis autem speculis sicut in pupillis oculo
rum, & si magna facies sese opponat, breuissima imago pro modo speculi formatur. Ergo &
imagines corporum minui licet, si specula minuantur, augeri si augeantur nō licet? Hic pro
fecto aliquid latet, sed nunc dormiendū est. Neq; enim Nebridio beatus quærēdo uideor,
sed fortasse aliquid inueniendo. Id aūt aliquid quid est? an illa ratiocinatio, cui tanq; unicæ
meæ blandiri soleo, & ea me nimis oblectare. Vnde cōstamus? ex animo & corpore. Quid
horū melius? uidelicet animus. Quid laudatur in corpore? nihil aliud uideo quàm pulchri D
tudinem. Quid est corporis pulchritudo? congruentia partiū cum quadā coloris suauitate.
Hæc forma ubi uera melior, an ubi falsa? Quis dubitet ubi uera est esse meliorem? Vbi er-
go uera est? in animo scilicet. Animus igitur magis amādus quàm corpus. Sed in qua parte
animi est ista ueritas? in mente atq; intelligētia. Quid huic aduersatur? sensus. Resistendū
ergo sensibus totis animi uiribus? liquet. Quid si sensibilia nimium delectāt? Fiat, ut nō de-
lectent. Vnde fit? cōsuetudine his carendi appetendiq; meliora. Quid si moritur animus?
ergo moritur ueritas, aut nō est intelligentia ueritas, aut intelligentia non est in animo, aut
potest mori aliquid in quo aliquid immortale est? Nihil autē horum fieri posse soliloquia
nostra iam cōtinent, satisq; persuasum est: sed nescio qua consuetudine malorū territamur
atq; titubamus. Postremo etiam si moritur animus, quod nullo modo posse fieri uideo, nō
esse tamē beatam uitam in lætitia sensibilium, hoc ocio satis exploratum est. His rebus for
tasse atq; talibus Nebridio meo si non beatus, at certe quasi beatus uideor. Videar & mi-
hi, quid inde perdo, aut cur parcam bonæ opinioni? Hæc mihi dixi. Deinde oraui ut sole-
bam atq; dormiui. Hoc placuit scribere tibi. Delectat enim me quod mihi gratias agis, si
nihil te quod in buccā uenerit celem, & gaudeo, quia sic tibi placeo. Apud quē ergo libentius
me aperiā, quàm cui displicere nō possum? At si in potestate fortunæ est ut hominē amet
homo, uide quàm beatus sim, qui de fortuitis tam multum gaudeo, & talia bona fateor de-
sidero mihi ubertim accrescere. Fortunæ aūt bona ueriſſimi sapientes, quos solos beatos fas
est uocari, nec timeri uoluerunt, nec cupi an cupiri, tu uideris, Et belle accidit. Nam uolo me
declinationis huius gnarum facias. Cū enim adiungo uerba similia, incertior fio. Nā ita est
cupio, ut fugio, ut sapio, ut iacio, ut capio, sed utrū fugiri an fugi, utrum sapiri an sapi, sit mo
dus infinitus, ignoro. Possem attēdere iaci & capi, ni uererer ne me caperet & pro ludibrio ia
ceret quò uellet, qui iactū & captū, aliud fugitum, cupitum, sapitū esse cōuinceret. Quæ item
Accentus. tria, utrum penultima longa, an inflexa, an graui breuiq; pronūcianda sint, similiter nescio.

Prouoca

A Prouocauerim te ad epistolam longiorem,peto ut paulo diutius te legã. Nam cum quæ/ro tantum differere,quantum uoluptati est legere te.

Augustinus ad populum factionis Donatianæ,quomodo illorum episcopi in concilio conuicti sint, hortans ut nunc saltem redeant ad ecclesiæ communionem ne post non fecisse sero pœniteat. Epistola CLII

SILVANVS senex,Valentinus,Aurelius,Innocentius,Maximinus, Optatus, Augustinus,Donatus,& cæteri episcopi de concilio Zertensi ad Donatistas. 2.Retrac.40

Cum in auribus nostris fama crebresceret, hoc uobis uestros episcopos dicere, cognitorẽ præmio fuisse corruptum,ut cõtra eos sententia proferretur,uos autẽ ista facile credere,ac propterea multos uestrũ adhuc nolle acquiescere ueritati,placuit nobis cogente domini charitate ex cõcilio nostro hæc ad uos scripta dirigere,quibus primitus admoneremini illos uobis uictos atq; conuictos hæc mendacia iactare: qui etiã in suo mandato quod pro illa collatione fecerũt,& suis nominibus atq; subscriptionibus firmauerũt, nos illic traditores & persecutores suos esse dicẽtes,in falsitate atq; mẽdacio manifestissimo detecti atq; cõuicti sunt,ita ut uolẽtes gloriari de multitudine coepiscoporũ suorũ, inter alios quorum absentium nomina etiam mortui nomen insererent, Et cum quæreretur ubi esset, subita perturbatione cæcati,ipsi eum cõfiterentur in itinere defecisse.Et cum interrogarẽtur, quomodo potuerit apud Carthaginẽ subscribere qui in itinere iam defecerat,uehementius perturbati,alio mẽdacio se obligauerũt,respondẽtes eum à Carthagine redeuntẽ fuisse defunctum.De quo mẽdacio exire omnino minime potuerũt.Ecce quibus creditis,uel de antiqua traditione,uel de cognitoris corruptione,qui mandatũ suũ ubi nobis obiecerunt crimẽ traditionis,nõ potuerunt cõscribere sine crimine falsitatis. Proinde quæ maxime necessaria credidimus,his litteris tanq; breuiario collecta inseruimus,ne forte ad magna gestorũ uolumina uel peruenire nõ facile possitis,uel ea legere laboriosum putetis.Carthaginem ueni/
B mus,& nos & episcopi uestri,& quod prius nolebãt & indignũ esse dicebãt,in unũ conueni/mus,Electi sunt ex nobis & ex ipsis,septẽ hinc,& septẽ inde,qui pro causa omniũ loqueren/tur.Electi sunt alij septẽ hinc,& septẽ inde,cum quibus ubi opus erat cõsilium pertractarẽt. Electi sunt quatuor hinc,& quatuor inde,qui gestis cõscribẽdis custodes essent,ne infalsatũ aliquid ab aliquo diceretur. Dati sunt etiã à nobis & ab ipsis, notarij quatuor hinc, & quatuor inde,ut bini cum exceptoribus iudicis alternarẽt,ne aliquis nostrum se dixisse aliquid causaretur quod non fuisset exceptum.Huic tantæ diligentiæ etiam illud est additum,ut & nos & ipsi quemadmodũ ipse iudex uerbis nostris subscriberemus,ne quisquã diceret in illis gestis aliquid uel postea fuisse corruptũ.Cum enim adhuc uiuentibus eis qui subscripserunt,innotuerint eadẽ gesta omnibus locis in quibus oportet ut innotescant,sic etiã ad posteros cõfirmata ueritas perdurabit.Nolite ergo esse ingrati tãtæ misericordiæ dei quæ per istam diligentiam uobis ministrata est.Nulla excusatio iam remansit,nimium dura,nimiũ diabolica sunt hominũ corda,quæ adhuc tantæ manifestationi ueritatis obsistunt.Ecce episcopi partis uestræ,quos omnes elegerũt ut pro omnibus loquerent,conati sunt quantũ potuerũt,ut omnino ipsa causa nõ ageretur,propter quã tantus numerus episcoporũ utriusq; partis de uniuersa Africa,& de tam longinquis locis Carthaginem uenerat. Et cum omnis anima suspensa expectaret in tanta collectione quid ageretur,illi uehemẽter instabãt ut nihil ageretur.Quare hoc? nisi quia causam suam malam sciebant,& facillime se posse cõuinci si ageretur dubitare non poterant? Ipse ergo animus eorum quo timebant ne causa ageretur, iam uictos eos esse monstrabat.Si enim extorquerent quod uolebant, ut iam collatio ipsa non fieret, nec disputationibus nostris ueritas appareret, redeuntes à Carthagine, quid uobis erant responsuri,quid demõstraturi? Credo prolaturi erant gesta & dicturi uobis,nos instabamus ut causa non ageretur,illi instabant ut ageretur. Vox expectatis uidere quid egerimus,Ecce legite ubi eos uicimus, ut nihil ageremus.Forte & uos responderetis si cor haberetis,Nihil ergo acturi,ut quid istis? uel potius qui nihil egistis ut quid redistis?

Deniq;

Deniq; posteaquàm non potuerunt efficere quod conati sunt, id est ut causa non ageretur, C
ipsa actio demonstrauit quid timuerint,quando in omnibus uicti sunt. Confessi sunt enim
contra ecclesiam catholicam,quæ toto terrarum orbe diffunditur,nihil se habere quod dice
rent,quia diuinis sanctarum scripturarum testimonijs oppressi sunt,quibus ecclesia designa
tur,incipiens ab Hierusalem creuisse per loca,in quibus apostoli prædicauerunt, & nomina
eorundem locorum in suis epistolis & actis conscripserunt,& inde diffundi per cæteras gen
tes: contra istam ecclesiam se non habere causam manifesta uoce professi sunt, ubi est eui
dentissima in nomine dei nostri uictoria. Cum enim confirmant ecclesiam,cui nos communi
care,ipsos autem non cõmunicare manifestũ est,olim se uictos esse testantur,& uobis,si sa
pitis,apertissime indicant, quid dimittere & quid tenere debeatis,non in ea falsitate qua u
bis non cessant adhuc usq; mentiri,sed in illa ueritate qua uicti,coacti sunt confiteri: Quis
quis ergo ab hac catholica ecclesia fuerit separatus,quantũlibet laudabiliter se uiuere existi
met, hoc solo scelere quod à Christi unitate disiunctus est, non habebit uitam, sed ira dei
manet super eum. Quisquis autem in hac ecclesia bene uixerit, nihil ei præiudicant aliena
peccata, quia unusquisq; in ea proprium onus portabit, sicut Apostolus dicit: Et quicunq;
in ea corpus Christi manducauerit indigne,iudicium sibi mãducat & bibit. Nam etiã hoc
ipse Apostolus scripsit. Cum autẽ dicit, Iudicium sibi manducat,satis ostendit,quia non al
teri iudicium manducat sed sibi. Hoc nos egimus & ostendimus & obtinuimus,quia cõmu
nio malorum non maculat aliquem participatione sacramentorum,sed consensione facto
rum. Nam si in factis malis non eis quisque consentiat; portat malus causam suam & per
sonam suam,nec præiudicat alteri,quem in consensione mali operis,socium nõ habet crimi
nis. Hoc etiam ipsi uoce apertissima coacti sunt confiteri,nõ tunc quando ista dicebamus,
sed postea cum aliud ageretur. Nam cum uentum fuisset ad causam etiam Cæciliani,quam
nos ab ecclesiæ causa distinguebamus,ut si forte malus esset inuentus,ipsum anathematiza
remus,nõ tamen propter ipsum ecclesiam Christi relinqueremus, cui per malam suam cau D
sam præiudicare nõ posset, Cum ergo etiam ad ipsam Cæciliani causam uentum fuisset,&
legissent illi concilium Carthaginense, ubi recitabant septuaginta plus minus episcoporum
sententias contra Cæcilianum absentem prolatas,Respõdimus eis, sic non obesse illud epi
scoporum concilium absenti Cæciliano, quemadmodum nõ obfuit plurium episcoporum
partis Donati concilium absenti Primiano, quando eum in Maximiani causa plus minus
centum episcopi damnauerant. Tunc illi nominata causa Maximiani,unde sciunt se etiam
quos damnauerãt,in honore integro suscepisse,& baptismum in sacrilego Maximiani schis
mate datum se confirmasse,& non destruxisse,& in sua Vagaitana sententia, qua eos dãna
uerunt,quibusdam qui in ipso schismate fuerũt,dilationem dedisse & dixisse,quod eos non
polluerint sacrilegi furculi Maximiani plantaria,Ista ergo causa posteaquàm eorum aures
percussit,expauescentes & perturbati & obliti unde superius contra nos contendebant,con
tinuo dixerunt,Nec causa causæ,nec persona personæ præiudicat:& confirmauerunt uerbis
suis quod nos antea de ecclesia dicebamus: quia non solum catholicæ transmarinæ, contra
quam se confessi sunt non habere quod dicerent,uerumetiam catholicæ Africanæ, quæ illi
unitatis cõmunioe coniũgitur, causa & persona Cæciliani,qualiscũq; fuisset, præiudicare nõ
posset: si Maximianus,qui cum cæteris socijs suis Primianum damnauit, si etiã Felicianus,
qui simul Primianũ damnauit,& postea in causa Primiani à Donati parte dãnatus est, nõ
præiudicat parti Donati,cui modo episcopus sicut antea fuerat receptus adiungitur: sic etiã
ipsis socijs suis Maximianus non præiudicat,quibus isti dilationem dederunt, dicentes eos
ab illo cũ quo fuerunt non fuisse pollutos,quia nec causa causæ præiudicat,nec persona per
sonæ. Quid ergo quæritis amplius? Multis quidem uerbis superfluis gesta onerauerunt,&
quia non potuerunt efficere ut causa non ageretur,hoc fecerunt multum loquẽdo, ut quod
actum est difficile legeretur: Sed debent uobis etiam ista eorũ pauca uerba sufficere,ne pro
pter nescio quæ,nescio quorum hominum crimina, oderitis unitatẽ catholicæ ecclesiæ: quia
sicut

23.q.4. si qs à catholica.

Gal. 6
1. Corin. 11

A ſicut ipſi dixeruñt,relegerunt,ſubſcripſerunt,nec cauſa cauſæ præiudicat,nec perſona perſonæ.Nam & in ipſa cauſa Cæciliani, quã licet ad eccleſiæ cauſam non pertinentẽ tamẽ defendendam ſuſcepimus,ut etiam ibi calũniæ manifeſtarentur ipſorum,apertiſſime uicti ſunt, nihilqúe eorũ quæ in Cæcilianũ intendebant probare potuerunt.Inſuper etiam de criminibus traditionis,nos epiſcopalia geſta protulimus, unde recitauimus aliquos eorũ epiſcoporũ qui ſentẽtias in abſentẽ dixerant Cæcilianũ manifeſtiſſimos fuiſſe traditores.Cõtra ipſa geſta illi qui nõ habebant quod dicerent,falſa eſſe dixerunt,ſed nullo modo probare potuerunt.Inſuper etiã confeſſi ſunt,uel potius pro magna gloria profeſſi ſunt, Cæcilianũ apud Conſtantinũ imperatorẽ à ſuis præceſſoribus accuſatũ.Et addiderunt mẽdaciũ ꝙ illis accuſantibus fuerit ab imperatore damnatus.Ecce & hinc uicti ſunt,unde uobis ſolent nebulas erroris offundere concitantes nobis inuidiam,& in odium ueſtrum nos adducentes,quia eccleſiæ cauſam apud imperatores agimus. Ecce maiores eorum de quorum nominibus gloriantur,eccleſiæ cauſam egerunt apud imperatorem,perſecuti ſunt accuſando Cæcilianũ,apud imperatorẽ dãnatum dixerunt.Iam nõ uos inducant uaniſſimis & mendaciſſimis uerbis,redite ad cor ueſtrũ,timete dominũ,cogitate ueritatẽ, relinquite falſitatẽ.Quicquid eñ iam paſſi fueritis imperialibus legibus,quod nõ pro iuſticia,ſed pro iniquitate patiminí,nõ poteritis dicere ideo nos eſſe iniuſtos,qa ſic uobiſcũ agi nõ debuit,ut imperator uos ab iſta iniquitate cõpeſceret.Epiſcopi enim ueſtri confeſſi ſunt maiores ſuos ſic egiſſe cum Cæciliano quomodo uobiſcum agi non uultis,& tamẽ ꝙ Cæcilianũ apud imperatorẽ perſecuti fuerint, etiam ipſis confitentibus & profitẽtibus ſatis cõſtitit. Quod aũt Cæcilianus fuerit ab imperatore dãnatus,omnino nõ cõſtitit:immo etiã conſtitit eũ accuſantibus & perſequentibus maioribus eorũ,& bis numero prius ab epiſcopis, & ab ipſo poſtea imperatore fuiſſe purgatũ.Hoc etiã ipſi confirmauerũt talia poſtea quaſi pro cauſa ſua proferẽdo,ut magis contra ipſos eſſe inuenirentur,& pro cauſa Cæciliani etiã illa quæ protulerunt recitarentur.

B Quoſcunq; ergo accuſare uoluerunt,nullis certis documentis probare potuerunt.Quicquid autem nos & pro eccleſiæ cauſa & pro Cæciliani cauſa diximus, & uerbis ſuis & lectionibus à ſe prolatis etiam ipſi confirmauerunt.Nam protulerũt primo codicem Optati, unde qua ſi probarent Cæcilianũ ab imperatore damnatum,Qui codex cum contra illos legeretur,& magis oſtẽderet Cæcilianum fuiſſe purgatum, ab omnibus riſi ſunt.Sed quia ipſe riſus nõ potuit ab exceptoribus excipi, uerbis ſuis apud acta riſos ſe eſſe teſtati ſunt. Iterum recitauerunt & protulerunt libellum imperatori Conſtantino à ſuis maioribus datum,ubi queſti ſunt ꝙ eos memoratus imperator grauiter perſequeret, ac ſic eodem libello manifeſtarunt ſe apud imperatorem à Cæciliano fuiſſe ſuperatos,falſumqúe eſſe quod dixerant eum ab imperatore damnatum. Tertio protulerunt litteras eiuſdem Conſtantini ad uicarium Verinum datas, ubi eos grauiter deteſtatur, & propterea dicit de exilio relaxandos & furori ſuo dimittendos,quia iam deus in illos cœperat uindicare. Ac ſic etiam iſtis imperatoris litteris confirmauerunt ſe falſum dixiſſe, ꝙ Cæcilianus ab imperatore damnatus ſit,cũ potius imperator ipſos à Cæciliano uictos eſſe monſtrauerit,quando eos uehementer execratus,ideo iuſſit ut de exilio dimitterẽtur, ut deo iudice ſicut etiam cœperat punirentur. Poſtea Felicis Abtungẽſis ordinatoris Cæciliani in medium cauſam miſerunt, dicentes eundem Felicem fuiſſe traditorem à quo Cæcilianus fuerat ordinatus,Et eiuſdem Conſtantini imperatoris pro Cæciliano contra ſeipſos litteras protulerunt, ubi ad proconſulem ſcripſit, ut ad comitatum ſuum mitteret Vigentium. Iſte autem Vigentius confeſſus fuerat in cognitiõe Heliani proconſulis,falſum ſe feciſſe aduerſus Felicem Cæciliani ordinatorem.Dicebant ergo iſti non ſine cauſa uoluiſſe imperatorem ut ad ſe mitteretur Vigentius, niſi quia Cæciliani adhuc cauſa pendebat:& conabãtur immittere ſuſpitionẽ uaniſſimã, qđ poſtea ꝙ Vigentius ad comitatum directus eſt,tunc imperator cõtra Cæcilianũ protulerit iudicare,& illud iudicium ſuum quod nos recitaueramus, ubi inter partes cognouerat Cæcilianũ ꝙ purgauerat,ſententia poſteriore reſcindere. Sed dicebatur eis, ut hoc potius legerent, &

Optatus

Cõſtantinus.

Verinus

nihil omnino proferebāt. Illæ autē litteræ imperatoris,quibus ad se mitti iussit Vigentiū, c
quas contra seipsos pro Cæciliano recitauerunt,hoc continēt,q; Helianus proconsul in cau
sa Felicis audientiam præbuerit cōpetentem,eundemq; Felicem à crimine traditionis inno
centē fuisse constiterit, Sed Vigentium ad comitatum suum propterea iubere transmit
ti, ut illis qui ibi erant & diuturnis diebus eum interpellare non desinebant,apparere & in
timari posset, & frustra eos Cæciliano inuidiam comparare, & aduersus eum uiolenter in
surgere uoluisse. Quis eos crederet ista contra se recitasse pro nobis, nisi dei omnipotentis
nutu factum esset,ut non solum uerba eorum gestis tenerentur, sed etiam manus subscribē
tium legerentur? Nam & ordinē consulum & dierum qui gestis expressus est, si quis nunc
diligēter aduertat,inueniet primo Cæcilianum episcopali iudicio fuisse purgatum. Deinde
non multo post Felicis Abtugensis causa ab Heliano proconsule examinata est,ubi etiam
stitit innocentem. In qua causa ad comitatum mitti iussus est Vigentius,& longe postea i
pse imperator causam inter partes cognouit atq; finiuit. In qua cognitione Cæcilianum in
nocentem,illos autem calumniosissimos iudicauit.In quo ordine consulum & dierum satis
ostēditur fallaciter eos & calūniose dixisse,q; imperator misso ad comitatum Vigētio,iudi
cium suum mutauit,& Cæcilianum quem prius purgauerat postea condemnauit.Non so
lum autem nihil de hac re legere potuerunt, & contra seipsos tanta legerunt,sed etiam per
ordinem consulum euidentius conuincuntur, post causam Felicis proconsulari iudicio ter
minatam,in qua iussum est,ut ad comitatum Vigentius mitteretur, nec paruo interuallo
sed longe postea memorati imperatoris iudicio inter partes habito,Cæcilianum fuisse pur
gatum.Non ergo uobis dicant,quia præmio corrupimus iudicem.Quid enim aliud solent
uicti homines dicere? Aut si aliquid dedimus iudici,ut contra illos pro nobis pronūciaret,
ipsis quid dedimus,ut contra se pro nobis tanta non solum dicerent,uerumetiam recitarēt?
An forte uolunt ut eis apud uos gratias agamus, quia cum dicāt iudicem præmio à nobis D
esse corruptum,ipsi tamen multa quæ pro nobis contra seipsos dixerunt & recitauerūt,gra
tis nobis omnia præstiterunt? Aut certe si propterea dicant q; nos uicerint,quia melius e
gerunt causam Cæciliani quàm nos,hoc planè credatis illis. Nos enim duas lectiones pro
illo sufficere putaueramus:illi autem quatuor protulerunt.Sed quid uos pluribus litteris o
neremus? Si uultis nobis credere credite, & teneamus pariter unitatem quam iubet & dili
git deus, Si autem nobis non uultis credere, gesta ipsa legite,aut uobis ut legantur admit
tite,& an uera sint quæ scripsimus uobis ipsi probate.Si autem nihil horum facere uultis,&
manifestissima ueritate conuictā partis Donati falsitatem adhuc sequi desideratis, mundi
erimus à pœna uestra quando uos sero postea pœnitebit. Si uero id quod uobis præstitit
deus non contempseritis, & post causam tam diligenter actam, & tam diligenter manife
statā, peruersam consuetudinem relinquentes, paci Christi & unitati cōsenseritis,de uestra
correctione gaudebimus: & sacramenta Christi quæ in sacrilegio schismatis ad iudicium
habetis,utilia & salubria uobis erunt,cum in catholica pace habueritis caput Christum,ubi
1. petri 4 charitas cooperit multitudinem peccatorum. Hæc ad uos scripsimus octauodecimo Kalē.
Iulias, pijssimo Honorio Augusto imperante, ut quando possunt ad quosque uestrū istæ
litteræ peruenirent.

Publícola Augustíno proponit multas quæstiones. Epist. CLIII.

Deut.25 DILECTO & uenerabili patri Augustino episcopo, Publícola. Scriptum est,Interroga patrē tuū & indicabit tibi,seniores tuos & dicent tibi. Vnde & mi hi exquirendam legem de ore sacerdotis iudicaui in causa tali.Quæ qualis sit, per litteras expono, simuletiam ut ego instruar in diuersis causis.Singulas aūt quæstiones & diuersas per capitula signari feci, ad quas singillatim dignare respondere. In Arzutibus, ut audiui, decurioni qui limiti præest uel tribuno solent iurare barbari,iurātes per dæmones suos qui ad deducendas bastagas pacti fuerint uel aliqui ad seruandas fru
ges ipsas:singuli possessores uel cōductores solent ad custodiēdas fruges suscipere, quasi iā
fideles

A fideles epistolam decurione mittente, uel singuli transeuntes per ipsos transire. Mihi disce
ptatio in corde nata est,si ille possessor, qui susceperit barbarũ, cuius fides per dæmonũ iu
rationem firma uisa est,non coinquinatur, uel ipse uel illa quæ custodit,uel ille qui deducit
à deductore barbaro.Sed hoc debes scire, quia qui iurat barbarus à possessore pro seruan
dis frugibus accipiat aurum uel à uiatore deductor, sed tamen cum hoc uelut in mercedem
quæ solet dari à possessore uel à uiatore, iuramentum etiam illud in medio est mortale da
tum decurioni uel tribuno : Quod perturbat me ne polluat illum qui suscipit barbari iura
mentum,uel illa quæ custodit barbarus.Quacũq; enim conditione etiam auro dato & ob
sidibus datis,ut audiui,tamen iuramentum iniquum medium intercessit. Dignare aũt mi
hi definitiue rescribere & non suspense. Quod si ipse scribas dubitanter, ego maiores dubi
tationes incidere possum cũq; antecq; interrogassem. Hoc etiam audiui,quia ipsi homines cõ
ductores qui præsunt rei meæ, iuramentum per dæmones suos iurantibus barbaris accipi
unt pro reseruandis frugibus. Si ergo cum illi iurant per dæmones suos ut custodiãt fruges
non polluunt ipsas fruges,ut si inde manducauerit Christianus sciens,uel deprædatio ipsa
rum rerum fuerit,coinquinetur,significare dignare. Item ab alio audiui q; conductori non
iuratur à barbaro,& alter dixit,quia iuratur conductori. Si etiam falsum mihi dixit ille,qui
dixit iurari conductori,si iam pro hoc quod solum audiui non debeo uti de ipsis frugibus
uel de precio ipsarum propter auditũ solũ,quia dictũ est,Si aũt quis dixerit hoc immolati
tiũ est idolis,nolite mãducare propter illũ qui indicauit, si tñ etiã hæc causa similis est causæ
de immolatitio? Quod si ita est,quid debeo de ipsis frugibus,uel de precio ipsarum facere?
Si debeo requirere de utroq;,qui mihi dixit,quia non iuratur conductori,aut qui dixit quia
iuratur conductori,& dictũ unusc uiusq; probare per testes, qui uerũ dixit de illis duobus,
& tãdiu non contingere de ipsis frugibus,uel de precio cũq; diu mihi probatũ fuerit si uerum
dixit ille qui dixit qa nõ iuratur cõductori? Si barbarus qui per iuramentũ suũ iurat malũ,
B fecerit illũ Christianũ conductorẽ uel tribunũ qui limiti præest iurare sibi pro fide illi ser
uãda pro custodiendis frugibus, per ipsum iuramentũ mortale per qd ipse iurat,si solus il
le Christianus coinquinatus sit,an non & illa quorũ causa iurat. Aut si paganus qui limiti
præest iurauerit barbaro pro fide illi seruanda per mortale iuramentum,si non coinquinat
pro quibus iurat? Si quẽ misero ad Arzuges si licet ei iuramentũ accipere à barbaro illud
mortale,& si non coinquinatur si susceperit tale iuramentum Christianus? Si de area tritu
ratoria tritici uel cuiuscunq; leguminis, aut torculari,de qua dæmoni oblatum est,si licet in
de manducare Christianum scientem,Et de luco si licet ad aliquẽ usum suũ Christianũ scien
tẽ ligna tollere? Si quis uadens ad macellum ut emat carnẽ quæ nõ sit immolatitia,& cogi
tationes duas habuerit inde,q; immolata sit,& nõ sit immolata, & illã tenuerit cogitationẽ
quia nõ immolatur,& sit immolata cogitabit,si manducauerit peccat? Sic qui bonam rem
de qua dubitat an bona aut mala sit si faciat ut putat bonã, cum tamen putasset & malã,si
peccatũ ascribatur ei? Si quis dixerit quod immolatitiũ est mentiens, & postea dixerit iterũ
quia mentitus est,& ad fidem uere mentitus est,si licet Christianum inde mãducare aut uẽ
dere,& de precio uti ex eo quod audiuit? Si Christianus aliquis ambulans passus necessita
tẽ,uictus fame unius diei uel bidui,uel multorũ dierum,ut iam durare non possit,ita occur
rerit ut in ipsa necessitate famis in qua sibi uidet iã mortẽ proximare, inuenerit cibũ in ido
lio positum,ubi nullus sit hominũ,& nõ possit inuenire alium cibum,debet mori aut exinde
cibari? si Christianus uideat se à barbaro uel à romano uelle interfici, debet eos ipse Christi
anus interficere ne ab illis interficiatur, Vel si licet sine interfectione eos repellere uel impu
gnare,quia dictũ est,Nõ resistere malo? Si murum possessioni debet Christianus facere, p Matth.5.
pter hostẽ,& si ille Christianus qui fecerit murũ causa nõ existit homicidij, cum inde aliqui
cœperint pugnare,& interficere hostes? Si licet de fonte bibere uel de puteo ubi de sacrifi
cio aliquid missum est? Si de puteo qui in tẽplo est & desertũ factũ est debet Christianus
bibere? Si in tẽplo qd colitur idoli puteus ibi sit uel fons, & nihil ibi factũ sit in eodẽ puteo

uel fonte,ſi debet haurire aquas inde Chriſtianus & bibere? Si Chriſtianus debet in balneis lauare, uel in thermis in quibus ſacrificat ſimulacris? Si Chriſtianus debet in balneis quibus in die feſto ſuo pagani loti ſunt lauare, ſiue cũ ipſis ſiue ſine ipſis? Si in ſolio ubi deſcenderũt pagani ab idolis ueniẽtes in die feſto ſuo, & aliquid illic in ſolio ſacrilegij ſui fecerint, & ſcierit Chriſtianus,ſi debet in eodem ſolio deſcendere. Si Chriſtianus inuitatus ab aliquo appoſitã habuerit carnẽ in eſcam,de qua dictũ fuerit illi quia immolatitia eſt & nõ mãduca uerit eã,poſtea aũt ab aliquo translatã ipſam carnẽ aliquo caſu inuenerit uenalẽ & emerit eã,aut appoſitã habuerit ab aliquo alio inuitatus & non cognouerit eã & manducauerit,ſi peccat? Si de horto uel de poſſeſſiõe idolorũ uel ſacerdotũ eorũ debet Chriſtianus ſciẽs, holus emere uel aliquẽ fructũ,& inde edere? Sanè de iuramento uel de idolis ut laborem non patiaris in requirendo,quæ ut dominus donauit,inuenimus,ante oculos tuos uolui proponere: ſi quid autẽ aliud apertius aut melius in ſcripturis inueneris, dignare mihi ſignificare.

Gen.31 Vnde quæ inuenimus,hæc ſunt, ubi Laban dixit ad Iacob,Deus Abrahã & deus Nachor, quẽ aũt deum,non ſignificauit ſcriptura. Et iterũ ad Abimelech quando uenit ab Iſaac ubi iurauit,uel qui cũ illo erant,ſed quale iuramentũ, nõ ſignificauit ſcriptura. Iterum de idolis,

Iudic.6 ubi ad Gedeon dictũ eſt à domino in libro Iudicum, ut de uitulo quem occiderat holocau-

Ioſue 6. ſtũ faceret. Et in Ieſu Naue de Hiericho,ut omne aurũ, argentũ & æramentũ inferretur in theſauris domini,& ſanctum uocatũ eſt de ciuitate quæ anathema eſt. Et quid eſt illud,qđ

Deut.7 in Deuteronomio poſitũ eſt: Non inferes abominationem in domum tuam, & anathema eris ſicut hocipſum eſt? Dominus te ſeruet, ſaluto te,ora pro me.

Auguſtinus Publicolæ diſſoluit aliquot ex propoſitis quæſtionibus. Ep. CLIIII.

HONORABILI & dilectiſſimo filio Publicolæ, Auguſtinus in domino ſalutẽ.

Æſtus animi tui poſteaq; didici litteris tuis,etiam mei cõtinuo facti ſunt, nõ quo me omnia talia permouerint qualibus indicaſti te eſſe permotum, ſed quomodo tibi auferrentur hi æſtus,fateor,æſtuaui,maxime quia petis ut definitiue tibi reſcriberẽ, ne in maiores dubitationes incideres q̃ anteq̃ interrogaſſes. Hoc enim uideo non eſſe in mea poteſtate. Nã quomodolibet ſcripſero quæ mihi uidentur eſſe certiſſima,ſi tibi non perſuaſero,proculdubio eris incertior. Non aũt ſicut mihi adiacet ſuadere, eo modo adiacet etiam perſuadere cuilibet. Veruntamen ne tuæ dilectioni negarem operã meã,poſt aliquantã deliberationẽ reſcribendũ putaui. Mouet te certe,utrũ eius fide utendũ ſit,qui ut eam ſeruet per dæmonia iurauerit. Vbi te uolo prius conſiderare,utrum ſi quis

Prima quæſtio de iure iurando.

piam per deos falſos iurauerit ſe fidem ſeruaturum,& eam non ſeruauerit, non tibi uideatur bis peccaſſe? Si enim tali iuratione promiſſam cuſtodierit fidem,ideo tantũ peccaſſe iudicaretur,quia per tales deos iurauit. Illum aũt nemo recte reprehenderet quia fidem ſeruauit. Nunc uero quia & iurauit per quos non debuit, & contra pollicitam fidem fecit quod non debuit,bis utiq; peccauit. Ac per hoc qui utitur fide illius quem conſtat iuraſſe per deos falſos,& utitur nõ ad malã rẽ ſed ad licitam & bonam,nõ peccato eius ſe ſociat quod per dæmonia iurauit,ſed bono pacto eius quod fidem ſeruauit. Neq; hic eandem fidem dico ſeruari qua fideles uocantur qui baptizantur in Chriſto. Illa enim longe alia eſt lõgeq; diſcre-

22.q.1.ſed quæritur. 5.ſent.diſ.39 cap.poſt hæc. ta à fide humanorum placitorum atq; pactorũ. Veruntamẽ ſine ulla dubitatione minus malum eſt per deum falſum iurare ueraciter, q̃ per deum uerum fallaciter. Quanto enim quod iuratur magis eſt ſanctũ, tantomagis eſt pœnale periurium. Alia ergo quæſtio eſt, utrum nõ peccet qui per falſos deos ſibi iurari fecit, q̃ ille qui ei iurat per deos falſos quos colit. Cui quæſtioni poſſunt illa teſtimonia ſuffragari,quæ ipſe cõmemoraſti de Labã & Abimelech,ſi tamen Abimelech per deos ſuos iurauit, ſicut Laban per deum Iacob. Hæc, ut dixi,alia quæſtio eſt, quæ me merito fortaſſis mouerit, niſi illa exempla occurriſſent de Iſaac

22.q.1.in nouo & Iacob,& ſi qua alia poſſunt inueniri. Si tamen illud non adhuc mouet quod in nouo teſtamento dictũ eſt,Ne omnino iuremus. Quod quidem mihi propterea dictũ uidetur, nõ quia uerum iurare peccatũ eſt, ſed quia peierare immane peccatũ eſt. A quo nos longe eſſe uoluit

A uoluit qui omnino ne iuremus admonuit. Sed tibi aliud uideri ſcio, unde nunc diſputandū non eſt, ut illud potius agamus unde me conſulendum putaſti. Proinde ſicut non iuras, ita nec aliū ſi hoc placet iurare cōpellas, quamuis dictū ſit ne iuremus, nuſquam autem in ſcripturis ſanctis legi meminerim me ab alio iurationem accipiamus. Alia uero quæſtio eſt, utrum ea pace debeamus uti, quæ inter alios inuicem iurātes facta eſt. Quod ſi noluerimus, ubi uiuamus in terris, neſcio utrum inuenire poſſimus. Neq; enim tantummodo limiti, ſed uniuerſis prouinciis pax conciliatur iuratione barbarica. Vnde & illud ſequetur, ut non fruges tantum quæ ab eis cuſtodiūtur qui per deos falſos iurauerunt, ſed ubiq; inquinata ſint omnia, quæ ipſa pace muniuntur quam iuratio illa confirmat. Quod ſi abſurdiſſimum eſt dicere, nec illa te moueant quæ mouebant. Item ſi de area uel torculari tollatur aliquid ad ſacrificia dæmoniorum ſciente Chriſtiano, ideo peccat ſi fieri permittit, ubi prohibendi poteſtas eſt. Quod ſi factum non comperit, aut prohibēdi poteſtatem non habuit, utitur mūdis reliquis fructibus unde illa ſublata ſunt, ſicut fontibus utimur de quibus haurire aquā ad uſum ſacrificiorū certiſſime ſcimus. Eadē eſt etiam ratio lauacrorum. Neq; enim ſpiritū deducere de aere dubitamus, in quem ſcimus ire fumum ex aris omnibus & incenſis dæmoniorum. Vnde apparet illud eſſe prohibitum, ne in honorem alienorum deorum aliqua re utamur, aut uti exiſtimemur, ſic eā accipiendo, ut quāuis animo contemnamus, eos tamē qui noſtrum animum ignorant ad hæc honoranda ædificemus. Et cum templa, idola, luci, & ſi quid huiuſmodi data poteſtate, euertūtur, quāuis manifeſtum eſt cum id agimus nō ea nos honorare ſed potius deteſtari, ideo tamen in uſus noſtros priuatos duntaxat & proprios non debemus inde aliquid uſurpare, ut appareat nos pietate iſta deſtruere non auaricia. Cum uero in uſus communes non proprios ac priuatos uel in honorem dei ueri conuertuntur, hoc de illis fit quod de ipſis hominibus, cum ex ſacrilegis & impijs in ueram religionem mutantur. Hoc deus intelligitur docuiſſe illis teſtimonijs quæ ipſe propoſuiſti, cū
B de luco alienorum deorum iuſſit ligna ad holocauſtum adhiberi, Et de Hiericho ut omne aurum, argentum & æramentum inferretur in theſauros domini. Quapropter etiam illud quod in Deuteronomio ſcriptum eſt, Non concupiſces argentum uel aurum illorum, nec accipies inde tibi, ne excedas propter illud, quoniā abominatio eſt domino deo tuo, & non conferes execramentum in domum tuam, & eris anathema ſicut & illud eſt, & offenſione offendes & coinquinatione inquinaberis, abominatione illa quia anathema eſt. Satis apparet aut ipſos priuatos uſus in talibus eſſe prohibitos, aut ne ſic inde aliquid inferatur in domum ut honoretur. Tunc enim eſt abominatio & execratio, non cum talibus ſacrilegijs honor apertiſſima deſtructione ſubuertitur. De eſcis autem idolorum nihil amplius nos debere obſeruare quàm qđ præcepit apoſtolus, certus eſto. Et ideo de hac re uerba eius recolens, quæ ſi obſcura eſſent, pro modulo noſtro exponeremus. Non autem peccat qui cibum poſtea neſciens manducauerit quem prius tanquam idolothytum reſpuit. Olus uel quilibet fructus in quolibet agro natus, eius eſt qui creauit, Quia domini eſt terra & plenitudo eius. Et omnis creatura dei bona eſt. Sed ſi illud quod in agris naſcitur conſecratur idolo uel ſacrificatur, tūc inter idolothyta deputandū eſt. Cauendum eſt enim ne ſi putauerimus non ueſcendum olere quod naſcitur in horto templi idoli, conſequens ſit ut exiſtimemus nō debuiſſe apoſtolos apud Athenas cibū ſumere, quia ciuitas erat Mineruæ eiuſq; numini cōſecrata. Hoc & de puteo reſponderim uel fonte qui in templo eſt. Plus autem mouet reuera ſi aliquid ſacrificiorum in fontem uel puteum proijciatur. Sed eadem ratio eſt aeris qui omnem eorum fumum recipit, de quo ſupra diximus, Aut ſi hoc ideo putatur diſtare, quia illud ſacrificium de quo fumus aeri confunditur, non fit ipſi aeri ſed idolo alicui uel dæmonio, aliquādo aūt ſic mittunt ſacrificia in aquas, ut ipſis aquis ſacrificetur, non ideo utiq; ſolis huis luce non utimur, quia ei ſacrilegi ubi poſſunt ſacrificare non ceſſant. Sacrificatur etiam uentis, quibus tamen utimur ad tantas noſtras commoditates, cum eorundem ſacrificiorum ſuorum fumum ipſi quodammodo haurire & uorare uideantur. Si quis dubitat de

22. q. 1. q̄uis.

26. q. 2. ſi de area.

Deut. 7

aliqua carne,utrum immolatitia sit & non est immolatitia,si eam cogitationem tenuerit q̃ C
immolatitia non sit & ea uescatur,non utiq̃ peccat, quia nec est,nec iam putatur immolati-
tia,& si antea putabatur. Neq̃ enim non licet corrigere cogitationes à falsitate in ueritatẽ.
23.q.5. de occidendis Si quis autem bonum putauerit esse quod malum est, & fecerit hoc putando, utiq̃ peccat.
Vim ui repellere Et ea sunt omnia peccata ignorãtiæ,quando quisq̃ bene fieri putat qđ male fit. De occidẽ-
dis hominibus ne ab eis quisq̃ occidatur, non mihi placet consilium,nisi forte sit miles,aut
publica functione teneatur,ut non pro se hoc faciat sed pro alijs,uel pro ciuitate,ubi etiam
ipse est,accepta legitima potestate si eius congruit personæ. Qui uero repelluntur aliquo ter-
rore ne male faciant,etiam ipsis aliquid fortasse præstatur. Hinc autem dictum est, Non re
sistamus malo,ne nos uindicta delectet,quæ alieno malo animum pascit,non ut correctio
nem hominum negligamus. Vnde nec reus est mortis alienæ,qui cum suæ possessioni mu-
rum circũduxerit,aliquis ex ipsorũ usu percussus intereat. Neq̃ enim reus est Christianus,si
bos eius aliquẽ feriendo,uel equus calcem iaciendo aliquem occidat, aut ideo non debent
Christiani boues habere cornua,aut equus ungulas,aut dentes canes, Aut uero quoniã apo
Acto.21. stolus Paulus satis egit,ut in tribuni noticiã perferret,insidias sibi à quibusdã perditis præ-
parari,& ob hoc deductores accepit armatos, si in illa arma scelerati homines incidissent,
Paulus in effusione sanguinis eorum suum crimen agnosceret. Absit ut ea quæ propter bo
nũ ac licitum facimus aut habemus,si quid per hæc præter nostrã uolũtatem cuiq̃ mali ac-
ciderit,nobis imputetur. Alioquin nec ferramenta domestica & agrestia sunt habenda, ne
quis eis uel se uel alterum interimat. Nec arbor aut restis,ne quis se inde suspendat. Nec fe-
nestra facienda est,ne per hanc se quisq̃ præcipitet. Quid plura commemorem, cũ ea com
memorando finire non possim? Quid enim est in usu hominũ bono ac licito,unde nõ pos-
sit etiam pernicies irrogari? Restat ni fallor ut dicamus aliquid de illo uiatore Christiano,
quem commemorasti uictum famis necessitate, si nihil uspiam inuenerit nisi cibum in ido-
lio positum ubi nullus alius est hominum, utrum ei satius sit fame emori quàm illud in ali- D
mentũ sumere, In qua quæstione,quoniam non est cõsequens,ut cibus ille idolothytum sit,
Potuit em̃ uel ab eis q ibi ab itinere diuertẽtes corpus refecerãt,obliuiõe seu uolũtate dimit
ti,uel illic ob aliã causam quamlibet poni, Breuiter respõdeo, Aut certũ est esse idolothytũ,
aut certũ est non esse,aut ignoratʳ. Si ergo certũ est esse,melius Christiana uirtute respuitur,
Si aũt uel nõ esse scitʳ uel ignoratʳ,sine ullo cõsciẽtiæ scrupulo in usum necessitatis assumitʳ.

Augustinus Martiano ueteri amico gratulatur,quod catechumenus sit factus,hor
tans illum ut & baptismum accipiat & Eucharistiam. Epist. CLV.

DOMINO merito suscipiendo & in Christo dilectissimo ac desiderãtissimo fra
tri Marciano,Augustinus in domino salutẽ. Abripui uel potius obripui, &
quodãmodo furatus sum memetipsum multis occupatiõibus meis,ut tibi scri
berem antiquissimo amico, quem tamen non habebam quamdiu in Christo
Lucanus. non tenebam. Nosti quippe ut diffinierit amicitiã romani,ut ait quidam, maximus autor
Tullius eloquij. Dixit enim & uerissime dixit, Amicitia est rerum humanarum & diuinarũ
cum beneuolentia & charitate consensio. Tu autem mi charissime aliquando mihi consenti
ebas in rebus humanis,cum eis more uulgi frui cuperem, & mihi ad ea capessenda quorũ
me pœnitet fauẽdo uelificabas, immo uero uela cupiditatum mearum cum cæteris tunc di
lectoribus meis inter præcipuos aura laudis inflabas. Porrò in rebus diuinis quarum mihi
illo tempore nulla luxerat ueritas, utiq̃ in maiore illius definitionis parte nostra amicitia
claudicabat. Erat enim rerum tantummodo humanarum, non etiam diuinarum,quamuis
cum beneuolentia & charitate consensio. Et posteaq̃ illa cupere destiti,perseuerante quidẽ
beniuolentia,saluum me esse cupiebas salute mortali,& ea rerum prosperitate felicem quã
mundus optare consueuit. Etiam sic itaq̃ aliquantum tibi erat mecum rerum humanarũ
beneuola & chara consensio. Nunc ergo quantũ de te gaudeo, quibus explicem uerbis,quã
do eum quem quoquo modo habui diu amicum, habeo iam uerum amicum. Accessit em̃
etiam

A etiam rerum consensio diuinarum, quoniam qui mecum temporalem uitam quondam iucundissima benignitate duxisti, nunc spe uitæ æternæ mecum esse cœpisti. Modo uero etiã de rebus humanis inter nos nulla dissensio est, qui eas rerum diuinarum cognitione pensamus: ne plus eis tribuamus, quàm modus earum iustissimus postulat: nec eas in aliquo cõtemptu abiiciendo, creatori earum domino rerum cœlestium atq; terrestrium faciamus iniuriam. Ita fit ut inter quos amicos non est rerum consensio diuinarum, nec humanarũ plena esse possit ac uera. Necesse est enim ut aliter quàm oportet humana æstimet, qui diuina contemnit, nec hominem recte diligere nouerit, quisquis eum non diligit qui hominem fecit. Proinde non dico nunc mihi plenius amicus es qui eras ex parte, sed quantum ratio indicat, nec ex parte eras, quãdo nec in rebus humanis mecũ amicitiam ueram tenebas. Rerum quippe diuinarum ex quibus recte humana pensantur, socius mihi nondum eras, siue quando nec ipse in eis eram, siue posteaquam ego eas utcunq; sapere cœpi, à quibus tu longe abhorrebas. Nolo autem succẽseas, nec tibi uideatur absurdum, q̃ ullo tempore cum in uana huius mundi æstuarem, quamuis me multum amare uidereris, nondum eras amicus meus, quando nec ipse mihi amicus eram, sed potius inimicus. Diligebam quippe iniquitatem, & re uera quia diuina sententia est, quia scriptum est in sanctis libris, Qui diligit iniqui *psal.10.* odit animam suam. Cum ergo odissem animam meam, uerum amicum quomodo habere poteram, ea mihi optantem in quibus ipse meipsum patiebar inimicum? Cum uero benignitas & gratia saluatoris nostri illuxit mihi, nõ secundum merita mea, sed secundũ ipsius misericordiã, tu ab hac alienus, quomodo esse posses amicus meus, qui unde beatus esse possem penitus ignorabas, & non in hoc me amabas in quo mihi iam fueram utcunq; amicus effectus? Gratias itaq; deo, q̃ te mihi amicum facere tandem aliquando dignatur. Nunc enim nobis est rerum humanarum & diuinarum cum beniuolentia & charitate consensio in Christo Iesu domino nostro ueríssima pace nostra. Qui duobus præceptis cũcta

B præconia diuina conclusit dicens, Diliges dominum deum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & diliges proximum tuum tanq̃ teipsum, In his duobus præceptis tota lex pendet & prophetæ. In illo primo rerum diuinarum, in hoc secundo rerum humanarum est cum beneuolentia & charitate consensio. Hæc duo si mecum firmissime teneas, amicitia nostra uera ac sempiterna erit, & non solum inuicem nos, sed etiam ipsi domino sociabit. Quod ut fiat, exhortor grauitatem & prudentiam tuam, ut iam etiam fidelium sacramenta percipias, Decet enim ætatem, & congruit quantum credo moribus tuis. Memento quid mihi dixeris profecturo, comicũ quidem de Terentio recolens uersum, sed tamen aptissimum & utilissimum, Nunc hic dies uitam aliam defert, alios mores postulat. *Terentius* Quod si ueraciter dixisti, sicut de te dubitare non debeo, iã profecto sic uiuis ut sis dignus baptismo salutari remissionem præteritorum accipere peccatorum. Iam omnino nõ est cui alteri præter dominũ Christũ dicat genus humanum, Te duce si qua manent sceleris uestigia nostri, Irrita perpetua soluent formidine terras. Quod ex entheo, id est ex sibyllino carmine se fassus est trãstulisse Virgilius, quoniã fortassis etiam illa uates aliquid de unico saluatore in spũ audierat qd̃ necesse habuit cõfiteri. Hæc tibi domine merito suscipiende & in Christo dilectissime ac desiderãtissime frater, siue pauca, sine forsitã multa sint utcũq; occupatissimus scripsi, tua mereri scripta desidero, & te nomẽ dedisse inter cõpetentes uel daturũ esse, iãiãq; cognoscere. Dominus deus noster in quẽ credidisti, & hic & in futuro seculo te cõseruet domine merito suscipiende & in Chrristo dilectissime ac desiderantissime frater.

Virgilius.

Aug. Probã resalutat, & gratias agit quod de salute ipsius fuerit solícita. Ep. CLVI.

DOMINAE insigni & merito illustri & præstantissimæ filiæ Probæ, Augustinus. Est quidem ita ut dicis, q̃ in corpore corruptibili anima cõstituta terrena quadam cogitatiõe constringitur, & tali onere quodãmodo depressa curuatur, ut in imo multa q̃ in summo unum facilius concupiscat & cogitet. Nã hoc etiam sancta scriptura ita dicit, Corpus enim quod corrũpitur aggrauat animã, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa co-

Sapien.9.

Luc.13 gitantem. Sed ideo uenit ſaluator noſter, qui mulierem illam in Euangelio per decē & octo C
annos curuam, quæ fortaſſe hoc ſignificabat, uerbo ſalutis erexit, ut anima Chriſtiana nō
fruſtra audiat, Surſum cor, Nec fruſtra reſpōdeat, ſe habere ad dominū. Quod intuens re/
cte facis, mala huius mundi tolerabilia ducere ſpe futuri. Sic enim uſu quodā bono conuer
tuntur in bonū dum non augēt noſtrā concupiſcentiā ſed exercēt patientiā, de qua re apo
Rom.8 ſtolus ait: Scimus quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. Omnia, in/
quit, Non ſolum ergo illa quæ appetuntur ut ſuauia, uerumetiam illa quæ ut moleſta uitan
tur, quando alia ſic ſuminus ne capiamur, alia ſic ferimus ne frangamur, Et ſecundum præ/
Pſal.33 cepta diuina in omnibus gratias agimus ei de quo dicimus: Benedicam dominū in omni
Pſal.118 tempore ſemper laus eius in ore meo, Et bonū eſt mihi quoniā humiliaſti me, ut diſcam iu
ſtificationes tuas. Neq; enim reuera ſi fallacis proſperitatis ſemper hic trāquillitas arrideret,
anima humana portū illum ueræ certæq; ſecuritatis appeteret, domina inſignis & merito
illuſtris & præſtantiſſima filia. Reddēs itaq; debitū præſtantiæ tuæ ſalutationis obſequiū,
agēsq; gratias quod ſalutis noſtræ religioſiſſimā curam geris, poſco tibi à dño futuræ uitæ
præmia, præſentisq; ſolatia, omniūq; ueſtrū in quorū cordibus per fidē habitat Chriſtus,
me dilectioni orationiq; commendo. Et alia manu. Deus uerus & uerax ueraciter conſole/
tur cor tuū, & protegat ſalutē tuā, domina inſignis & merito illuſtris ac præſtātiſſima filia.

Auguſtinus Optato demonſtrat, quid de animarū origine certum ſit, quid adhuc ſal
ua fidei rectitudine quæri neſciriue poſſit. Epiſt. CLVII

DOMINO beatiſſimo & ſyncera dilectiōe deſiderabili fratri & coepiſcopo O/
ptato, Auguſtinus in domino ſalutem. Quamuis tuæ ſanctitatis nullas
ad meipſum datas acceperim litteras, tamen quia illæ quas ad Mauritaniam
Cæſarienſem miſiſti, me apud Cæſaream præſente uenerunt, quò nos iniun/
cta nobis à uenerabili Papa Zozimo apoſtolicæ ſedis epiſcopo eccleſiaſtica neceſſitas tra/ D
2.Retrac.56 xerat, factum eſt ut ea quæ ſcripſiſti etiam ipſe perlegerem, tradente mihi eandem epiſto/
lam tuā famulo dei ſancto Renato, in Chriſto nobis fratre chariſſimo, Quo petente & mi/
hi licet aliis occupato uehementer inſtante, ad ea ſum reſpondere compulſus. Acceſſit huc
etiam alterius ſancti & cum debito honore nominandi fratris noſtri, & quantū ab illo com
peri neceſſarij tui Mureſſis cū in ſupradicto oppido remoraremur aduentus. Qui mihi re/
tulit etiā ſibi miſſas de hac re litteras uenerationis tuæ, Et me de hac ipſa quæſtione conſu/
luit, ut quid inde ſentirem, uel meis uel ſuis reſcriptis ad te faceret peruenire, utrū ſcilicet ani
mæ ut corpora propagatione naſcātur, ſintq; ex illa una quæ primo homini creata eſt, An
creator omnipotens qui utiq; uſque nunc operatur ſine ulla propagatione nouas faciat ſin
gulas proprias. De qua re antequam aliquid admoneam, ſyncēritatem tuam ſcire uolo, in
tam multis opuſculis meis nūquam me fuiſſe auſum de hac quæſtione definitam proferre
ſententiā, & impudenter referretur in litteras ad alios informandos, quod apud me nō fue/
rit explicatū. Quarum autē rerum atq; cauſarum conſideratione permouear, ut in neutram
aſſertionē meus inclinetur aſſenſus, ſed adhuc inter utrāq; diſceptem, nimis longū eſt hac
epiſtola exprimere, Nec tam neceſſariū, ut hoc omiſſo nō poſſit de hac quæſtione quod ſa
tis eſt deputari, & ſi non ad auferendā cunctationem, certe ad cauendā temeritatem. Illud
enim ubi uel maxime fides Chriſtiana cōſiſtit, quod per hominē mors & per hominem re/
1.Cor.15 ſurrectio mortuorū, Sicut enim in Adā omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes uiuifica
Rom.5 būtur, Et quod per unū hominē peccatū in hūc mundū intrauit, & per peccatū mors, & ita
in omnes homines pertranſijt in quo omnes peccauerūt, Et quod iudiciū quidē ex uno in/
condemnationē, Et quod per unius delictū in omnes homines ad cōdemnationem & per
unius iuſtificationē in omnes homines in iuſtificationem uitæ, Et ſi qua alia teſtimonia de/
clarāt neminē naſci ex Adā, niſi uinculo delicti & dānationis obſtrictū, neminēq; inde libe/
rari niſi renaſcēdo per Chriſtū, tam incōcuſſe tenere debemus, ut ſciamus eū q h oc negaue/
rit, nullo modo ad Chriſti fidē, & ad eā quæ per Chriſtū datur puſillis & magnis dei gratiā
pertinere.

A pertinere. Vnde origo animæ lateat, dū tamē redēptio clareat, periculū nō est. Neq; enim in Christum credimus ut nascamur, sed ut renascamur quomodocunq; nati fuerimus. Hactenus autem dicimus sine periculo latere animæ originem, ut non tamen eam partem dei esse credamus: sed creaturam. Nec de deo natam, sed ab illo factam atq; in eius genus adoptādam mirabili dignatione gratiæ, non parili dignitate naturæ, Nec eam corpus esse sed spiritum, nō creatorem utiq;, sed creatum. Nec ideo uenisse in hoc corpus corruptibile quo grauatur, q; illuc eam uitæ in cœlestibus uel in quibuslibet alijs partibus mundi antea malæ gestæ merita compulerunt. Nondum enim natos apostolus, cū de Rebeccæ geminis loqueretur, nihil egisse dicit boni uel mali, ut non ex operibus quibus nullis alter distingueba tur ab altero, sed ex uocante diceretur minori seruiturum esse maiorem. His igitur firmissime cōstitutis, si tam recondit ū atq; abditum est in occultis operibus dei, ut nec scripturarū diuinarum manifesto eloquio declaretur, utrum propterea nihil boni uel mali nondum nati egisse credendi sint, quia non ex alijs propagatas, sed mox ex nihilo creatas animas singuli accipiunt: an quia cum essent originaliter in parentibus, adhuc ipsi nulli erant qui suas & proprias uitas agerent, illa tamen sit fides salua qua credimus nullam hominum, siue maioris siue paruulæ quamlibet & recentis ætatis liberari à contagione mortis antiquæ & obligatione peccati quod prima natiuitate contraxit, nisi per unū mediatorē dei & hominum, hominem Christum Iesum, Cuius hominis eiusdemq; dei saluberrima fide, etiam illi iusti salui facti sunt, qui priusquam ueniret in carne, crediderunt in carne uēturum. Eadē nanq; fides est & nostra & illorum, quoniā hoc illi crediderūt futurū, quod nos credimus factum. Vnde dicit apostolus Paulus. Habentes autem eūdem spiritum fidei, secundum quod scriptum est, Credidi propter quod locutus sum, & nos credimus propter quod & loquimur. Si ergo eundem spiritum fidei & illi habebant qui uenturum in carne Christum prænuncia runt, quem etiam illi qui eum uenisse nunciarunt, sacramenta esse potuerunt pro temporū

B diuersitate, ad unitatē tamen eiusdem fidei concordissime recurrentia. Scriptum est in Acti bus apostolorū loquente apostolo Petro, Nunc ergo quid tentatis deum imponere iugū supra collū discipulorū, quod neq; patres nostri neq; nos portare potuimus, sed per gratiā domini Iesu credimus nos saluos fieri quēadmodum & illi? Si ergo & illi, id est patres portare iugum legis ueteris non ualentes, per gratiam domini Iesu saluos se fieri crediderunt, manifestum est q; hæc gratia etiam antiquos iustos uiuere fecit ex fide. Iustus enim ex fide uiuit. Lex autem subintrauit ut abūdaret delictum, ut superabundaret gratia per quam sanaretur delicti abundantia. Si enim data esset lex quæ uiuificare posset, omnino ex lege esset iusticia. Cui tamen bono lex data sit, consequenter adiunxit dicēs, Sed conclusit scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Danda itaque fuerat lex quæ manifestius sibi ipsum ostēderet hominem, ne superbus animus humanus à seipso se posse esse iustum putaret, & ignorās dei iusticiam, id est quæ homini ex deo est, & suam uolens constituere, id est quasi suis uiribus partam, iusticiæ dei subiectus nō fieret. Oportebat itaq; ut addito mādato cuius uox est, Non concupisces, superbo peccatori etiā præuaricationis crimen accederet, atq; ita gratiæ medicinam non sanata per legem sed conuicta infirmitas quæreret. Proinde cum omnes iusti, hoc est ueraces dei cultores, siue ante incarnationem, siue post incarnationem Christi, nec uixerint, nec uiuant nisi ex fide incarnationis Christi, in quo est gratiæ plenitudo, profecto quod scriptum est, Non esse aliud nomē sub cœlo, in quo oporteat saluos fieri nos, ex illo tēpore ualet ad saluandū genus humanū, ex quo in Adā uitiatū est genus humanū. Sicut em in Adā oēs moriūtur, ita & in Christo omnes uiuificabuntur. Quia sicut in regno mortis nemo sine Adam, ita in regno uitæ nemo sine Christo. Sicut per Adam omnes iniusti, ita per Christum omnes iusti: Sicut per Adam omnes mortales in pœna facti sunt filij seculi, ita & per Christū omnes immortales in gratia fiunt filij dei. Cur autem creentur etiam illi quos creator præsciuit ad damnationē non ad gratiam pertinere, beatus apostolus tanto succinctiore breuitate, quanto maiore

5. sentent. dist. 25. ca. 1.

2. Cor. 4. psal. 115.

Act. 15

Roma. 5 Gala. 3.

5. sentent. dist. 25. ca. 1.

Acto. 4.

1. Cor. 16.

autorita-

Rom.9 autoritate cõmemorat. Deum enim dicit uolentẽ oſtendere iram, & demonſtrare potentiã C
ſuam attuliſſe in multa patientia uaſa iræ quæ perfecta ſunt in perditionẽ, & ut notas face/
ret diuitias gloriæ ſuæ in uaſa miſericordiæ, quem ſuperius dixerat tanq; figulum luti ex ea
dem maſſa facere, aliud uas in honorẽ, aliud in cõtumeliam. Merito autem uideretur iniu/
ſtum, quod fiunt uaſa iræ ad perditionẽ, ſi nõ eſſet ipſa uniuerſa ex Adam maſſa dãnata.
Quod ergo fiunt inde naſcendo uaſa iræ, pertinet ad debitã pœnã. Quod autẽ fiunt rena/
ſcendo uaſa miſericordiæ, pertinet ad indebitã gratiã. Oſtendit ergo deus irã ſuã, non utiq;
animi perturbationẽ, ſicut eſt quæ ira hominis nuncupatur, ſed iuſtã fixamq; uindictam,
Iob.14 quæ de ſtirpe inobedientiæ ducitur propago peccati atq; ſupplicij. Et homo natus ex mulie
re, ſicut in libro Iob ſcriptũ eſt, breuis eſt uitæ & plenus iracundiæ. Eius enim rei uas eſt qua
plenus eſt, unde iræ uaſa dicũtur. Oſtẽdit & potentiam ſuam quia bene etiam utitur malis,
multa illis naturalia & temporalia bona largiens, eorumq; maliciam ad exercẽdos & eom/
paratione admonendos bonos accommodans, ut in eis diſcant agere gratias deo, quod ab
Pares fuerãt aut paria fe/cerant. eis, nõ ſuis meritis qui in eadẽ maſſa paria fuerũt, ſed illius miſeratione diſcreti ſunt. Quod
maxime apparet in paruulis, de quibus cum per Chriſti gratiã renaſcũtur & iſtam uitã in
illa tenera ætate finientes, in æternã tranſeunt & beatã, dici nõ poteſt quod libero diſcernun
tur arbitrio ab alijs infantibus qui ſine hac gratia in ipſius maſſæ damnatione moriuntur.
Si autẽ hi ſoli crearentur ex Adam, qui eſſent per gratiã recreandi, & præter illos qui in dei
• filios adoptantur, nulli alij homines naſcerẽtur, lateret beneficiũ quod donaretur indignis,
quia nullis ex eadẽ damnabili ſtirpe ueniẽtibus debitũ ſuppliciũ redderetur. Cum uero at/
tulit in multa patientia uaſa iræ, quæ perfecta ſunt in perditionẽ, nõ ſolum oſtendit iram &
demonſtrauit potentiam ſuam redhibendo uindictã, & bene utendo bonis, ſed etiã notas
fecit diuitias gloriæ ſuæ in uaſa miſericordiæ. Ita enim quid præſtetur ſibi diſcit gratis iuſti/
ficatus, dum non ſuo merito ſed gloria largiſſimæ dei miſericordiæ diſcernitur à damnato, D
cum quo eadẽ iuſticia fuerat & ipſe dãnandus. Tam multos aũt creando naſci uoluit, quos
ad ſuam gratiã non pertinere præſciuit, ut multitudine incõparabili plures ſint eis, quos in
ſui regni gloriam filios promiſſionis prædeſtinare dignatus eſt, ut etiã ipſa reiectorũ mul/
titudine oſtenderetur, quàm nullius momenti ſit apud deum iuſtum quantalibet innume/
roſitas iuſtiſſime damnatorum. Atq; ut hinc quoq; intelligãt qui ex ipſa damnatione redi/
muntur, hoc fuiſſe debitũ maſſæ illi uniuerſæ, quod tam magnæ parti eius redditũ cernerẽt,
non ſolum in eis qui originali peccato multa addũt malæ uoluntatis arbitrio, uerumetiam
in tam multis paruulis, qui tãtummodo uinculo peccati originalis obſtricti, ſine gratia me/
diatoris ex hac luce rapiuntur. Tota quippe iſta maſſa iuſtæ damnationis reciperet debi/
tum, niſi ex ea faceret non ſolum iuſtus, ſed etiam miſericors figulus, alia uaſa in honorem
ſecundum gratiam, non ſecundum debitum, dum & paruulis ſubuenit, quorũ nulla merita
dici poſſunt, & maiores præuenit, ut habere aliqua merita poſſint. Quæ cũ ita ſint, Si aſſer/
tio tua nec eò tẽdit, ut nouas animas dicas propter innocentiã nouitatis ſuæ antequam ad
peccandum libero utantur arbitrio damnationi originali obnoxias eſſe non poſſe, ſed eas
fide catholica confiteris, etiam ſi in illa tenera ætate de corpore exierint in damnationẽ per
ditionis ituras, niſi ſacramento mediatoris, qui uenit quærere & ſaluũ facere quod perierat
liberentur: quære ubi, uel unde, uel quãdo cœperint damnationis meritum habere, ſi nouæ
• ſunt, ita ſanè ut deum non facias nec aliquam naturam quam non condidit deus, uel pecca/
ti earum uel innocentiũ damnationis autorem. Et ſi inueneris quod te quærere admonui,
quod ipſe adhuc fateor nõ inueni, defende quantũ potes atq; aſſere animarum infantium
eiuſmodi eſſe nouitatẽ, ut nulla propagatione ducãtur, & nobiſcũ quod inueneris fraterna
dilectione communica. Si autẽ non inueneris, quare uel quomodo fiunt animæ infantium
peccatrices, & nihil in ſeipſis habẽtes maliciæ, à quo cogãtur ex Adã trahere unde damnen
tur, cum eas credas non ex illa prima peccatrice propagatas, ſed nouas atque inſontes inclu
di carne peccati, nec ſic tam temere in aliam ſententiam tua deflectatur aſſenſio, ut eas ex/

illa

A illa una credas propagãdo traduci, ne forte alius inuenire possit, quod ipse non possis, aut aliquãdo inuenias quod nũc non potes. Nã & illi qui animas ex una ꝓpagari asserunt, quã deus primo homini dedit, atq; ita eas ex parẽtibus trahi dicũt, si Tertulliani opinionem se quunt, ꝓfecto eas nõ spiritus sed corpora esse cõtendũt, & corpulẽtis se seminibus exoriri. Quo peruersius quid dici potest? Neq; hoc Tertullianũ somniasse mirandũ est, qui etiam ipsum creatorem dei non esse nisi corpus opinatur. Qua demẽtia repulsa à corde atq; ore Christiano, quisquis animã sicuti est, nõ esse corpus sed spiritũ cõfitetur, & tamẽ in filios ex parẽtibus duci, in eo quidẽ nullis coarctat angustijs, q; omnes animas, etiã paruulorũ quos ecclesia nõ uerũ in falsa sed in uera peccatorũ remissione baptizat, uera fides prædicat trahere originale peccatũ propria primi hominis uolũtate cõmissum, & in omnes posteros generatione transmissum, ac sola regeneratione purgandũ: Sed cũ considerari & pertractari cœperit quid dicatur spirũ si ullus sensus cõprehendit humanus, quo nã modo tanq; lucerna de lucerna accendatur, & sine detrimento alterius alter inde ignis existat, sic anima de anima parentis fiat in prole, uel traducatur in prolem: Vtrum incorporeum semen animæ, sua quadam occulta & inuisibili uia seorsum ex patre currat in matrem cũ fit conceptus in fœmina. An quod est incredibilius in semine corporali lateat. Cum aũt fluunt irrita sine ullis conceptibus semina, utrũ semen animæ non simul exeat, an summa celeritate, atq; atomo tẽporis unde exierat recurrat, an pereat? Et si perit, quõ ipsa cuius mortale semen est immortalis est anima? An immortalitatem tũc accipit, quãdo formatur ut uiuat, sicut iusticiam quãdo formatur ut sapiat: & quo pacto eã deus fingat in homine, etiã si anima seminaliter trahatur ex anima, sicut fingit in homine corporis mẽbra, cuius corpus seminaliter trahat ex corpore? Si uero etiã spiritalis creatura nõ fingeretur à deo, nõ scriptũ esset, Qui fingit spiritũ hominis in ipso. Et in eo quod legitur, Qui finxit singillatim corda hominũ, si per corda significatæ sunt animæ, fingi eas posse quis dubitet? Sed quæritur, utrũ ex una anima hominis primi, sicut fingit singillatim facies hominũ, ex uno tamen corpore hominis primi. Cũ B hæc atq; huiusmodi de hac re multa quæruntur, quæ nullo sensu cordis explorari possunt, & à nostra experientia lõge remota sunt, atq; in abditissimis naturæ sinibus latent, non erubescendũ est homini confiteri se nescire quod nescit, ne dũ se scire mentitur, nunc q; scire meatur. Quis aũt negat nõ unius tantũ sed omnis animæ creatorẽ deũ atq; factorẽ, nisi qui eius eloquijs apertissime refragat? Sine ulla quippe ambiguitate ꝑ prophetã dicit, Omnẽ flatũ ego feci, animas uidelicet intelligi uolens, quod uerba consequẽtia manifestant. Non itaq; unũ quẽ facto ex terra homini primo inspirauit, sed omnẽ flatũ ipse fecit, ipse adhuc facit. Quæritur tamẽ utrũ omnẽ flatũ ex illo uno flatu, sicut omne corpus hominis ex uno illo corpore faciat: an uero noua quidem corpora faciat ex uno, animas autem nouas ex nihilo. Quis enim cõgrua suis originibus genera rerum etiam de seminibus facit, nisi qui ipsa semina sine seminibus fecit? Sed ubi res naturaliter obscura nostrũ modulũ uincit, & aperte diuina scriptura non subuenit, temere hinc aliquid definire humana coniectura præsumit. γνώμη Secundũ uitas aũt quas proprias habere incipiunt, nouos homines dicimus nasci siue anima siue corpore, At uero secundũ originale peccatũ ueteres nascuntur, ideo baptismate renouantur. Aliquid ergo certum de animæ origine nondum in scripturis canonicis comperi. Nam hi qui nouas sine ulla propagine asserũt animas fieri, inter testimonia quibus id nitũtur ostendere, ponunt etiam illa duo quæ pauloante commemoraui. Qui fingit spiritũ hominis in ipso, Et qui finxit singulatim corda hominum. De quibus uides quemadmodum possit à resistentibus responderi. Vtrum enim cum fingit ex alio fingat, an ex nihilo, incertũ est. Illud tamẽ inter cætera testimoniũ uidetur esse præcipuũ, quod in libro Salomonis ecclesiaste legitur, Et reuertetur puluis in terram sicut erat, & spiritus reuertetur ad deum Eccl. 12 qui dedit eum. Sed facillime respondetur, Corpus in terram de qua factum est primum hominis corpus, & spiritus ad deum à quo facta est prima hominis anima. Sicut enim nostrum corpus inquiunt, quamuis ex primo illo corpore propagatum sit, & tamẽ redit unde ipsum

ipsum primum corpus effectū est, Sic anima nostra quamuis ex illa anima propagata, nō C
ad nihilum quia immortalis est, sed ad illū redit à quo ipsa prima anima facta est. Ac per
hoc illud quod scriptum est de spiritu cuiusq; hominis, quod redeat ad deum qui dedit eū,
non soluit istam obscurissimam quæstionē, quia siue ex illo uno siue nullo alio, deus utique
dedit eum. Itemq; illi qui propaginem animarum incōsiderata temeritate defendūt, inter
alia testimonia quæ suæ causæ suffragari arbitrātur, nullum quasi manifestius & expressius
Gen. 46 pro se possunt putare proferendum quàm id quod in Genesi scriptum est: Omnes autem
animæ quæ introierūt cum Iacob in Ægyptum qui exierunt de femoribus eius. Hoc enim
uelut euidentissimo testimonio possunt credi animæ in filios ex parētibus propagari, quo-
niam satis aperte dictum uidetur, animas etiam de femoribus Iacob, non sola exisse corpo-
ra filiorum. Vt eo modo etiam illud intelligi uelint à parte totum, quod dixit Adam, cum
Gen. 2 illi mulier eius ostēderetur, Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro ex carne mea. Nō enim di-
xit, Et anima de anima mea: sed ita fieri potest ut carne nominata utrūq; intelligatur, sicut
hic animas nominauit, & tamē etiā corpora in filiis intelligi uoluit. Sed hoc testimoniū cer
te quasi tam clarum atq; manifestū enodandæ huic quæstioni non sufficeret, nec si ita lege-
retur genere fœminino, quæ exierunt de femoribus eius, ut animas intelligeremus quæ exie
runt. Ideo autem non sufficeret, quoniam & animæ nomine corpus solum posse significari,
modo quodā locutionis ostenditur, quo significatur per id quod cōtinetur illud quod con-
Mar. tinet, sicut ait quidam, Vina coronant, cum coronarentur uasa uinaria. Vinum enim conti-
netur & uas continet. Sicut ergo appellamus ecclesiam basilicam qua continetur populus,
qui uere appellatur ecclesia, ut nomine ecclesiæ, id est populi qui continetur, significemus lo-
cum qui continet, Ita & animæ quæ corporibus cōtinentur, intelligi corpora filiorū per no-
minatas animas possunt. Sic enim melius accipitur etiam illud quod lex inquinari dicit eū,
Numeri 19 qui intrauerit super animā mortuā, hoc est super defuncti cadauer, ut nomine animæ mor- D
tuæ, mortuum corpus intelligatur quod animam continebat, quia & absente populo, id est
ecclesia, locus tamen ille nihilominus ecclesia nuncupatur. Hæc responderentur, si ut dixi fœ
minino genere positum esset, quæ exierūt de femoribus Iacob, id est quæ animæ. Nunc uc-
ro cum masculinum genus sit positum, id est, qui exierunt de femoribus Iacob, quis non ita
intelligere malit, omnes animæ eorum qui exierunt de femoribus eius, id est animæ homi-
num, ut etiam sic possint intelligi secundum corpus tantummodo exisse homines de femo
ribus patris, quorū erant illæ animæ, per quarum numerum intelligūtur tot homines. Vel-
lem autem legere libellum tuum cuius mentionē fecisti in litteris tuis, ne forte aliqua ibi te-
stimonia non ambigua posuisti. A me autem cum quæsisset amicus mihi charissimus & di
uinarū studiosissimus litterarum, quid de hac quæstione sentirem, eiq; remota uerecundia,
Hieronymus hinc æstus meos & ignorantiam fassus essem, scripsit inde longe trans mare ad doctissimū
uirum, cui rescripsit ille, ut potius me consuleret, nescienς quod iam fecerat, nec aliquid à
me certum ac definitum audire potuerat. Significauit tamē in eadem breui epistola sua, se
potius fieri quàm propagari animas credere, Simul etiam admonens animarum propagi-
nem, quia ipse in oriente est, occidentalem ecclesiam solere sentire. Hac ego māiore occasio
ne comperta, scripsi ad eum non breuem librum, consulens eum & petens ut prius me do-
ceat, & tunc ad me mittat quos doceam. Qui liber meus nō doctoris sed inquisitoris, & po-
tius discere cupientis, apud me legi potest, mitti uero uspiam non debet uel cuiquā foris da
ri, nisi cum rescripta domino adiuuante percepero, id quod ille sentit, promptissime ac liben
tissime defensurus, si me docere potuerit, quomodo animæ non ex Adam ueniant, & tamē
ex illo iustam sortem damnationis inueniant, nisi ad remissionem peccatorum renascendo
perueniant, Absit enim ut credamus uel animas paruulorū in lauacro regenerationis fal-
sam accipere peccatorū mundationem, uel deum esse, aut aliquam naturam quam non cō-
didit deus, illius ex qua mundātur inquinationis autorem. Donec ergo aut ille rescribat, aut
ego si deus uoluerit aliquo modo discam, si nullā de illa peccatrice originē ducit, quæ causa
sit animæ

A ſit animæ ſubeũdi originale peccatum,quod neceſſe eſt eſſe in omnibus paruulis, ad quod eam nec deus cogit inſontem,quia peccandi autor non eſt,nec ulla mala natura, quia non eſt,nihil tale audeo prædicare. Te aũt ſi libẽter uel patienter admittis chariſſime frater,admoneo,ne hæreſim nouam minus cautus incurras,quæ antiquiſſimæ fidei ſtabilita molit᷑ fundamenta conuellere aduerſus dei gratiam diſputando,quam dominus Chriſtus puſillis & magnis ineffabili bonitate largitur, Cuius uel autores,uel certe acerrimi notiſſimiq; ſuaſores, cum Pelagius & Cœleſtius extitiſſent,concilioru epiſcopaliũ uigilantia in adiutorio ſaluatoris,qui ſuam tuetur eccleſiam,etiam à duobus uenerabilibus antiſtitibus apoſtolicæ ſedis,papa Innocentio & papa Zozimo,niſi correcti etiã egerint pœnitẽtiam, toto Chriſtiano orbe damnati ſint. De quibus exempla recentiũ ſcripturarum,ſiue quæ ſpeciali ter ad Afros,ſiue quæ uniuerſaliter ad oẽs epiſcopos de memorata ſede manarunt,ne forte ad ueſtrã ſanctitatem nondũ peruenerint, uobis curauimus mitti ab eis fratribus, qbus & has litteras ut tuæ uenerationi dirigerent,dedimus. Hi aũt non ideo ſunt hæretici, quia dicunt animas originem de illa prima peccatrice non ducere, q̃d uel aliqua fortaſſe rõne uera dici põt,uel ſine fidei labe neſciri:ſed hinc conãtur efficere, unde omnino apertiſſimi hæretici iudicant᷑,animas paruulorũ nihil mali ex Adam trahere,q̃d ſit lauacro regeneratiõis expiandũ. Nã Pelagij de hac re argumentatio, quæ inter alia eius damnabilia etiã litteris apoſtolicæ ſedis adiuncta eſt,ita ſe habet,Si anima inquit ex traduce non eſt,ſed ſola caro tantũ habet traducẽ peccati,ſola ergo pœnã meretur. Iniuſtum eſt enim,ut hodie nata anima,non ex maſſa Adæ,tam antiquũ peccatũ portet alienũ: quia nulla rõne conceditur, ut deus qui propria peccata dimittit,unũ imputet alienũ. Si ergo ita potes animarũ aſſerere ſine ulla propagine nouitatẽ,ut rõne iuſta & à fide catholica non aliena,etiã ſic peccato primi hominis oſtendant᷑ obnoxiæ,aſſere q̃d ſentis ut potes. Si aũt nõ eas aliter potes à propagatiõe facere alienas,niſi ut ſimul facias ab omni peccati uinculo liberas,cohibe te ab hu
B iuſmodi diſputatione omnimodo. Non eſt enim falſa etiã in paruulorũ baptiſmate remiſſio peccatorũ,nec uerbotenus dicitur,ſed ueraciter agit᷑. Nã ut iam uerbis utar quæ in ipſa epiſtola beatiſſimi antiſtitis Zozimi legunt᷑, Fidelis dñs in uerbis ſuis, eiusq; baptiſmus re ac uerbis,id eſt,opere,confeſſione & remiſſione uera peccatorũ,in omni ſexu,ætate,conditiõe generis humani eandẽ plenitudinẽ tenens. Nullus. n. niſi qui peccati ſeruus eſt liber efficitur,nec redemptus dici põt,niſi qui uere per peccatũ fuerit ante captiuus,ſicut ſcriptum eſt,Si uos filius liberauerit uere liberi eritis. Per ipſũ enim renaſcimur ſpiritaliter,Per ipſum crucifigimur mũdo,Ipſius morte mortis ab Adam omnibus nobis introductæ atq; tranſmiſſæ uniuerſæ animæ,illud propagatione contractũ chirographum rumpitur,in quo nullus omnino natorũ anteq; per baptiſmũ liberetur non tenetur obnoxius. In his. n. uerbis apoſtolicæ ſedis,tã antiqua atq; fundata certa & clara eſt catholica fides, ut nefas ſit de illa dubitare Chriſtiano. Q̃m ergo morte Chriſti,nõ unius aut aliquarũ, ſed uniuerſæ animæ propagatione contractũ mortis chirographũ rumpitur, ſi potes animas ſic alienas à ꝓpagatione defendere,ut tñ hoc chirographo quod ſola Chriſti morte rumpendũ eſt rectiſſima rõne demonſtrentur obſtrictæ,nec ſua propagatione,ſed carnis hoc debito iuſte appareant obligatæ, non ſolum nemine prohibente defende,uerũetiam id nobis quõ tecum defendere poſſimus oſtende. Si aũt aliter non potes q̃d de animarũ nouitate ſentis,aſſerere, niſi ut eas dicas peccato primi hominis nõ teneri,aut per ꝓpagationem nõ ſuã, ſed carnis, autore deo,uel neſcio qua mali natura innocẽtiſſimas fieri peccatrices,melius origo animæ latet, dũ tamen eam non dubitemus dei eſſe creaturã, q̃ uel deus peccati autor dicitur, uel contra deum aliena mali natura introducitur, uel baptiſma paruulorũ in irritum ducitur. Vt aũt & à me tua dilectio de hac quæſtione aliquid audiat definitum, nõ parui æſtimandum,immo præcipue neceſſarium atq; retinendum,quomodolibet ſe origo habeat animarum,ſiue ex illa una,ſiue ex nulla alia propagentur, Mediatoris tamen animam nullum ex Adam traxiſſe peccatũ dubitare fas nõ eſt. Si enim nulla propagatur ex altera, ubi oẽs te-

nentur propagata carne peccati,quanto minus credendum est ex propagatione peccatricis C
animã uenire potuisse,cuius caro uenit ex uirgine,nõ libidine cõcepta,sed fide,ut esset in si
militudine carnis peccati, nõ in carne peccati.Si aũt peccato primæ animæ peccatricis ideo
cæteræ tenent obnoxiæ,quia ex illa sunt ꝓpagatæ, ꝓfectõ illa quã sibi unigenitus coapta/
uit,aut peccatũ inde non traxit, aut omnino inde nõ tracta est.Neq; n.non potuit animã
sibi trahere sine peccato,qui soluit nostra peccata, aut qui nouã creauit ei carnem quam si/
ne parente fecit ex terra, non potuit nouam creare carnem quam sine uiro sumpsit ex fœ/
mina. Hoc sicut potui non quidem ad me datis,sed tamen ad charissimos nostros sancti/
tatis tuæ litteris,non peritia quam desiderasti, sed solicita dilectione respondi.Si grate ac/
cipis & admonitionem fraternam etiam utilem,non errando,sed prudenter consi[illegible]
cum ecclesiæ pace conseruas,deo gratias.Si autem me ista nõdum nosse miraris, uel etiam
nec miraris,& me aliquid certum de origine animarum salua ista fide [illegible]æ certissima atque
clarissima est,in tua charitate docere non renuis,multo uberius,deo gratias. Memor no/
stri domino semper uiuas,domine beatissime & syncera dilectione desiderabilis frater.

Augustinus Marcellino, ut quæ aduersus Donatistas in concilio episcoporum decreta sunt publicentur,rogans ut qui nolunt resipiscere castigentur, sed citra mortis pœnam.

Epistola. CLVIII.

DOMINO merito insigni multumq; charissimo ac desiderantissimo filio Marcel/
lino,Augustinus in domino salutem. Gesta quæ promisit præstantia tua uehe/
menter expecto, & in ecclesia Hipponensi iamiam cupio recitari, ac si fieri potue
rit per omnes ecclesias etiã in nostra diœcesi constitutas:ut audiant homines plenecq; agno
scant confessores iniquitatis,non dei timore extorquente pœnitentiam, sed iudiciaria dili/
gentia crudelissimorum pectorum aperiente duriciam:siue illorum qui de homicidio & de
excæcato ac debilitato presbyteri corpore confessi : siue illorum qui si illa scire potuissent,
quãuis sibi dicerent displicere,negare non ausi sunt,refugientes catholicam pacem,uelut ne D
criminibus polluantur alienis, & in illo schismatis sacrilegio inter sceleratorum tam imma
nium tantam multitudinem perdurantes : siue etiam illorum qui se inde nõ recessuros etiã
demonstrata sibi catholica ueritate, & Donatistarum peruersitate dixerunt, Non est leue
quod deus agi uoluit per operam tuam. Vtinam tales eorũ causas crebras sic audias & faci
nora eorum atq; insana pertinacia sic sæpe prodatur,eademq; publicata gesta omniũ no/
ticia perferantur.Quod aũt scripsit eximietas tua dubitare te,utrum in theopropia debeas
eadẽ gesta iubere proponi,fiat si potest illuc frequens cõfluere multitudo. Alioquin alius
locus celebrior prouidendus est, non tñ ullo modo prætermittendum.Pœna sanè illorum
cuius de tantis sceleribus confessorum,rogo te ut præter supplicium mortis sit,& propter con
scientiã nostram,& propter catholicam mansuetudinẽ cõmendandam . Ipse enim fructus
ad nos peruenit confessionis illorũ,quia inuenit ecclesia catholica ubi suã erga atrocissimos
inimicos seruet atq; exhibeat lenitatẽ.In tanta quippe crudelitate quæcunq; præter sangui
nem uindicta processerit,magna lenitas apparebit.Quod & si modo quibusdã nostris illa
atrocitate cõmotis uidetur indignũ, & quasi dissolutionis & negligentiæ simile , transactis
tñ motibus animorũ qui recentioribus factis solent turbulentius excitari,egregie luculenta
bonitas apparebit,& ob hoc magis eadẽ gesta legere atq; ostẽdere delectabit,dñe merito
insignis multumq; charissime ac desiderantissime fili. Ibi est sanctus frater & coepiscopus
meus Bonifacius,& per diaconũ Peregrinum,qui cũ illo perrexit cõmonitorium direxi,qd
sic habe tancq; præsentiã meã.Et quod uobis in cõmune pro ecclesiæ utilitate placuerit,hoc
adiuuante dño fiat,qui potens est misericorditer opitulari in tantis malis . Modo Macro/
bius episcopus eorũ stipatus cuneis perditorũ utriusq; sexus , hac atq; illac circũit, aperuit
sibi basilicas quas possessorũ quantulascunq; timor clauserat.Præsente aũt procuratore ui
ri claríssimi Celeris Spondeo quẽ tuæ dilectioni cõmendaui multumq; cõmendo,utcunq;
eorũ frãgebatur audacia:nũc uero posteaq; Carthaginẽ profectus est,etiã in fundis ipsius
basilicas

Theopropia seu theopropium græcis oraculum. Videtur sic appellatus locus ubi solent Cæsarum edicta prouulgari.

A basilicas aperuit,populos congregat. Cum ipso etiam est ille Donatus diaconus rebaptizatus,qui cum fuerit colonus ecclesiæ,uersatus est in illa cæde præcipuus: qui tales nõ cum eo sunt quando & ille cum ipso est,si proconsul uel simul ambo in illos estis sententiam prolaturi. Et forte ille persistit uelle gladio uindicari,quanquam sit Christianus,& quantum aduertere potuimus,non sit ad hæc cruenta procliuis,tamen si necesse fuerit etiam gestis iubete allegari epistolas meas,quas de hac re singulas uobis mittendas putaui. Soleo enim audire in potestate esse iudicis molliri sententiam & mitius uindicare quàm leges. Si autẽ nec litteris meis ad hoc consenserit,hoc saltem præstet ut in custodiam recipiantur,atq; hoc de clemẽtia imperatoris impetrare curabimus,ne passiones seruorum dei quæ debent esse in ecclesia gloriosæ inimicorum sanguine dehonestentur. Scio enim in causa clericorũ Anauensium qui occ[illegible] gentilibus nunc martyres honorantur, imperatorem rogatum facile concessisse,ne illi q[illegible]i eos occiderant & capti iam tenebantur,pœna simili puniẽtur. Libros 2.Retrac.33.
de baptismo parulorum,cum iam codicem ipsum præstantiæ tuæ misissem,cur abs te rursus acceperim oblitus sum: nisi forte cum inspicerem,mendosos eos repperi & emẽdare uolui,quod mirabiliter impeditus,adhuc usq; non cœpi. Epistolam quoq; ad te scribendam & his adiungẽdam quam cum ibi essem iam dictare cœperam,paulo addito sic esse imperfectam scias. Si autem rationem omnium dierum & lucubrationum alijs necessitatibus impensarũ tibi possem reddere, grauiter cõtristatus mirareris, quanta me distendãt q̃ differri omno non possunt,& negare illa non permittunt, in quæ me petẽdo & admonendo argues uolentẽ,& ineffabiliter quia non possum dolentem. Cum enim ab eorũ hominũ necessitatibus aliquantulum uaco,qui me sic angariant, ut eos nullo mõ liceat euitare,nec conténere oporteat, non desunt quæ dictãda præpono,sic in articulis temporũ constituta, ut dilationem temporum non ferant, Sicut mihi fuit breuiatio gestorum collatiõis nostræ satis ope 2.Retrac.39.
rosa,cum uiderem neminem se uelle tanto aggeri litterarum legendo cõmittere,Sicut mihi
B fuit etiam epistola ad ipsos laicos Donatistas,de hac eadem collatione nostra, quam modo aliquot lucubrationibus terminaui. Sicut epistolæ duæ nõ breues, una ad dilectionem tuam,altera ad uirum illustrem Volusianum, quas uos accepisse iam credo, Sicut nunc in manibus habeo librum ad Honoratum nostrum de quæstionibus quibusdã quinq;,quas 2.Retrac.42.
mihi proposuit,& per litteras intimauit,cui non continuo respondere uides quàm minime oporteat. Charitas enim quæ tanquam nutrix fouet filios suos,non ordine amãdi sed ordine subueniẽdi infirmiores fortioribus anteponit, quos tales uult esse, quales iam illi sunt quos non contemnendo,sed de his confitendo interim præterit. Tales ergo mihi necessitates dictandi aliquid,quod me ab eis dictationibus impediat quibus magis inardesco,deesse non possunt,cum paululum spacij uix datur inter aceruos occupationum, quibus nos alienæ uel cupiditates uel necessitates angariatos trahunt. Et quid faciã prorsus nescio. Audisti unde mecum dominũ deprecẽris,sed etiam quod tam instanter, & tam crebro me admones,nolo cesses,non nihil agens. Commendo etiam ego excellẽtiæ tuæ ecclesiam in Numidia constitutam,propter cuius necessitates sanctus frater & coepiscopus meus Delphinus à fratribus & coepiscopis meis ibi collaborantibus & cõperiditantibus missus est. Nec de hac re plura scribo,cum ipso præsente sis auditurus. Cætera in commonitorijs inuenies, quæ ad presbyterum misi,siue modo,siue per diaconum Peregrinum, ne mihi ea totiens iterare necesse sit. Semper in Christo cor tuum uigeat, domine merito insignis multumq; charissime ac desiderantissime fili. Filium nostrum Rufinum Circensem principalem commendo eximietati tuæ.

Augustinus Marcellino Tribuno,ut Donatistas in quæstione confessos atrocia facinora puniat citra supplicium capitis, non quod illi mereantur hanc clementiam, sed quod ita congruat ecclesiæ mansuetudini.

Epistola. CLIX.

DOMINO eximio & merito insigni atq; charissimo filio Marcellino,Augustinus in domino salutẽ. Circũcelliones illos & clericos partis Donati,quos de Hipponensi eccle 23.q.5.Circũcelliones.

sia ad iudicium pro factis eorum publicæ disciplinæ cura deduxerat, à tua nobilitate com C
peri auditos,& plurimos eorum de homicidio quod in Restitutum catholicum presbyterũ
cõmiserunt,& de cæde Innocentij alterius catholici presbyteri atq; de oculo eius effosso &
digito p̃ciso fuisse confessos. Vnde mihi solicitudo maxima incussa est,ne forte sublimitas
tua censeat eos tanta legũ seueritate plectendos, ut qualia fecerunt,talia patiantur. Ideoq;
his litteris obtestor fidem tuam quã habes in Christo,per ipsius dñi Christi misericordiã,
Orat pro homicidis hæreticis. ut hoc nec facias,nec fieri omnino permittas. Quãuis enim ab eorum interitu dissimulare
possumus,qui non accusantibus nostris,sed illorũ notoria ad quos tuendæ publicæ pacis
uigilantia pertinebat,præsentati uideantur examini, nolumus tamẽ passiones seruorũ dei
quasi uice talionis paribus supplicijs uindicari. Non quo sceleſtis hominibus licentiam faci
norũ prohibeamus auferri,sed hoc magis sufficere uolumus,ut uiui & membra corporis par
te truncati,uel ab inquietudine insana ad sanitatis ociũ legum cohertione dirigantur,uel à
malignis operibus alicui utili operi deputẽtur. Vocatur quidem & ista dãnatio. Sed quis
nõ intelligat magis beneficiũ q̃ supplicium nuncupandũ,ubi nec sæuiendi relaxatur auda
cia,nec pœnitendi medicina subtrahitur? Imple christianc iudex pij patris officium,sic suc
cense iniqtati,ut consulere humanitati memineris. Nec in peccatorũ atrocitatibus exercecas
ulciscendi libidinem,sed peccatorũ uulneribus curandi adhibeas uoluntatẽ. Noli perdere
paternam diligentiam,quam in ipsa inquisitione seruasti,quando tantorum scelerum con
fessionem,non extendente eculeo,non sulcantibus unculis,non urentibus flammis,sed uir
garum uerberibus eruisti. Qui modus cohertionis & à magistris artiũ liberaliũ, & ab ipsis
parentibus,& sæpe etiã in iudicijs solet ab episcopis haberi? Noli ergo atrocius uindicare
quos lenius inuenisti. Inquirendi quàm puniendi necessitas maior est. Ad hoc enim & mi
tissimi homines facinus occultatum diligenter atq; instanter examinant ut inueniant qui
bus parcant. Vnde plerunq; necesse est,exerceatur acrius inquisitio,ut manifestato scelere
sit ubi appareat mansuetudo. Omnia quippe bona opera amant in luce constitui,nõ pro D
Matt.5 pter humanam gloriam,sed ut uideant,ait dominus,bona opera uestra,& glorificent pa
trem uestrum qui in cœlis est. Et ideo non suffecit Apostolo monere, ut mansuetudinem
seruaremus,sed ut eam etiam notam omnibus faceremus. Mansuetudo inquit uestra no
Phil.4 *Titum.3* ta sit omnibus hominibus. Et alio loco,Mansuetudinem ostentantes ad omnes homines.
Vt nec illa sancti Dauid quando inimico sibi in manus tradito clementer pepercit,præcla
rissima lenitas emineret,nisi potestas pariter appareret. Non te ergo exasperet uindicandi
potestas,cui lenitatem non excussit examinandi necessitas. Noli facinore inuento quærere
percussorem,in quo inueniendo noluisti adhibere tortorem. Postremo pro ecclesiæ utili
tate missus es. Hoc ecclesiæ catholicæ,aut ut modum dispensationis meæ non supergredi
uidear,hoc ecclesiæ ad Hipponensium regionum diœcesim pertinenti prodesse, hoc expe
dire contestor. Si non audis amicum petẽtem,audi episcopum consulentẽ. Quamuis quo
niam Christiano loquor,maxime in tali causa,non arroganter dixerim,audire te episcopũ
conuenit iubentem,domine eximie & merito insignis atq; charissime fili. Vnde scio quidẽ
causas ecclesiasticas excellentiæ tuæ potissimũ iniunctas, Sed quia credo istam curam ad
uirum clarissimum atq; spectabilem proconsulem pertinere, ad eum quoq; litteras dedi:
quas rogo ut ipse illi tradere & allegare si opus est nõ graueris, atq; ambos obsecro ne im
portunam arbitremini,uel intercessionem, uel suggestionem, uel solicitudinem nostram:
& passiones catholicorum seruorum quæ infirmis ad ædificationem spiritalem utiles esse
debent,haud reciproca inimicorum à quibus passi sunt pœna decoloretis,sed potius refra
cta iudiciaria seueritate,& uestram fidem quia filij estis ecclesiæ,& ipsius matris mansuetu
dinem commendare minime negligatis. Deus omnipotens præstantiam tuam bonis om
nibus augeat,domine eximie & merito insignis atq; charissime fili.

Augustinus Apringium iudicem rogat ac monet, ut mitius puniat,memor ecclesiasticæ mansuetudinis. Circumcelliones atrocia confessos

Epistola CLX.

Domino

A DOMINO insigni & merito sublimi ac præstātissimo filio Apringio, Augustinus. Non dubito in hac potestate quā tibi deus homini in homines dedit, cogitare diuinū iudiciū, ubi & iudices stabūt rationē de suo iudicio reddituri. Christiana quippe fide te imbutum scio, unde mihi ad excellentiā tuā maior fiducia tribuit, non solum petendi, uerūetiam monēdi propter illū dñm in cuius familia nobiscū cœlesti iure censeris, in quo spem uitæ æternæ pariter habemus, & quē pro uobis in sacrosanctis mysteriis inuocamus. Proinde dñe insignis & merito sublimis ac præstantissime fili Primū quæso ut non tibi uidear importunus irruere actibus tuis, ea solicitudine quā me præcipue gerere oportet pro ecclesia mihi credita, cuius utilitatibus seruio, cui non tā præesse q̄ prodesse desidero. Deinde obsecro ut q̄d moneo uel rogo, nō dedigneris accipere, nō cunctēris acquiescere. Circūcellionē quōsdā & dericos Donatistas cura eorū q disciplinæ publicæ inseruiūt præmissa notaria ad iudicia legesq̄ perduxit. Hi cum audirent à uiro clarissimo & spectabili tribuno & notario fratre tuo, filio meo Marcellino, nō tormentis ungularū atq; flāmarum, sed uirgarū coherciti, horrēda facinora in fratres & cōpresbyteros meos à se perpetrata cōfessi sunt, quo scilicet unū eorū exceptū insidijs trucidauerint, alterū è domo raptū, oculo effosso digitoq; amputato trūcauerint. Hæc cū cōperissem illos fuisse cōfessos, ideoq; minime dubitarem sub iura tua securos esse uenturos, has ad tuā nobilitatē literas acceleraui, quibus deprecor, & p misericordiā Christi obsecro, quo sic de tua maiore atq; certiore felicitate gaudeamus, ut eis paria non retribuant, quanq̄ lapidis ictibus digitū præcidere oculumq; cōuellere leges puniendo nō possunt q̄d isti sæuiendo potuerūt. Vnde securus sum de his q hoc se fecisse cōfessi sunt, q; hāc uicissitudinē non reportabūt, sed ne uel ipsi uel illi quorū homicidiū patefactū est p tuæ potestatis sententiā mulctent, hoc timeo, q̄d ne fiat & christianus iudicē rogo, & christianū episcopus moneo. De uobis quidē dixisse Apostolū legimus, q; nō sine causa gladiū geratis, & ministri dei sitis uindices in eos q male agūt.

B Sed alia causa est prouinciæ, alia est ecclesiæ. Illius terribiliter gerēda est administratio, huius clemēter cōmendanda est māsuetudo. Si apud iudicē non christianū mihi sermo esset, aliter agerem, nec tñ etiam sic ecclesiæ causam desererē, & quantū admittere dignaret instarem, ne passiones seruorū dei catholicorū, quæ prodesse debent ad exēpla patientiæ, inimicorum suorū sanguine fœdarent, & si nollet acquiescere, inimico animo eū resistere suspicarer. Nunc uero qñ apud te res agitur, alia mihi ratio est, alia consultatio. Rectorē te quidē præcelsæ potestatis uidemus, sed etiā filiū christianæ pietatis agnoscimus. Subdatur sublimitas tua, subdatur fides tua. Causam tecū tracto cōmunem, sed tu in ea potes, q̄d ego nō possum. Confer nobiscū consiliū, & porrige auxiliū. Diligenter actū est, ut inimici ecclesiæ qui solent uaniloquio seductionis solicitare animos imperitos tanq̄ de persecutione gloriantes, quā se perpeti iactant, horrenda facinora sua in catholicos clericos ꝓpetrata fateren-tur, & suis uerbis implicarētur. Legēda sunt gesta ad sanandas animas, quas pestifera suasione uenenauerunt. Nunquid placet tibi, ut ad finē gestorū, si cruentū istorū suppliciū cōtinebit, legēdo peruenire timeamus, ubi ponimus & ipsam conscientiā, ne malum pro malo qui passi sunt reddidisse uideantur? Si ergo nihil aliud cōstitueretur frenandæ maliciæ perditorum, extrema fortasse necessitas ut tales occiderētur urgeret: quanq̄ q̄d ad nos attinet, si nihil mitius eis fieri posset, mallemus eos liberos relaxari, q̄ passiones fratrū nostrorū fuso eorum sanguine uindicari. Nunc uero cū & aliquid fieri possit, quo & mitis cōmendetur ecclesia, & immitiū cohibeatur audacia, cur non flectas in partē prouidentiorē lenioremq; sententiam, q̄d licet iudicibus facere etiā non in causis ecclesiæ? Time ergo nobiscū iudiciū dei patris & cōmenda mansuetudinē matris. Cum enim tu facis, ecclesia facit propter quā facis, & cuius filius facis. Contende ergo bonitate cū malis. Illi scelere immani mēbra de corpore uiuo auulserunt: tu ope misericordi effice, ut illa quæ nefandis opibus exercebant, alicui utili operi integra eorū membra deseruiant. Illi non pepercerunt correctionem sibi prædicantibus dei seruis: tu parce comprehensis, parce indoctis, parce conuictis. Illi impio fer-

Rom. 15

ro fuderunt sanguinem Christianum, Tu ab eorum sanguine etiam iuridicum gladium C
cohibe propter Christum. Illi ministro ecclesiæ occiso extorserunt spacium uiuendi, Tu ini
micis ecclesiæ uiuentibus relaxa spacium pœnitendi. Talem te oportet esse in causa ecclesiæ
iudicem Christianũ, petentibus, monentibus, intercedẽtibus nobis. Solent homines quan
do cum inimicis eorum conuictis lenius agitur, à mitiore sententia prouocare. Sed inimi
cos nostros ita diligimus, ut nisi de tua christiana obedientia præsumamus, à tua seuera
sententia prouocemus. Deus omnipotens excellentiam tuam auctiorem, felicioremq; con
seruet, domine insignis & merito sublimis ac præstantissime fili.

Augustinus Honorato Donatianæ partis, hortatur ut per litteras placide reddat ratio-
nem, quod modo nomen ecclesiæ, ad ipsos solos reciderit. Epistola. CLXI.

HONORATO episcopo partis Donati, Augustinus episcopus partis ecclesiæ
catholicæ. Consilium tuum nobis multum placuit quod per fratrem Erotem
charissimum nobis, & in Christo laudabilem uirum mandare dignatus es, ut
litteris inter nos agamus, ubi nullus turbarum tumultus perturbare possit di-
spositionem nostram, quæ cum tota lenitate & pace animi suscipienda & agenda est, si-
1. Tim. 2 ut dicit Apostolus, Seruum autem domini litigare non oportet, sed mitem esse ad om-
nes, docibilem, patientem, in modestia corripientem diuersa sentientes. Itaq; breuiter insi-
nuamus, quid à te responderi desideremus. Quoniam ecclesiam dei quæ catholica dicitur,
sicut de illa prophetatum est, per orbem terrarum diffusam uidemus, arbitramur nos non
debere dubitare de tam euidentissima completione sanctæ prophetiæ, quam dominus
etiã in euangelio confirmauit, & apostoli per quos eadem ecclesia dilatata est, sicut de illa
Psal. 2 prædictum erat. Nam & in capite sacrosancti psalterij scriptum est de filio dei, Dñs di-
xit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te, Postula à me, & dabo tibi gentes hæredita-
tem tuam & possessionem tuam terminos terræ. Et ipse dominus Iesus Christus dicit Eu-
angelium suum in omnibus gentibus futurum. Et Apostolus Paulus antequam sermo D
dei in Africam peruenisset, in ipso capite epistolæ quam scribit ad Romanos, Per quem ac
cepimus, inquit, gratiam & apostolatum ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro-
nomine eius. Deinde ipse ab Hierusalem in circumitu per totam Asiam usq; in Illyricum
Euangelium prædicauit, ecclesias constituit atq; fundauit, non ipse sed gratia dei cum eo.
sicut ipse testatur. Quid autem euidentius apparere potest, quàm cum in eius epistolis no
mina etiam regionum uel ciuitatum inuenimus? Ad Romanos, ad Corinthios, ad Gala-
Apoc. 2 tas, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Thessalonicenses, ad Colossenses scribit. Iohannes eti
am scribit ad septem ecclesias, quas commemorat in illis partibus cõstitutas, In quibus eti
am uniuersas ecclesias septenario numero intelligimus commẽdari, Ephesum, Smyrnam,
Sardis, Philadelphiam, Laodiciam, Pergamum, Thiatyram, Quibus omnibus ecclesijs
nos hodie cõmunicare manifestum est, sicut manifestum est, uos istis ecclesijs non cõmuni-
care. Quærimus ergo ut nobis respondere nõ graueris, quam causam forte noueris, qua fa
ctum est ut Christus amitteret hæreditatẽ suam per orbẽ terrarũ diffusam, ut subito in so-
lis Afris, nec ipsis omnibus remaneret. Etenim ecclesia catholica est etiã in Africa, qa per oẽs
terras eam deus esse uoluit & prædixit. Pars aũt uestra quæ Donati dicitur, nõ est in omni
bus illis locis, in quibus & litteræ & sermo & facta apostolica cucurrerũt. Sed ne dicatis, nõ
uocari ecclesiam nostram catholicam, sed macarianam, sicuti eam uos appellatis, nosse de-
bes quod facillime potest in illis omnibus partibus, unde istas terras euangelium Christi
perfudit, nec nomen Donati sciri, nec nomen Macarij. Vestra autem quæ Donati pars di-
citur, nec uos negare potestis, & omnibus notum est ubicunq; est uestra communio. Di-
gnare ergo rescribere nobis, ut sciamus quomodo fieri possit, ut ecclesiã suam Christus de
toto orbe perdiderit, & in uobis solis habere cœperit. Vestrum enim est hæc ostendere, nã
nobis sufficit ad causam nostram quod compleri prophetiam & scripturas sanctas per or-
bem terrarum uidemus. Hoc aũt ego Augustinus dictaui, quia olim uolo loqui inde tecũ.

Videtur

A Videtur enim mihi,uel propter ipſam uicinitatem poſſe nos per litteras de hac re colloqui ſine aliquo tumultu,adiuuante deo quantum ipſa neceſſitas poſtulat.

Auguſtinus oſtendit epiſcopis Donatiſtarum, quanta impudentia perſiſtant in ſuo ſchiſmate,tot iudicijs conuicti. Epiſtola CLXII

DOMINIS dilectiſſimis & merito prædicandis fratribus Glorio, Eleuſio, Felici Grammatico,& cæteris omnibus quibus hoc gratū eſt Auguſtinus. Dixit quidem apoſtolus Paulus:Hæreticū hominē poſt unam correptionem deuita, ſciēs quia ſubuerſus eſt eiuſmodi,& peccat,& eſt à ſemetipſo damnatus. Sed qui ſentētiam ſuā, quāuis falſam atq; peruerſam nulla pertinaci animoſitate defendūt,præſertim quā non audacia præſumptionis ſuæ pepererunt,ſed à ſeductis atq; in errorē lapſis parentibus accepe runt,quærunt aut cauta ſolicitudine ueritatē, corrigi parati cum inuenerint, nequaq; ſunt inter hæreticos deputandi. Tales ergo uos niſi eſſe crederē,nullas fortaſſe uobis litteras mitterem. Quanq; & ipſum hæreticū quālibet odioſa ſuperbia tumidū & peruicacia malæ cōtentionis inſanū,ſicut uitandū monemus,ne infirmos & paruulos fallat,ita non abnuimus quibuſcunq; modis poſſimus corrigendū. Vnde factū eſt,ut etiam ad nōnullos Donatiſtarum primarios ſcriberemus, non cōmunicatorias litteras,quas iam olim propter ſuam perſitatē ab unitate catholica quæ toto orbe diffuſa eſt nō accipiūt,ſed tales priuatas, qualibus nobis uti etiam ad paganos licet,quas illi & ſi aliquando legerunt,reſpondere tamen eis ſiue noluerunt,ſiue ut magis creditur nequiuerūt. Vbi nobis ſatis uiſum eſt impleuiſſe nos officium charitatis, quam non ſolum noſtris ſed & omnibus nos debere ſanctuſſpiritus docet,qui nobis ait per apoſtolū: Vos autē dominus multiplicet,& abundare faciat in charitate,in inuicem & in omnes. Monet etiam alio loco, in modeſtia corripiendos diuerſa ſentientes,ne forte,inquit,det illis deus pœnitentiam ad cognoſcendam ueritatem,& reſipiſcant de diaboli laqueis, captiuati ab ipſo in ipſius uoluntatē. Hæc prælocutus ſum,ne quis

B me exiſtimet impudentius uobis quàm prudentius ſcripta miſiſſe,& hoc modo uobiſcum de negocio animæ ueſtræ aliquid agere uoluiſſe,quia noſtræ cōmunionis non eſtis,cum tamen ſi de negocio fundi,aut alicuius pecuniariæ litis dirimēdæ uobis aliquid ſcriberem,nemo fortaſſe reprehenderet, Vſq;adeo charus eſt hic mundus hominibus, ut ſibimetipſis uiluerint. Erit ergo mihi ad defenſionem teſtis hæc epiſtola in iudicio dei,qui nouit quo animo fecerim,& qui dixit: Beati pacifici,quia ipſi filij dei uocabuntur. Ergo ut meminiſſe dignamini, cum eſſemus in noſtra ciuitate,& nōnulla uobiſcū de cōmunione Chriſtianæ unitatis ageremus,prolata ſunt à partibus ueſtris geſta quædā,quibus recitatum eſt quod ſeptuaginta fermè epiſcopi Cæcilianū quondam noſtræ cōmunionis epiſcopū Carthaginenſis eccleſiæ cum ſuis collegis & ordinatoribus damnauerūt, Vbi etiam Felicis Autumnitani cauſa multo præ cæteris inuidioſius & criminoſius uētilata eſt. Quæ cum eſſent cuncta perlecta,Reſpondimus nō eſſe mirandū,ſi homines qui tunc illud ſchiſma fecerunt,nō ſine cōfectione geſtorū eos,in quos fuerāt ab æmulis & perditis cōcitati,abſentes cauſa incognita temere damnandos eſſe putauerunt,Nos autē alia habere geſta eccleſiaſtica,in quibus Secundus Tigiſitanus qui tunc agebat in Numidia primatum,præſentes & confeſſos traditores reliquit deo iudicandos,& eos in epiſcopalibus ſedibus ſicuti erāt manere permiſit,quorum nomina inter damnatores Cæciliani numerantur,cum etiā Secundus ipſe concilij eiuſdem principatū teneret, ubi abſentes quaſi traditores per eorum ſententias damnauit,quibus præſentibus & confeſſis ignouit. Deinde diximus aliquanto poſt Maiorini ordinationem,quem contra Cæcilianum nefario ſcelere leuauerunt,erigentes altare contra altare, & unitatem Chriſti diſcordijs furialibus diſſipantes, eos petiſſe à Conſtantino tunc imperatore iudices epiſcopos,qui de ſuis quæſtionibus quæ in Africa exortæ pacis uinculum dirimebant, arbitrio medio iudicarent. Quod poſtea quàm factum eſt,præſente Cæciliano & illis qui aduerſus eum nauigauerant, iudicante Melciade tunc Romanæ urbis epiſcopo cum collegis ſuis,quos ad preces Donatiſtarum miſerat Imperator,in Cæciliano nihil pro-

24. q. 3 dixit apoſtolus. Titum 3

1. Theſſal. 3 2. Timoth. 2

Matth. 5

Cæcilianus.

Melciades.

bari potuiſſe, ac per hoc illo in epiſcopatu confirmato, Donatum qui aduerſus eum tunc C
aderat improbatum. Quibus peractis rebus, cũ illi omnes in pertinacia ſceleſtiſſimi ſchiſ/
matis permanerent, poſt apud Arelatum memoratum imperatorem eandem cauſam dili
gentius examinandam terminandamq; curaſſe. Illos uero ab eccleſiaſtico iudicio prouo/
caſſe, ut cauſam Conſtantinus audiret. Quò poſtea q; uentum eſt, utraq; parte aſſiſtente,
innocentem Cæcilianum fuiſſe iudicatum, atq; illos receſſiſſe ſuperatos, & in eadem tamen
peruerſitate manſiſſe. Nec de Felicis Autumnitani cauſa negligentiam conſecutam, ſed ad
eiuſdem principis iuſſionem procõſularibus geſtis etiam ipſum fuiſſe purgatum. Sed quia
hæc omnia dicebamus tantum, non etiam legebamus, minus profecto uobis agere uideba/
mur, q; de noſtra expectabatis inſtantia. Quod ubi ſenſimus, ad ea quæ legenda promiſe
ramus, non diſtulimus mittere. Quæ omnia dum excurrimus ad eccleſiam Geliziranam,
inde ad ueſtrum oppidum reuerſuri bidui non pleni intermiſſione uenerunt, atq; ut noſtis
quantum tempus præmiſit, uno die recitata ſunt uobis. Primo ubi Secũdus Tigiſitanus con/
feſſos traditores à collegio ſuo remouere non auſus eſt, cum quibus poſtea non confeſſum
ſed abſentem Cæcilianum alioſq; ſuos collegas damnare auſus eſt. Deinde geſta procon
ſularia ubi Felix diligentiſſimo examine probatus eſt innocens. Hæc ante meridiem uobis
lecta eſſe meminiſtis. Poſt meridiem uero recitauimus preces eorum ad Conſtantinum,
datiſq; ab eo iudicibus, geſta eccleſiaſtica in Romana urbe habita, quibus illi improbati
ſunt, Cæcilianus autem in epiſcopali honore firmatus, Poſtremo Conſtantini imperato/
ris litteras, quibus omnia multo maxime teſtatiſſima claruerunt. Quid uultis amplius ho
mines, quid uultis amplius? Non de auro & argento ueſtro agitur, non terra, non prædia,
nõ deniq; ſalus corporis in diſcrimen uocatur, de adipiſcenda uita æterna & fugienda mor
te æterna compellamus animas ueſtras. Expergiſcimini aliquando, nõ in una obſcura quæ/
ſtione uerſamur, non recondita ſecreta rimamur, quibus penetrandis uel nulla uel rara hu
mana corda ſufficiũt, res in aperto eſt. Quid eminet clarius, quid cernitur citius? Dicimus D
temerario concilio quamlibet numeroſiſſimo innocentes abſentesq; fuiſſe damnatos. Pro
bamus hoc proconſularibus geſtis, quibus ab omni traditionis crimine alienus iudicatus
eſt ille, quem maxime criminoſum à ueſtris prolata concilij geſta ſonuerunt. Dicimus à tra
ditoribus confeſſis, in eos qui traditores dicerẽtur, dictas fuiſſe ſententias, Probamus hoc
in eccleſiaſticis geſtis, ubi nominatim declarantur, in quibus Secundus Tigiſitanus ea quæ
cognouit uelut contuitu pacis ignouit, & cum quibus poſtea non cognouit, diſciſſa pace
damnauit. Vnde apparuit eum etiam primo non paci conſuluiſſe, ſed ſibi timuiſſe. Obiece
rat ei nanq; Purpurius Liniacenſis, quod etiam ipſe cum detentus eſſet à curatore & ordi/
ne ut ſcripturas traderet, dimiſſus eſt, utiq; non fruſtra, niſi quia tradidit, aut tradi aliquid
iuſſit. Hanc ille ſuſpicionem ſatis probabilem metuens, accepto conſilio à minore Secundo
conſanguineo ſuo, cõſultisq; cæteris qui cũ eo erant epiſcopis, manifeſtiſſima crimina deo
iudicanda dimiſit, atq; ita paci proſpexiſſe uiſus eſt, q̃d falſum erat cũ ſibi proſpexerit. Nã
ſi in eius corde cogitatio pacis habitaret, nõ apud Carthaginem poſtea cum traditoribus
quos præſentes atq; confeſſos deo dimiſerat, damnaret crimine traditionis, quos abſentes
apud eum nemo conuicerat. Tanto magis enim timere debuit ne pax unitatis uiolaretur,
quanto erat Carthago ciuitas ampla & illuſtris, unde ſe per totum Africæ corpus malum
quod ibi eſſet exortum tanq; à uertice effunderet. Erat etiã tranſmarinis uicina regionibus
& fama celeberrima nobilis: unde non mediocris utiq; autoritatis habebat epiſcopum, qui
Romanæ ſedis principatus poſſet non curare conſpirantem multitudinem inimicorũ, cum ſe uideret & Romanæ eccle
ſiæ in qua ſemper apoſtolicæ cathedræ uiguit principatus, & cæteris terris unde euangeliũ
ad ipſam Africam uenit, per communicatorias litteras eſſe coniunctum, ubi paratus eſſet
cauſam ſuam dicere ſi aduerſarij eius ab eo illas eccleſias alienare conarẽtur. Quia ergo ue/
nire noluit ad hoſpitiũ collegarũ, quos à ſuis inimicis cõtra ueritatẽ ſuæ cauſæ puerſos eſſe
ſentiebat uel ſuſpicabat, uel ut ipſi aſſerunt ſimulabat, tanto magis Secũdus ſi ueræ pacis

cuſtos

A cuſtos eſſe uoluiſſet,cauere debuit ne damnarentur abſentes qui iudicio eorum omnino in tereſſe noluerunt,Neq; enim de presbyteris aut diaconis aut inferioris ordinis clericis, ſed de collegis agebatur, qui poſſunt aliorum collegarum iudicio,præſertim apoſtolicarum ecclesiarum,cauſam ſuam integram reſeruare:ubi contra eos ſententiæ dictæ in abſentes,nullo modo aliquid ualerẽt,quando eorum iudicium non primo aditum poſtea deſeruerunt, ſed ſuſpectum ſemper habitum nunquam adire uoluerunt. Hæc res maxime ſolicitare debuit Secundum qui tunc erat primas, ſi propterea concilium regebat ut paci conſuleret, Facile enim forteſſis rabida in abſentem ora placata uel frenata comprimeret,ſi diceret, Videtis fratres poſt tantam ſtragem perſecutionis miſericordia dei à principibus ſeculi pacẽ eſſe conceſſam:nõ debemus nos Chriſtiani & epiſcopi unitatẽ dirumpere Chriſtianam, quam iam paganus nõ inæquitur inimicus. Itaq; aut iſtas omnes cauſas,quas clades turbulentiſſimi tẽporis inflixit eccleſiæ,deo iudici dimittamus, Aut ſi aliqui in uobis ſunt, qui certa iſtorum crimina ita nouerint,ut ea facile ualeant edocere,negantesq; cõuincere,& talibus communicare formidant,pergant ad fratres & collegas noſtros tranſmarinarũ eccleſiarũ epiſcopos,& ibi prius de iſtorum factis & contumacia cõquerantur, quod ad iudiciũ collegarum Afrorum male ſibi cõſcij uenire noluerunt,Aut inde illis denuncietur ut ueniant,ibiq; objectis reſpõdeant. Quod ſi nõ fecerint,ibi etiã eorũ prauitas & peruerſitas innoteſcet,miſſáq; tractatoria ſuper eorũ nomine per totũ orbẽ terrarum quacunq; iam Chriſti eccleſia dilata ta eſt,ab omnibus eccleſijs eorũ communio præcidetur,ne aliquis error in cathedra eccleſiæ Carthaginis oriatur. Tum demũ ſecuri epiſcopũ aliũ plebi Carthaginis ordinabimus,cũ à tota eccleſia iſti fuerint ſeparati,ne forte cum alius modo fuerit ordinatus non ei cõmunicetur ab eccleſia tranſmarina,quia iſte ab honore depoſitus nõ uidebitur quẽ iam ordinatũ fama celebrauit,& ad eum cõmeare cõmunicatorias litteras fecit,atq; ita magnũ ſcandalum ſchiſmatis in unitate Chriſti iam pacatis tẽporibus oriatur,dum præpropere noſtras uolu-
B mus præcipitare ſententias,& non cõtra Cæcilianũ,ſed contra orbẽ terrarũ qui ei per ignorantiam cõmunicat,altare alterũ erigere audeamus. Huic tam ſano rectoq; cõſilio quiſquis infrenis obtẽperare noluiſſet,quid eſſet facturus, aut quomodo aliquẽ abſentiũ collegarũ eſſet damnaturus,cum in poteſtate acta cõcilij nõ haberet cõtradicente primate? Quod ſi tanta & aduerſus primã ſedẽ ſeditio naſceretur,ut nõnulli damnare iam uellent quos uolebant illi differri,quãto melius à talibus inquieta & impacata molientibus, cẽq; à totius orbis cõmunione diſſentiretur. Sed quia nõ erant quæ in Cæcilianũ & ordinatores eius tranſmarino iudicio probarẽtur,propterea nec priuſcq; in eum ſentẽtias dicerent,differre uoluerũt, nec poſteaq; dixerũt perſeueranter id agere, ut eccleſiæ tranſmarinæ in noticiã perferretur, quorũ traditorũ in Africa damnatorũ cõmunionẽ uitare deberet,Quia ſi id facere tentauiſſent, adeſſent ſibi Cæcilianus & cæteri, & ſuã cauſam aduerſus fallaces criminatores apud trãſmarinos eccleſiaſticos iudices diligẽtiſſima diſcuſſione purgarẽt. Itaq; conciliũ illud peruerſum atq; nefariũ, maxime ut creditur traditorum fuit,quibus confeſſis Secundus Tigiſitanus ignouerat: ut quæ de traditione fama crebruerat,infamatis alijs à ſe auerterent ſuſpitionem,ut cum homines per Africã totam credentes epiſcopis falſa de innocentibus loquerẽtur, quod damnati eſſent apud Carthaginem traditores,tanquam in nebula mendaciſſimi rumoris,ipſi qui uere tradiderant latitarent, Vnde uidetis chariſſimi fieri potuiſſe,quod ueriſimile non eſſe quidã ueſtrum dicebãt,ut ſi eſſent de ſua traditione confeſſi,cauſamque ſuam impetrauiſſent deo dimitti oportere,ijdem iudices damnatoresq; tancq; traditorum abſentium poſtea cõſediſſent. Magis enim amplexi ſunt occaſionem,qua poſſent alios falſa criminatione perfundere,& conuerſas in eos linguas hominũ inquiſitione criminũ ſuorũ hoc modo declinare. Alioquin ſi fieri non poſſet, ut quiſque mala quæ ipſe committeret in alio iudicaret, non diceret quibuſdam Paulus apoſtolus: Propterea inexcuſabilis es ô homo omnis qui iudicas. In quo enim alium iudicas, temetipſum cõdemnas, Eadem enim agis quæ iudicas. Quod illi omnino fecerunt,ut hæc uerba apoſtolica integre in eos aptéq; conueniant. Rom.2

conueniant. Non ergo tũc Secundus, quando eorũ crimina deo dimiſit, paci unitatiq; con C
ſuluit, alioquin magis hoc apud Carthaginẽ prouideret ne ſchiſma fieret, ubi nullus ade/
rat, cui confeſſo crimen donare cogeretur. Sed quod erat facillimum, tota conuerſatio pa/
cis eſſet abſentes nolle damnare, Itaq; iniuriam facerent innocentibus, etiam ſi eis non con
uictis neq; confeſſis, neq; omnino præſentibus ignoſcere uoluiſſent. Ille quippe accipit ue/
niam, cuius culpa certiſſima eſt. Quanto ergo immaniores & certiores fuerũt qui ea ſe pu/
tauerunt poſſe damnare, quæ incognita nec donare potuiſſent? Sed illic cognita dimiſſa
ſunt deo ne alia quærerentur, hic incognita damnata ſunt ut illa tegerentur. Sed dicit ali/
quis, Cognouerunt, quod & ſi concedam, etiam ſic abſentibus utiq; parci oportebat. Neq;
enim iudicium deſeruerant ubi nunquam omnino conſtiterant, nec in illis ſolis epiſcopis
Afris erat eccleſia, ut omne iudicium eccleſiaſticum uitaſſe uiderentur, qui ſe iudicio eorum
præſentari noluiſſent. Milia quippe collegarum tranſmarina reſtabant ubi apparebat eos
iudicari poſſe qui uidebãtur Afros uel Numidas collegas habere ſuſpectos. Vbi eſt enim
Eccĩ.11 quod ſcriptura clamat, Antequam interroges ne uituperes quenquam, & cum interrogaue
ris, corripe iuſte. Si ergo nec uituperari, nec corripi niſi interrogatum ſpiritusſanctus uoluit,
quanto ſceleratius non uituperati aut correpti, ſed omnino damnati ſunt, qui de ſuis cri/
minibus nihil abſentes interrogari potuerunt. Sed tamen iſti, qui licet abſentium, & nequa
quam iudicium deſerentium, quia nunquam affuerunt, & ſemper ſibi cuneum illum ſuſpe/
ctum eſſe declarauerunt, tamen cognita crimina damnaſſe dicunt, quæſo uos fratres mei,
quomodo cognouerunt? Reſpondetis, Neſcimus. Quandoquidem ipſa cognitio in illis
geſtis explicata non eſt. Sed ego uobis oſtendam quomodo cognouerunt. Attendite cau/
ſam Felicis Autumnitani, & primo legite quàm uehementiores in eum fuerunt. Sic ergo
& cæterorum cauſam nouerant, ſicut huius qui poſtea innocentiſſimus diligenti & terribili
inquiſitione probatus eſt: quanto itaq; iuſtius & tutius & citius innocentes eos exiſtimare
debemus, quorum crimina ab iſtis leuius accuſata ſunt, & parciore reprehenſione damna- D
ta, quando ille inuentus eſt innocens, in quem multo immanius ſæuierunt. An forte ſicut
quidam dixit, quod quidem cum uobis diceretur, diſplicuit, ſed tamen prætermittendum
non eſt. Ait enim quidam, Non debuit epiſcopus proconſulari iudicio purgari, quaſi uero
ipſe ſibi hoc comparauerit, ac non imperator ita quæri iuſſerit, ad cuius curam de qua ra/
tionem deo redditurus eſſet, res illa maxime pertinebat. Arbitrum enim & iudicem cauſæ
traditionis & ſchiſmatis, illi eum fecerant, qui ad eum etiam preces miſerant, ad quem poſt
ea prouocarunt, & tamen iudicio eorum acquieſcere noluerunt. Itaq; ſi culpãdus eſt quem
iudex terrenus abſoluit, cum ipſe ſibi hoc non popoſciſſet, quantomagis culpandi ſunt qui
terrenum regẽ ſuæ cauſæ iudicem eſſe uoluerunt? Si aũt criminis non eſt prouocare ad im
peratorem, non eſt criminis audiri ab imperatore, Ergo nec ab illo cui cauſam delegauerit
imperator. Quendam etiam ſuſpenſum eculeo in cauſa Felicis epiſcopi amicus ille uoluit
criminari, ut quid etiam ungulis uexaretur. Nunquid poterat Felix contradicere, ne tanta
diligentia uel ſeueritate quæreretur, cũ eius cauſam inueniendam cognitor agitaret? Quid
enim erat illud nolle ſic quæri, quàm de crimine confiteri: & tamen ille ipſe proconſul inter
præconum terribiles uoces, & cruentas carnificum manus nunquam collegam damnaret
abſentem, qui iudicio eius ſe præſentare noluiſſet, cum haberet aliud quod poſſet audiri.
Aut ſi damnaret, certe etiam ipſis ſecularibus legibus pœnas iuſtas & debitas lueret.
Quod ſi geſta proconſularia diſplicent eccleſiaſticis, codice omnia uobis ordine recitata
ſunt. An forte non debuit Romanæ eccleſiæ Melciades epiſcopus cum collegis tranſma/
rinis epiſcopis illud ſibi uſurpare iudicium, quod ab Afris ſeptuaginta ubi Primas Tigi/
ſitanus præſedit, fuerat terminatum. Quid quod nec ipſe uſurpauit? Rogatus quippe im/
perator, iudices miſit epiſcopos qui cum eo ſederent, & de tota illa cauſa quod iuſtum ui/
deretur ſtatuerent. Hoc probamus & Donatiſtarum precibus & uerbis ipſius imperato/
ris, Vtraq; enim uobis lecta meminiſtis, & inſpiciendi ac deſcribendi licentiam nunc ha/
betis.

A betis. Legite & considerate omnia, Videte quanta cura pacis atq; unitatis cõseruandæ uel restituendæ cuncta discussa sint, quẽadmodum accusatorum persona tractata, & quorundam eorum quibus maculis improbata sit, præsentiumque uocibus liquido constiterit, nihil eos habuisse quod in Cæcilianum dicerent, sed totam causam in plebem de parte Maiorini, hoc est, seditiosam & ab ecclesiæ pace alienatam multitudinem transferre uoluisse: ut ab ea uidelicet turba Cæcilianus accusaretur, quam solis tumultuosis clamoribus nulla documentorum attestatione, nullo ueritatis examine ad suam uoluntatem animos iudicũ detorquere posse arbitrabãtur: nisi forte furiosa & poculo erroris atq; corruptionis ebria multitudo uera in Cæcilianũ crimina diceret, ubi septuaginta episcopi, sicut de Felice Autumnitano cõstitit, absentes & innocẽtes collegas, tam insana temeritate damnarũt. Quali enim turbæ illi consenserant, ut aduersus innocentes non interrogatos proferrent sententias, à tali turba etiam rursus accusari Cæcilianum uolebant. Sed planè tales inuenerãt iudices, quibus illam dementiam persuaderent. Potestis enim pro uestra prudentia, & illorum peruersitatem illic attendere, & iudicum grauitatem, quemadmodum ad extremum persuadere non possent, ut à plebe partis Maiorini, quæ certam personam non habebat argueretur Cæcilianus, & requisiti ab eis essent uel accusatores uel testes uel quoquo modo causæ necessarij, qui simul cum eis ex Africa uenerant, & eos præsentes fuisse, atque à Donato subtractos esse diceretur. Promisit idem Donatus quod eos esset exhibiturus, quod cum non semel sed sæpius promisisset, amplius ad illud iudicium accedere noluit, ubi iam erat tanta confessus, ut nihil aliud deinceps nõ accedendo nisi præsens damnari noluisse uideretur, cum tamen ea quæ damnãda essent, eo præsente atque interrogante manifesta fuerint. Accessit aliud ut à quibusdam aduersus Cæcilianũ denunciationis libellus daretur: post quod factum quemadmodum sit rursus agitata cognitio, & quæ personæ illum libellũ dederint, quóq; modo nihil in Cæcilianum probari potuerit, quid dicam, cum & audieritis omnia,
B & quotiens uolueritis legere, possitis? De numero autem septuaginta episcoporum cum quasi grauissima opponeretur autoritas, quæ fuerunt dicta meministis: & tamen uiri grauissimi ab infinitis quæstionibus catena quadam inexplicabili sese nectentibus suum temperare arbitrium maluerunt, nequaquam curantes quàm multi essent illi episcopi, aut unde collecti, quos uidebant tanta temeritate cæcatos, ut in absentes & non interrogatos collegas tam præcipites auderẽt proferre sententias: & tamen qualis ipsius beati Melciadis ultima est prolata sententia, quàm innocens, quàm integra, quàm prouida atq; pacifica: qua neque collegas in quibus nihil constiterat, de collegio suo ausus est remouere, & Donato solo quem totius mali principem inuenerat maxime culpato, sanitatis recuperandæ optionem liberam fecit, cæteris paratus communicatorias litteras mittere, etiam his quos à Maiorino ordinatos esse constaret: ita ut quibuscunque locis duo essent episcopi, quos dissensio geminasset, eum confirmari uellet, qui fuisset ordinatus prior, alteri autem eorum plebs alia regenda prouideretur. O uirum optimum, O filium Christianæ pacis, & patrẽ Christianæ plebis, Conferte nunc istam paucitatem cum illa multitudine episcoporum, neque numerum numero, sed pondus ponderi comparate: Hinc modestiam, inde temeritatem: Hinc uigilantiam, inde cæcitatem. Hic nec mansuetudo integritatem corrupit, nec integritas mansuetudini repugnauit, ibi autem & furore timor tegebatur, & timore furor incitabatur. Isti enim conuenerant cognitione uerorum criminum falsa respuere, illi falsorum damnatione uera celare. Illis ne se tandem Cæcilianus audiendum iudicandumque committeret, cum haberet tales apud quos si ei causa moueretur, innocentiam suam facillime ostenderet? nõ se illis omnino committeret, nec si peregrinus ecclesiæ Carthaginensis subito episcopus esset ordinatus, & ignoraret quid ad corrũpendos animos uel improborũ uel imperitorum posset tunc pecuniosissima mulier quædam Lucilla, quam pro disciplina ecclesiastica corripiendo idem cum esset diaconus læserat: etiam hoc idem accesserat malum ad illam perficiendam iniquitatem. Nam in illo concilio, ubi à confessis traditoribus absentes

atq;

atq; innocentes damnati sunt, pauci quidam erāt qui crimina sua infamatis alijs tegere cu C
piebant,ut homines à ueritatis inquisitione auerterētur falsis rumoribus auocati. Pauci er
go erāt qui hoc negocium maxime curabant,quamuis in ejs esset maior autoritas propter
ipsius Secundi societatem,qui eis pepercerat territus. Cæteri autem Lucillæ pecunia maxi/
me aduersus Cæcilianum empti & instigati perhibentur. Extāt gesta apud Zenophilum
consularem, ubi Nundinarius quidam diaconus à Syluano Zertensi episcopo, quantum
ipsis gestis intelligitur degradatus,cum ei satisfacere per aliorum episcoporum litteras stu
stra conatus esset,multa patefecit iratus,& in iudicium publicū protulit,inter quæ id quoq;
commemoratum legitur,quod Lucillæ pecunia corruptis episcopis in Carthaginensi eccle/
sia in Africæ capite,altare contra altare leuatum est. Scio quod hæc gesta uobis non legeri
mus,sed tempus non fuisse meministis. Inerat etiam nonnullus dolor animi de typho su
perbiæ ueniens,quod non ipsi ordinauerant Carthagini episcopum. Quibus omnibus re
bus cum eos non ueros iudices sed inimicos atq; corruptos Cæcilianus conuenisse cogno/
sceret,quando fieri posset,ut uel ipse uellet uel populus cui præsidebat permitteret, ut reli/
cta ecclesia iret in domum priuatam,non collegarum discutiendus examine sed factionis,
& odijs muliebribus trucidandus? cum sibi præsertim uideret apud ecclesiam transmarinā
priuatis inimicitijs & ab utraq; parte dissensionis alienam, incorruptum & integrum exa/
men suæ causæ remanere. Vbi si nihil aduersarij agere uellent,ipsi se ab orbis terrarum in/
nocentissima communione præciderent. Si autem illic eum accusare tentassent, tunc sibi
adesset,tunc innocentiam suam aduersus eorum machinamenta defenderet, sicut postea
factum esse didicistis, Cum tamen illi nimis sero quæsissent iudicium transmarinum iam
schismatis rei,iam leuati altaris horrendo scelere maculati. Primo enim facerent si ueritate
niterentur,sed falsis rumoribus temporis diuturnitate firmatis, quasi uetusta fama prædi/
cante ad iudicium uenire uoluerunt. Aut quod magis credendum est,damnato prius, sicut D
libuit, Cæciliano,quasi securi sibi uidebantur præfidentes numero suo, nec audentes alibi
commouere causam tam malam,ubi nulla corruptione operante posset ueritas inueniri.
Sed posteaq̄ ipsis rebus experti sunt,cum Cæciliano permanere communionem orbis ter
rarum,& ad eum à transmarinis ecclesijs cōmunicatorias litteras mitti, non ad illum quem
ipsi scelerate ordinauerant,puduit eos semper tacere,quia posset eis obijci, cur paterentur
ignaram per tot gentes ecclesiam communicare damnatis,Et cur seipsi ab innocentis orbis
terrarum communione præciderent, cum tacendo sinerent episcopo quem Carthaginen/
sibus ordinassent à toto orbe non communicari. Elegerunt sicut dicitur ad duas frau/
des agere causam cum Cæciliano apud ecclesias transmarinas,parati ad utrunq;, ut si eum
potuissent quacūq; uersutia falsæ criminationis euincere,satiarent plenissime cupiditatem
suam:Si autem non possent,in eadem quidem peruersitate durarent,sed iam tamen quasi
haberent quod dicerent,malos iudices se esse perpessos,quæ uox est omnium malorum li/
tigatorum, cum fuerint etiam manifestissima ueritate superati, Quasi non eis ad hoc dici
posset & iustissime dici,Ecce putemus illos episcopos qui Romæ iudicarunt,non bonos iu
dices fuisse,restabat adhuc plenarium ecclesiæ uniuersale concilium,ubi etiam cum ipsis iu
dicibus causa posset agitari, ut si male iudicasse conuicti essent,eorum sententiæ soluerentur. Quod utrum fecerint probent,Nos enim non factū esse facile probamus, ex eo quod
totus orbis non eis communicat: Aut si factum est,etiam ibi sunt uicti, quod ipsa eorum
separatio manifestat. Sed tamen quid postea fecerint, imperatoris litteris sufficientissime
ostenditur. Iudices enim ecclesiasticos tantæ autoritatis episcopos,quorum iudicio & Cæci
liani innocentia & eorum improbitas declarata est,nō apud alios collegas, sed apud impe
ratorem accusare ausi sunt q; male iudicarunt. Dedit ille aliud Arelatense iudiciū, aliorum
scilicet episcoporum,non quia iam necesse erat,sed eorum peruersitatibus cedens,& omni/
modo cupiens tantam impudentiam cohibere. Neq; enim ausus est Christianus impe/
rator sic eorum tumultuosas & fallaces querelas suscipere, ut de iudicio episcoporum qui
Romæ

A Romæ ſederant ipſe iudicaret,ſed alios,ut dixi,epiſcopos dedit,à quibus tamẽ illi ad ipſum
rurſum imperatorem prouocare maluerunt.Qua in re illos quemadmodum deteſtetur au/
diſtis: atq; utinam ſaltem ipſius iudicio inſaniſſimis animoſitatibus ſuis finem poſuiſſent,
atque ut eis ipſe ceſſit,ut de illa cauſa poſt epiſcopos iudicaret, à ſanctis antiſtitibus poſtea
ueniam petiturus,dum tamen illi quid ulterius dicerent non haberent, ſi eius ſententiæ nõ
obtemperarent, ad quem ipſi prouocauerunt, ſic & illi aliquando cederent ueritati. Iuſſit
enim ille ut ei partes ad agendam cauſam Romam occurrerent. Quò cum Cæcilianus ne/
ſcio qua cauſa non occurriſſet, interpellatus ab eis, præcepit ut Mediolanum ſequerentur.
Tunc ſe aliqui eorũ ſubtrahere cœperunt,fortaſſe indignati, quia non eſt eos imitatus Con
ſtantinus,ut iam ſtatim atq; uelociter Cæcilianum damnaret abſentem. Quod ubi cogno/
uit prouidus imperator, reliquos ab officialibus cuſtoditos, fecit Mediolanum peruenire.
Quò cum etiam Cæcilianus peruenìſſet,ipſum quoq; ſicut ſcripſit exhibuit, cognitaq; cau/
ſa,qua diligentia,qua cautela,qua prouiſione,ſicut eius indicant litteræ,Cæcilianum innocẽ
tiſſimum,illos improbiſſimos iudicauit. Et adhuc baptizant extra eccleſiam,& ſi poſſint re/
baptizant eccleſiam,ſacrificant in diſſenſione & ſchiſmate,& pacis nomine populos ſalutãt,
quos à pace ſalutis exterminant,conſcinditur unitas Chriſti,blaſphematur hæreditas Chri
ſti,exufflatur baptiſma Chriſti:& nolunt in ſe iſta per ordinarias humanas poteſtates fla/
gellis temporalibus emendari, ne in æternas pœnas pro tantis ſacrilegijs deſtinentur. Nos
eis obijcimus furorem ſchismatis, rebaptizatiõis inſaniam,ab hæreditate Chriſti, quæ per
omnes gentes diffuſa eſt,nefariam ſeparationem.De codicibus non tantum noſtris, ſed eti
am eorum recitamus eccleſias,quarum nomina hodie legunt, & quibus hodie non commu
nicant.Quæ cum recitantur in cõuenticulis eorum,lectoribus ſuis dicunt,Pax tecum:& cum
ipſis plebibus,quibus ipſæ litteræ ſcriptæ ſunt,pacem non habent:Et ipſi nobis obijciunt uel
falſa crimina mortuorum, uel etiam ſi uera, tamen aliena: non intelligentes in his quæ nos
B eis obijcimus omnes illos teneri: in his uero quæ nobis obijciunt,paleam uel zizaniam meſ
ſis dominicæ reprehendi,ad frumenta autem crimen non pertinere:neq; conſiderantes quia
quibus mali placent in unitate,ipſi cõmunicant malis:quibus autem diſplicent,& eos emen
dare non poſſunt, neque ante tempus meſſis audent zizania eradicare, ne ſimul eradicent
& triticũ,non factis eorum,ſed altari Chriſti communicant:ita ut non ſolum non ab eis ma
culentur,ſed etiam diuinis uerbis laudari prædicarique mereantur,quoniam ne nomẽ Chri/
ſti per horribilia ſchiſmata blaſphemetur,pro bono unitatis tolerãt,quod pro bono æqui/
tatis oderunt.Si habent aures, audiant quid ſpiritus dicat eccleſijs.Sic em̃ in Apocalypſi Io Apoca. 2
annis legitur. Angelo,inquit, eccleſiæ Epheſi ſcribe:Hæc dicit qui tenet ſeptem ſtellas in de/
xtera ſua,qui ambulat in medio ſeptem candelabrorum aureorum: Scio opera tua & labo
rem & patientiam,& quia non potes ſuſtinere malos, & tentaſti eos qui ſe dicũt apoſtolos
eſſe,& non ſunt,& inueniſti eos mendaces,& patiẽtiam habes & ſuſtinuiſti eos propter no/
men meum,& non defeciſti. Quod ſi de angelo ſuperiorum cœlorum,& non de præpoſitis
eccleſiæ uellet intelligi,non conſequenter diceret: Sed habeo aduerſum te quod charitatem
tuam primam reliquiſti. Memor eſto itaque unde excideris,& age pœnitentiam, & prima
opera fac. Sin autem,uenio tibi & mouebo candelabrum tuum de loco ſuo,niſi pœnitenti/
am egeris. Hoc ſuperioribus angelis dici non poteſt, qui perpetuam retinent charitatem,
unde qui defecerunt & lapſi ſunt,diabolus eſt & angeli eius. Ergo primam charitatem di/
cit, quia ſuſtinuit pſeudapoſtolos propter nomen Chriſti, quam iubet ut repetat & faciat
priora opera ſua. Et obijciuntur nobis crimina malorum hominum,non noſtra,ſed aliena,
& ipſa partim incognita: quæ ſi etiam uera & præſentia uideremus, & zizanijs propter fru/
menta parcentes,pro unitate toleraremus, non ſolum nulla reprehenſione,ſed etiã non par
ua laude nos dignos diceret,quicunque ſcripturas ſanctas non corde ſurdus audiret. Tole/
rat Aaron multitudinem idolum exigentem & fabricantem & adorantem. Tolerat Moy/
ſes aduerſus deum tot milia murmurantia,& totiens offendentia ſanctum nomen eius. To

lerat Dauid Saulem perſecutorem ſuum,ſceleratis moribus cœleſtia deſeretem, magicis ar/ C
tibus inferna quærentem,occiſum uindicat,Chriſtum etiam domini propter ſacramentum
uenerandæ unctionis appellat. Tolerat Samuel nefandos filios Heli, peruerſos filios ſuos,
quos populus quia tolerare noluit,diuina ueritate accuſatus,diuina ſeueritate correptus eſt.
Tolerat denique ipſum populum ſuperbum contemptorem dei. Tolerat Eſaías in quos
tam multa uera crimina iaculatur. Tolerat Hieremias à quibus tanta perpetitur. Tole/
rat Zacharias phariſæos & ſcribas, quales illo tempore fuiſſe ſcriptura teſtatur. Scio me
multos prætermiſiſſe, legant qui uolunt, legant qui poſſunt eloquia cœleſtia, inuenient o/
mnes ſanctos dei ſeruos & amicos ſemper habuiſſe quos in ſuo populo toleraret,cum qui/
bus tamen illius temporis ſacramenta communicantes,non ſolum non inquinabantur,ſed
Ephe.4 etiam laudabiliter ſuſtinebant,ſtudentes,ſicut ait Apoſtolus,ſeruare unitatē ſpiritus in uín
culo pacis. Attendant etiam poſt domini aduentum, ubi multo plura huius tolerantiæ per
totum orbem inueniremus exempla, ſi omnia ſcribi & in autoritatem redigi potuiſſent, ta/
men hæcipſa quæ habemus aduertite. Tolerat ipſe dominus Iudam, diabolum, furem,&
uenditorem ſuum:ſinit accipere inter innocentes diſcipulos,quod fideles nouerunt precium
noſtrum. Tolerant apoſtoli pſeudapoſtolos,& inter ſua quærentes non quæ Ieſu Chriſti,
Paulus non ſua quærens, ſed quæ Ieſu Chriſti cum glorioſiſſima tolerantia conuerſatur.
Poſtremo, quod pauloante commemoraui, diuina uoce laudatur ſub angeli nomine præ/
poſitus eccleſiæ,quod cum odiſſet malos,eos tamen tentatos & uiuentes pro nomine domi
ni tolerauit. Ad ſummam ſeipſos interrogent: Nónne tolerantur ab eis cædes & incendia
Circumcellionum, ueneratores præcipitatorum ultro cadauerum,& ſub incredibilibus ma
lis unius Optati per tot annos totius Africæ gemitus? Parcò iam dicere ſingulorū per Afri
cam regionem & ciuitatum & fundorum tyrannicas poteſtates,& publica latrocinia. Meli/
us enim uobis hæc uoſipſi dicitis, ſiue in aurem, ſiue palàm, ſicut libitum fuerit. Quocun/
que enim oculos uerteritis,occurret quod dico,uel potius quod taceo:neque hinc iſtos quos D
ibi diligitis accuſamus. Non enim nobis diſplicent,quia tolerant malos,ſed quia intolerabi
liter mali ſunt propter ſchiſma,propter altare contra altare,propter ſeparationem ab hære
ditate Chriſti toto orbe diffuſa,ſicut tanto ante promiſſa eſt, Violatam pacem, conſciſſam
unitatem,iterata baptiſmata,exufflata ſacramenta,quæ in ſceleratis quoq; hominibus ſan/
cta ſunt,plangimus & lugemus. Quæ ſi paruipendunt,intueantur exemplа quibus demon
ſtratum eſt quanti hæc penderit deus. Qui fecerunt idolum,uſitata gladij morte perempti
ſunt: qui uero ſchiſma facere uoluerunt, hiatu terræ principes deuorati,& turba conſentiens
igne conſumpta eſt,Diuerſitate pœnarum, diuerſitas agnoſcitur meritorum. Traduntur in
perſecutione ſancti codices,confitentur traditores,& deo dimittuntur. Non interrogantur
innocentes,& ab hominibus temerarijs damnantur. Probatur integer certis indicijs, qui in/
ter abſentes damnatos multo uehementius cæteris criminatus eſt. Iudicium epiſcoporum
ad imperatorē appellatur. Iudex eligitur imperator,Iudicans cōtemnitur imperator. Quæ
tunc acta ſunt legiſtis,quæ nunc agantur uidetis:ſi de illis in aliquo dubitatis,iſta iam cerni
te. Certe non chartis ueteribus,non archiuis publicis,non geſtis forenſibus aut eccleſiaſticis
agimus. Maior liber noſter orbis terrarum eſt, in eo lego cōpletum, quod in libro dei lego
Pſal. 2 promiſſum. Dominus,inquit,dixit ad me,filius meus es tu, ego hodie genui te: Poſtula à
me,& dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ. Huic hæ/
reditati qui non communicat,quoſlibet libros teneat,exhæredatum ſe eſſe cognoſcat. Hanc
hæreditatē quiſquis expugnat,alienū ſe eſſe à familia dei ſatis indicat. Certe de traditiōe di/
uinorum librorum uertitur quæſtio,ubi hæreditas iſta promiſſa eſt. Ille ergo credatur teſta
mentum tradidiſſe flammis,qui contra uoluntatem litigat teſtatoris. Quid tibi fecit O pars
Donati,quid tibi fecit eccleſia Corinthiorum? Quod autem de iſta dico, de omnibus tali/
bus & tam lōge poſitis intelligi uolo. Quid uobis fecerūt quæ nec omnino quid feceritis,nec
quos infamaueritis noſſe potuerunt? An quia Lucillam Cæcilianus in Africa læſit, lucem

Chriſti

A Christi orbis amisit? Tandem sentiant quod fecerunt, merito certe annorum interuallo in oculos eorum reuolutum est opus ipsorum. Quærite per quam fœminã Maximianus, qui dicitur esse Donati propinquus, sese à Primiani communione præciderit, & quemadmodum congregata episcoporum factione, Primianum damnarit absentem, & aduersus eum episcopus ordinatus sit: quemadmodum Maiorinus per Lucillam congregata episcoporũ factione Cæcilianum damnauit absentem, & contra eum episcopus ordinatus est? An forte quod à cæteris Afris suæ communionis episcopis contra factionem Maximiani Primianus purgatus est, ualere uultis: & quod à transmarinis unitatis episcopis aduersus factionẽ Maiorini Cæcilianus purgatus est, ualere non uultis? Rogo fratres mei, quid magnum peto, quid difficile à uobis intelligi cupio? Multum quidem interest, & incõparabiliter distat, uel autoritate uel numero Africana ecclesia, si cum cæteris orbis partibus conferatur: & longe minor est, etiam si unitas hic esset, longe omnino minor est comparata cæteris Christianis omnibus gentibus, quàm pars Maximiani comparata parti Primiani, peto tamẽ & iustum esse arbitror, ut tantum ualeat concilium Secundi Tigisitani, quod Lucilla conflauit aduersus absentem Cæcilianum & apostolicam sedem, totumq; orbem Cæciliano communicantem, quantum ualet concilium Maximianensium, quod similiter fœmina nescio quæ cõflauit aduersus absentem Primianum, & cæteram per Africam multitudinem Primiano communicantem. Quid apertius cernitur? Quid æquius postulatur? Videtis hæc omnia & nostis & gemitis, & tamen uidet & deus quod & uos in tam pestifera & sacrilega præcisione nulla res cogit remanere, si pro adipiscendo spiritali regno, carnalem superetis affectum, & amicitias hominum, quæ in iudicio dei nihil proderunt, pro deuitandis sempiternis pœnis non timeatis offendere. Ecce ite consulite, quid contra hæc nostra possint respondere cognoscite: si proferunt chartas, proferimus chartas: si falsas nostras esse dicũt, hoc nos de suis dicere non indignentur. Nemo delet de cœlo constitutionem dei, nemo delet de terra eccle-
B siam dei: ille totum orbem promisit, ista totum orbem repleuit, & malos habet & bonos: sed nec in terris amittit nisi malos, nec in cœlum admittit nisi bonos. Erit autem uobis hic sermo, quem de munere dei, nouit ipse, quanta & pacis & uestra dilectiõe deprompsimus, correctio si uelitis, testis uero & si nolitis.

Augustinus refert quæ cœpta sint agi de concordia cum Fortunio Donatistarum episcopo, monens & hortans ut sine tumultu, quod placide cœptum est, perficiatur conuentu frequentiore. Epistola CLXIII

DOMINIS dilectissimis & prædicabilibus fratribus Eleusio, Glorio & Felici, Augustinus. Fortunium, quem Tuburscicj habetis episcopum, per eandem ciuitatem, quanquam festinantissime, cum ad Zertensem ecclesiam pergeremus, expti sumus, ita omnino ut de illo soletis benignissime polliceri. Eã ipsam quippe uestram de illo nobis sermocinationem cum ei renunciaremus uolentes eum uidere, non abnuit. Venimus itaq; ad eum, quia ætati eius id à nobis deferendum uidebatur potius, cq; exigendum, ut ipse ad nos ueniret prior. Perreximus ergo comitantibus non paucis, quos forte aggregatos nobis illud tempus inuenerat. Cum autem apud eum consedissemus, rumore disperso non parua præterea turba cõfluxit, sed in tota illa multitudine perpauci apparebant, qui utiliter ac salubriter agi causam illam, & tantam reicq; tantæ quæstionem prudenter & pie discuti cuperent. Cæteri uero magis ad spectaculum quasi altercationis nostræ propè theatrica consuetudine, quàm ad instructionem salutis christiana deuotione conuenerant. Quapropter nec silentium nobis præbere, nec intẽte nobiscum atq; modeste saltem & ordinate colloqui potuerunt, exceptis, ut dixi, paucis, quorum religiosa & simplex appare bat intentio. Itaque libere pro sui cuiusq; animi motu immoderate loquentium omnia strepitu turbabantur, nec euincere siue nos siue ipse rogando, interdum etiam obiurgando potuimus, ut nobis modestum silentium præberetur. Res tamen utcunq; agi cœpta est, & ali-

quot horas in alterno ſermone protraximus,quantum uocibus interquieſcentibus uarie tu/
multuantium ſinebamur. Sed in ipſo diſputationis exordio, cum uideremus ea quæ dice/
bãtur ſubinde labi de memoria uel noſtra,uel eorum quorũ ſalutẽ maxime curabamus: &
ut eſſet nobis cautior modeſtiorq; tractatio,ſimul & uos atq; alij fratres,qui abſentes erãt,
quid inter nos actum eſſet,legẽdo cognoſceretis, poſtulauimus ut à notarijs uerba noſtra
exciperentur:ubi diu ab illo uel ei conſentientibus reluctatũ eſt, poſtea tamen ipſe cõceſſit.
Strenue pro celeriter. Sed notarij qui aderant, atque id ſtrenue facere poterant,neſcio qua cauſa excipere nolue/
runt.Egimus ſaltem ut fratres qui nobiſcum erant,quanquam in hac re tardius poſſent ex/
ciperent,pollicentes nos ibi eaſdem tabulas relicturos. Conſenſum eſt. Cœperunt uerba no
ſtra excipi,& aliqua ab inuicem ad tabulas dicta ſunt. Poſtea inordinatas perſtrepentium
interpellationes, & propterea noſtram quoque turbulentiorem diſputationem notarij non
ualentes ſuſtinere,ceſſerunt,nobis ſanè non deſiſtentibus, & ut cuiq; faculas dabatur mul/
ta dicẽtibus. Ex quibus omnibus uerbis noſtris quantũ recordari potui,cauſa totius actio/
nis dilectionem ueſtram fraudare nolui.Poteſtis enim ei litteras meas legere,ut uel appro/
bet uera me ſcripſiſſe,uel ipſe uobis,ſi quid melius recolit,incunctãter inſinuet.Primo enim
uitam noſtram, quam uobis beneuolentius fortaſſe quàm uerius narrãtibus,ſe comperiſſe
dicebat, prædicare dignatus eſt, adiungens ſe dixiſſe uobis, nos omnia quæ de nobis inſi/
nuaueratis,bene facere potuiſſe,ſi in eccleſia faceremus. Deinde quærere cœpimus quæ nam
illa eſſet eccleſia,ubi uiuere ſic oporteret,utrũ illa quæ ſicut ſancta tanto ante ſcriptura præ/
dixerat ſe terrarum orbe diffunderet, an illa quam pars exigua uel Afrorum uel Africæ cõ
tineret.Hic primo aſſerere conatus eſt ubique terrarum eſſe communionem ſuam. Quære/
bam utrum epiſtolas communicatorias, quas formatas dicimus,poſſem quò uellem dare,
& affirmabam quod manifeſtum erat omnibus,hoc modo facillime illam terminari poſſe
quæſtionem.Parabam autem,ut ſi conſentiret,ad illas eccleſias à nobis tales litteræ mitterẽ
tur,quas in apoſtolicis autoritatibus pariter legeremus illo iam tẽpore fuiſſe fundatas. Sed
quia res aperte falſa erat,permixtis uerbis cito inde diſceſſum eſt, inter quæ uerba euangeli
Matth. 7 cam illã domini admonitionẽ commemorauit,qua dixit: Cauete à pſeudoprophetis, mul/
ti ad uos uenient in ueſtitu ouium,intus autẽ ſunt lupi rapaces:Ex fructibus eorum cogno/
ſcetis eos.Quæ uerba domini cum diceremus eadẽ de illis à nobis poſſe recitari,uentum in/
de eſt ad exaggerationẽ perſecutionis,quam ſæpe ſuam partem pertuliſſe dicebat, hinc uo/
lens oſtendere ſuos eſſe Chriſtianos,quia perſecutionem paterentur. Inter quæ uerba cum
ego pararem ex euangelio reſpondere,idem capitulum commemorauit prior,ubi dominus
Matth. 5 ait:Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſticiam,quoniam ipſorum eſt regnum cœ/
lorum.Quo loco ego gratulatus,ſubieci ſtatim, Id ergo eſſe quærendum,utrum illi perſecu/
tionem propter iuſticiam paſſi fuerint. In qua quæſtione diſcuti cupiebam, quod quidem
omnibus clarum erat,utrũ eos in unitate eccleſiæ cõſtitutos,an ſchiſmate iam diuiſos, Ma/
cariana tempora inuenerint, ut qui uidere uellent utrum propter iuſticiam perſecutionem
paſſi fuerint,id potius attenderent,utrum ſe recte à totius orbis unitate præciderint.Quod
ſi iniuſte feciſſe inuenirẽtur,manifeſtum eſſet eos propter iniuſticiam potius, quàm propter
iuſticiam paſſos perſecutionem: & ideo numero beatorum adiungi nõ poſſe,de quibus di/
ctum eſt: Beati qui perſecutionẽ patiuntur propter iuſticiam. Ibi commemorata eſt famo/
ſior quàm certior codicum illa traditio.Sed reſpondebatur à partibus noſtris,principes illo
rum potius fuiſſe traditores,Quod ſi in hac re noſtrorum litteris nollẽt credere,nec nos co/
gi oportere ut litteris credamus ipſorum. Sed tamẽ ſequeſtrata iſta dubia quæſtione,quæ/
rebam quomodo ſe iſti iuſte ſeparaſſent ab innocentia cæterorum Chriſtianorum, qui per
orbem terrarum ſucceſſionis ordinem cuſtodientes,in antiquiſſimis eccleſijs conſtituti,peni
tus ignorarent qui fuerint in Africa traditores, qui certe non poſſent communicare, niſi eis
quos ſedere in ſedibus epiſcopalibus audiebant: Reſpondit tam diu tranſmarinarũ partiũ
eccleſias manſiſſe innocentes,donec conſenſiſſent in eorum ſanguinem, quos Macarianam

perſecu

A perſecutionē pertuliſſe dicebat. Vbi ego poſſem quidem dicere, nec inuidia Macariani tē/
poris innocentiam tranſmarinarum eccleſiarum contaminari potuiſſe, quandoquidem nul
lo modo probaretur illis autoribus feciſſe etiā quæ fecerat. Sed de compendio quærere ma
lui, ſi Macarij ſæuitia, ex quo in eam conſenſiſſe dicebantur tranſmarinæ eccleſiæ, ſuam in/
nocentiam perdiderunt, utrum ſaltem probaretur uſq; ad illa tempora Donatiſtas cum ori
entalibus eccleſijs cæteriſq; orbis partium in unitate manſiſſe. Tunc protulit quoddam uo/
lumen, ubi uolebat oſtendere Sardicenſe concilium ad epiſcopos Afros, qui erant commu/
nionis Donati, dediſſe litteras. Quod cum legeretur, audiuimus Donati nomen inter cæte/
ros epiſcopos, quibus illi ſcripſerant. Itaq; flagitare cœpimus ut doceretur, utrum ipſe eſſet
Donatus, de cuius parte iſti cognominantur: fieri enim potuiſſe, ut alicui Donato alterius
hæreſis epiſcopo ſcripſerint, cum maxime in illis nominibus nec Africæ mētio facta fuerit.
Quomodo ergo poſſet probare Donatum partis Donati epiſcopum nomine illo accipien
dum eſſe, quando ne id quidem probare poſſet, utrum ad Africanarum ſpecialiter eccleſia/
rum epiſcopos illæ litteræ miſſæ fuerint. Quāquam enim Donati nomē Afrum eſſe ſoleat,
non tamē repugnaret à uero, ut uel partium illarum aliquis uocaretur nomine Afro, uel ali/
quis Afer in illis partibus conſtitueretur epiſcopus. Neq; enim in eis uel diem uel conſulem
inuenimus, ut ſaltem conſideratis temporibus certi aliquid eluceret. Sanè quoniam nescio
quādo audieramus Arianos, cum à cōmunione catholica diſcrepaſſent, Donatiſtas in Afri
ca ſibi ſociare tentaſſe, ad aurem mihi hocipſum frater Alipius ſuggeſſit. Tunc accepto ipſo
uolumine, eiuſdem concilij ſtatuta conſiderans, legit Athanaſium epiſcopum Alexandrinū
catholicum, cuius maxime aduerſus Arianos acerrimarum diſputationum conflictus emi/
nuit, & Iulium eccleſiæ Romanæ epiſcopum, nihilominus catholicum, illo cōcilio Sardicēſi
fuiſſe improbatos. Vnde apud nos conſtitit Arianorum fuiſſe concilium, quibus iſti epiſco
pi catholici uehementiſſime reſiſtebant. Itaque ad diligentiorem etiam temporum diſcuſſi
B onem uoluimus ipſum uolumen accipere atq; afferre nobiſcum. Qui noluit dare dicens, ibi
nos habere illud, quando aliquid in eo conſiderare uellemus. Rogaui etiā ut manu mea no
tari permitteret, fateor timens ne mihi forte cauſa exigente, cum petendum eſſet, pro illo ali
ud proferretur, neq; hoc uoluit. Deinde mihi cœpit inſtare, ut ad interrogationē ſuam bre/
uiter reſponderē, quærens à me quem iuſtum putarem, cum qui perſequeretur, an eum qui
perſecutionē pateretur. Cui reſpondebam, non recte ita interrogari, Fieri enim poſſe ut am
bo iniqui ſint, fieri etiam poſſe ut iniquiorem iuſtior perſequatur. Nō ergo eſſe conſequēs,
ut ideo ſit quiſq; iuſtior, quia perſecutionem patitur, quamuis id plerūq; iuſtiori contingat.
Deinde cum uiderem in hoc eum multum immorari, ut iuſticiam ſuæ partis ex eo certam
uellet intelligi, quia perſecutionē paſſa fuerit, quæſiui ab eo, utrum iuſtum & chriſtianū pu/
taret epiſcopum Mediolanēſis eccleſiæ Ambroſium. Cogebatur utiq; negare quod ille uir
chriſtianus eſſet & iuſtus, quia ſi fateretur, ſtatim obijceremus quod eum rebaptizādum eſ/
ſe cenſeret. Cum ergo eloqui cogeretur, quibus ille non eſſet habēdus chriſtianus & iuſtus,
commemoraui quātam perſecutionem pertulerit, circundata etiam militibus armatis eccle/
ſia. Quæſiui etiam, utrum Maximianū, quia & is apud Carthaginem ſchiſma fecerat, & iu/
ſtum & chriſtianum putaret. Nō poterat niſi negare. Commemoraui ergo etiam illum ta/
lem perſecutionem pertuliſſe, ut eccleſia eius uſq; ad fundamēta diueretur. His igitur exem
plis ei ſi poſſem perſuadere moliebar, ut iam deſineret dicere perſecutionis perpeſſionem
chriſtianæ iuſticiæ certiſſimum eſſe documentum. Narrauit etiam in ipſa ſchiſmatis noui/
tate maiores ſuos cum cogitarēt culpam Cæciliani, ne ſchiſma fieret quoquo modo uelle ſo
pire, dediſſe quendam interuentorem populo ſuæ communionis apud Carthaginem con/
ſtituto, antequàm Maiorinus aduerſus Cæcilianum ordinaretur. Hunc ergo interuētorem
in ſuo conuenticulo à noſtris dicebat occiſum. Quod fateor nunquam antea prorſus audie
ram, cum tam multa ab eis obiecta crimina refellerentur & redarguerentur à noſtris, atq; in
eos plura & maiora iacerentur. Sed tamen poſtea quàm hoc narrauit, rurſus à me inſtāter

cœpit quærere quem iustum putarem, eum ne qui occidit, an eum qui occisus esset, qua/ C
si iam mihi probauisset, ita ut narrauerat esse commissum. Dicebam ergo, prius utrum ue/
rum esset esse quærendum. Non enim temere credi oportere quæcunq; dicuntur, & tamen
fieri potuisse, ut uel ambo æque mali essent, uel etiam peiorem quisquam malus occideret.
Reuera enim fieri potest, ut sceleratior sit rebaptizator totius hominis, quàm solius corpo/
ris interemptor. Vnde etiam illud, quod à me postea quæsiuit, iam quærendũ non erat. Ait
enim etiam malum non debuisse occidi à Christianis & iustis, quasi nos eos qui hæc in ca/
tholica faciunt, iustos uocemus, quæ tamẽ nobis ab istis dici facilius quàm probari solent,
cum tam multas uiolentissimas cædes & strages pleriq; ipsorum & episcopi & presbyteri &
quilibet clerici congregatis turbis hominũ furiosissimorum, non catholicis tantum, sed non/
nunquam etiam suis, ubi possunt, inferre non cessent. Quæ cum ita sint, dissimulans tamen
ab sceleratissimis factis suorum, quæ ipse plus nouit, urgebat ut dicerem, Quis iustorũ uel
malum aliquem occiderit? Quod etiam si ad causam iam nõ pertinebat, fatebamur enim
hæc ubicunq; sub nomine christiano fierent, non fieri à bonis, sed tamen ut admoneretur
quid esset quærendũ, respondimus, quærẽtes utrum Helias iustus ei uideretur fuisse. Quod
negare nõ potuit. Deinde subiecimus quàm multos pseudoprophetas sua manu pereme/
rit. Hic reuera uidit quod uidẽdum erat, alia licuisse tunc iustis. Hæc enim prophetico spiri
tu autoritate dei faciebant, qui proculdubio nouit cui etiam prosit occidi. Exigebat ergo ut
docerem iam noui testamenti temporibus, qui iustorum aliquem occiderit, etiam sceleratũ
Non occidit iustus. & impium. Tunc reditum est ad superiorẽ tractatum, quo uolebamus ostendere, neq; nos
illis debere obijcere suorum scelera, neq; illos nobis, si qua inuenirẽtur talia facta nostrorũ.
De nouo enim testamento ostendi quidem nõ posse, quod iustus quisquam interfecerit ali
quem, sed tamen illud probari posse ipso exemplo domini, sceleratos ab innocentibus fuis
se toleratos. Traditorem enim suum, qui iam precium eius acceperat, usq; ad ultimum pa/
cis osculum inter innocentes secum esse perpessus est. Quibus non tacuit esse inter illos tan/ D
ti sceleris hominem, & tamen primum sacramẽtum corporis & sanguinis sui, nondum illo
excluso communiter omnibus dedit. Quo exemplo cum propè omnes moucrẽtur, tentauit
dicere, ante passionẽ domini cõmunionem illam cum scelerato non obfuisse apostolis, quia
nondũ habebant baptismũ Christi, sed baptismũ Ioannis. Quod postea quàm dixit, cœpi
ab eo quærere, quemadmodũ ergo scriptum esset, quod Iesus baptizauerit plures quàm Io
annes, cũ ipse nõ baptizaret sed discipuli eius, hoc est per suos discipulos baptizaret. Quo/
modo ergo dabant quod non acceperãt, quod ipsi maxime solẽt dicere? An forte Christus
baptismo Ioannis baptizabat? Deinde in hac sententia multa quæsiturus eram, quomodo
ab ipso Ioanne tunc quæsitũ sit de baptismo domini, & responderit quod ille haberet spon
sam, & ille esset spõsus. Nunquid ergo fas erat ut baptismo Ioannis baptizaret sponsus, id
est baptismo amici uel serui? Deinde quomodo poterãt eucharistiã accipere nondũ bapti/
Ioan. 13 zati? aut quomodo Petro uolẽti ut totum se lauaret, responderit, Qui lotus est semel, non
eum oportet iterũ lauari, sed est mundus totus? Perfecta enim mundatio nõ in Ioannis, sed
in nominis domini baptismo est, qui eo se indignum exhibuerit, sacramẽta in eo nõ ad sa/
lutem, sed ad perniciem permanebunt. Tamẽ cum ego ista quæsiturus essem, etiã ipse uidit
de baptismo discipulorũ domini nõ ibi fuisse quærendũ. Inde itum in aliud, multis ut pote
ramus utrinq; fermocinãtibus: inter quæ dictum est q; adhuc eos nostri persecuturi essent:
nobisq; dicebat, uidere se uelle quales nos essemus in illa persecutione præbituri, utrũ con/
sensuri essemus tali sæuitiæ, an nullum cõmodaturi consensum. Nos dicebamus deum uide
re corda nostra, quæ ipsi non possent: & illos temere sibi ad ista metuere, quæ si cõtigerint,
à malis cõtingere, quibus deteriores ipsi habent: nec tamẽ ideo nos à catholica cõmunione
segregare debere, si quid forte nobis inuitis, uel etiam, si ualuerimus, contradicentibus fa/
Ephe. 4 ctum fuerit, cum tolerantiam pacificam didicerimus, dicente Apostolo: Sufferentes inui/
cem in dilectione, studentes seruare unitatem spiritus in uinculo pacis. Quam pacem atque
tolerantiam

A tolerantiam, illos non tenuisse dicebamus qui schisma fecerunt, ut nunc inter suos qui mi-
tiores eorum sunt grauiora tolerent ne scindatur quod scissum est, cum leuiora nollent pro
ipsa unitate tolerare. Dicebamus etiam nondum fuisse temporibus ueterum pacem unita-
tis, & tolerantiam tanta commendatione prædicatam, sicut exemplo domini & noui testa-
menti charitate: & tamen prophetas illos & sanctos uiros dicere solere in populũ scelera eo
rum, cum tamen se ab illius populi unitate & à communione pariter accipiendorum sacra
mentorum, quæ tunc fuerunt, dirimere non tentassent. Inde nescio quomodo uentũ est ad
commemorationem beatæ memoriæ Genethlij episcopi, quod nescio quam cõstitutionem
datam contra illos compressérit, & effectum habere non siuerit, Laudabãt illum omnes &
benignissime præferebant. Inter quas laudes à nobis subiectum est, quod etiam ipse tamẽ
Genethlius, si in eorum manus incidisset rebaptizandus censeretur. Et hæc iam stantes lo-
quebamur, quia discedendi tẽpus urgeret. Ibi planè ille senex dixit, iam formam esse factã,
ut quisquis ad eos fidelium à nobis uenerit baptizetur, quod eum inuitũ & cum dolore di-
cere, quantum poterat apparebat sanè: cum etiam ipse multa mala suorum apertissime ge-
meret, atq; ostenderet, quod totius ciuitatis eius testimonio probabatur, cq; esset remotus
à talibus factis, & quæ ipsis suis dicere soleat modesta cõquestione proferret, noscq; comme
moraremus illud Ezechielis prophetæ, ubi aperte scriptũ est, Nec filij culpam patri, nec pa-
tris culpam filio eius imputãdam, ubi dictũ est: Sicut enim anima patris mea est, ita & ani- Ezech. 18
ma filij mea est, Anima enim quæcunque peccauerit sola morietur: placuit omnibus in ta-
libus disputationibus uiolenta facta malorum hominum nobis ab inuicem obijci non de-
bere. Remanebat ergo schismatis quæstio. Itaque hortati eum sumus, ut etiam atque etiã
placito & pacato animo annitatur nobiscum, ut diligenti examinatione tãta inquisitio ter
minum sumat. Vbi ille benigne cum diceret, nos solum ista quærere, nolle autem nostros
hæc quæri, ea facta pollicitatione discessimus, ut exhiberemus ei plures collegas nostros, cer
B te uel decem, qui tanta beneuolentia & lenitate & tam pio studio id quæri uellent, quãtum
in nobis eum iam animaduertisse atq; approbare sentiebamus. Hoc etiam de suorum nu-
mero & ipse pollicitus est. Vnde uos hortor & obtestor per domini sanguinem, ut eum pro
missi sui commoneatis, & gnauiter instetis, ut res cœpta peragatur, quã propè ad finẽ per-
ueniisse iam cernitis. Quantum enim arbitror, difficillime potestis inuenire in episcopis ue-
stris tam utilem animum & uoluntatem, quàm in isto sene perpeximus. Postero enim die
ipse ad nos uenit, & hæc iterum quærere cœperamus, Sed quia ordinandi episcopi necessi-
tas nos inde iamiamq; rapiebat, diutius cum illo esse nequiuimus. Iam enim miseramus ad
Maiorem Cælicolarum, quem audieramus noui apud eos baptismi institutorem instituis-
se, & multos illo sacrilegio seduxisse, ut cum illo quantum ipsius temporis patiebantur an-
gustiæ, aliquid loqueremur. Quem posteaquam uenturum comperit, uidens nos aliud su-
scepisse negocium, cum & ipsum nescio quæ necessitas profectionis urgeret, benigne à no-
bis placidéq; discessit. Videtur autem mihi, ut turbulentas turbas & impedimentum po-
tius quàm adiumentum afferentes omnino deuitemus, & uere ex animo amico atq; tran-
quillo susceptum tam magnum negocium domino opitulãte peragamus, ad aliquam uil-
lam nos conuenire debere non magnam, ubi nullius nostrum esset ecclesia, quam tamen uil
lam communiter possident homines & nostræ communionis & ipsius, sicuti est uilla Titia-
na. Siue ergo in Tubursicẽsi, siue in Tagastensi talis locus, uel ille quem commemoraui, uel
aliquis alius inuẽtus fuerit, faciamus codices canonicos præsto esse. Etsi qua proferri potue-
rint ex utraq; parte documenta, ut postpositis cæteris, nulla si domino placuerit interpellan
te molestia, quotquot diebus poterimus ad hoc uacantes, & unusquisq; nostrum apud suũ
hospitem dominum deprecãtes, adiuuante ipso cui pax Christiana gratissima est, rem tan
tam & bono animo cœptam ad inquisitionis terminum perducamus. Rescribite sanè, quid
de hac re uel uobis uel illi uideatur.

Augustinus Emeritum Donatistam, sed alioqui uirum probum & liberaliter eru-

ditum inuitat,ut respondeat qua iusta causa schisma mouerint. Ep. CLXIIII

DESIDERABILI & dilecto fratri Emerito,Augustinus. Ego cum audio quenquam bono ingenio præditum,doctrinis q̃ liberalibus eruditum,quanq̃ non ibi salus animæ cõstituta sit,tamẽ in quæstione facillima sentire aliud q̃ ueritas postulat,quo magis miror,eo magis exardesco nosse hominem,& cum eo colloqui:uel si id non possim,saltẽ litteris quæ longissime uolant attingere mẽtem eius, atq; ab eo uicissim attingi desidero,Sicut te esse audio talem uirum,& ab ecclesia catholica,quæ sicut sanctospiritu prænunciata est,toto orbe diffunditur, discerptum doleo atq; secluſum, quam ob causam nescio.Nam certum est magnæ parti Romani orbis,ne dicam etiam barbaris gẽtibus,quibus quoq; debitorẽ se dicebat Apostolus,quorum christianæ fidei cõmunio nostra cõtexitur,ignotã esse partem Donati.Nec eos omnino scire uel quando uel quibus causis exorta sit ista dissensio.Quos utiq; oñes christianos ab eis criminibus, quæ Afris obijcitis,nisi innocentes esse fatearis,cogeris dicere, omniũ male factis obnoxios,cum apud uos perditi ut mitius dixerim latent,uos omnes esse pollutos . Nõ enim neminẽ de uestra cõmunione pellitis: aut tunc primum pellitis,cum primum illud unde pellendus est fecerit. An nõ aliquanto tempore latentem,& postea proditum conuictum q̃ damnatis? Quæro igitur,utrum uos cõtaminauerit eo tempore quo latebat? Respondebis nullo modo.Nullo ergo tempore cõtaminaret,etiã si semper id lateret: nam & mortuorum nõnulla sæpe commissa produntur,nec fraudi est christianis qui eis cõmunicauere uiuẽtibus.Cur ergo uos tã temeraria atq; sacrilega direptiõe præcidistis à cõmunione innumerabilium ecclesiarũ oriẽ talium,quas semper latuit,& adhuc latet quod in Africa gestũ esse aut docetis aut fingitis? Alia enim quæstio est,utrũ illa uera dicatis,quæ quidẽ nos multo probabilioribus documẽtis falsa esse cõuincimus,& in uestris magis eaipsa quæ obijcitis, tunc probata declaramus. Sed hæc ut dixi,alia quæstio est,tũc aggredienda & discutienda cũ opus fuerit.Illud nũc attendat uigilãtia mẽtis tuæ, neminẽ cõtaminari posse ignotorũ ignotis q̃ criminibus. Vnde manifestum est à cõmunione orbis,cui seu falsa seu uera crimina,quæ Afris intẽditis,prorsus ignota sunt,& ignota semper fuerũt,sacrilego schismate uos esse separatos: quanq̃ & illud nõ est tacendũ,etiã cognitos malos bonis nõ obesse in ecclesia, si eos à cõmunioe prohibẽdi aut potestas desit,aut aliqua ratio cõseruandæ pacis impediat. Qui sunt emẽ qui apud prophetam Ezechielem,& ante uastationem perditorum signari meruerunt,& cum illi uastarẽtur euadere illæsi,nisi ut ibi manifestissime ostẽditur qui mœrent & gemunt peccata & iniquitates populi dei,quæ fiunt in medio eorum? Quis autẽ quod ignorat,gemit & mœret ? Ex eadem ratione etiam Paulus apostolus falsos fratres tolerat . Non enim de incognitis ait: Omnes enim sua quærunt,non quæ Iesu Christi,quos tamen secum fuisse manifestat . Ex quo autẽ genere sunt qui uel thurificare idolis uel codices diuinos tradere quàm mori maluerunt,nisi ex eorũ qui sua quærunt,non quæ Iesu Christi? Multa testimonia scripturarum prætereo,ne longiorem quàm necesse est epistolã faciam,& eruditioni tuæ plura per teipsum consideranda permitto. Quod tamen satis est,uideo.Obsecro si tam multi inqui in uno populo dei,eos quos cõtestabantur non fecerunt tales quales ipsi erant,si multido illa falsorum fratrum apostolum Paulum in una cum eis ecclesia constitutum non fecit sua quærentem, non quæ Iesu Christi,manifestum est nõ hoc effici hominem , quod est malus quisquam,cum quo ad altare Christi acceditur,etiam si non sit incognitus,si tantum non approbetur , & à bona conscientia displicendo separetur . Manifestum est igitur non esse aliud cum fure concurrere, nisi uel furari cum eo,uel furtum eius cordis placito accipere. Hoc nos dicimus, ut quæstiones infinitas atque superfluas de factis hominum quæ rationem nostram nihil impediunt, auferamus . Sed & uos nisi hoc sentiatis, tales eritis omnes qualis Optatus in uestra cõmunione uobis non ignorantibus fuit. Quod absit ab Emeriti moribus, aliorum q̃ talium quales apud uos esse nõ dubito lõge à factis illius alienos. Neq; enim uobis obijcimus,nisi schismatis crimen, quam etiã hæresim male perseuerãdo fecistis.

2.Retrac. cd. 46. & 51.

Philip. 2 Thurificati, Libellati.

Quanti

A Quanti autem diuino iudicio pendatur hoc facinus, lege quod te legisse non ambigo, Inue
nies Dathan & Abiron hiatu terræ deuoratos, cæterósq; omnes qui eis consenserant igne Numeri 16
de medio eorũ existente consumptos. Illud ergo scelus ad exemplum deuitandi dominus
deus præsenti supplicio denotauit, ut cum talibus patientissime parcit, quali ultimo iudicio
reseruet ostenderet. Neque enim reprehendimus rationes uestras, si eo tempore quo uesa
na potentia furere iactabatur Optatus, cum eius accusatores, sed & totius Africæ gemitus
congemiscentibus uobis, si tamen talis es, qualem te prædicat fama, quod scit deus me &
credere & uelle, Non ergo reprehendimus si eo tempore, ne multos secum excommunica/
tos traheret, & communionem uestram schismatis furore præcideret, eum excommunica/
re noluistis. Sed hoc ipsum est quod uos arguit in iudicio dei, frater Emerite, quia cum ui
deretis tam magnum malum esse, diuidi partẽ Donati, ut Optatus potius in communio/
nem tolerandus existimaretur, quàm illud admitteretur, permanetis in eo malo quod in di
uidenda ecclesia Christi à uestris maioribus perpetratum est. Hic fortasse respondendi an
gustia tentabis defendere Optatum. Noli frater, noli obsecro, non te decet, & si aliquem
alium forte deceat, si tamen quicquam decet malos, Emeritum certe nõ decet defendere. O/
ptatum, sed fortasse nec accusare. Ita sit sanè, Vtere uoce media & dic, Vnusquisque sarci/ Rom. 14
nam suam portat. Tu quis es qui iudicas seruum alienum? Si ergo ad testimonium toti/
us Africæ, immo uero terrarum omnium quaqua uersum Gildonis fama feruebat, simul
enim & ille notus erat, non ausi estis unquam de Optato iudicare, ne temere de incogni/
tis iudicaretis, nos tandem possumus aut debemus de his qui ante nos uixerunt, ad ue/
strum tantummodo testimonium temerariam de incognitis ferre sententiam, cum parum
sit quod uos ignota criminamini, nisi & nos ignota iudicemus? Non enim Optatum etiã
si forte falsa periclitatur inuidia, sed te defendis cum dicis, Ignoro qualis ille fuerit. Quan/
to magis ergo quales fuerint Afri, quos ignotiores arguis, orientalis orbis ignorat? à qui/
B bus tamen ecclesijs quarum nomina habes in libris & recitas, nefaria dissensione disiunge/
ris. Si tum Vagadensem episcopum uestrum famosissimum & pessime diffamatum, nõ di
co Cæsariensis, sed Sitifensis collega eius eiusdemq; tẽporis ignorabat, quomodo tradito/
res Afros quicunq; fuerint, ecclesia Corinthiorum, Ephesiorum, Colossensium, Philippen/
sium, Thessalonicensium, Antiochenorum, Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, cæterarumq; or/
bis partium ab apostolis in Christo ædificatarum, aut nosse potuit, aut damnari à uobis
meruit, quia non potuit: & tamen eis non communicatis, & dicitis non esse Christianos &
eos rebaptizare conamini. Quid dicam? quid querar? aut quid exclamem? Si cum homi
ne cordato loquor, indignationis huius aculeos tecum participo. Nam uides profecto quæ
dicerem si uellem credere. An forte fecerunt inter se maiores uestri concilium & damnauerũt
præter se totũ orbem Christianum? Ita ne ad hoc perducta est rerum existimatio, ut cõci/
lium Maximianensiũ qui de uestra præcisione præcisi sunt, quia uobis cõparati pauciss imi
sunt non ualeat aduersus uos, & uestrũ concilium ualeat aduersus gentes, hæreditatẽ Chri/
sti & possessionẽ eius terminos terræ? Miror si habet in corpore sanguinẽ, qui de hac re non
erubescit. Rescribe ad ista quæso, A nonnullis enim quibus non potui non credere, audiui
te rescripturum si tibi scriberem. Iam etiam pridem misi unam epistolam, quam utrum ac/
ceperis uel ei responderis & forte ego tuam non acceperim, nescio. Nunc interim peto ad
hæc respondere ne graueris, quod tibi uidetur. Sed noli te in alias tollere quæstiones. Hinc
enim caput est ordinatissimæ inquisitionis, cur schisma factum sit. Nam & terrenæ po/
testates cum schismaticos persequuntur, ea regula se defendunt, qua dicit Apostolus: Qui Rom. 13
potestati resistit, dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi iudicium acquirunt.
Principes enim non sunt timori bono operi sed malo. Vis autem non timere potestatem?
Bonum fac & habebis laudem ex illa. Dei enim minister est tibi in bonũ. Quod si malũ fe/
ceris, time. Non enim frustra gladium portat. Dei enim minister est, uindex in iram ei qui
male agit. Tota igitur quæstio est, utrũ nihil mali sit schisma, aut utrũ schisma non feceritis,

ut pro

ut pro bono opere potestatibus resistatis,non pro malo,unde uobis acquiratis iudiciũ.Pro C
Matt. 5 pterea prouidentissime dominus non ait,Beati qui persecutionem patiuntur tantũ,sed ad/
didit,propter iusticiam.Si ergo iusticia est,quam operati estis in illa dissensione,in qua etiã
permanetis, secundũ ea quæ supra dixi,nosse abs te cupio.Si aũt iniquitas est orbẽ christia/
num damnare inauditum,uel quia non audiuit quæ uos audistis, uel quia nõ ei probatum
est quod temere credidistis,aut sine certo documẽto accusastis,& ideo rebaptizare uelle tot
ecclesias ipsius domini,cum hic adhuc esset in carne,& apostolorum eius prædicatione ac la
bore fundatas: quia uobis licet, aut nescire Afros collegas uestros malos simul uiuentes,si/
mul sacramenta tractantes,aut etiam scire,sed tolerare,ne pars Donati diuidatur,Illis autẽ
in orbe remotissimo constitutis,non licet nescire quod uos de Afris aut nostis,aut creditis,
aut audistis,aut fingitis:quæ tanta est peruersitas amplecti suam iniquitatem,& potestatũ
accusare seueritatem? At enim & malos Christianos non licet persequi.Esto non liceat,sed
nunquid hoc potestatibus ad hoc ipsum ordinatis,fas est obijcere? An Apostolum delebi
mus? Aut non habent codices uestri quæ paulo ante commemorauí? Sed uos,inquies,ta/
libus communicare nõ debetis.Quid ergo? Vos Flauiano quondam uicario partis uestræ
homini,quia legibus seruiens,nocẽtes quos inuenerat occidebat,non communicastis? Sed
à uobis, inquies, Romani principes aduersum nos prouocantur. Immo à uobis aduersum
uosipsos,qui ecclesiam,cuius illi sicut tanto ante prædictum est,iam membra sunt,De Chri
Psalm.71 sto enim dictum est: Et adorabunt eum omnes reges terræ,& præcisione laniare ausi estis,
& rebaptizare pertinaciter audetis. Nostri autem aduersus illicitas & priuatas uestrorum
uiolentias, quas & uos ibi,qui talia non facitis,doletis & gemitis, à potestatibus ordinatis
Acto.25 tuitionem petunt, non qua uos persequantur, sed qua se defendant.Sicut Apostolus Pau/
lus aduersus Iudæos coniurantes ut eum necarent, antequàm esset Romanum imperium
Christianum,egit ut sibi tuitio etiam armatorum daretur. Sed illi principes qualibet occa/
sione cognoscentes uestri schismatis nefas, constituunt aduersus uos pro sua solicitudine ac D
potestate quod uolunt. Nõ enim frustra gladium portant,dei enim ministri sunt,uindices
in iram in eos qui male agunt. Postremo etiam si aliqui nostrorum nõ christiana modera/
tione ista faciunt, displicet nobis: sed tamẽ nõ propter eos relinquimus catholicã ecclesiam,
si eam ante ultimum tempus uentilatiõis palea purgare non possumus,quando & uos pro
pter Optatũ, cum eum pellere nõ audebatis,partẽ Donati nõ reliquistis. At eñ quare nos
adiũgi uobis uultis,si scelerati sumus? Quia uiuitis adhuc,& corrigi potestis si uelitis.Cum
enim nobis coniungimini,hoc est ecclesiæ dei,hæreditati Christi,cuius possessio sunt termi
Rom.11 ni terræ,uos corrigimini ut in radice uiuatis.De ramis enim fractis sic ait Apostolus:Potés
est enim deus iterum inserere illos. Vos ergo mutamini ex ea parte qua dissentiebatis,quã/
uis sacramenta quæ habebatis,cum eadẽ sint in omnibus,sancta sint.Quapropter uos mu
tari uolumus à peruersitate,id est ut denuo radicetur uestra præcisio. Nam sacramẽta quæ
non mutastis,sicut habetis,approbãtur à nobis,ne forte cum uestrã prauitatẽ corrigere uo
lumus,illis mysteriis Christi,quæ in uestra prauitate deprauata nõ sunt,sacrilegã faciamus
iniuriam.Neq; enim & Saul deprauauerat unctionẽ quam acceperat,cui unctioi tantũ ho/
norem rex Dauid pius dei seruus exhibuit.Propterea ergo uos nõ rebaptizamus,qui radi/
cem uobis reddere cupimus,formã tamẽ præcisi sarmenti si non mutata est, approbamus.
Quæ tamen quãuis integra,nullo modo est sine radice fructuosa.Alia quæstio est de perse
cutionibus, quas uos dicitis pati in tanta mãsuetudine & lenitate nostrorũ,cum uere illicite
ac priuatim uestri faciãt grauiora: alia de baptismate,qd nõ quærimus ubi sit,sed ubi pro/
sit.Nã ubicũq; est ipsum est,sed nõ etiã ille qui hoc accipit ubicunq; est ipse est. Itaq; priua
tam hominũ impietatẽ detestamur in schismate, baptismũ uero Christi ubiq; ueneramur:
quia si desertores secũ imperatoris signa traducãt,illis uel dãnatione punitis,uel indulgẽtia
correctis,salua signa recipiũtur,si salua mãserunt. Et si quid de hac re diligẽtius quærẽdum
est,alia est,ut dixi,quæstio.Hoc enim obseruandũ est in his rebus,qd obseruat ecclesia dei.

Quæritur

A Quæritur aũt utrũ uestra, an nostra sit ecclesia dei. Quapropter illud quærẽdũ est à capite, cur schisma feceritis. Si nõ rescripseris, ego apud deũ quantũ credo facilem causam habeo, quia uiro, quẽ audiui excepto schismate bonũ & liberaliter instructum, pacificãtes litteras misi. Tu uideris quid illi respondeas, cuius nũc laudanda patientia, in fine uero timẽda sententia est. Si autem rescripseris ea cura qua tibi scriptum uides, aderit misericordia dei, ut ali quando error qui nos dirimit, & amore pacis & ratione ueritatis intereat. Memento quod de Rogatensibus non dixerim, qui uos Firmianos appellare dicũtur, sicut nos Macarianos appellatis. Neq; de Rusicazẽsi episcopo uestro, qui cũ Firmo pactus perhibetur incolumitatem suorũ, ut ei portæ aperirentur, & in uastationẽ darentur catholici, & alia innumerabilia. Desine ergo locis communibus exaggerare facta hominum, uel audita uel cognita. Vides enim quæ de uestris taceã, ut de origine schismatis, ubi tota causa est, res agatur. Dominus deus inspiret tibi cogitationem pacificam desiderabilis & dilecte frater.

Augustinus cum cæteris, per Generosum respondet cuiusdam Donatistæ presbyteri litteris, de schismate Donatistarum. Epistola CLXV

DILECTISSIMO & honorabili fratri Generoso, Fortunatus, Alipius, Augustinus in domino salutem. Quoniam nobis notam esse uoluisti epistolam quam ad te Donatistarum presbyter dedit, quanquam eam tu quoque catholicus animo deriseris, tamen ut ei potius si nõ desperate desipit cõsulas, hæc ad eum rescripta petimus perferas. Ille enim ordinẽ Christianitatis ciuitatis uestræ tibi ut insinuaret iussisse sibi angelum scribit, cum tu teneas Christianitatem, non ciuitatis tuæ tantum, nec Africæ uel Afrorum sed totius orbis terræ, quæ annunciata est & annunciatur omnibus gentibus. Vnde illis parum est quos præcisos esse non pudet, nec sibi subueniunt, ut cum possunt redeant ad radicem, nisi etiam secum alios præcidere, & sicut ligna arida in ignem destinare conẽtur. Quapropter, si tibi ipse angelus astitisset, quem sibi ille propter te
B astitisse, quantũ arbitramur, astuta nouitate cõfingit, & hæc ipsa tibi dixisset, quæ iste mandato illius tibi se insinuare dicit, oporteret te apostolicæ sententiæ memorem fieri qui ait: Licet si nos aut angelus de cœlo uobis euangelizauerit præter id quod euãgelizauimus uobis, anathema sit. Euãgelizatum est enim tibi per uocem ipsius domini Iesu Christi, quod omnibus gentibus annunciabitur Euãgelium eius, & tunc finis erit. Euangelizatum tibi est per propheticas & apostolicas litteras, quod Abraæ dictæ sunt promissioes & semini eius quod est Christus, cũ ei diceret deus: In semine tuo benedicẽtur omnes gẽtes. Has ergo promissiones tenenti, si tibi angelus de cœlo diceret, Dimitte Christianitatẽ orbis terræ & tene partẽ Donati, cuius ordo tibi exponitur in epistola episcopi tuæ ciuitatis, anathema esse deberet, quia te à toto præcidere, & in partẽ cõtrudere conaretur & alienare à promissis dei. Si enim ordo episcoporũ sibi succedentium considerãdus est, quanto certius & uere salubriter ab ipso Petro numeramus, cui totius ecclesiæ figurã gerenti dominus ait: Super hanc petrã ædificabo ecclesiã meã, & portæ inferorũ nõ uincent eam. Petro enim successit Linus, Lino Clemens, Clemẽti Anacletus, Anacleto Euaristus, Euaristo Alexander, Alexandro Sixtus, Sixto Thelesphorus, Thelesphoro Iginus, Igino Anicetus, Aniceto Pius, Pio Soter, Soteri Eleutherius, Eleutherio Victor, Victori Zepherinus, Zepherino Calixtus, Calixto Vrbanus, Vrbano Pontianus, Pontiano Antherus, Anthero Fabianus, Fabiano Cornelius, Cornelio Lucius, Lucio Stephanus, Stephano Sixtus, Sixto Dionysius, Dionysio Felix, Felici Eutychianus, Eutychiano Gaius, Gaio Marcellinus, Marcellino Marcellus, Marcello Eusebius, Eusebio Melciades, Melciadi Syluester, Syluestro Marcus, Marco Iulius, Iulio Liberius, Liberio Damasus, Damaso Siricius, Siricio Anastasius. In hoc ordine successionis nullus Donatista episcopus inuenitur. Sed ex transuerso ex Africa ordinatum miserunt, qui paucis præsidens Afris in urbe Roma Montensium, uel Cuzupitarũ uocabulum propagauit. In illum autẽ ordinẽ episcoporũ qui ducitur ab ipso Petro usq; ad Anastasiũ, qui nunc candẽ cathedram sedet, etiam si quisquam traditor per illa tempora subrepsisset, nihil

Gal. 1

Gal. 3

Gen. 12

Matth. 16 Petrus ecclesiæ totius figuram gerit.

nihil præiudicaret eccleſiæ & innocẽtibus Chriſtianis:quibus dominus prouidẽs,ait de præ/ C
Matth. 23 poſitis malis,Quæ dicunt facite,quæ autem faciunt facere nolite: dicunt enim & non faciũt,
Vt certa ſit ſpes fidelis,quæ non in homine,ſed in domino collocata, nunquam tempeſtate
ſacrilegi ſchiſmatis diſſipetur:Sicut iſti diſſipati ſunt, qui legunt in codicibus ſanctis,eccleſi/
as quibus apoſtoli ſcripſerunt,& nullum in eis habent epiſcopum. Quid autẽ peruerſius &
inſanius,quàm lectoribus eaſdem epiſtolas legentibus dicere,Pax tecum,& ab earum eccle
ſiarum pace ſeparare,quibus ipſæ epiſtolæ ſcriptæ ſunt? Tamen ne ſibi etiam de Conſtan/
tinenſi,hoc eſt ciuitatis ueſtræ epiſcoporum ordine blãdiatur,recita illi geſta apud Numa/
cium Felicem Flauium procuratorem tunc eiuſdem ciuitatis ueſtræ,Diocletiano octauo,&
Maximiano ſeptimo,Conſulibus xi. kl. Iunias,quibus liquido conſtitit ita Paulum epiſco/
pum tradidiſſe,ut Siluanus tunc eius ſubdiaconus fuerit, & cum illo tradiderit proferẽs in/
ſtrumenta dominica,etiam quæ diligenter fuerant occultata,capitulatam argenteam,& lu/
cernam argenteam,ita ut ei diceret Victor quidam: Mortuus fueras,ſi non illas inueniſſes.
Quem iſte Siluanus manifeſtiſſimum traditorem pro magno cõmemorat in epiſtola,quã
ſcribit à Secũdo Tigiſitano primæ ſedis epiſcopo epiſcopum tunc ordinatũ. Quieſcat ergo
ſuperba eorum lingua,& cognoſcat crimina ſua, ne delirans loquatur aliena. Recita illi etiã
ſi uoluerit, geſta eccleſiaſtica eiuſdem Secundi Tigiſitani in domo Vrbani Donati habita,
ubi confeſſos traditores iudici deo dimiſit Donatum Maſculitanũ,Marinum ab Aquis Ci
bilitanis,Donatum Calamenſem,cum quibus confeſſis traditoribus memoratum tradito/
rem Siluanum eis ordinauit epiſcopum. Recita illi geſta apud Zenophilum conſularẽ,ubi
Nundinarius quidã diaconus iratus Siluano,quod ab eo fuerit excõmunicatus,hæc omnia
iudicijs prodidit,quæ certis documẽtis & reſpõſionibus teſtium, & recitatione geſtorum, &
multarum epiſtolarum luce clarius conſtiterunt.Multa ſunt alia quæ illi recites,ſi non contẽ
tioſe agere,ſed prudenter audire uoluerit: Preces Donatiſtarum ad Conſtantinum,ut pro/
pter ipſam cauſam inter Afros epiſcopos dirimẽdam iudices ex Gallia epiſcopos mitteret, D
Litteras etiam eiuſdem imperatoris,ubi epiſcopos miſit ad urbem Romam. Geſta quoq;
in urbe Roma,ubi ab epiſcopis,quos ille miſerat,cauſa cognita atq; diſcuſſa eſt. Item cũ ali
as litteras, ubi declarat memoratus imperator eos apud ſe de collegarũ ſuorum iudicio, id
eſt epiſcoporum, quos ad urbem Romam miſerat,fuiſſe conqueſtos:ubi etiam alios epiſco
pos uoluit apud Arelatum iudicare : ubi iſti & ab ipſorum iudicio ad eundem imperato/
rem appellauerunt: ubi poſtremo cauſam inter partes ipſe cognouit:ubi eos uehementiſſi/
me deteſtatur innocentia Cæciliani fuiſſe ſuperatos. Quæ ſi uoluerit,audiet,& tacebit,& de/
ſinet inſidiari ueritati: Quãquam nos non tam de iſtis documentis præſumamus,quàm de
ſcripturis ſanctis,ubi hæreditas Chriſti uſq; ad terminos terræ promiſſa in omnibus genti/
bus: unde iſti nefario ſchiſmate ſeparati,iactãt crimina in paleam meſſis dominicæ,quæ ne
ceſſe eſt uſq; ad finem permixta toleretur, donec ultimo iudicio tota area uentiletur. Vnde
manifeſtũ eſt iſta crimina ſeu uera ſeu falſa non pertinere ad frumenta dominica, quæ per
totum agrum,id eſt iſtum mundum uſq; in finem ſeculi oportet creſcere: Sicut nõ falſus an
gelus in huius errore, ſed dominus in euangelio loquitur. Ideoq; in Chriſtianos innocẽtes,
qui per totum orbem malis Chriſtianis tanq; paleæ ſuæ uel zizanijs permixti ſunt, multa
falſa crimina & uana iactantibus bis miſeris Donatiſtis merito deus reddidit,ut Maximia
niſtas apud Carthaginẽ ſchiſmaticos ſuos Primiani damnatores,extra Primianum bapti/
zatores,poſt Primianum rebaptizatores uniuerſali concilio ſuo damnauerint: ut ex eorum
numero poſt nõ paruum tempus quoſdam in honoribus epiſcopatus ſui, Felicianum Mu/
ſitanum & Prætextatum Aſſuritanum cogente Optato Gildomano ſuſciperẽt cum omni/
bus quos damnati extra baptizauerũt. Quod ſi ab eis,quos ore proprio tanq; ſceleratos &
ſacrilegos damnauerunt,& quos illis primis ſchiſmaticis,quos uiuos terra obruit,compara
runt,non maculantur,cum eis rurſus in honore ſuo receptis communicant,euigilent aliquã/
do,cogitent quanta cæcitate,& quãta inſania dicant,orbem terrarum ignotis Afrorum cri/

minibus

A minibus esse maculatum,& hæreditatẽ Christi quæ promissa exhibita est in omnibus gen/
tibus,peccatis Afrorum per contagionem communicationis fuisse deletam, quando se no/
lunt deletos & maculatos uideri dum eis communicant quorum crimina cognita iudica/
runt.Quapropter cũ Paulus apostolus iterum dicat, quia ipse satanas transfigurat se in an 2. Cor. 11
gelum lucis,unde non esse mirum, si ministri eius transfigurant se sicut ministros iusticiæ, si
uere iste aliquem angelum uidit erroris nuncium, & de unitate catholica Christianos sepa/
rare cupientem,ipse passus est angelum satanæ transfigurantem se uelut angelum lucis. Si
aũt mentitur & nihil tale uidit,ipse est minister satanæ, transfigurans se uelut ministrũ iu/
sticiæ.Et tamen ista omnia considerans si nimium peruersus & pertinax esse noluerit, pote/
rit ab omni uel aliena uel propria seductione liberari. Nos enim per occasionem tuam si/
ne aliquo odio conuenimus, hoc circa eum seruãtes quod apostolus dicit, Seruum autem
domini litigare non oportet,sed mitẽ esse ad omnes,docibilẽ,patientẽ,in modestia corripi/
entẽ diuersa sentientes,ne forte det illis deus pœnitentiam ad cognoscendam ueritatem, &
resipiscant de diaboli laqueis,captiuati ab ipso in ipsius uolũtate.Si ergo aliquid aspere di/
ximus,non ad amaritudinem dissensionis, sed ad correctionem dilectionis ualere cogno/
scat.Incolumis uiuas in Christo dilectissime & honorabilis frater.

Augustinus Donatistas redarguit,& hortatur ad unitatem ecclesiæ.Non enim cõ
uenire ut qui communiter agnoscerent Christum ecclesiæ caput è sacris litteris, eccle
siã illius corpus ex ijsdem non agnoscerẽt,quũ pariter utrũq; doceant. Ep. CLXVI.

AVGVSTINVS episcopus catholicus, donatistis. Charitas Christi,cui o/ 2.retract.40
mnem hominem quantum ad nostram pertinet uoluntatem lucrari uolumus,
tacere nos non permittit.Si propterea nos odistis, quia pacem uobis catholicã
prædicamus,Nos domino seruimus dicenti,Beati pacifici quoniam ipsi filij dei Matth.5
uocabuntur.Et in psalmo scriptum est,Cum his qui oderunt pacem eram pacificus,cum lo Psal.119
B quebar eis debellabant me gratis. Propterea mandauerunt nobis quidã presbyteri partis
uestræ dicentes,Recedite à plebibus nostris, si non uultis ut interficiamus uos. Quanto iu/
stius eis nos dicimus,immo uos non recedite,sed accedite pacati ad plebes non nostras,sed
illius cuius omnes sumus: aut si non uultis & impacãti estis, uos potius recedite à plebibus
pro quibus Christus suum sanguinem fudit:quas ideo uultis uestras facere ne Christi sint,
quamuis eas sub eius nomine possidere conemini:tanq; si seruus furetur oues de grege do
mini sui,& quæcunq; ex illis natæ fuerint characterem domini sui eis infigat, ne furtũ eius
possit agnosci.Sic enim fecerũt maiores uestri,separauerunt ab ecclesia Christi populos ha
bentes baptismum Christi,& quicunq; illis accreuerunt,baptismo Christi eos rebaptizaue,
runt. Sed dominus & fures punit si non se correxerint, & oues ab errore reuocat ad gregẽ,
nec in eis suum exterminat characterem.Dicitis nos traditores, Quod nec maiores uestri
in maiores nostros potuerunt,nec uos in nos probare ullo modo poteritis.Quid uobis uul
tis faciamus, qui quãdo uobis dicimus ut causam nostrã & uestram patienter audiatis, nõ
nostis nisi superbire & insanire? Nam utiq; ostenderemus uobis,quia potius illi traditores
fuerunt qui Cæcilianum & socios eius quasi traditionis crimine damnauerunt,& dicitis,Re
cedite à plebibus uestris quas docetis ut uobis credant & Christo non credant. Vos enim
eis dicitis,propter traditores, quos non ostenditis,remansisse ecclesiam Christi in sola Afri
ca partis Donati,quod non de lege,non de propheta,non de psalmo,non de apostolo,nõ
de euangelio, sed de corde uestro & de parentum uestrorum calumnijs recitatis. Christus Lucæ 24
aũt dicit,Prædicare in nomine suo pœnitentiam & remissionem peccatorum per omnes gẽ
tes incipientibus ab Hierusalem,Cui ecclesiæ ex ore Christi manifestatæ, uos non commu/
nicatis,& alios in uestram perditionem trahentes, liberari non uultis. Si autem ideo uobis
displicemus quia per imperatorum iussiones ad unitatem cogimini,hoc uos fecistis,qui ubi
cunq; uellemus prædicare ueritatem,ut eam quisq; securus audiret & uolens eligeret, nũq;
permisistis per uiolentias & terrores uestros. Nolite stridere,& perturbare animas uestras,

patienter si fieri potest considerate quod dicimus, & recolite facta circumcellionum uestro/ C
rum,& clericorum qui duces eorum semper fuerunt,& uidebitis quæ causa uobis hoc excita
uerit. Vnde iniuste queremini,quia uobis omnia ista ut iuberentur coegistis.Nam ut longe
præterita & multa non repetamus,saltem recentia facta uestra cogitate:Marcus presbyter
Caspalianensis à nemine coactus,propria uoluntate catholicus factus est.Quare illum ue/
stri persecuti sunt & penè occidissent, nisi dei manus per homines superuenientes uiolentias
eorum compressisset. Restitutus Victorianensis ad catholicam nullo cogente se transtulit.
Bruda. Quare raptus est de domo sua,cæsus,in aqua uolutatus,bruda uestitus,& nescio quot dies
in captiuitate retentus est, nec libertati propriæ fortasse restitutus esset, nisi iã pẽè propter
ipsam causam Proculianus sibi exhibitionem uideret imminere. Marcianus Vrgensis ca/
tholicam unitatem propria uoluntate delegit. Quare subdiaconum eius, cum ipse fugisset,
propè usq; ad mortẽ cæsum,clerici uestri lapidibus obruerunt,quorum domus pro suo sce/
lere euersæ sunt.Quid amplius dicamus? Modo Præconem misistis qui clamaret Siniti,qs
quis Maximiniano communicauerit, incendetur domus eius: qui antecq; ipse ad catholicã
conuersus esset & nondum de transmarinis remeasset,ad quid aliud presbyterũ Siniti mi/
seramus,nisi ut nulli molestus nostros uisitaret,& in domo iuris sui positus, pacem catholi/
cam uolentibus prædicaret,quem uos inde cum graui iniuria proiecistis? Quid aliud age/
bamus,quando unus nostrum calamensis episcopus Posidius ibat ad fundum figulinen/
sem,nisi ut nostri quamuis pauci qui illic erant uisitarentur, & audito uerbo dei ad unitatẽ
Christi qui uellent conuerterentur? Cui ambulanti uiam suam,latronũ more insidiati sunt,
& quia in eorum insidias cadere non potuit, eum aperta uiolentia in fundo Liuetensi penè
uiuum cum domo quò fugerat incenderant,nisi tertio suppositas flammas coloni eiusdem
fundi propter periculum suæ salutis extinguerent, Et tamen cũ Crispinus propter hoc fa/
ctum in proconsulari iudicio conuinceretur hæreticus, ejusdem episcopi Posidij intercessu
decem libras auri non est exactus.Cuius beneuolentiæ & mansuetudini ingratus,ad impe D
ratores catholicos ausus est appellare. Vnde hanc in uos iram dei de qua murmuratis,mul
to importunius & uehementius prouocauit. Videtis quia uos contra pacem Christi uiolen
ter insurgitis,& patimini non pro ipsõ,sed pro iniquitatibus uestris. Quæ est ista dementia
ut cum male uiuitis,latronum facta facitis,& cum iure punimini,gloriam martyrum requi/
ratis? Si ergo uos priuata uestra audacia tam uiolẽter cogitis homines,aut ire in errorem,
aut permanere in errore, quantomagis nos debemus per ordinatissimas potestates, quas
deus secundum suam prophetiã subdidit Christo,resistere furoribus uestris, ut miseræ ani
mæ de uestra dominatione liberatæ,eruant de uetustissima falsitate, & assuescãt in aptissi
ma ueritate. Nam quos à nobis nolentes dicitis cogi, multi etiam se cogi uolunt,quod no/
bis antea & postea confitentur,ut uel sic euadãt oppressiones uestras: & tamen quid est me
lius, proferre ueras imperatorum iussiones pro unitate, an falsas indulgentias pro per/
uersitate,quod uos fecistis, & mendacio uestro subito totam Africam implestis.In quo fa/
cto nihil aliud ostendistis, nisi partem Donati semper de mendacio præsumentem, omni
Prouer.10 uento iactari & circũferri, sicut scriptũ est,Qui fidit in falsis, hic pascit uentos.Sicut enim ue
ra fuit ista indulgentia, sic uera sunt crimina Cæciliani, & traditio Felicis Aptungensis per
quem ordinatus est,& quicquid aliud contra catholicos dicere consuestis, ut à pace ecclesiæ
Christi infelices separetis & infeliciter separemini. De nulla quidem nos hominis potestate
præsumimus, quãuis utiq; multo sit honestius præsumere de imperatoribus q̃ præsume/
re de circumcellionibus,præsumere de legibus quàm præsumere de seditionibus.Sed memi
Hiere. 17. nimus scriptum esse,Maledictus omnis qui spem suam ponit in homine. Vnde ergo præ/
sumimus,si uultis nosse,illum cogitate,de quo propheta prænunciauit dicens, Adorabunt
12.q.5. impe/ eum omnes reges terræ,& omnes gentes seruient illi. Et ideo hac ecclesiæ potestate utimur,
ratores quam ei dominus & promisit & dedit. Imperatores enim si in errore essent,quod absit, pro
errore suo contra ueritatem leges darent,per quas iusti & probarẽtur & coronarentur, non

faciendo

A faciendo quod illi inberẽt,quia deus prohiberet. Sicut iusserat Nabuchodonosor, ut aurea
statua adoraretur,quod qui facere noluerunt,deo talia prohibenti placuerunt. Quando au Daniel.3
tem imperatores ueritatem tenent, pro ipsa ueritate contra errorem iubent,quod quisqs cõ
tempserit,ipse sibi iudicium acquirit. Nam inter homines pœnas luit,& apud deum frontẽ
nõ habebit qui hoc facere noluit,quod ei p cor regis ipsa ueritas iussit, Sicut ipse Nabucho
donosor postea miraculo salutis trium puerorum commotus atq; mutatus,pro ueritate cõ
tra errorem edictum proposuit,ut quicunq; blasphemarent deum Sidrach,Misach & Ab/
denago,in interitum irent,& domus eorum in dispersionem,Et non uultis ut tale aliquid cõ
tra uos iubeant imperatores Christiani, cum sciãt à uobis in eis quos rebaptizatis Christũ
exufflari.Si iussiones regum non pertinent ad prædicandam religionem & sacrilegia pro/
hibenda, quare ad edictum regis talia iubentis etiam ipsi uos signatis? An ignoratis uerba
regis esse,Regi Nabuchodonosor ostẽdi signa & ostenta,quæ fecit mihi dominus deus ex/
celsus,placuit mihi in conspectu meo annunciare,quàm magnum & potens sit regnũ eius,
regnum sempiternum & potestas eius in secula seculorum? An cum hoc audieritis,non re/
spondetis, amen,& hoc dicto clara uocc ad edictum regis uos in sancta solennitate signa/
tis.Sed modo quia nihil apud imperatores potestis, nobis inde uultis facere inuidiam.Si
autem aliquid possetis,quanta faceretis quando nihil potestis & non cessatis? Scitote q; pri
mi maiores uestri causam Cæciliani ad imperatorẽ Constantinum detulerunt. Exigite hoc
à nobis, probemus uobis,& si non probauerimus,facite de nobis quicquid potueritis. Sed
quia Constantinus non est ausus de causa episcopi iudicare,eam discutiendam atque finiẽ/
dam episcopis delegauit. Quod & factum est in urbe Roma præsidente Melciade episco/
po illius ecclesiæ cum multis collegis suis. Qui cum Cæcilianum innocẽtem pronunciassent,
& Donatum qui schisma Carthagini fecerat,sententia percussissent, iterum uestri ad impe/
ratorem uenerunt,de iudicio episcoporum in quo uicti fuerant murmurarunt. Quomodo
B enim potest malus litigator laudare iudices, quibus iudicantibus uictus est? Iterum tamen
clementissimus imperator alios iudices episcopos dedit apud Arelatum galliæ ciuitatem,
& ab ipsis uestri ad ipsum imperatorem appellarunt, donec etiam ipse causam cognosce/
ret,& Cæcilianum innocentem, illos calumniosos pronunciaret. Nec sic totiens uicti quie/
uerũt,sed de Felice Aptungitano per quem Cæcilianus fuerat ordinatus quotidianis inter/
pellationibus ipsi imperatori tædium fecerunt, dicentes eum esse traditorem.Et ideo Cæci/
lianum episcopum esse non posse q; à traditore fuerit ordinatus, donec & ipse Felix iuſ/
su imperatoris causa cognita ab Heliano proconsule innocens probaretur. Tunc Constan
tinus prior contra partem Donati seueriſſimam legẽ dedit.Hunc imitati filij eius talia præ/
ceperunt. Quibus succedens Iulianus desertor Christi & inimicus, supplicantibus uestris Iulianus.
Rogatiano & Pontio, libertatem perditionis parti Donati permisit. Deniq; tunc reddidit
basilicas hæreticis,quando templa dæmonijs, eo modo putans Christianum nomen posse
perire de terris,si unitati ecclesiæ de qua lapsus fuerat inuideret, & sacrilegas dissensiones li/
beras esse permitteret. Hæc erat eius prædicanda iustitia, quam supplicantes Rogatianus
& Pontius laudauerunt, dicentes homini apostatæ,q; apud eum sola iustitia haberet locũ.
Huic successit Iouinianus,qui quoniam cito mortuus est,nihil de rebus talibus iussit. Dein/
de Valentinianus,legite quæ contra uos iusserit. Inde Gratianus & Theodosius,legite quã
do uultis quæ de uobis constituerint. Quid ergo de filijs Theodosij miramini, quasi aliud
in hac causa sequi debuerint,quàm Constantini iudicium per tot Christianos imperatores
firmissime custoditum? Ad Constantinũ autem sicut diximus, sic uobis quando uultis si
causam ignoratis ostendemus,maiores uestri causam Cæciliani ultrò detulerũt. Defunctus
est Constantinus, sed iudicium Constantini contra uos uiuit, quò uestri causam miserunt,
apud quem iudices episcopos reprehẽderunt, ad quem à iudicibus episcopis appellauerũt,
quem tædiosissime de Felice Aptungitano interpellauerũt, à quo totiens conuicti & cõfusi
redierũt,& à pernicie furoris & animositatis suæ non recesserunt, eamq; uobis posteris suis

hæreditariam reliquerunt, ut tam impudenter de iussionibus Christianorum imperatorũ C
faciatis inuidiam, cum si uobis liceret, non quidem iam Constantinum Christianum, quia
ueritati fauit, contra nos interpellaretis, sed apostatam Iulianum ab inferis excitaretis, qua/
si uero si aliquid tale contingeret, esset magnum malũ nisi uobis. Quæ est enim peior mors
animæ quàm libertas erroris? Sed iam tollamus ista omnia de medio, amemus pacẽ, quã
omnis doctus & indoctus intelligit præponendam esse discordiæ, diligamus & teneamus
unitatẽ. Hoc iubent imperatores, quod iubet & Christus, quia cum bonum iubẽt, per illos
non iubet nisi Christus. Et nos etiam per apostolum obsecrat, ut idipsum dicamus omnes,
1. Cor. 1. & non sint in nobis schismata. Neq; dicamus, Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo,
ego uero Cephæ, ego autem Christi, sed simul omnes non simus, nisi Christi, quia nec diui/
sus est Christus. Nec Paulus crucifixus pro nobis, quãto minus Donatus, nec in nomine
Pauli baptizati sumus, quanto minus in Donati. Hoc dicunt & imperatores, quia Christi/
ani catholici sunt, non idolorum serui sicut uester Iulianus, Non hæretici, sicut quidam fue/
runt, & ecclesiam catholicam persecuti sunt, quando ueri Christiani non pro hæretico erro/
re pœnas iustissimas sicut uos, sed pro catholica ueritate passiones glorioßissimas pertule/
runt. Attendite quàm manifestissima ueritate per cor regis quod in manu dei est, ipse deus
dixerit in ista ipsa lege quam contra uos prolatam dicitis, Est autem si intelligatis prolata
pro uobis. Attendite quid habeant uerba principis: Nam si in eis qui primo initiati sunt id
circo religio baptismatis iudicatur infirma, q̃ hi à quibus accipitur peccatores putentur, to/
tiens renouari necesse erit traditum sacramentum, quotiens indignus fuerit inuentus colla/
ti baptismatis administrator, & fides nostra non ex nostræ uoluntatis arbitrio, neq; ex diui
ni muneris gratia, sed ex meritis sacerdotum & clericorum qualitate pendebit. Faciant mil/
le concilia episcopi uestri, huic uni sententiæ respondeant, & ad quod uolueritis cõsentimus
uobis. Videte enim quàm peruerse & impie dicat, quod dicere soletis, quia si bonus sit ho/
mo, ipse sanctificat eum quem baptizat, si autem malus sit & nesciat ille qui baptizatur, tũc D
deus sanctificat. Hoc si uerum est, optare ergo debent homines ut à malis ignoratis bapti/
zentur, potius quàm à notis bonis, ut magis à deo quàm ab homine possint sanctificari.
Sed absit à nobis ista dementia. Quare ergo nõ uerum dicimus & recte sapimus: quia sem
per dei est illa gratia & dei sacramentum, hominis autem solum ministerium, qui si bonus
est, adhæret deo & operatur cum deo, si autem malus est, operatur per illum deus uisibi/
lem sacramenti formam, ipse autem donat inuisibilem gratiam. Hoc sapiamus omnes, &
non sint in nobis schismata. Concordate nobiscum fratres, diligimus uos, hoc uobis uolu/
mus quod & nobis. Si propterea nos grauius odistis, quia errare uos & perire non permit/
25. q. 6. quod errauerat. timus, hoc deo dicite, quem timemus minantem malis pastoribus & dicentem, Quod erra/
uerat non reuocastis, & quod perierat non inquisistis. Hoc uobis per nos deus ipse facit, siue
obsecrando, siue minando, siue corripiendo, siue damnis, siue laboribus, siue per suas occul/
tas admonitiones uel uisitatiões, siue per potestatum temporalium leges. Intelligite quid
uobiscum agatur, perire uos non uult deus in sacrilega discordia alienatos à matre uestra
catholica. Nihil in nos aliquando probare potuistis, uestri episcopi conuenti à nobis, nun/
quam nobiscum pacifice conferre uoluerunt, quasi fugientes cum peccatoribus loqui. Quis
ferat istam superbiam, quasi Paulus apostolus non contulerit cum peccatoribus & cũ ual/
de sacrilegis? Legite actus apostolorũ, & uidete. Quasi ipse dominus nõ cum Iudæis à qui/
bus crucifixus est, sermones de lege habuerit, eisq; congruenter responderit. Postremo dia
bolus est primus omnium peccatorum, qui conuerti ad iustitiam nunquam poterit: & ta/
men nec ipse dominus de lege dedignatus est ei respondere, ut intelligatis istos ideo nobis/
cum nolle conferre, quia causam suam perditam norunt. Nos ignoramus quid aduersus i/
psos homines iactant qui calũnioßis dissensionibus gaudent. In scripturis didicimus Chri/
stum, in scripturis didicimus ecclesiam. Has scripturas communiter habemus, quare nõ in
eis & Christum & ecclesiam cõmuniter retinemus? Nos ubi agnouimus eum de quo dicit
apostolus,

A apoſtolus,Abrahæ dictæ ſunt promiſſiones & ſemini eius, Non dicit, & ſeminibus tanq̃ in multis,ſed tanq̃ in uno,& ſemine tuo quod eſt Chriſtus: ibi agnouimus eccleſiã de qua dicit deus ad Abrahã,In ſemine tuo benedicentur omnes gentes. Vbi agnouimus Chriſtũ Gen.12.
in pſalmo de eo prophetantẽ,Dominus dixit ad me,filius meus es tu ego hodie genui te: pſal.2.
ibi agnouimus eccleſiam in eo quod ſequitur, Poſtula à me & dabo tibi gentes hæreditatẽ tuã & poſſeſſionẽ tuã terminos terræ. Vbi agnouimus Chriſtum in eo quod ſcriptum eſt, Deus deorũ dominus locutus eſt:ibi agnouimus & eccleſiã in eo quod ſequitur, Et uocauit pſal.49.
terrã à ſolis ortu uſq; ad occaſum. Vbi agnouimus Chriſtum in eo quod ſcriptũ eſt,Et ipſe tanq̃ ſponſus procedẽs de thalamo ſuo,exultauit ut gigas ad currendã uiã:ibi agnouimus pſal.18
eccleſiam in eo quod paulo ſuperius dicit,In omnẽ terrã exiuit ſonus eorũ, & in fines orbis terræ uerba eorũ,In ſole poſuit tabernaculum ſuũ. Ipſa eſt eccleſia in ſole poſita, hoc eſt in manifeſtatiõe omnibus nota uſq; ad terminos terræ. Vbi agnouimus Chriſtũ in eo quod ſcriptũ eſt,Foderunt manus meas & pedes meos,dinumerauerunt omnia oſſa mea,Ipſi uero conſideraverunt & aſpexerunt me,& diuiſerũt ſibi ueſtimenta mea, & ſuper ueſtimentũ meũ miſerunt ſortem:ibi agnouimus & eccleſiã in eo quod paulo poſt in pſalmo ipſo dicitur,Cõmemorabuntur & conuertentur ad dominũ uniuerſæ fines terræ, Et adorabũt in cõſpectu eius uniuerſæ patriæ gentiũ, Quoniã domini eſt regnũ & ipſe dominabitur gentiũ. pſal.21
Vbi agnouimus Chriſtũ in eo quod ſcriptũ eſt, Exaltare ſuper cœlos deus:ibi agnouimus pſal.106.
& eccleſiam in eo quod ſequitur,Et ſuper omnem terram gloria tua. Vbi agnouimus Chriſtũ in eo quod ſcriptũ eſt, Deus iudicium tuũ regi da, & iuſticiã tuã filio regis: ibi agnouimus & eccleſiã in eo quod pſalmo ipſo dicitur,Et dominabitur à mari uſq; ad mare,& à flumine uſq; ad terminos orbis terrarũ.Corã illo procident Æthiopes,& inimici eius terrã lingent,Reges tharſis & inſulæ munera offerent,reges arabũ & ſaba dona adducẽt.Et adorabunt eũ omnes reges terræ,omnes gentes ſeruient illi. Vbi agnouimus Chriſtũ in eo quod pſal.71
B ſcriptũ eſt, lapidẽ de monte ſine manibus præciſum fregiſſe omnia regna terrarũ,utiq; illa quæ de culturis dæmonũ præſumebãt:ibi agnouimus & eccleſiã in eo quod dictũ eſt, lapidẽ ipſum creuiſſe, & factũ montẽ magnũ & repuliſſe omnẽ terrã. Vbi agnouimus Chriſtũ Daniel.2.
in eo quod ſcriptum eſt, Prævalebit dominus aduerſus eos, & exterminabit omnes deos gentiũ terræ: ibi agnouimus & eccleſiã in eo quod illic ſequit, Et adorabũt in cõſpectu eius unuſquiſq; de loco ſuo omnes inſulæ gentiũ. Vbi agnouimus Chriſtũ in eo quod ſcriptũ Abac.3
eſt,Deus ab Africo ueniet & ſanctus de mõte umbroſo,operiet cœlos uirtus eius: ibi agnouimus eccleſiã in eo quod ſequitur, Et laudis eius plena eſt terra.Ab Africo enim poſita eſt Hieruſalẽ,Sicut legitur in libro Ieſu Naue, unde nomen Chriſti diffuſum eſt:& ibi eſt mõs Ioſue 18.
umbroſus,mons oliueti,unde aſcẽdit in cœlum ut cooperiret cœlos uirtus eius,& impleretur eccleſia per omnẽ terrã laudis eius. Vbi agnouimus Chriſtũ in eo quod ſcriptũ eſt,Sicut ouis ad immolandũ ductus eſt, & ſicut agnus corã tondẽte ſe fuit ſine uoce,ſic nõ aperuit os ſuũ,& cætera quæ illic de eius paſſione dicunt: ibi agnouimus & eccleſiam in eo quod illic Eſa.53
dicitur,Lætare ſterilis quæ nõ paris,erũpe & exclama quæ nõ parturis,quoniã multi filij deſertæ magis q̃ eius quæ habet uirũ.Dixit enim dominus,Dilata locũ tabernaculi tui & aulas tuas cõfige,nõ eſt qd parcas:porrige lõgos funiculos,& palos ualidos cõfirma,etiã atq; etiã in dexterã atq; ſiniſtrã extẽde.Semẽ enim tuũ hæreditabit gẽtes,& ciuitates quæ deſertæ erant inhabitabis, Non eſt quod metuas,prævalebis enim nec erubeſcas quod deteſtabilis fueris.Confuſionem enim in perpetuũ obliuiſceris, ignominiæ uiduitatis tuæ non eris memor,quoniã ego ſum dominus q feci te,dominus nomen ei.Et qui eruit te,ipſe deus Iſrael uniuerſæ terræ uocabitur.Non nouimus quid de traditoribus dicatis, quos nunc̃ cõuincere,nunc̃ oſtendere potuiſtis: nõ dico quia ueſtri potius in tali crimine detecti & confeſſi manifeſtantur:quid ad nos pertinet de ſarcinis alienis, niſi ut quos poſſumus corrigamus uel correptiõe uel quacunq; diſciplina in ſpiritu mãſuetudinis & diligentia charitatis? Quos aũt corrigere non ualemus, etiam ſi neceſſitas cogit pro ſalute cæterorum ut dei ſacramẽta

nobiſcū cōmunicēt,peccatis tamē eorū nō cōmunicemus, quod nō fit niſi cōſentiendo & fa C
uēdo.Sic enim eos in iſto mūdo in quo eccleſia catholica per omnes gētes diffundit, quem
agrum ſuū dominus dicit, tanq; zizania inter triticū,uel in hac unitatis area tanq; paleā p
mixtā frumēto,uel intra retia uerbi & ſacramēti tāq; malos piſces cū bonis incluſos uſq; ad
tēpus meſſis aut uētilationis aut litoris toleramus,ne ꝓpter illos eradicemus & triticū, aut
grana nuda ante tēpus de area ſeparata,non in horreū mittēda purgemus, ſed uolatilibus
tolligēda proiiciamus, aut diruptis p ſchiſmata retibus,dū quaſi malos piſces cauemus, in
mare pernicioſæ libertatis exeamus. Propter hoc enim his atq; alijs ſimilitudinibus domi/
nus ſeruorū ſuorū tolerantiā cōfirmauit,ne dū ſe boni putant malorū permixtione culpari,
per humanas & temerarias diſſenſiones aut paruuli pereant. Quod
uſq; adeo cœleſtis magiſter cauendū præmonuit,ut etiā de præpoſitis malis plebē ſecurā fa
ceret,ne propter illos doctrinæ ſalutaris cathedra deſereret, in qua cogūtur etiā mali bona
dicere.Neq; enim ſua ſunt quæ dicunt ſed dei, qui in cathedra unitatis doctrinā poſuit ue/
ritatis.Proinde ille uerax & ipſe ueritas de præpoſitis ſua mala faciētibus,& dei bona dicēti
Matth. 23 bus ait,Quæ dicunt facite,quæ aūt faciunt facere nolite,Dicūt enim & nō faciunt.Nō utiq;
diceret,Quæ faciunt,facere nolite, niſi manifeſtaſſet mala quæ faciunt. Non ergo propter
al. pereamus malos in mala diſſenſiōe † pergamus,quamuis ueſtros maiores nō execratores malorum,
ſed accuſatores innocentium fuiſſe,ſi uelitis poſſimus oſtendere.Sed quicunq; illi & quales
cūq; fuerint,portant ſarcinas ſuas.Ecce ſcripturæ communes,ecce ubi nouimus Chriſtum,
ecce ubi nouimus eccleſiam.Si Chriſtum ipſum tenetis, ipſam eccleſiam quare non tenetis?
Si in ipſum Chriſtum quem legitis & non uidetis, tamen propter ueritatem ſcripturarum
creditis,quare eccleſiam negatis,quam & legitis & uidetis? Hæc uobis dicendo & ad hoc bo
num pacis & unitatis & charitatis compellēdo,inimici uobis facti ſumus,& mandatis quia
occidetis nos qui ueritatem uobis dicimus, & in errore uos perire quantum poſſumus non D
permittimus. Vindicet nos deus de uobis,ut ipſum errorem ueſtrū in uobis occidat, & no/
biſcum de ueritate gaudeatis.

Aug.Feſto, docēs recte legibus ſanari Donatiſtas, & indicans in regione Hippo/
nēſi nondū eos Feſti litteris correctos,ſed adhuc intolerabiliter graſſari.Ep.CLXVII.

DOMINO dilectiſſimo & honorabili ac ſuſcipiendo filio Feſto, Auguſtinus in
domino ſalutem. Si pro errore homines & damnabili diſſenſione & cōui/
cta modis omnibus falſitate tanta præſumunt, ut eorum ſalutem requirēti ca/
tholicæ eccleſiæ tam audacter inſidiari minari q; non ceſſent, quanto magis æ/
quū eſt,& oportet eos qui pacis & unitatis Chriſtianæ aſſerunt ueritatē,omnibus etiam diſ
ſimulantibus & cohibētibus manifeſtam,ſatagere inſtanter atq; impigre,non ſolū pro eo/
rum munimine qui iā catholici ſunt,uerū etiam pro eorū correctione qui nondū ſunt? Nā
ſi pertinacia inſuperabiles uires habere conatur, quantas decet habere conſtantiā,quæ in eo
bono quod perſeuerāter atq; infatigabiliter agit,& deo placere ſe nouit, & proculdubio nō
poteſt hominibus prudētibus diſplicere? Quid aūt infelicius atq; peruerſius ſicut donatiſtæ
faciūt,qui ſe perſequutionē perpeti gloriant, q; de coertione iniquitatis ſuæ nō ſolū neſcire
cōfundi,ſed etiā uelle laudari, ignorātes cæcitate mirabili uel animoſitate dānabili, ſeu ſcire
diſſimulantes q; martyres ueros non faciat pœna ſed cauſa? Et hoc quidē aduerſus eos dice
rem,quos ſola caligo hæretici erroris inuolueret, pro quo ſacrilegio pœnas digniſſimas lue/
rent,nec tamen ulla quenq; uiolenta inſania lædere auderēt. Aduerſus autem iſtos quid di/
cā,quorum tam pernicioſa peruerſitas,uel damnorū terrore coercetur, uel docetur exilio, q;
ubiq; diffuſa ſit eccleſia,ſicut futura prædicta eſt,quā malunt oppugnare q; agnoſcere? Et ſi
ea quæ per miſericordiſſimam diſciplinam patiūtur,cōparentur eis factis quæ furioſa teme
ritate cōmittunt,quis non uideat qui magis perſecutores uocādi ſunt? Quanq; filij mali eo
tantū quod perdite uiuunt,etiā ſi nullas uiolenter inferāt manus,parentū pietatē grauius p
ſequuntur, q; cū illos pater aut mater, quanto amplius diligūt tanto amplius ad bonā uitā

ſine

A sine ulla dissimulatione cõpellunt. Extant publicorũ monimentorũ firmissima documenta, quæ potes legere si uolueris, immo peto & hortor ut legas, qbus probat' q̃ máiores eorũ q̃ primi se ab ecclesiæ pace diuiserũt, ultrò per Anulinũ tũc proconsulẽ apud Constantinũ imperatorẽ accusare ausi sunt Cæcilianũ. In quo utiq; iudicio si uicissent, quid erat Cæcilianus ab imperatore passurus, nisi quod in istos postea cũ uicti sunt pronunciauit? Sed uidelicet si eis accusantibus atq; superantibus Cæcilianus eiusc̃ collegæ pellerentur sedibus quas tenebãt, uel etiam in sua cõspiratione durantes grauius punirẽtur, Neq; enim poterat uictos & resistentes regia censura contẽnere, tunc isti prouisionẽ suam & pro ecclesia sollicitã curã prædicandã laudibus uẽtilarent. Nũc aũt quia ipsi superati sunt, q̃a ea quæ intẽdebant probare minime potuerũt, si quid p̃ sua iniquitate patiũtur persecutionẽ uocãt, nec tantũ furorẽ perditũ minime reprimunt, uerũ etiã honorẽ martyrũ quærunt: quasi uero Christiani catholici imperatores aduersus eorũ pertinacissimã iniquitatẽ aliud sequant' cũ Constantini iudiciũ apud quẽ ultrò Cæciliani accusatores fuerũt, cuius autoritatẽ omnibus transmarinis episcopis prætulerũt, ut nõ ad illos, sed ad illũ ecclesiæ causam deferrẽt, ut ab eo datũ in urbe Roma episcopale iudiciũ, in quo primũ uicti sunt, rursus apud illũ accusarẽt, ut ab altero apud Arelatũ dato episcopali iudicio ad illũ appellarent, apud quẽ tamẽ nouissime superati in sua peruersitate permanserũt. Puto q̃ ipse diabolus, si autoritate iudicis quẽ ultrò elegerat totiẽs uinceretur, nõ esset tã impudẽs ut in ea causa persisteret. Sed hæc humana iudicia deputẽtur, & circũuenire ac falli uel etiã corrũpi potuisse dicãtur. Cur ergo adhuc accusatur Christianus orbis terrarũ, & nescio quibus traditorũ criminibus infamat', qui utiq; nec potuit nec debuit nisi electis iudicibus potius cũ uictis litigatoribus credere? Habẽt apud deũ illi iudices causam suam siue bonã siue malã, quid fecit ecclesia toto orbe diffusa, quæ nõ ob aliud ab istis rebaptizanda cẽsetur, nisi quia in ea causa in qua quid uerí esset iudicare non potuit, eis potius qui iudicare potuerũt cũ eis qui nec superati cesserũt credendũ putauit? O
B magnũ crimẽ omniũ gentiũ quas in semine Abrahæ benedicẽdas promisit deus, & sicut p̃misit exhibuit, quæ cũ una uoce dixerint, quare nos uultis rebaptizare, Respondet' eis, quia nescitis q̃ fuerint in Africa sanctorũ codicũ traditores, & in eo qd' nesciebatis iudicibus magis cũ accusatoribus credere uoluistis. Si crimẽ alienũ nõ grauat quẽcũ, quid pertinet ad orbẽ terrarũ quod in Africa quisq; cõmisit? Si crimẽ incognitũ nõ grauat quencũ, unde potuit orbis terrarũ cognoscere, uel crimẽ iudicũ uel reorũ, iudicate qui cor habetis. Hæc est hæreticа iustitia, ut quia orbis terrarũ non dãnat crimẽ incognitũ, pars Donati dãnet orbẽ terrarũ inauditũ. Sed sanè sufficit orbi terrarũ tenere promissiones dei, & in se uidere compleri, qd' prophetæ tanto ante præcinuerunt, in eisdẽ scripturis agnoscere ecclesiã, ubi & rex eius Christus agnoscitur. Vbi enim de Christo talia prædicta sunt, qualia completa in euangelio legimus, illic prædicta sunt de ecclesia qualia compleri toto orbe iam cernimus. Nisi forte quencũ prudentiũ permouebit, quod de baptismo solent dicere. Tunc esse uerum baptismum Christi, cum ab homine iusto datur, cum & hinc teneat orbis terrarum euidentissimã & euãgelicam ueritatem, ubi Ioannes ait, Qui me misit baptizare in aqua, ipse mihi dixit, Ioan. 1
Super quem uideris spiritum descendẽtem quasi columbam & manentem super eum, ipse est qui baptizat in spiritusancto. Vnde secura ecclesia spem non ponit in hominẽ ne incidat in illam sententiã in qua scriptũ est, Maledictus omnis qui spẽ suam ponit in homine, Hier. 17.
sed spẽ suã ponit in Christo, Qui sic accepit formã serui, ut nõ amitteret formã dei. De quo dictũ est, Ipse est qui baptizat. Proinde homo quilibet minister baptismi eius, qualẽcunq; sarcinã portet, non iste sed super quẽ colũba descendit, ipse est qui baptizat. Illos aũt uana sentiẽtes, tãta absurditas sequit', ut quò ab ea fugiãt non inueniãt. Cũ cñ fateant' ratũ & uerũ esse baptismũ, quãdo baptizat apud eos aliqs criminosus cuius crimina latent, dicimus eis, qs tũc baptizat, nec habẽt qd respõdeãt, nisi deus. Neq; cñ possũt dicere q̃ homo adulter quẽcũ sanctificet. Quibus respõdemus, si ergo cũ baptizat homo iustus manifestus, ipse sanctificat, cũ aũt baptizat homo iniquus occultus, tũc non ipse sed deus sanctificat, optare

debent qui baptizantur ab occultis malis hominibus potius baptizari, quàm à manifestis C
bonis. Multo enim eos melius deus quàm quilibet homo iustus sanctificat. Quod si absur
dum est, ut quisq; baptizandus optet ab occulto adultero potius baptizari, quàm à mani
festo casto, restat utiq; ut quilibet ministrorũ hominum accesserit, ideo ratus sit baptismus,
quia super quẽ descenderit columba ipse baptizat. Et tamen cum tam perspicua ueritas au
res & corda hominum feriat, tanta quosdam malæ consuetudinis uorago submersit, ut o
mnibus autoritatibus rationibusq; resistere, quàm consentire malint. Resistũt autem duo
bus modis, aut sæuiendo aut pigrescendo. Quid igitur hic faciat ecclesiæ medicina salutem
omnium materna charitate cõquirens, tanquam inter phreneticos & lethargicos æstuans?
Nunquid contemnere, nunquid desistere uel debet uel potest? Vtrisq; sit necesse est mole
sta, quia neutris est inimica. Nam & phrenetici nolunt ligari, & lethargici nolunt excitari,
Sed perseuerat diligentia charitatis, phreneticum castigare, lethargicum stimulare, ambos
amare. Ambo offenduntur, sed ambo diliguntur: ambo molestati, quamdiu ægri sunt indi
gnantur, sed ambo sanati gratulantur. Denique non sicut putant & sicut iactãt tales eos su
scepimus quales fuerunt, sed omnino mutatos, quia esse catholici non incipiunt nisi hæreti
ci esse destiterint. Neq; enim sacramẽta eorum nobis inimica sunt, quæ cum illis nobis sunt
communia, quia non humana sunt sed diuina. Proprius eorum error auferendus est quem
male imbiberunt, non sacramenta quæ similiter acceperunt, quæ ad pœnam suam portant
& habent, quanto indignius habent, sed tamen habent. Errore itaq; derelicto, separationis
prauitate correcta, ab hæresi ad ecclesiæ pacem transeunt, quam non habebant, sine qua il
lis pernicioſum fuerat quod habebant. Sed cum transeunt ficti sunt. Non est hoc iam no
strum sed dei iudicium. Et tamen quidam cum ficti putarentur, quoniam iussionis ad nos
terrore transierunt, tales posterius in nõnullis tentationibus inuenti sunt, ut quibusdam ue
teribus catholicis præferrentur. Num ergo nihil agitur cum instanter agitur? Neque enim
solis humanis terroribus murus duræ consuetudinis expũgnatur, sed etiam diuinis autori D
tatibus atq; rationibus fides & intelligẽtia mẽtis instruitur. Quæ cum ita sint, nouerit beni
gnitas tua homines uestros qui in regiõe Hipponẽsi sunt, adhuc esse Donatistas, nec apud
eos quicquam ualuisse tuas litteras. Cur autem non ualuerint, nõ opus est scribere, Sed mit
te aliquem tuorũ, uel domesticorum, uel amicorum cuius hoc fidei possis iniungere, qui nõ
ad ea loca, sed ad nos primitus ueniat illis omnino nescientibus, & nobiscum primitus cõ
cilio pertractato, quod agendũ domino adiuuãte uisum fuerit agat. Neque enim tantum
pro eis agimus cum hoc agimus, sed etiam pro nostris iam factis catholicis, quibus illorũ
uicinitas sic infesta est, ut contemni à nobis nullo modo possit. Et hoc quidem breuiter scri
bere poteram, sed uolui te habere aliquid literarũ nostrarum, quo rationem curæ meæ: non
solum ipse cognosceres, sed etiam cuicunq; dissuadenti ne tuorũ correctioni operam instan
ter impendas, nobisq; detrahenti quod talia uelimus, habeas quod respõdeas. Quod si su
perfluo feci quod iam ista uel didiceras, uel ipse cogitaueras, aut onerosus fui quod curis pu
blicis tam occupato prolixam epistolam ingessi, peto des ueniã, dum tamen quod suggessi
& rogaui non spernas. Sic te tueatur misericordia dei.

Augustinus Eusebio narrat immane factũ iuuenis, qui matrem cædere solitus, demũ
& mortẽ minatus, transijt ad Donatistas, & ab illis iterato baptizatus est. Rogat ut
causa presbyteri cuiusdã, placide tractetur apud graues uiros, Epist. CLXVIII

DOMINO meritoq; suscipiendo eximio atq; honorabili fratri Eusebio, Augusti
nus. Scit deus cui manifesta sunt arcana cordis humani, quantum pacẽ diligo
Christianam, tantũ me moueri sacrilegis eorũ factis, qui in eius dissensione indi
gne atq; impie perseuerãt, eumq; motũ animi mei esse pacificũ, neq; me id agere ut ad con
munionẽ catholicã quisq; cogatur inuitus, sed ut omnibus errãtibus aperta ueritas declaret,
& per nostrũ ministeriũ deo iuuãte manifestata se amplectendam atq; sectandã saris ipsa
persuadeat. Quid enim execrabilius quæso te, ut alia taceã, q̃ id quod nũc accidit? Corripit

Nunc exurun tur.

ab epi

A ab episcopo suo iuuenis, crebris cædibus matris insanus, & impias manus nec illis diebus cũ etiam seueritas legum sceleratissimis parcit, à uisceribus unde natus est reuocans. Minatur eidem matri se in partem Donati translaturum, & eam quam incredibili furore solet cædere perempturum. Minatur ei, transit ad partem Donati, rebaptizatur furens, & in maternũ sanguinem fremens albis uestibus candidatur. Constituitur intra cancellos eminens atq; cõspicuus, & omnium gementium oculis matricidij meditator tanq; renouatus opponitur. Hæccine tandem tibi placent uir grauissime? Nequaq; hoc de te crediderim. Noui considerationem tuam. Cæditur mater carnalis in membris quibus genuit & nutriuit ingratũ, prohibet hæc ecclesia mater spiritalis, cæditur & ipsa in sacramẽtis quibus genuit & nutriuit ingratũ. Nonne tibi uidetur dixisse parricidaliter frendens, quid faciam ecclesiæ quæ me prohibet cædere matrem meam? Inueni quid faciam. Iniurijs quibus potest etiam ipsa feriatur, fiat in me aliquid unde mẽbra eius doleãt, Vadam mihi ad eos qui nouerũt exufflare gratiã in qua ibi natus sum, destruere formam quã in utero eius accepi. Ambas matres meas sæuis cruciatibus torqueã, quæ me posterior peperit, efferat prior. Ad huius doloré spiritaliter moriar, ad illius cædem carnaliter uiuã. Quid aliud expectamus uir honorabilis Eusebi, nisi ut in miserã mulierẽ senectute decrepitã, uiduitate destitutã, à cuius cædibus in catholica prohibebatur, iam donatista securus armetur? Quid enim aliud furibũdo corde & cepit cũ diceret matri, Transferam me in partem Donati, & bibam sanguinem tuũ? Ecce iã conscientia cruentus, ueste dealbatus perficit partem pollicitationis suæ, Restat pars altera ut matris sanguinem bibat. Si ergo placẽt ista, urgeatur à dericis & sanctificatoribus suis, ut intra octauas totum quod uouit exoluat. Potens est quidem dextera domini quæ furorẽ illius à misera uidua & desolata compescat, & eum quibus modis nouit à tam scelerata dispositione deterreat. Veruntamen ego tanto animi dolore percussus, quid facerem nisi saltẽ loquerer? An uero ista illi faciunt & mihi dicitur tace? Auertat à me deus hanc amẽtiam. Et *Titum*
B cum ipse mihi imperet per apostolũ suum, & dicat, ab episcopo refelli oportere docẽtes quæ nõ oportet, ego illorum indignationibus territus taceam? Quod enim publicis gestis hæreticorum uolui tã sacrilegũ nefas, ad hoc utiq; uolui, ne me quisq;, maxime in alijs ciuitatibus ubi oportunũ fuerit, ista deplorantem fingere aliquid arbitretur, quando etiã apud ipsum Hipponem iam dicitur, nõ hoc Proculianũ mandasse, quod publicũ renunciauit officiũ. Quid aũt modestius agere possumus, cũ ut tam grauem causam per te tamen agã uirũ & clarissima dignitate præditum, & considerantissima uoluntate tranquillũ? Peto igitur sicut iã petiui per fratres nostros bonos atq; honestos uiros, quos ad tuam eximietatem misi, ut quærere digneris: utrum Proculiani presbyter Victor non hoc ab episcopo suo mandatũ acceperit, quod officio publico renunciauit: an forte cum & ipse Victor aliud dixerit, falsum illi apud acta prosecuti sint, cum sint cõmunionis eiusdem? Aut si cõsentit ut ipsam totam quæstionem dissensionis nostræ placide pertractemus, ut error qui iam manifestus est, manifestius innotescat, libenter amplector. Audiui enim quod dixerit, ut sine tumultu populari assint nobiscum decẽ ex utraq; parte graues & honesti uiri, & secundũ scripturas quid in uero sit perquiramus. Nam illud quod rursus eum dixisse nonnulli ad me pertulerunt, cur nõ ierim Constantinam, quando ibi plures ipsi erant, uel me debere ire Mileuũ, quod illic sicut perhibent concilium proxime habituri sunt, ridiculum est dicere quod ad me pertineat cura propria nisi Hipponensis ecclesiæ. Mihi tota huius quæstionis ratio maxime cum Proculiano est. Sed si forte imparem se putat, cuius uoluerit collegæ sui imploret auxilium. In alijs enim ciuitatibus tantum agimus quod ad ecclesiam pertinet, quantum uel nos permittunt, uel nobis imponunt earundem ciuitatũ episcopi fratres & consacerdotes nostri. Quanq; & iste qui se tot annorum episcopum dicit, quid in me tyrone timeat, quo minus mecum uelit conferre sermonem, non satis intelligo. Si doctrinam liberaliũ litterarũ, quas forte ipse aut nõ didicit, aut minus didicit, qd hoc pertinet ad eã quæstionẽ quæ uel de sanctis scripturis, uel documẽtis ecclesiasticis, aut publicis discutienda est, in qbus ille per tot annos uersat,

unde

unde in eis deberet esse peritior. Postremo est hic frater & collega meus Samsucius epi/ C
scopus Turensis ecclesiæ,qui nullas tales didicit quales iste dicitur formidare. Ipse assit,agat
cum illo. Rogabo eum,& ut confido in nomine Christi facile mihi concedet, ut suscipiat in
hac re uicem meam,& eum dominus pro ueritate certãtem,quamuis sermone impolitum,
tamen uera fide eruditum sicut cõfidimus adiuuabit. Nulla ergo causa est,cur ad alios ne/
scio quos deferat, ne inter nos quod ad nos pertinet peragamus. Nec tamen ut dixi etiã il/
los defugio,si eorum ipse poscit auxilium.

Augustinus Eusebiũ hortatur, ut curet ut admonito Proculiano, nõ ferendã clericorũ suorum licentiã coherceat,alioqui se Romam rem delaturũ. Epist. CLXIX.

DOMINO eximio meritoq; suscipiendo & dilectissimo fratri Eusebio, Augu/
stinus. Non ego recusanti uoluntati tuæ iudicium sicut dicis inter episco/
pos subeundum molestus exhortator aut deprecator imposui. Quodquidem
etiã si suadere uoluissem,possem fortasse facile ostendere quàm ualeas iudica/
re inter nos in tam manifesta atque aperta causa,& quale sit illud quod facis,ut nõ auditis
partibus iam ferre non dubites pro una parte sententiã qui iudicium reformidas. Sed hoc
ut dixi interim omitto. Nihil autem rogaueram aliud honorabilem benignitatem tuam,
quod quæso tandem in hac saltem epistola digneris aduertere,nisi ut quæreres à Procula/
no,utrum hoc ipse dixerit Victori presbytero suo, quod ab eo sibi dictum publicũ officiũ
renunciauit,an forte qui missi sunt,non quod à Victore audierunt, sed falsum gestis profe/
cuti sint. Deinde quid illi tuo de tota ipsa quæstione inter nos discutienda uideretur. Ar/
bitror autem non iudicem fieri eum qui rogatus ut interroget aliquem, & quod ei respon/
sum fuerit rescribere dignetur. Hoc ergo etiam nunc rogo ut facere non graueris, quia litte
ras meas sicut etiam expertus sum non uult accipere, Quod si uoluisset, non utique per tu/
am eximietatẽ id agerem. Cum autem id non uult,quid possum mitius agere quàm ut per
te talem uirũ & qui eum diligis interrogetur aliquid,unde me tacere mea sarcina prohibet? D
Quod autem mater à filio cæsa tuæ grauitati displicuit,sed ille dixisti si sciret,à communio/
ne sua tam nefarium iuuenem prohibiturus esset,breuiter respondeo,Modo cognouit,mo
24.q.1 sub/ diaconus. do prohibeat. Addo etiã aliud,Subdiaconus quondam Spanensis ecclesiæ uocabulo Pri
mus,cum ab accessu indisciplinato sanctimonialium prohiberetur, atque ordinata & sana
præcepta contemneret,à clericatu remotus est,& ipse iritatus aduersus disciplinam dei,tran
als cõcolonas suas. stulit se ad illos & rebaptizatus est. Duas etiã sanctimoniales† cum colonis suis de fundo
catholicorum Christianorum,siue idem transtulit,siue illum secutæ etiam ipsæ,tamen reba
ptizatæ sunt,Et nunc cum gregibus circumcellionũ inter uagabundos greges fœminarum,
quæ propterea maritos habere noluerũt ne habeant disciplinam,in detestabilis uinolentiæ
bacchationibus superbus exultat,gaudens latissimam sibi apertam esse licentiam malæ cõ/
uersationis, unde in catholica prohibebatur. Et hoc fortasse Proculianus ignorat. Ergo per
tuam grauitatem atque modestiam eidem in noticiam perferatur, Iubeat eum qui non ob
aliud illam cõmunionem delegit,nisi quia in catholica clericatum amiserat, propter inobe/
dientiam & perditos mores à sua communione remoueri. Etenim ego si domino placet
istum modum seruo, ut quisquis apud eos propter disciplinam degradatus ad catholicam
transire uoluerit in humiliatione pœnitẽtiæ recipiatur, quò & ipsi eum forsitan cogerent si
apud eos manere uoluisset. Ab eis uero considera quæso te,quàm execrabiliter fiat,ut quos
male uiuentes ecclesiastica disciplina corripimus, persuadeatur eis ut ad lauacrum alterum
ueniant,atque ut id accipere mereantur paganos se esse respondeant, quæ uox ne procede/
ret de ore Christiano,tãtus sanguis martyrum fusus est,deinde quasi renouati & quasi san
ctificati, disciplinæ quam ferre nõ potuerunt, deteriores facti,sub specie nouæ gratiæ, sacri
legio noui furoris insultent. Aut si male facio, per tuam beneuolentiam ista corrigenda cu/
rare, de me nullus queratur, si hæc illi perferri in noticiam per codices publicos fecero, qui
mihi negari ut arbitror in Romana ciuitate non possunt. Nam cum deus imperet ut lo/
quamur

A quamur & prædicemus uerbum,& docentes quæ nō oportet refellamus,& inſtemus opor/
tune atque importune, ſicuti dominicis & apoſtolicis litteris probo, nullus hominum mi/
hi ſilentium de his rebus perſuadendum arbitretur. Violenter autem uel latrocinanter ſi
quid audendum putauerint,non decrit dominus ad tuendam eccleſiam ſuam,qui iugo ſuo
in gremio eius toto orbe diffuſo omnia terrena regna ſubiecit. Nam cum eccleſiæ quidam
colonus filiam ſuam quæ apud nos fuerat catechumena, & ab illis ſeducta eſt,inuitis parē/
tibus,ut ibi baptizata etiam ſanctimonialis formam ſuſciperet, ad comunionem catholicā
paterna uellet ſeueritate reuocare, & ego fœminam corruptæ mentis niſi uolētem,& libero
arbitrio meliora diligentem ſuſcipi noluiſſem, ille ruſticus etiam plagis inſtare cœpit, ut ſi/
bi filia conſentiret, quod ſtatim omnimodo fieri prohibui,Tamen per Spanianum tranſe/
untibus nobis,presbyter ipſius ſtās in medio fundo catholicæ ac laudabilis fœminæ, uoce
impudentiſſima poſt nos clamauit, q̄ traditores & perſecutores eſſemus, qui conuiciū etiā
in illam fœminam iaculatus eſt,quæ communiōis eſt noſtræ,in cuius medio fundo ſtabat,
Quibus uocibus auditis,non ſolum meipſum à lite refrenaui, ſed etiam multitudinem quæ
me comitabatur compeſcui. Et tamen ſi dicam,quæratur qui ſint uel fuerint traditores uel
perſecutores,Reſpondetur mihi, diſputare nolumus & rebaptizare uolumus. Nos oues ue
ſtras inſidiantibus morſibus luporum more deprædemur, uos ſi boni paſtores eſtis,tacete.
Quid enim aliud mandauit Proculianus,ſi uere ipſe mādauit, Si Chriſtianus es, ſerua hoc
iudicio dei,niſi, nos faciamus,tu tace. Auſus eſt etiam idem presbyter homini ruſticano cō
ductori fundi eccleſiæ comminari.Hæc quoq; omnia per te quæſo nouerit Proculianus,co/
erceat inſaniam clericorum ſuorum. Vide honorabilis Euſebi, non apud te tacui:dignabe/
ris itaq; non quid tu de his omnibus ſentias ne tibi arbitreris à me iudicis onus imponi,ſed
quid illi reſpondeant mihi reſcribere. Miſericordia dei te incolumē tueatur domine eximie
& merito ſuſcipiende ac dilectiſſime frater.

B Auguſtinus Seuerino conſanguineo ſuo, qui uidetur fuiſſe Donatiſta, deteſtatur ſchiſma ſceleſtum & impudens. Epiſt. CLXX.

DOMINO multū deſiderabili & ualde chariſſimo fratri Seuerino, Auguſtinus. Litteras fraternitatis tuæ & ſi ualde ſero,& ſi præter quod ſperauerā,tamen læ/
tus accepi,maximeq; ampliori gaudio perfuſus ſum, cū cognouiſſem hominē
ueſtrū hac ipſa ſola cauſa ueniſſe Hipponē, ut ad me litteras tuæ fraternitatis
afferret.Cogitaui enim nō ſine cauſa hoc exortū eſſe in animo tuo, ut recoleres conſangui/
nitatem noſtrā: niſi quia fortaſſe perſpicis,ſicut noui nō leue pōdus prudētiæ tuæ, q̄ ſit do/
lendū,ut qui ſecundū carnē fratres ſumus, in Chriſti corpore nō una ſocietate uiuamus:præ
ſertim quia facile tibi eſt attēdere & uidere ciuitatē ſuper montē cōſtitutā, de qua dominus
ait in euāgelio,q̄ abſcondi non poſſit. Ipſa eſt enim eccleſia catholica: Vnde καθολικὴ græ/
ce appellat̄,q̄ per totū orbem terrarū diffunditur.Hanc ignorare nulli licet, ideo ſecundū
uerbum domini noſtri Ieſu Chriſti, abſcondi non poteſt.Pars aūt Donati in ſolis Afris ca
lumniatur orbi terrarū, & non cōſiderat ea ſterilitate qua fructus pacis & charitatis noluit
afferre,ab illa radice orientalium eccleſiarum ſe eſſe præciſam, unde euangeliū in Africā ue/
nit:unde terra ſi eis afferatur, adorant,fidelis autem ſi inde ueniat,exufflant & rebaptizant
etiam.Hoc enim prædixit filius dei qui ueritas eſt,ſe eſſe uitem,ſuos autem filios eſſe ſarmē
ta,& patrem ſuum agricolam. Sarmētum inquit quod in me non dat fructum,pater meus Ioan.15.
tollet illud:Sarmentū aūt quod in me dat fructū, purgat illud,ut maiorem fructū afferat.
Non ergo mirum eſt, ſi de illa uite quæ creuit & omnes terras impleuit, præciſi ſunt illi qui
fructum charitatis afferre noluerunt. Qui ſi uera crimina obiecíſſent collegis ſuis, maiores
eorum qui ſchiſma fecerunt, ipſi obtinuiſſent cauſam ſuam apud eccleſiam tranſmarinam,
unde ad iſtas partes Chriſtianæ fidei manauit autoritas, ut illi eſſent foris quibus eadē cri/
mina obiiciebant.Nunc autem cum illi inueniūtur intus communicare eccleſijs apoſtolicis,
quarū nomina in libris ſanctis habent & recitāt,iſti aūt foris poſiti & ab illa communione

ſeparati

ſeparati ſunt,quis nō intelligat eos habuiſſe cauſſam bonam qui eam apud medios iudices C
obtinere potuerunt? Aut ſi cauſam bonam habebant & eam tranſmarinis eccleſijs proba
re non potuerunt,quid illos læſit orbis terrarū,ubi epiſcopi collegas ſuos qui apud eos ob
iectis criminibus conuicti non erant,temere damnare non poſſent? Itaq; innocentes reba
ptizantur & Chriſtus in innocentibus exufflatur.Si autem ijdem Donatiſtæ Afrorum col
legarum ſuorum uera crimina nouerant,& neglexerūt ea demonſtrare & probare tranſma
rinis eccleſijs,ipſi ſe ab unitate Chriſti ſceleratiſſimo ſchiſmate præciderūt,nō habent quod
excuſent:& uos noſtis maxime,quia tam multi ſcelerati apud eos emerſerūt,& tolerauerūt
illos per tot annos ne partem Donati conſcinderent,& non dubitauerunt illo tempore fal
ſas ſuſpitiones ſuas obijcientes,pacem Chriſti unitatémq; dirūpere,& uos uidetis.Sed ne
ſcio quæ carnalis conſuetudo frater Seuerine ibi uos tenet:& olim doleo, olim gemo,maxi
me prudentiam tuam cogitans,& olim te uidere deſidero ut de hac re tecū loquerer. Quid
enim prodeſt uel ſalus uel conſanguinitas temporalis,ſi æternā Chriſti hæreditatem ſalu
témq; perpetuam in noſtra cognatione contemnimus. Hæc me interim ſcripſiſſe ſuffece
rit,quæ duris cordibus ualde pauca ſunt & propè nulla,animo autem tuo quem bene noui
ualde multa ſunt & ualde magna.Nō enim mea ſunt qui nihil ſum, niſi quod expecto mi
ſericordiam dei,ſed ipſius dei omnipotentis,quem quiſquis in hoc ſeculo contempſerit pa
trem, inueniet in futuro iudicem.

Sub perſona eccleſiæ catholicæ cohortatur omnes Donatiſtas,ut reſipiſcentes rede
ant ad communionem. Epiſtola CLXXI

2.Retrac.40 Pſal.4 VOBIS Donatiſtæ, catholica eccleſia dicit: Filij hominum uſq; quo graues cor
de,ut quid diligitis uanitatē, & quæritis mendacium? Vt quid uos a totius or
bis unitate nefario ſchiſmatis ſacrilegio diuiſiſtis? Attenditis falſa quæ uobis di
cuntur ab hominibus,aut mentientibus, aut errantibus de traditione codicū di
uinorū,ut in hæretica ſeparatione moriamini,& nō attēditis quod uobis ipſi codices dicūt, D
ut in catholica pace uiuatis. Quare aperitis aures ad ſermonem hominum dicētium quod
Pſal.2 nunquā probare potuerunt,& ſurdi eſtis aduerſus ſermonē dei dicentis:Dominus dixit ad
me filius meus es tu,ego hodie genui te,Poſtula à me & dabo tibi gentes hæreditatē tuam
Gal.5 & poſſeſſionem tuam terminos terræ? Abraæ dictæ ſunt promiſſiones & ſemini eius, Nō
dicit,& ſeminibus tanquam in multis,ſed tanquā in uno, & ſemini tuo quod eſt Chriſtus.
In ſemine,inquit,tuo benedicentur omnes gentes.Erigite oculos cordis,& cōſiderate totum
Gen.12 orbem terrarū,quomodo in ſemine Abraæ benedicūtur omnes gentes. Tunc ab uno crede
batur quod nōdum uidebatur,iam uos uidetis & adhuc inuidetis.Paſſio domini precium
eſt orbis terrarum.Ille totum orbem redemit, & uos cum toto orbe ad lucrum ueſtrum nō
cōcordatis,ſed potius ad damnum ueſtrum in parte litigatis,ut totum perdatis. Audite in
Pſal.21 pſalmo,quo precio redempti ſumus.Foderunt,inquit,manus meas & pedes meos,dinume
rauerunt omnia oſſa mea.Ipſi uero conſiderauerunt & conſpexerunt me, diuiſerunt ſibi ue
ſtimenta mea,& ſuper ueſtimentum meū miſerunt ſortem. Quare diuiſores ueſtimētorum
domini eſſe uultis,& tunicam illam charitatis deſuper textam,quā nec perſecutores eius di
uiſerunt,tenere cum toto orbe non uultis? In pſalmo ipſo legitur,quia totus orbis eam te
net. Commemorabuntur,inquit,& conuertentur ad dominum uniuerſi fines terræ,Et ado
rabunt in conſpectu eius uniuerſæ patriæ gentiū, Quoniā ipſius eſt regnū,& ipſe domina
Pſal.49 bitur gentiū. Aperite aures cordis & audite,quia deus deorū dñs locutus eſt,& uocauit ter
ram à ſolis ortu uſq; ad occaſum,ex Syon ſpecies decoris eius.Si hoc non uultis intelligere,
Luc.24 audite Euangeliū,iam per os propriū loquente ipſo domino & dicēte:Quia oportebat de
Chriſto cōpleri omnia,quæ de illo ſcripta ſunt in lege & prophetis & pſalmis, & prædicare
in nomine eius pœnitentiam & remiſſionem peccatorū per omnes gentes,incipientibus ab
Hieruſalem.Quod in pſalmo dixit,Vocauit terrā à ſolis ortu uſq; ad occaſum,hoc in Euan
gelio,Per omnes gētes.Et quod in pſalmo dixit,Ex Syon ſpecies decoris eius,hoc in Euan
gelio

A gelio dixit, Incipientibus ab Hieruſalem. Fingitis uos ante tempus meſſis fugere permixta zizania, quia uos eſtis zizania. Nam ſi frumenta eſſetis, permixta zizania toleraretis, & à ſegete Chriſti non uos diuideretis. De zizanijs quidem dictum eſt, Quoniam abundabit iniquitas, refrigeſcet charitas multorum. Sed & de tritico dictum eſt, Qui perſeuerauerit Matt.24
uſq; in finem, hic ſaluus erit. Quare creditis creuiſſe zizania & mundum repleuiſſe, triticum autem decreuiſſe, & in ſola Africa manſiſſe? Chriſtianos uos dicitis, & Chriſto contradici/
tis. Ipſe dixit, Sinite utraq; creſcere uſq; ad meſſem, non dixit, creſcant zizania, decreſcant Matt.13
frumenta. Ipſe dixit, Ager eſt hic mundus, non dixit, ager eſt Africa. Ipſe dixit, Meſſis eſt fi
nis ſeculi, non dixit, meſſis eſt † pars Donati. Ipſe dixit, Meſſores angeli ſunt, nõ dixit, meſ- † al's tempus
ſores principes Circumcellionum ſunt. Sed quia pro zizanijs triticum accuſaſtis, uos eſſe zi
zania demonſtraſtis, & quod eſt grauius ante tempus uos à tritico ſeparaſtis. Maiores em̃
ueſtri in quorũ ſacrilega præciſione perſeueratis, quidam geſtis municipalibus codices ſan
ctos & inſtrumenta eccleſiæ perſecutoribus tradiderunt, quidam eos fatentes dimiſerunt
& eis communicauerunt, & utriq; Carthaginem furioſa factione conuenerunt, de crimine
traditionis, de quo ipſi inter ſe iam conſenſerant, inauditos damnauerunt, Epiſcopum con
tra epiſcopum ordinauerunt, altare contra altare erexerũt. Poſtea litteras ad imperatorem
Conſtantinũ ut inter Afros epiſcopi tranſmarini iudicarent, miſerũt, datis iudicibus quos
poſtulauerant, & Romæ iudicantibus non obtemperauerunt, epiſcopos apud imperatorẽ
tanq; male iudicauerint arguerunt. Ab alijs rurſus epiſcopis ad Arelatum miſſis ad ipſum
imperatorem appellauerunt: ab ipſo auditi & calumniatores inuenti, in eodem ſcelere per/
manſerũt. Euigilate ad ſalutem, amate pacem, redite ad unitatem. Hæc uobis quemadmo
dum geſta ſunt quando uultis omnia recitamus. Ille communicat malis qui cõſentit factis
malorũ, non qui tolerat in agro dominico zizania uſq; ad meſſem, uel paleam uſq; ad ul/
timam uentilationem. Si malos odiſtis, uoſipſi mutamini ab ſcelere ſchiſmatis. Si malorũ
B permixtionem timeretis, Optatum inter uos in apertiſſima iniquitate uiuẽtem per tot an/
nos non teneretis. Quem cum modo martyrem dicitis, ſupereſt ut eum propter quem mor
tuus eſt Chriſtũ dicatis. Poſtremo quid uos offendit orbis Chriſtianus, à quo uos nefario
furore præcidiſtis? Et quid apud uos promeruerunt Maximianiſtæ, quos à uobis damna/
tos, & per iudicia publica de baſilicis pturbatos, in ſuo rurſus honore recepiſtis? Quid uos
offendit pax Chriſti, contra quam uos diuiditis ab eis quos infamatis? Et quid uos prome
ruit pax Donati, pro qua ſuſcipitis quos damnatis? Felicianus Muſticanus modo uobiſcũ
eſt. Legimus enim prius in ueſtro concilio damnatum, & à uobis poſtea in iudicio procon
ſulis accuſatum, & in Muſticana ciuitate geſtis municipalibus oppugnatũ. Si traditio codi
cum ſcelerata eſt, quam deus in regem qui Hieremiæ librum incendit morte † publica uin- † aliâs bellica
dicauit, quanto ſceleratius eſt ſacrilegium ſchiſmatis, cuius autores quibus Maximianiſtas
comparaſtis, aperta terra uiuos abſorbuit? Quomodo ergo crimen traditionis nobis obij/
citis quod non probatis, & ſchiſmaticos ueſtros & damnatis & acceptatis? Si propterea iu
ſti eſtis, quia perſecutionem per imperatores paſſi eſtis, iuſtiores uobis ſunt iſti Maximia/
niſtæ quos per iudices ab imperatoribus catholicis miſſos uoſipſi perſecuti eſtis? Si baptiſ/
mum uos ſoli habetis, quid apud uos facit baptiſmus Maximianiſtarũ in eis quos bapti/
zauit Felicianus damnatus, cũ quibus eſt ad uos poſtea reuocatus? Vel uobis laicis ad iſta
reſpondeant epiſcopi ueſtri, ſi nobiſcum loqui nolunt, & cogitate pro ſalute ueſtra quale ſit
hoc ipſum quod nobiſcum loqui nolunt. Si lupi concilium fecerunt ut paſtoribus non re/
ſpondeant, quare oues concilium perdiderunt ut ad luporum ſpeluncas accedant?

Auguſtinus Criſpinum Donatiſtam urget, propoſitis breuiter aliquot argumentis, ad ea ſi poteſt reſpondeat per litteras. Epiſtola. CLXXII.

QVIA humilitatem noſtram ueſtri reprehendunt, ideo ſic epiſtolam prænotaui, quod in tuam contumeliam feciſſe uidear, ſi non ita mihi obſte reſcribatur ut ex pecto de Carthagine promiſſione tua uel noſtra inſtantia. Quid multa comme

morem? Quomodolibet ea gesserimus, transierint ne quod restat impediant. Nũc excusa C
tio, nisi fallor nulla est, adiuuante domino, ambo in Numidia sumus & nobis loco terra/
rum inuicem propinquamus. Rumor ad me detulit adhuc te uelle mecum disputando ex/
periri de quæstione quæ nostram dirimit communionem. Vide q̃ breuiter omnes auferan
tur ambages, ad hanc epistolam responde si placet, & fortasse sufficiet, non solũ nobis, sed
& eis qui nos audire desiderant: aut si non sufficiet, scripta atq; rescripta, donec sufficiat, re/
petentur. Quid enim nobis commodius poterit exhibere urbium quas incolimus tanta ui
cinitas? Ego enim statui nihil de hac re agere uobiscum nisi per litteras, uel ne cui nostrum
de memoria quod dicitur elabatur, uel ne fraudentur talium studiosi, qui forte interesse
non possunt. Soletis de præteritis rebus gestis quæ uultis falsa iactare, forte non mentien
di studio sed errore. Proinde si placet de præsentibus illa metiamur. Proculdubio te nõ fu
git prioris populi temporibus & idolatriæ sacrilegium fuisse commissum, & à rege contem
ptore librum propheticum incensum, quo utroq; crimine schismatis malum non punire/
tur atrocius, nisi grauius penderetur. Profecto enim recordaris quemadmodum schisma/
tis autores uiuos dehiscens terra sorbuerit, & eos qui consenserant, cœlo irruens ignis ab/
sumpserit. Sic nec fabricatum & adoratum idolum, nec sacer liber exustus meruit uindica/
ri. Cur ergo qui soletis nobis obijcere, non solum in nostris non probata, sed potius in ue/
stris probata crimina eorum qui formidine persecutionis impulsi dominicos libros concre
mandos ignibus tradiderunt, Vos eos quos pro scelere schismatis, plenarij concilij uestri
ueridico, sicut ibi scriptum est, ore damnastis, in eodẽ ipso episcopatu recepistis, in quo da/
mnastis, Felicianum dico Musticanum & Prætextatum Assuritanũ. Neq; enim sicut igno
rantibus dicitis ex eo numero fuerunt isti quibus uestrum cõcilium diem prorogauerat &
præfixerat, intra quem nisi ad uestram communionem remeauissent, eadem sententia tene
rentur: sed de illo numero isti fuerunt quos eo die sine dilatione damnastis, quo illis dilatio D
nem dedistis. Probabo si negaueris. Concilium uestrum loquitur, procõsularia gesta habe
mus in manibus quibus id non semel allegastis. Aliam ergo defensionem para si potes, ne
dum negas quod conuincam, moras faciamus. Felicianus igitur & Prætextatus si innocen
tes erant, quare sic damnati sunt? Si scelerati, quare sic recepti sunt? Si probaueris innocen
tes, cur non credamus à multo paucioribus maioribus uestris falso crimine traditionis in/
nocentes potuisse damnari, si à trecentis decem successoribus eorum, ubi etiam pro magno
scriptum est, plenarij concilij ore ueridico, in falso crimine schismatis innocẽtes damnari po
tuerunt? Si autem probaueris recte fuisse damnatos, quæ restat defensio, cur in eodem epi
scopatu recepti sint, nisi ut exaggerans utilitatem salubritatemq; pacis, ostendas etiã ista
pro unitatis uinculo toleranda? Quod utinam nõ oris sed cordis uiribus ageres, profecto
prospiceres, q̃ nullis calumnijs per orbem terrarũ esset uiolanda pax Christi, si licet in Afri
ca etiam in sacrilego schismate damnatos, in eodem ipso episcopatu recipi pro pace Dona
ti. Itẽ soletis nobis obijcere quod uos per potestates terrenas persequamur. Qua in re non
disputo, uel quid uos pro immanitate tanti sacrilegij mereamini, uel quantum nos christia
na temperet mansuetudo: illud dico, si hoc crimen est, cur eosdem Maximianistas per iudi
ces ab eis imperatoribus missos, quos per euangelium genuit nostra cõmunio, grauiter in/
sectati de basilicis quas tenebant, in quibus eos inuenit ipsa concisio, & controuersiarũ stre
pitu & iussionum potentatu & auxiliorum impetu perturbastis: in qua conflictatiõe quæ
passi sunt per loca singula recentia rerum uestigia contestantur, quæ iussa sint chartæ indi/
cant, quæ facta sint terræ clamãt, in quibus etiam Optati illius tribuni uestri sancta memo
ria prædicatur. Itẽ dicere soletis quod nos Christi baptismũ non habeamus, & præter ue/
stram cõmunionem nusq; sit. Possem hinc uberius aliquanto disserere. Sed cõtra uos iam
nihil opus est, qui cum Feliciano & Prætextato etiam Maximianistarum baptismũ recepi
stis. Quotquot enim baptizauerunt quando Maximiniano cõmunicabant, cum etiã ipsos
nominatim, id est, Felicianũ & Prætextatum de basilicis eorũ, sicut gesta testantur, diutur/

no

A no conflictu iudiciorum expellere conaremini, Quotquot ergo eo tempore baptizauerũt, nunc ſecum & uobiſcum habent, non ſolum per ægritudinũ pericula, ſed etiã per ſolennitates paſchales in tot eccleſijs ad ſuas ciuitates pertinentibus, & in ipſis tam magnis ciuitatibus foris in ſcelere ſchiſmatis baptizatos, quorũ nulli baptiſma repetitum eſt. Atq; utinam probare poſſetis eos quos foris in ſcelere ſchiſmatis Felicianus & Prætextatus tanq; inaniter baptizauerant, ab eis receptis intus quaſi utiliter denuo baptizatos. Si enim rurſus baptizandi erãt iſti, rurſus ordinandi erant illi. Amiſerant enim epiſcopatũ recedentes à uobis, ſi extra cõmunionem ueſtram baptizare non poterant. Nã ſi diſcedentes epiſcopatum non amiſerant, baptizare utiq; poterant. Si aũt amiſerant, ergo ut eis q̃d amiſerant redderetur redeuntes ordinari debebãt. Sed noli timere, ſicut certũ eſt cum eodẽ illos epiſcopatu cum quo exierant remeaſſe, ita certũ eſt oẽs quos in Maximiani ſchiſmate baptizarũt, ſine ulla baptiſmi repetitione ſecũ ueſtram cõmunionem recõciliaſſe. Quibus igitur ſufficimus lachrymis plangere recipi baptiſmũ Maximianiſtarum, & exufflari baptiſmũ orbis terrarum? Siue auditos ſiue inauditos, ſiue iuſte ſiue iniuſte, damnaſtis Felicianum, damnaſtis Prætextatum: dic mihi, quẽ Corinthiorũ epiſcopum audiuit, aut dãnauit aliquis ueſtrum, quem Galatarũ, quẽ Epheſiorum, quẽ Coloſſenſium, Philippenſiũ, Theſſalonicenſium, cæterarumq; omniũ ciuitatum, de quibus dictũ eſt, Adorabunt in conſpectu eius uniuerſæ patriæ gentiũ? Ergo iſtorũ baptiſmus acceptatur, & illorũ exufflatur, qui nec iſtorũ eſt nec illorũ, ſed illius de quo dictũ eſt, Hic eſt qui baptizat. Sed non hinc ago, ad illa quæ præſto ſunt, aduerte, ea quæ oculos etiã cæcos feriũt, intuere, dãnati habent baptiſmũ & inauditi non habent. Nominatim in ſcelere ſchiſmatis expreſſi & eiecti habent, & ignoti lõge peregrini nunq; accuſati nunq; iudicati non habent. Qui de præciſa parte Africæ rurſus præciſi ſunt habent, & unde ipſum euangeliũ in Africam uenit non habent. Quid pluribus oneroſ? Ad iſta reſponde. Attende ſacrilegiũ ſchiſmatis ueſtro concilio Maximianiſtis exaggeB ratũ, Attende pſecutiones per iudiciarias poteſtates quas eis irrogaſtis, Attẽde baptiſmũ eorum quẽ cum eis quos damnaſtis recepiſtis, & reſponde ſi potes utrum habeatis aliquid unde inijciatis nebulas imperitis. Cur ab orbe terrarũ longe maiore ſcelere ſchiſmatis ſeparamini, q; q̃d in Maximianiſtis uos dãnaſſe gloriamini? Pax Chriſti uincat in corde tuo.

Pſal. 21

Ioan. 1

Expoſtulat cũ Criſpino qui quoſdã mercede attractos rebaptizarat, adiurans illum ut ad obiecta reſpondeat. Epiſtola. CLXXIII.

DEVM quidẽ timere debuiſti, ſed quia in rebaptizandis Mappalienſibus ſicut homo timere uoluiſti. Cur non ualeat iuſſio regalis in puincia, ſi tantũ ualuit iuſſio prouincialis in uilla? Si perſonas compares, tu poſſeſſor, ille imperator. Si loca cõpares, tu in fundo, ille in regno. Si cauſas compares, ille ut diuiſio reſartiatur, tu ut unitas diuidatur. Sed nos te de homine non terremus. Nã poſſemus agere ut decẽ libras auri ſecundũ imperatoria iuſſa perſolueres. An forte propterea nõ habes unde reddas quod dare iuſſi ſunt rebaptizatores, dum multũ erogas ut emas quos rebaptizes? Sed nos te ut dixi de homine non terremus, Chriſtus te potius terreat. Cui uolo ſcire quid reſpondeas ſi tibi dicat, Criſpine charũ fuit preciũ tuum ad emendũ timorem Mappalienſiũ, & uilis mors mea ad emendũ amorẽ omniũ gentium. Plus ualuit rebaptizãdis colonis tuis quod numeratum eſt de ſacculo tuo, q; baptizandis populis meis quod manauit de latere meo. Scio te plura audire poſſe, ſi Chriſto aurẽ præbeas, & ex ipſa tua poſſeſſione admoneri q; impia contra Chriſtũ loquamini. Si enim humano iure præſumis firme te poſſidere q̃d emiſti argẽto tuo, quanto firmius diuino iure poſſidet Chriſtus q̃d emit ſanguine ſuo? Et ille quidem inconcuſſe poſſidebit totũ, de quo dictũ eſt, Dominabitur à mari uſq; ad mare, & à flumine uſq; ad terminos orbis terræ. Sed certe quõ confidis nõ te perditurũ q̃d in Africa uideris emiſſe, qui Chriſtũ dicis toto orbe perdito apud ſolã Africã remanſiſſe? Quid multa? Si uoluntate ſua Mappalienſes in tuã communionẽ tranſierũt, ambos nos audiãt, ita ut ſcribantur quæ dicemus, & à nobis ſubſcripta eis punice interpretentur, & remoto ti-

Pſal. 71

more dominationis eligant quod uoluerint. Ex his enim quæ dicemus apparebit, utrum coacti in falsitate remeant, an uolentes teneant ueritatem. Si enim hæc non intelligũt, qua temeritate traduxisti non intelligentes? Si aũt intelligunt, ambos ut dixi audiant, & quod uoluerint faciãt. Si quæ etiam plebes à uobis ad nos transierunt, quas putas à dominis coactas, hoc & ibi fiat, ambos nos audiant, & eligant quod placuerit. Si autem non uis hoc fieri, cui non appareat, non uos de ueritate præsumere? Sed cauenda est ira dei & hic & in futuro seculo. Adiuro te per Christum, ut ad ista respondeas.

Augustínus Pascentio comiti hæreseos Arianæ, qui in professione fidei elúserat, ac post iactarat Augustínum ab ipso superatum, scripto reddit rationem fidei suæ, de tribus personis, & uno deo, deq; uerbo homusij. Epistola CLXXIIII.

VOLVERAM quidem petente te atq; instante ut meminisse dignaris, immo pro merito ætatis ac dignitatis tuæ, iubente te de fide Christiana, etiam præsens cum præsente, inquantum mihi facultatem dominus largiretur conferre sermonem. Sed quia tibi post prandium displicuit quod inter nos mane placuerat, ut à notarijs uerba nostra exciperentur, ne ulterius dicas quod te audio non tacere, nõ me fuisse ausum tibi dicere fidem meam, his litteris accipe, quod & tu legas, & cui uolueris legendũ tradas, & quod
32.q.6. iniquũ uolueris uicissim scribendo ipse respõdeas. Iniquum est enim ut quisq; de alio iudicare uelit & iudicari de se nolit. Et de præterito quidem placito nostro quod condicto meridiano implere noluisti, facile existimari potest, quis nostrum fidei suæ fiduciam nõ habuerit: utrũ qui uolebat ut diceretur, & timebat ne teneretur: an qui usq; adeo nolebat eam disceptantium iudicio subtrahi, ut mandata litteris uellet etiam legentium memoriæ commẽdari, ne quisq; uel obliuione opinatus, uel dissensione iritatus, diceret ab aliquo nostrum, aut non esse dictum quod dictum erat, aut dictum esse quod dictum non erat? In his enim solent latebras suæ malæ defensionis inquirere, qui contentionis sunt cupidiores, q; ueritatis. Hoc D autem nec à te nec à me, nec de te nec de me dici posset, si in fide cõdicti permaneres, ut uerba nostra exciperentur & scriberentur, præsertim quia tuipse in his uerbis quibus fidem tuam pronunciasti, quotiens ea repetisti, totiẽs uariasti, quod nulla credo fraude sed obliuione factum esse. Nam primo dixisti, Credere te in deum patrem omnipotentem, inuisibilẽ, ingenitum, incapabilem, & in Iesum Christum filium eius, deum natũ ante secula, per quẽ facta sunt omnia, & in spiritum sanctum. Quibus ego auditis, cum respondissem, nondum à te quicquam dictũ quod meæ fidei repugnaret, & ideo si ea scripsisses, melius etiã possem subscribere, ad hoc nescio quomodo res perducta est, ut accepta charta, ea ipsa quæ dixeras uelles etiam litteris tua manu exprimere. Quod cum mihi ad legendum dedisses, animaduerti minus te scripsisse patrem, cum scripsisses deum omnipotentem, inuisibilem, ingenitum, innatum. Quod ubi commemoraui non post multam allegationem, addidisti patrem: & incapabilem quidem, quod uerbis dixeras, scripto prætermiseras, Sed nulla hinc à me facta commemoratio est. Deinde cum dixissem me paratũ esse subscribere, adhuc illa
ἀγένητος. uerba etiam mea esse posse, prius quæsiui, ne quod in mentem uenerat laberetur, utrum alicubi scripturarum diuinarum legeretur pater ingenitus. Hoc autem feci, quia in exordio sermonis nostri cum Arius & Eunomius commemorati essent, non à me, sed à fratre meo Alipio, requirente quem nam eorum secutus esset Auxentius, qui abs te fuerat non parua prædicatiõe laudatus, exclamando anathematizasti & Arium & Eunomium, tamen continuo flagitasti, ut & nos anathematizaremus homusion, quasi quisquam homo esset qui hoc uocaretur, sicut Arius & Eunomius. Deinde uehementer exigebas, ut hoc uerbum tibi in scripturis ostenderemus, & statim nobis communicares. Respondebatur à nobis, quia nos latine loqueremur & illud græcum esset, prius quærendum esset quid sit homusion, & tunc exigendum ut in libris sanctis ostenderetur. Tu contra uerbum ipsum crebro repetens, & inuidiose uentilans, atq; in concilijs maiorum nostrorum conscriptum commemorans,

A rans,uehementer urgebas,ut ipsum omnino uerbum quod est homusion in sanctis libris ostenderemus,Nobis etiam atq; etiam reuocantibus,quia lingua nostra græca non esset, prius interpretandum & exponendum esse quid sit homusion, tum demum in diuinis litteris requirendum,quia & si fortasse nomen ipsum non inueniretur, res tamen ipsa inueniretur.Quid est enim contentiosius, quàm ubi de re constat, certare de nomine? Hæc ergo quia inter nos iam collocuti fueramus,postea quàm ad id uentum est ut fidem tuam sicut commemoraui scriberes, quanquam nihil in eis uerbis uiderem nostræ fidei esse contrarium,& propterea me dicerem paratum esse subscribere,quæsiui ut dixi, utrum scriptura dei contineret hoc uerbum,quod pater esset ingenitus, & cum scriptum esse respondisses, instantius quærebam ut ostenderes. Tunc unus ex his qui aderant, quantum intelligi datur fidei tuæ socius,ait mihi, Quid ergo: Tu patrem genitum dicis? Respondi, non dico. Et ille,Si ergo genitus non est inquit,utiq; ingenitus est. Cui ego,uides inquam posse fieri ut etiam de uerbo quod in scriptura dei non est,reddatur tamen ratio unde recte dici ostendatur. Sic ergo & homusion quod in autoritate diuinorum librorum cogebamur ostẽdere, etiam si uocabulum ipsum ibi non inueniamus, fieri posse ut illud inueniamus,cui hoc uocabulum recte adhibitum iudicetur. Quibus dictis quid hinc tibi uideretur attendi ut audirem, Et aisti, Recte factum esse ut ingenitus pater in scripturis sanctis non diceretur, ne illi uel tali uerbo fieret iniuria. Ergo inquam,modo facta est iniuria deo, & hoc manu tua.Quo audito fateri iam cœpit,nec te hoc dicere debuisse. Sed cum admonerem ut si tibi tale uideretur hoc uerbum ut ad dei pertineret iniuriam,deleres illud, Inde ubi scripturas considerasti,credo posse id recte dici, & posse defendi: & rursus aisti, prorsus ego hoc dico. Tum ego illud quod iam iam dixeram repetiui,ita fieri posse,ut etiam homusion neque scriptum in sanctis paginis inueniatur, & tamen dictum in assertione fidei defendatur,sicut patrem in illis libris nusquam ingenitum legimus,& tamen dicendum esse defen-
B ditur.Tunc à me chartam quam dederas abstulisti & conscidisti,& constituimus meridianum tempus,ut adessent notarij ad excipienda uerba nostra, atq; inter nos ista quantum possemus diligentius tractaremus. Venimus ut nosti ad horam condictam, notarios adduximus,ut & tui adessent concedimus.Dixisti rursus fidem tuam,atq; in uerbis tuis non audiui ingenitum patrem,Credo quod cogitaueris quid inde mane dictum fuerat,& præcauere uolueris. Deinde popposcisti ut ego etiam dicerem fidem meam. Vbi cum postulassem commemorans antemeridianum placitum nostrum,ut ea quæ dixeras dictare potius dignareris,tunc exclamasti calumniam parare nos tibi, & ideo uerba tua conscripta uelle retinere. Ibi quid responderim recordari non libet,atq; utinam nec tu memineris. Seruaui tamen debitam honorificentiam honori tuo,nec maledictum deputaui,quod non à ueritate, sed à potestate audire meruissem. Tamen quia uel ipsa uerba repetiui ut pressa uoce dicerem, ita ne calumniam paramus nos tibi? ut ignoscas peto. Sed tu his auditis rursus fidem tuam sono clariore repetisti, atq; in uerbis tuis non audiui deum filium, quod nunquam quotiens eam dixisti tacueras. Hic ego tam modeste ut nusquam pulsarem,ut de excipiendis uerbis nostris,quid inter nos placuerat impleretur, etiam ipsam utilitatem de præsenti experimento suggessi,dicens, teipsum non potuisse in memoria uerba tua tibi usitatissima retinere,quando nunquam ea repetere ualuisse uidebamus, cum non aliquid maxime necessarium parares:quantominus posse illos qui nos audirent ita nostrorum meminisse uerborum,ut si quid forte uel tu de meis uel ego de tuis uerbis uellem retractare atq; discutere,ualerent seu dictum seu non dictum liquido recordari,in qua nobis difficultate facile notariorum recitatio subueniret. Tunc indignanter dixisti, melius fuisse ut meam famam semper audires,eo quod longe inferiorem me expertus esses, quàm tibi illa iactasset. Tunc ego commemoraui,cum te ante prandium salutaremus, & eam famam nobis prædicasses, hoc me dixisse, quod de me illa mentita sit. Hic sanè aisti uerum me dixisse. Proinde cum duo tibi de me diuersa locuti sint,aliud fama mea, & aliud ego, magis

utiq; gaudere debeo me potius quàm illam repertum esse ueracem. Sed quia scriptum est, C
Solus deus uerax, omnis autem homo mendax: uereor ne hoc quoq; de me temere dixe-
rim. Neq; enim in nobisipsis uel per nosipsos ueraces sumus cum sumus, sed cum ille in ser-
uis suis loquitur qui solus est uerax. Hæc si ut narraui gesta esse recolis, uides quàm non de
beas iactare apud homines, quod non ausus sim tibi asserere fidem meam, quãdoquidem
in fide nostri placiti stare noluisti: & uir tantus qui pro fide quam reipublicæ debes, non ti-
mes maledicta prouincialium, pro fide quam Christo debes, times calumnias episcopo-
rum. Deinde cum disputationi nostræ etiam honoratos uiros interesse cupiueris, miror
quomodo in ipsa deuitatione calumniæ uerba tua times à notarijs conscribi, & ex ore tuo
à clarissimis testibus non times audiri. Nónne consideras difficile esse ut homines suspicen
tur te à nobis ullam formidasse calumniam ut uerba tua excipi nolis, sed cum cogitasses te
tentum te fuisse in uerbo ante prandium manu tua conscripto, simul etiam cogitasse non
tam facile te notariorum tabulas delere potuisse, quàm facile illam chartulam conscidisti?
Si autem dicis non illa ita gesta esse ut à me narrata sunt, aut tu obliuione falleris (non
enim audeo dicere mentiris) aut ego uel similiter fallor uel mentior. Vides ergo quàm
recte dicam ea quæ de his maxime rebus geruntur excipi atq; conscribi oportere, & quàm
tibi quoq; hoc ipsum recte placuerat, nisi postmeridianus timor antemeridianũ placitum
Fides Augustini. frangeret. Audi ergo iam fidem meam, potens est misericordia domini dei nostri, quæ
præstet me quod credidi sic loqui, ut nec eius offendam ueritatem, nec humanitatem tu-
am. In omnipotentem deum patrem me credere profiteor, eumq; æternum ea æternitate,
hoc est immortalitate, dico, quam solus deus habet: hoc & de filio eius unigenito credo in
forma dei, hoc & de spiritusancto qui spiritus est dei patris & filij eius unigeniti. Sed quia
ipse dei patris unigenitus filius, dominus & deus noster Iesus Christus, posteaquàm uenit
Gal. 4 plenitudo temporis oportuni, ad diem salutis nostræ, formã serui accepit, multa de illo in D
scripturis secundum formam dei dicuntur, multa secundum formam serui. Quorum exem
pli gratia, duo quædam commemoro, ut singula ad singula referantur. Secũdum formam
Ioan. 10 dei de se ipse dixit, Ego & pater unum sumus. Secundum formam serui, Quoniam pater
Ioan. 14 maior me est. Quod autem de deo scriptum est, Qui solus habet immortalitatem, Et inui-
1. Tim. 6 sibili soli deo honor & gloria, & cætera huiusmodi, non de patre tantum accipimus, sed eti-
1. Tim. 1 am de filio, quod ad formam dei attinet, & de spiritusancto. Pater enim & filius & spiritus
sanctus unus deus est, & solus uerus deus, & solus immortalis secundum incommutabi-
lem omnino substantiam. Si enim de carne diuersi sexus dictum est, Qui adhæret meretri
ci unum corpus est, & de spiritu hominis qui non est quod dominus consequenter scriptũ
1. Cor. 6 est, Qui autem adhæret domino unus spiritus est: quantomagis deus pater in filio, & deus
6. de trini tate ca. 3 filius in patre, & deus spiritus patris & filij unus deus est, ubi nulla est diuersa natura, cum
pro diuersis modo quodam sibi cohærentibus dicatur uel spiritus unus uel corpus unum?
Et cum pro anima & corpore sibi cohærentibus dicatur, unus homo, cur non multo maxi-
me patre & filio sibi cohærentibus dicatur unus deus, cũ sibimet inseparabiliter cohæreant
quomodo corpus & anima? Et cum corpus & anima sit unus homo, quamuis corpus &
anima non sint unum, cur non multomagis sit pater & filius unus deus, cum pater & filius
unum sint, secundum illam ueritatis uocem, Ego & pater unum sumus? Item cum homo
interior & homo exterior non sint unum, neq; eiusdem naturæ est exterior cuius interior,
quia exterior cum nuncupato corpore dicitur homo, interior autem in sola rationali ani-
ma intelligitur, utrunq; tamen simul non homines duo, sed unus dicitur: quantomagis pa
ter & filius unus deus est, cum pater & filius unum sint, quia eiusdem naturæ uel substan-
tiæ sunt, uel si quo alio uocabulo congruentius dicitur id quod deus est, unde dictum est,
Ego & pater unum sumus. Itaq; unus spiritus domini & unus spiritus hominis & nõ sunt
unum, & tamen ille cum cohæret domino non sunt duo, sed unus spiritus, Et unus homo
interior & unus homo exterior non sunt unum, & tamen ejus connexione uinculi naturalis
simul

A simul utrunq; non duo,sed unus homo,Multo magis igitur cum filius dei dicat, Ego & pa
ter unum sumus, unus est deus pater, & unus est deus filius, & tamen simul utrunque non
duo sed unus deus. Quod enim fecit in multis sanctis in adoptionem filiorum uocatis co
hæredibus Christi,una fides & una spes & una charitas,ut esset eis una anima & cor unum
in deum,hoc præcipue cogit intelligi una eademque patris & filij natura, si ita dicẽdum est
deitatis, ut pater & filius qui unum sunt & inseparabiliter unum sunt, & sempiterne unum
sunt, non sunt duo dij sed unus deus.Illi enim homines per consortium & communionem
unius eiusdemq; naturæ,qua omnes homines erant,unum erant, Et si aliquando secũdum
diuersas uoluntatum & sententiarum,opinionum morumq; dissimilitudines non erant u
num, erunt autem plenè perfecteque unum, cum peruentum fuerit ad eum finem ut sit de
us omnia in omnibus. Deus autem pater & filius eius,uerbum eius deus apud deum,sem
per atq; ineffabiliter unum sunt,unde magis non duo dij, sed unus deus. Homines autem
minus intelligentes,quid propter quid dicatur,potentes uolũt habere sententias:& scriptu
ris non diligenter scrutatis,cũ arripiunt defensionem cuiusque opinionis,& ab ea uel nun
quam uel difficile deflectuntur, dum docti atque sapientes magis putari quàm esse concu
piscunt, ea quæ propter formam serui dicta sunt, uolunt transferre ad formam dei, Et ur
sus quæ dicta sunt ut ad seinuicem personæ referantur, uolunt nomina esse naturæ atque
substantiæ. Fides autem nostra est, patrem & filium & spiritumsanctum unum deum cre
dere & confiteri, nec tamen eum qui filius est patrem dicere, nec eum qui pater est filium,
nec eum qui spiritus patris & filij est aut patrem aut filium nuncupare. His enim appella
tionibus,hoc significatur,quod ad seinuicem referuntur,non ipsa substantia,qua unũ sunt.
Nam & pater cum dicitur, non nisi alicuius filij dicitur, & filius non nisi alicuius patris in
telligitur, & spiritus secundum id quod ad aliquid refertur, spirantis alicuius est, & spirans
utique spiritu spirans est. Non autem ista corporaliter sentiuntur, nec usitato modo in
B telliguntur in deo. Qui potens est facere,sicut dicit Apostolus, supra quàm petimus & in
telligimus.Si autem facere,quanto magis esse? Nam hoc nomen quod spiritus dicitur,nõ
secundum id quod refertur ad aliquid, sed secundum id quod aliqua natura significatur,
omnis incorporea natura spiritus in scripturis appellatur,unde non tantum patri & filio &
spirituisancto,sed omni rationali creaturæ & animæ hoc uocabulum cõgruit. Vnde domi
nus dicit:Spiritus est deus,& ideo qui adorant deum in spiritu & ueritate oportet adorare.
Scriptum est etiam,Qui facit angelos suos spiritus. Dictũ est & de hominibus quibusdã:
Quoniã caro sunt & spiritus ambulans & non reuertens.Et apostolus ait: Nemo scit quid
agatur in homine nisi spiritus hominis qui in ipso est.Itẽ scriptũ est: Quid scit spiritus filio
rum hominis si ascendat ipse sursum,& spiritus pecoris si descendat ipse deorsum in terra?
Dicitur etiam spiritus in scripturis secundum quandã distinctionẽ in ipsa una unius homi
nis anima. Vnde Apostolus dicit: Vt integer spiritus uester & anima & corpus in diem do
mini nostri Iesu Christi seruetur.Itẽ in alio loco,Si orauero lingua spiritus meus orat, mẽs
autẽ mea infructuosa est.Quid ergo est? Orabo spiritu,orabo & mẽte.Proprio aũt modo
quodã dicitur spiritussanctus,secundũ quod refertur ad patrẽ & filiũ quod eorũ spiritussan
ctus sit.Nam secundũ substantiã,quoniã semel dictũ est:Spiritus est deus,& pater spiritus
est,& filius,et ipse spiritussanctus,nec tamẽ tres spiritus,sed unus spiritus,sicut nõ tres dij sed
unus deus.Quid miraris? Tãtum ualet pax,nõ qualiscũq; ut solet intelligi,nec talis qualis
laudat in hac uita per concordiã charitatẽq; fideliũ, sed illa pax dei,quæ sicut dicit aposto
lus,supergreditur omnẽ intellectũ,Quẽ? nisi nostrũ,id est omnis rationalis creaturæ? Qua
propter cõsiderantes infirmitatẽ nostrã,& audientes apostolũ cõfitentem & dicentem:Fra
tres ego me non arbitror apprehendisse,Et qui se putat aliquid scire,nondum scit quemad
modum oportet scire,cum diuinis scripturis quantum possumus colloquamur sine conten
tione pacati,non inani & puerili animositate studentes alterutrum uincere, ut pax Christi
potius uincat in cordibus nostris,quantum eam nobis & in hac uita percipere posse dona

5.de Trinitate cap.11.

Eph.5

14.de Trinitate cap.16.

Ioan.4

Psal.105

Psal.77

1.Cor.14

Eccl 5

1.Thessal.5

1.Cor.14

Phil.4

Phil.3

1.Cor.8

uiti:ut cogitãtes quid eadem pax inter fratres egerit,quorum ex tam multis animis & mul/ C.
tis cordibus fecit animam unam & cor unum, in deum patrem debita pietate credamus:
multo maxime in illa pace dei quæ ſuperat omnem intellectum, & patrem & filium & ſpi/
ritumſactum non eſſe tres deos,ſed unum deum,tanto excellentius quàm iſtorum erat ani
ma & cor unum,quanto illa pax quæ ſuperat omnem intellectum excellentior eſt iſta pa/
ce quam tenebat omnium illorum cor unum & una anima in deum. Filium autem homi/
nis eundem dicimus quem filium dei,non tamen propter formam dei in qua eſt æqualis
deo patri,ſed propter acceptam formam ſerui qua maior eſt pater. Et quia eundem filium
hominis dicimus,propter hoc & filium dei crucifixum fatemur,non ex uirtute diuinitatis,
ſed ex infirmitate humanitatis,non ex ſuæ naturæ permixtione,ſed ex noſtræ ſuſceptio/
ne. Iam nunc paululum intuere quæ ſcripturarum eloquia nos cogant unum dominum
deum confiteri,ſiue tantum de patre,ſiue tantum de filio,ſiue tantum de ſpirituſancto,ſi/
Deut.6 ue ſimul de patre & filio & ſpirituſancto interrogemur. Certe ſcriptum eſt, Audi Iſraël do
minus deus tuus deus unus eſt. De quo dictum putas? Si tantum de patre, non eſt do/
Ioan.20 minus deus noſter Ieſus Chriſtus. Et ubi eſt uox illa clangentis & clamantis, Dominus
meus & deus meus,quam Chriſtus ipſe non reprehendit,ſed approbauit dicens,Quia ui/
diſti me credidiſti? Porrò ſi & filius dñs deus eſt,& pater dñs deus eſt,& ambo iá duo dñi
& duo dij,quõ erit uerum,Dominus deus tuus deus unus eſt? An forte pater eſt unus do
minus,filius autem non unus dominus,ſed tantum dominus,ſicut ſunt dij multi,& domi/
ni multi,non ſicut ille unus de quo ſcriptum eſt, Dominus unus eſt? Quid ergo reſpon/
debimus Apoſtolo dicenti, Nam & ſi ſunt qui dicuntur dij ſiue in cœlo ſiue in terra, ſicuti
1.Cor.8 ſunt dij multi & domini multi,nobis tamen unus deus pater ex quo omnia,& nos in ipſo,
& unus dominus noſter Ieſus Chriſtus,per quem omnia,& nos per ipſum? Porrò ſi quod
de uno deo patre dicitur, cogit inde filium ſeparare, dicant qui audent, non poſſe iam in/
telligi dñm patrem, quia unus inquit dominus noſter Ieſus Chriſtus. Nam ſi unus, uti/ D
que ſolus. Si ſolus, quomodo & pater: niſi quia & ipſe & pater unus deus & ſolus deus,
non ſeparato ſpirituſancto. Vnus ergo deus pater, & cum illo filius unus deus, quamuis
non cum illo unus pater. Itemq; unus dominus Ieſus Chriſtus, & cum illo unus domi/
nus pater,quamuis non cum illo unus Ieſus Chriſtus, tanquam & pater ſit Ieſus Chri/
ſtus. Hoc enim nomen ex diſpenſatione miſericordiæ ſuſceptæq; humanitatis aſſum/
ptum eſt. An forte quod ait Apoſtolus, Vnus dominus noſter Ieſus Chriſtus per quem
omnia, nõ uultis adiungi quod dictum eſt unus, ad id quod eſt dominus,ſed ad id quod
ait, per quẽ omnia, ut non unus dominus, ſed unus per quem omnia intelligatur, ut non
ſit pater per quem omnia,ſed pater ſolus ex quo omnia,& filius ſolus per quem omnia.Si
Rom.11 ita eſt,iam tandem fatemini unum dominum & deum noſtrum eſſe patrẽ & filium. Quis
enim cognouit ſenſum domini? Aut quis conſiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi &
retribuetur ei? Quoniam ex ipſo & per ipſum & in ipſo ſunt omnia,ipſi gloria. Neq; enim
dixit,Ex patre omnia,& per filium omnia,ſed ex ipſo & per ipſum & in ipſo:quo? niſi do/
mino,de quo ait,Quis enim cognouit ſenſum domini? Ex domino ergo & per dominum
& in domino omnia,non alio illo & alio iſto,ſed uno domino,quia non dixit,ipſis gloria,
ſed ipſi gloria. Quod ſi quiſquam dicit id quod ait Apoſtolus: Vnus dominus Ieſus Chri/
ſtus per quem omnia,non intelligi unus dominus,nec unus per quem omnia, ſed unus Ie/
ſus Chriſtus,qui unus Ieſus Chriſtus etiam dominus dicitur, non tamen ut unus domi/
nus ſit, ſed ut unus Ieſus Chriſtus, quid dicturus eſt cum audierit eundem Apoſtolum
Ephe.4 clamantem, Vnus dominus,una fides, unum baptiſma, unus deus & pater omnium?
Cum enim deum patrem hic commemoret ubi ait, Vnus deus & pater omnium, procul/
dubio id quod ibi dixit, Vnus dominus, quem niſi Ieſum Chriſtum uoluit intelligi? Si
ergo ſic placet, deſinat eſſe dominus pater,qa unus eſt & dominus Ieſus Chriſtus. Quod
ſi abſurdum & impium eſt opinari, diſcamus intelligere unitatem patris & filij & ſpiri/
tuſſancti,

A tuſſancti, ut quod de uno ſolo deo dictum fuerit, non continuo prohibeamur de filio uel de ſpiritu ſancto intelligere: quia pater quidem non eſt filius, & filius non eſt pater,& ſpiritus utriuſque non eſt pater aut filius, ſed tamen & pater & filius & ſpirituſſanctus, unus ſolus eſt uerus dominus deus. Neque enim ſpirituſſanctus ſi aut deus aut uerus deus non eſſet, templum eius eſſent corpora noſtra. Neſcitis,inquit,quia corpora ueſtra templũ in uobis eſt ſpirituſſancti quẽ habetis à deo? Et ne quiſquam ipſum ſpiritum negaret deum,continuo ſecutus ait,Et nõ eſtis ueſtri,Empti enim eſtis precio magno, Glorificate ergo & portate deum in corpore ueſtro, eum ſcilicet cuius templum corpora ueſtra eſſe prædixerat. Iam hoc mirabile eſt, ſi uerum eſt quod uos audio dicere, ita eſſe ſpiritum ſanctum minorem filio,ſicut patre minor eſt filius. Cum enim corpora noſtra membra ſint Chriſti,ſicut dicit apoſtolus,Itẽq; corpora noſtra templũ ſint ſpirituſſancti, ſicut idemipſe dicit apoſtolus, Nimiũ miror,quomodo ſint membra maioris,templũ minoris. An forte iam placet dicere ſpiritumſanctũ domino Ieſu Chriſto eſſe maiorẽ? Videtur enim ſuffragari huic opinioni etiã illa ſentẽtia: Quoniam qui dixerit uerbũ aduerſum filium hominis, remittetur ei, Qui autẽ dixerit aduerſus ſpiritumſanctũ, nõ remittetur ei neq; in hoc ſeculo neq; in futuro. Periculoſius enim peccatur in maiorẽ q̃ in minorẽ. Nec ſeparari fas eſt filiũ hominis à filio dei, quia ipſe filius dei factus eſt filius hominis, nõ mutando quod erat, ſed aſſumẽdo quod nõ erat. Sed abſit etiã talis impietas ut ſpirituſſanctus maior filio eſſe credatur. Nõ ergo facile in peruerſum moueãt quæ ita dicuntur, quaſi oſtendant alterũ altero eſſe maiorẽ. Nam quædã etiã ſic dicũtur, ut hominibus parũ intelligẽtibus & ipſe filius maior patre uideatur. Quis enim cũ fuerit interrogatus, quid ſit maius, uerũ an ueritas, nõ potius reſpondeat ueritatẽ eſſe maiorẽ. Ab illa enim uera ſunt quæcunq; uera ſunt. Nõ autẽ ita eſt in deo. Nam filiũ maiorẽ patre utiq; non dicimus, & tamẽ filius dicitur eſſe ueritas, Ego ſum inquit uia, ueritas & uita. De patre autẽ tantummodo uos uultis intelligi quod ait: Vt
B cognoſcant te unum uerum deum & quẽ miſiſti Ieſum Chriſtum, Vbi nos ſubaudimus, etiam Ieſum Chriſtum uerum deum, ut hæc ſit ſententia, Te & quem miſiſti Ieſum Chriſtum cognoſcant unum uerum deum. Ne illa conſequatur abſurditas, ut ſi propterea non eſt uerus deus Ieſus Chriſtus, quia dictũ eſt patri, Te unum uerũ deũ, propterea nõ ſit dominus, pater, quia dictũ eſt de Chriſto, unus dominus. Veruntamẽ ſecundũ prauũ intellectũ uel potius errorẽ, maior eſt deus ueritas q̃ deus uerus, quia uerus à ueritate eſt. Maior ergo patre filius, quia iſte eſt ueritas, ille uerus. Hãc peruerſitatẽ pellit ex animo, qui didicerit patrẽ uerũ deũ eſſe gignendo ueritatẽ nõ participando. Nõ eſt aũt alia ſubſtãtia ueri gignẽtis, & alia genitæ ueritatis. Sed cũ ad hæc contẽplanda infirmus ſit oculus cordis humani, accedit ut de cõtentione etiã turbulẽtus ſit. Et quãdo iſta conſpiciet? Dicit ſcriptura, filiũ dei dominũ & ſaluatorẽ noſtrũ Ieſum Chriſtũ, uerbũ dei eſſe & ueritatẽ & ſapientiã: & homines eum ante incarnatiõem quã de Maria uirgine accepit, ſine ulla omnino ſuſceptione corporeæ creaturæ, per ipſam naturã & ſubſtantiã ſuam qua uerbũ dei eſt & ſapientia dei, uiſibilem & corruptibilẽ dicũt, dum ſibi uolunt cõſtare quod ſentiunt, & de patre tantũmodo eſſe dictum, inuiſibili incorruptibili ſoli deo. Rogo te, uerbũ hominis non eſt uiſibile nec dum uerbum dei. Iam uero ſapientia illa de qua dictũ eſt: Attingit ubiq; propter ſuã munditiam, & nihil inquinatũ in eam incurrit, & in ſeipſa manens innouat omnia, & ſi qua ſimilia quæ numerari nõ poſſunt, Si corruptibilis eſt, neſcio quid dicã, niſi ut doleã præſumptionem humanã, & mirer patientiã diuinã. Cũ uero de illa dictũ ſit: Cãdor eſt enim lucis æternæ, nec ueſtri ut arbitror iam dicũt lucem patris, quæ quid eſt niſi eius ſubſtantia, fuiſſe aliquãdo ſine cãdore à ſe genito, ſicut iſta in diuinis & ſpiritalibus & incorporeis & incõmutabilibus credi & utcũq; intelligi poſſunt. Audio enim iam eos emẽdaſſe, an forte falſum eſt hoc eos aliquãdo dixiſſe, quod fuerit aliquando pater ſine filio, tanq̃ fuerit lux æterna ſine cãdore quẽ genuit. Quid ergo dicimus? Si natus eſt filius dei de patre, iam pater deſtitit gignere, & ſi deſtitit cœpit. Si autẽ cœpit gignere, fuit aliquando ſine filio, ſed nunq̃ fuit ſine

filio,

1.Cor.6

De uerbis domini ſer.11

Matth.12

Ioan.14

Ioan.17

Sap.8

Sap.7

filio,quia filius eius sapientia eius est,quæ candor est lucis æternæ. Ergo semper gignit pa- C
ter & semper nascitur filius.Hic rursus timendum est ne putetur imperfecta generatio,si nō
dicimus natum esse sed nasci.Compatere mecum obsecro in his angustijs humanæ cogita
tionis & linguæ,& pariter confugiamus ad spiritum dei per prophetam dicentem,Genera
tionem eius quis enarrabit?Hoc unum peto interim ut diligenter exquiras,utrū alicubi di-
Inuenitur. uina scriptura de diuersis substantijs dixerit,quod unum sint.Si enim nō inuenitur dictū
nisi de his rebus quas constat esse unius eiusdemq; substatiæ,quid opus est ut rebellemus
aduersus ueram & catholicam fidem? Si autem inueneris alicubi hoc scriptū, etiam de di-
uersis substantijs,tunc aliud cogat inquirere,unde ostendam recte homusion dictum pa-
trem & filium.Nam si illi qui scripturas nostras,aut nesciunt,aut non laborioſe scrutantur,
& tamen filium eiusdem substantiæ & æqualem patri credunt,dicant eis qui hoc nolūt cre
dere,cum tamen deum patrem filium habere unigenitū credant,noluit deus habere æqua
lem filium,aut nō potuit,Si noluit inuidus est:si non potuit,infirmus est: utrumuis autem
horum de deo sentire sacrilegum est:nescio utrum possint inuenire quid dicāt si nolint res
absurdissimas & stultissimas dicere.Ecce quantum potui exposui tibi fidem meam: & plu-
ra quidē dici possunt & diligētius disputari.Sed uereor ne ista ipsa quæ dixi oneri sint occu
pationibus tuis,tamen ea non solum dictata conscribi uolui,sed etiam manu mea subscri-
benda curaui,quod quidem & antea uolueram,si quod inter nos placuerat seruaretur.Sed
modo certe puto iam non à te debere dici,timuisse me tibi dicere fidem meā,quando non
solum dixi,sed scriptam subscripsi,ne me quisquam dicat aut dixisse quod non dixi,aut nō
dixisse quod dixi.Hoc fac & tu,si iudices quæris,non qui in ore tuo reuereantur personam
tuā,sed qui in litteris tuis exerant libertatem suam.Si enim calumniam times, quod nullo
modo auderem dicere nisi hoc ipse dixisses,licet tibi nō subscribere. Nam & ego propterea
nolui nomen tuum scribi in his meis litteris,ne hoc forte noluisses. Facile est ut quisq; Au-
gustinum uincat,uideris utrum ueritate an clamore. Non est meum dicere, nisi quia facile D
est ut quisq; Augustinum uincat,quantomagis ut uicisse uideatur. Aut si non uideatur,ui-
cisse dicatur facile est.Hoc nolo magnum putes,nolo pro magno appetas. Nam cum ad-
uerterint homines in hac re tam ingentem famem cordis tui,multi gaudebunt se inuenisse
occasionem,ut à pauco euge euge tam potentem uirum faciant amicum.Nolo dicere quia
si non faueant,uel si contrariam sententiam proferant,etiam formidare poterunt inimicū,
inepte quidem & stulte,sed tamen plerique homines ita sunt. Noli ergo attēdere quomodo
uincatur Augustinus,qualiscūq; unus homo,sed attende potius utrum uinci possit homu
sion,non ipsum uerbum græcum,quod facile est nō intelligentibus irridere,sed illud quod
Ioan.10 scriptum est,Ego & pater unum sumus,Et pater sancte serua eos in nomine tuo quos dedi
Ioan.17 sti mihi,ut sint unum sicut & nos. Item paulopost,Non pro his autē rogo tantum inquit,
sed & pro eis qui credituri sunt per uerbum eorum in me,ut oēs unum sint,sicut tu pater in
me & ego in te,ut & ipsi in nobis unum sint,ut mundus credat quia tu me misisti,& ego da
ritatem quā dedisti mihi dedi illis,ut sint unum sicut & nos unū sumus, Ego in eis, & tu in
me ut sint consummati in unū. Vide quotiens dixit,Sint unū sicut & nos unū sumus,nusq;
tamen dixit,Ipsi & nos simus unū,sed sicut ego & tu sumus unū,sic & ipsi in nobis sint unū
6 de trini tate ca.3 Quia sicut illi erant unius eiusdēq; substantiæ,quos etiā unius participationis uitæ æternæ
facere uolebat,ita de patre & filio propterea dictū est, Vnū sumus,qa unius sunt eiusdēq;
substantiæ,& non participes uitæ æternæ,sed ipsa principaliter uita æterna. Et poterat di-
cere secundū formā serui,Et ipsi unū sumus,aut unū simus,nec tamē hoc dixit, quia unam
substantiā patris & suā,& unam illorū uolebat ostendere. Si aūt dixisset, Vt tu & ipsi unū
sitis,sicut ego & tu unum sumus,aut ut tu & ego & ipsi unum simus , sicut ego & tu unum
sumus,nemo nostrum recusaret posse dici unum sunt,etiam diuersas substantias.Nunc au
tem uides quàm non ita sit,quia non ita dixit, & sæpe dicendo uehementer commendauit
quod dixit. Inuenis ergo aliquid in scripturis unum de diuersis naturis , sicut supra osten-
dimus

A dimus,sed additur uel subauditur, quid unum,sicut ex anima & corpore dicimus unũ animal & una persona & unus homo uel est uel sunt.Sine aliqua uero adiunctione dici unum sunt,si inueneris in scripturis, nisi de his qui unius substantiæ sunt, iustissime flagitabis ut aliud proferamus unde homusion demonstremus.Sunt enim & alia multa,sed interim de hoc uno cogita deposito studio cõtentionis, ut habeas propitiũ deum.Nõ enim bonũ hominis est hominẽ uincere,sed bonum est homini ut eum ueritas uincat uolentẽ, quia malũ est homini ut eum ueritas uincat inuitum. Nam ipsa uincat necesse est, siue negantem siue confitentem. Da ueniam si quid liberius dixi, non ad contumeliam tuam, sed ad defensionem meam.Præsumpsi enim de grauitate & prudentia tua,quia potes considerare,quantã mihi respondendi necessitatẽ imposueris:aut si & hoc nõ recte feci,& huic da ueniam.Huic scripturæ à me dictatæ & relectæ ego Augustinus subscripsi.

Augustinus Pascentio de eadẽ re urgens,ut explanet fidem suam Epist. CLXXV

SI dicis te mihi dixisse fidem tuã,& me tibi noluisse dicere fidem meam, quod te audio nõ tacere,recordare obsecro quàm utrũq; sit falsum.Nam nec tu mihi uoluisti dicere fidẽ tuam,& ego tibi fidem meam non dicere nolui,sed ita dicere uolui ut nemo posset dicere,aut dixisse me aliud quod nõ dixerim,aut non dixisse quod dixerim:diceres autẽ mihi fidem tuam, si hoc diceres unde dissentis à nobis.Si diceres,Credo in deum patrẽ qui filium fecit primam creaturam ante omnes cæteras creaturas,& in ipsum filium,nec æqualem patri,nec similem nec uerũ deum,& in spiritumsanctũ factum per filium post filiũ,Hæc enim uos audio dicere : Aut si forte falsum est quod ista dicatis,hoc potius abs te uolo scire. Si autem uerum quia ista dicitis,uolo scire quemadmodũ ea de scripturis sanctis defendatis.Nunc autem dixisti,credere te in deum patrẽ omnipotentẽ,inuisibilem, immortalem,non ab aliquo genitũ,& ex quo sunt omnia,Et filium eius Iesum Christũ,deum natũ ante secula,per quẽ facta sunt omnia,Et in spiritumsanctum.Hæc fides nõ est tua,
B sed utriusq; nostrũ:quemadmodũ si adiungeres quod eundem filiũ dei Iesum Christũ etiã Maria uirgo peperit,quod pariter credimus,& si qua alia cõmuniter cõfitemur.Si uoluisses ergo tuam dicere,nõ istam diceres quæ cõmunis est nobis, sed illam potius in qua dissentimus à uobis:hæc & præsens dicerem, si quemadmodũ placuerat uerba nostra exciperẽtur. Sed hoc noluisti,dicens te à nobis timere calumniam,& à placito cui mane cõsenseras,post prandiũ recessisti,ut quid dicerẽ,quemadmodũ uelles me dixisse narrares, & ego nõ haberem unde ostenderem quid uel quemadmodũ dixerim.Noli ergo ulterius iactare quod tu fidem tuam dixeris, & ego meam non dixerim:quia sunt homines qui considerent me potius habuisse fiduciam fidei meæ,qui eam scribi uoluerim,te autem nõ habuisse dum quasi calumniam pertimescis.Paratus ergo eras negare si tibi obiiceretur quod cõtra fidẽ meam aliquid dixeris. Vide ergo quid de te ipse sentire feceris. Quod si obiectum non eras negaturus, cur dictum scribi noluisti, præsertim cum magnopere uoluisses etiam honoratos uiros nostro interesse sermoni ? Cur ergo uolens calumniam deuitare notariorum stilum timebas, & clarissimorum testimonium non timebas ? Si autem sic uis ut etiam ego dicam fidem meam,quomodo te dicis dixisse tuã, ego etiã breuius possum dicere, Credere me in patrem & filium & spiritumsanctũ. Si autem proprium aliquid unde dissentis à me uis audire,Credo in patrem & filium & spiritumsanctum,nec filium dicens patrem,nec patrem filium,nec utriusq; spiritumsanctum uel patrem uel filium, & tamen patrem deum,& filium deum,& spiritumsanctum deum solum æternum & immortalem propria sua substãtia,sicut deus solus & æternus & immortalis est,ea diuinitate quã est ante secula. Hoc si tibi displicet, & placet à me audire quemadmodum de scripturis sanctis asseratur, lege etiam illud quod prolixius conscriptum misi benignitati tuæ. Si autem illud tibi non uacat legere, nec mihi uacat frustra uerba iactare. Possum tamen quantum dominus dederit facultatis uel dictanti tibi uel scribenti,ego quoq; uel dictãdo uel scribẽdo ad quod uolueris respondere. Huic scripturæ à me dictatæ & relectæ ego Augustinus subscripsi.

Pascentius

Pascentius Augustinum contumelioſe compellat,urgens ut proferat,quis è tribus perſo/ C
nis,ſit unus deus,ad conflictum ſub arbitris prouocans. Epiſtola CLXXVI.

OPTAVERAM te frater dilectiſſime priſtini erroris tui conſilium deponere, nunc miror te in ipſo adhuc permanere ſicut epiſtola quam ad me miſiſti cla mat. Nam ita eſt dignatio tua,ſicut ſitiens nimio calore accenſus, ſi inuenerit aquam cœnoſam & ſe ingurgitauerit, poſtea etiam ſi lympidam & frigidam reperiens biberit,non ſatis proficere poteſt, quandoquidem cœno ſemel eius cor & anima obruitur. Deniq; quod pace tua dicam,ita & conſilium præſtantiæ tuæ, ſicut arbor curua & nodoſa quæ nihil in ſe rectum habet & aciem peruertit oculorum. Reſcribit mihi ſancti tas tua,patrem deum,filium deum, ſpiritumſanctum deum, ſed unum deum. Quis è tri/ bus unus deus? An forte eſt una perſona triformis quæ hoc nomine nuncupetur? Tu ſi uo luiſſes & confideres de profeſſione tua,reſideres mecum cum coepiſcopis tuis puro ac paci/ fico animo & ſpiritu,& conferres de his quæ dei ſunt,& quæ ad gloriam & gratiam ſpirita lem pertinent. Vnde quid opus eſt ſcribere & reſcribere quod nos non ædificat?

Auguſtinus deum unum profitetur,triformem negat, conflictum non detractat, ſi exci/
plantur quæ dicuntur. Epiſtola CLXXVII.

ITTERAE tuæ nec ad reddenda conuitia me prouocare,nec à reddendis lit/ teris reuocare potuerunt. Ea quippe quæ ſcripſiſti mouerent me, ſi à ueritate dei non à poteſtate hominis dicerẽtur. Dixiſti conſilium meum arborem cur uam & nodoſam,quæ nihil in ſe rectum habet & aciem peruertit oculorum. Quid in me diceres ſi à placito quod inter nos mane ſtatueramus ego receſſiſſem,& in re fa cillima quæ recte placuerat curuam refragationem & nodos difficultatis poſuiſſem? Neq; enim aqua cœnoſa ingurgitatum me iudicares,ſed perfidiæ,quod multo peius eſt ebrieta/ te ſubmerſum,ſi non talis poſt prandium rediſſem,qualis ante prandium receſſiſſem. Sed ecce nunquid non reſcripſiſti quod uoluiſti,& nullam calumniam formidaſti. Sic ergo po/ D tes & cætera,ut ſit quod uel noſipſi uel alij poſſint conſiderare & iudicare. Quod enim dicis triformem dei perſonam me credere,ſi legere dignatus fuiſſes quod aliud aliquando pro/ lixius miſi,& ad ea quæ ibi ſcripta ſunt reſpondere uoluiſſes,hoc fortaſſe non diceres. Sed tamen ecce,& hoc ipſum quod triformem dei perſonam dicam,& dictaſti & conſcriptum miſiſti & nullam calumniam timuiſti. Ecce oſtendiſti uerum eſſe quod dico, non ideo te ſi/ cut placuerat cum ſimul eſſemus uerba tua dictare noluiſſe,quia calumniam timebas, ſed quia de ueritate non confidebas: modo quia iam tibi placuit dictare,an triformem dei per ſonam credam,reſpondeo non me ita credere, Vna quippe forma eſt, quia una, ut ita di/ cam,deitas,& ideo unus deus pater & filius & ſpirituſſanctus. Tu autem peto digneris bre
1.Cor.6 uiter reſpõdere,quomodo accipias quod ait Apoſtolus,Qui adhæret meretrici, unum cor pus eſt,qui autem adhæret domino unus ſpiritus eſt. Diuerſi enim ſexus corpora ſibi ad/ hærentia,unũ corpus dixit,Et cũ ſpũs humanus nullo modo poſſit dicere, Ego & dñs unũ
Ioan.10 ſumus,tñ cum adhæret dño unus ſpũs eſt: quanto magis ille qui ueriſſime dixit,Ego & pa ter unũ ſumus,quia inſeparabiliter patri cohæret, ipſe & pater unus deus eſt. Si tñ uel hoc uerbũ admittitur in illa diuinitate,ut dicamus cohæret,q̃d nunc̃ꝫ oĩno uel fuit uel eſſe po/ terit ulla diſtantia ſeparatum. Ad hoc reſponde,utrum tibi placeat biformẽ ſpũm dici, qñ qui adhæret dño unus ſpũs eſt. Quod ſi tibi non placet,nec ego triformem deum dixi pa/ trem & filiũ & ſpiritũſanctum, ſed unũ deum. Si aũt in præſentia uis ut colloquamur, gra tiam quidem habeo dignationi & beneuolentiæ tuæ. Sed ſicut iam mihi aliud q̃d uoluiſti reſcribere dignatus es,ita dignare reſcribere dictaturos nos eſſe quæ dicturi ſumus,& non deero uoluntati tuæ,quantũ me adiuuerit deus. Nam ſi ſcribis & ſcribo, non nos ædificat, quomõ nos ædificat, Dicis,dico,ubi poſt uerborũ ſtrepitũ nõ inuenimus q̃d legẽdo recen ſeamus. Auguſtinus hæc dictaui, & relectis ſubſcripſi. Abſtineamus nos à conuitijs ne tempus inaniter impendamus,& ad id quod agitur inter nos potius aduertamus.

Non

A Non est epistola, sed altercatio, ad quam prouocarat Pascentius Arianus, homo simpliciter impudens. Habita est autem notarijs quæ dicebantur excipientibus, arbitro Laurentio, Hippone regio, in domo Anicia, secundum Augustini sententiam pronunciatum est. Mirum est autem Pascentium tam male instructum ad certamen uenisse, cum tam glorioſe prouocarit. CLXXVIII

LAVRENTIVS uir clarissimus partibus & personis in commune positis dixit: Dei discutiendum est negocium, naturæq; eius, in qua plerique labuntur homines, examinanda perfectio, si post illud totum quod pars parti, persona personæ conuitij intulit pridem, iam in utrisque maneat serenitas animorum, uenerande Augustine & Pascenti nobilissime dignamini profiteri. De domino enim disputans animus debet serenior inueniri, quia repulsis animositatis caliginibus, menti se puræ ad intelligendam naturæ suæ magnitudinem facilius offeret. Fidem igitur uestram ex professione opinionum primitus agnoscere uolo, tum demum requirere utrum liceat præter scripturarum diuinarum eloquia usurpatiuæ defensionis merito aliquid affirmare. Augustinus episcopus dixit: Sunt aliqua fidei necessaria à patribus posita, quæ in uerbis diuersarum linguarū aliter sonant, aliud intus continent in secreto: sicut ipsa caro Christi dei & hominis, hominis pleni infirmitatem ostendebat exterius, diuinitatis uirtutem gerebat interius. Tamē fidem reipub. debens uir clarissimus Pascentius, qua ipse extitit prouocator, fidei quoq; suæ quam Christo debet, qua etiā suam credit animam gubernari, dignetur nomen edicere, quia potestatis, ætatis etiam, simulq; prouocationis eius ordo sic fieri iustissime flagitat. Mihi enim placet te iudicem præsidere, quod etiam ipsi placuisse manifestissime comprobatur. Laurentius uir clarissimus dixit: Tuæ excellentiæ merito Pascenti uir nobilissime nos admodum paruisse clarum est. Tremens enim in tantæ rei negocio paruus præsideo cognitor, formidans, ne de tantæ omnipotentiæ natura secus quid credēs reatum incurram. Sacramento enim me meum animum animamq; memini conscisse, nec tuas intentiones ulla intentione palpare, nec aliquid à iustitia longius cohibere. Tua enim dilectione iudex in cognitione fidei inter utrosque uideor præsidere. Partis ergo è diuerso sistentis, cui defensionis uerba Augustinus uir grauissimus se impensurum ostendit postulationem qua petit, quia & ratione non caret, dignare effectu anticipare, nomenq; simul propriæ religionis edicere. Pascentius uir clarissimus dixit: Nec præsens prudentissimus suæ fidei episcopus Augustinus me negare potest christianum: in patrem ingenitum, & in filium genitum, & in spiritum sanctum me credere profiteor, sed non unius æqualisq; substantiæ uel naturæ. Et quoniam hesterna die, cum laudabiliter sanctum uirum, & omnis scientiæ Auxētium nominarem, & quem idem uir è duobus fuisset secutus, utrum Arium an Eunomium idem frater Augustinus scrupulosius inquireret, ego anathema memoratum continue Ario & Eunomio dicere non dubitaui, flagitans ut ipse quoque homusion anathematizaret, eo quod scriptum in libris dominicis minime reperiatur. Quod facere omnino in nullo consensit, unde se proculdubio homusianum euidenter ostendit: & quàm per- *Homusiani.*
graue sit, ipse prorsus aduertis, scripturarum autoritate calcata, illud ponere quod eadē scriptura nō dixit. Si quid enim præter autoritatem diuinorum uoluminum ponitur, uacuum approbatur. Laurētius uir clarissimus dixit: Aduertis ne uenerabilis Augustine, quid pro sua prosecutione designet, uel quàm integro prosecutionis modo sententiam suam uir clarissimus Pascentius firmet? Augustinus episcopus dixit: Catholicum me homusiō in sancta trinitate credentem hac professione respondeo, firmetur tantummodo eiusdem uiri spectabilis Pascentij responsio, si nihil præterquàm quod scriptum est, quisquam nostrum debeat uel audeat in defensione fidei applicans nominare. Aut enim licebit, & nulli maxime Græcis ubi fides orta est, denegabitur: aut non licebit, & calumnia iustissime repelletur. Postea tamen homusion uerbum græcum unitatem ostendens, quid contineat, quid

habeat,quidue maneat,exponetur. Laurentius uir clariſſimus dixit: Etiam ab Augu/ C.
ſtino honorabili uiro rectiſſime reſpondetur. Aut enim ut ipſe proſecutus eſt, licebit ali/
quid quod ſcriptum non eſt, defendendæ fidei merito ponere, & ponendum eſt licite: aut
non licebit, & utrunque penitus denegandum eſt integre: unde opus non eſt agnito iam
uocabulo ſonante profeſſionem ulterius quicquam inquirere, niſi ut ipſum homuſion no/
bis uenerabilis Auguſtinus ſuæ religionis epiſcopus ſcriptum oſtendat in lege. Augu/
ſtinus epiſcopus reſpondit: rectiſſimam iuſticiæ lineam tenens, O nobiliſſimæ fidei uir præ
ſidens, agnoſce rationémque perpende, quia de tuo non ſolum alij ſapientiſſimi uiri iudicio
iudicabunt, uerumetiam deus ueriſſimus, qui eſt omnium iudex plenius iudicabit. Non
enim differentis dei ſpernendum eſt iudicium, nonnunquam & in præſenti iudex ultor aſ/
ſurgit. Fidei ergo noſtræ iam dignare rationem inquirere, ſymbolúmque quo fides utcun/
que conſtat, ſingulos præcipe tuis auribus coram omnibus recitare. Laurentius uir cla
riſſimus dixit: A iuſticia nulla ratione diſcordat, ut ipſe digneris qui petitor es, Paſcenti uir
clariſſime, tuæ fidei ſymbolum recitare. Tunc Paſcentius ſono clariori ſymbolum recitans,
credere ſe in deum patrem omnipotẽtem, inuiſibilem, ingenitum, & incapabilem dixit, & in
Ieſum Chriſtum filium eius deum natum ante ſecula, per quem facta ſunt omnia, & in ſpi
rꝝ ſanctum. Auguſtinus epiſcopus reſpondit: Memorem eſſe amplitudinem ue/
ſtram in dei negocio, præſidens cognitor proſecutionis noſtræ non dubito, quia uir clariſſi/
mus Paſcentius nihil ponẽdum eſſe in fidei ratione, præter quàm quod ſcripturæ continẽt,
aſſeruit, qui licet fidei catholicæ homuſion uerbum pro macula nominis ſecundum ſuos au
tores nitatur opponere, ex eo quod poſuit uel potius uetuit, hinc magis & homuſió à Græ
cis ſacerdotibus poſitum uerbum in aſſertionem fidei dici debere recte defendimus, & ali/
qua quæ ſcripta non ſunt, ab ipſis potius temere poſita uel dicta modo probamus.
Laurẽtius uir clariſſimus dixit: Curſum ut uideo honorabilis Auguſtinus negocij præſen/ D
tis calcem ſe obtinuiſſe declarat, ſeſe q̃ docturum aſtruens, aliqua quæ ſcripta non ſunt, tuæ
Paſcenti clariſſime autores fidei poſuiſſe quæ ſequeris. Quæ ſi in lege non poſita, & à uobis
propria uſurpatione fidei merito poſita eſſe docuerit, iam quærendum erit, quia iam licere
manifeſtum erit, quid in intimis homuſion uerbum habeat, ad quam rem pertineat, cui q̃
rei recte hoc uerbum adhibitum iudicetur, iuſtéque inuentum uel poſitum ipſa fidei perfec/
tio roborabit. Paſcentius uir clariſſimus dixit: Non decet nos aliquid ſine autoritate
ſcripturarum ponere diuinarum, quid eſt tamen ſepoſito calumniæ artificio, quod dicit uel
proponit è diuerſo defendens frater Auguſtinus, abſque legis autoritate nos alicubi poſu/
iſſe uel dicere, publicet palàm, & ſi conuicerit, nec homuſion iniuſte ab ipſis poſitum, etiam
ego iam publice conclamabo, ſtatimque eorum communioni ſocius fio. Laurentius
uir clariſſimus dixit: Nihil tam optimum tam q̃ libertati fidei q̃ & animæ cõgruum, quàm
longa tergiuerſatione, quam potuit ſtoliditas enutrire, ocius derelicta, animoſitatis qua
deo fit iniuria obſtinata aliquandiu nebula repellatur, atque quæ occulta in linguis uarijs
ſunt, euidentiore luce pandantur. Sed ne in longum negocium iam propè uictoria pacatũ
oratio protrahat diuturna, quod abſque legis autoritate à Paſcentio uiro clariſſimo uel ab
eius autoribus reclamas poſitum, dignare iam Auguſtine uir ſanctiſſime publicare.
Auguſtinus epiſcopus reſpondit: In aſſertione fidei patrem ingenitum & incapabilem di/
xit, cum nec ingenitum nec incapabilem ſcriptura patrem alicubi teſtetur. Qui licet ingeni/
tus pater ſit, quia hoc ipſum utrique confitemur, tamẽ hoc nullius ſcripturæ ſeu ueteris ſeu
nouæ cõtinet textus. Eſt enim ingenitus, qui à nullo eſt genitus: ſed hoc eſt ingenitus quod
genitus, utpote de deo deus. Non enim quia Adam ingenitus approbatur, idcirco eſt ho/
mo, & Abel quia de ipſo eſt genitus, nõ eſt homo: hominem genuit quod eſt, ingenitus ho
mo: deus quod eſt genuit eiuſdem ſubſtantiæ, eiuſdem eſſentiæ ſine tempore, ſibi coæternũ
genuit. Ante quem nihil eſt temporis, non accipit modum. Eſt igitur ingenitus pater, quia
ut dictum

A ut dictum est, à nullo est genitus, sed est genito coæternus: quomodo ignis in substãtia sua, in qua est à creatore creatus, est quidem ingenitus, sed genito à se splendori consubstantialis est & coæternus. Hanc dei trinitatis substantiam unam homusion uerbo Græci complecti breuiter maluerũt. Non eñ nomen est, sed res terribilis est in uerbo huiuscemodi sonãs. Quod uerbum aperte ipse filius declarat, cum dicit: Ego & pater unum sumus. In isto uno consistit substantia una: nam ex eo quod est una, & ipse filius manet in ea, unde etiam iam circumamictus carnis ueræ trabea dicit: Nemo nouit filium nisi pater, neque patrem quis nouit nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Ecce & filius per seipsum inuisibilis approbatur. Quid est quod quasi acutius in fidei ponere assertione nitũtur? Incapabilem autem nec legunt nec iuste defendunt. Quomodo enim incapabilis pater, quem capit filius totum, ipso dicẽte: Ego in patre & pater in me? De quo etiam Paulus Apostolus dicit: Quoniam cum in forma dei esset, nõ rapinam arbitratus est esse æqualis deo: qui formam implet dei, nihil habet minus deo. Quomodo ergo incapabilis pater dicitur, qui capitur totus à filio? Ecce enim quæ scripta non sunt in lege uspiam, à uobis temere ponuntur in symbolo, ubi nihil magis aliter oportet inseri, præter quam scripturæ ueridicæ continet modus. Cur uobis de homusion uerbo uisum est fidei catholicæ inuidiam excitare, quæ substantiam dei unam simpliciter credens, hoc uerbum à Græcis patribus in assertionem fidei defendẽdo accepit? In contione enim, hoc est in symbolo quod est inter animas nostras & deum, quid uisum est hominibus aliquibus ponere, quæ scripta non reperiuntur in lege? Neque enim alicubi ingenitus aut incapabilis pater, Laudantes enim deum, dicere solemus in precibus, eius magnitudinem admirantes: Qui capit omnia, quem capit nemo scilicet hominum. Nam totus capitur à filio, cuius formam implet filius unius inconmutabilis naturæ secreto. Ergo neque solus inuisibilis pater, sed & filius inuisibilis. Sicut hominibus inuisibilis pater, ita inuisibilis hominibus filius secundum illud secretum quod manet in patre. Non ergo iuste positus est inuisibilis solus pater in symbolo, sed inuisibilis tota trinitas deus, excepta carne suscepta à filio, de qua dicit Apostolus: Inuisibili soli deo honor & gloria in secula seculorũ. Totus ergo habitat pater in filio, cuius patris formam idem filius non ex parte, sed implet in pleno. Hanc apostoli Pauli sententiam, qua dicit intimatq; dei mortalibus secreta, Qui cum in forma dei esset, aliqui male pronunciantes male sentiendo bene digesta, non esse ausum filium dei per imparilitatem æqualem, sed per rapinam fieri deo patri prorsus affirmant, quod inique sentitur. Si enim diceret, Qui cum deus esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo, posset angustijs fidei suæ quilibet qualecunque & si debile de qua sine mora excluderetur, spacium inuenire: nunc uero, quia cum in forma dei esset, dixit, omnem machinationis iniustæ aditum intercluſit: ubi est forma, nihil habet prorsus minus omnino natura. Deus enim, ait idem Apostolus, erat in Christo, mundum recõcilians sibi. Quomodo enim susciperet minor maiorem, nisi se una natura cognosceret patrem? Neq; enim liniamentis spacijs q̃ membrorum hæc dei forma distenditur, ut pater filium in se suscipiat habitantem, aut in se filius patrem ostendat manẽtem, sicut ipse ait: Pater in me manens, facit opera mea: aut euacuatur cum spiritum sanctum suum pater & filius omnem creaturam suam proferat illustrantem, quomodo cogitari non potest, quomodo explicari non potest, simul secum unum est, quod secundum incommutabilem omnino substantiam in trinitate deus est. Ecce quid est homusion, quod exprobratur iniuste. Non enim uerbũ solum, sed res in uerbo: nec solus sermo sonans auribus, sed substantia una est dei credenda in mentibus. Si enim in homine credente in se totus deus credendus est habitare, quomodo filium totum in se pater, aut filius patrem nõ credatur excipere? Ac per hoc ipse in patre, & pater in eo manet, & ex patre & filio sanctus credendus est spiritus non solum processisse, sed semper ad peragenda opera trinitatis, omnino procedere, sicut eadem trinitas Abraam amicum suum in unitate nominis dignata est uisitare. Quid est quod ca-

Ioan. 10
Matth. 11
Ioan. 14
Philip. 2
2. Cor. 5
1. Timoth. 1

lumniãtur de homuſion uerbo græco,quia ſcriptum in lege minime inueniatur? Cur nõ ui- C
dent culpam ſuam? Cur ſibi nõ diſplicent,cum ponunt in ſymbolo uerba uel nomina quæ
non ſunt ulla ſcriptura digeſta? Qui diſponit arguere,non faciat unde alium nititur accuſa
re. Inſpiciunt de uerbo ſimplici & ratione fidei pleno,quaſi de ſtipula oculum fratris,& ſuũ
ſauciatum præter ſcripturas ponendo quod credunt, tanquam de immanitate nõ peruidẽt
trabis. Ecce homuſiõ recte probamus poſitum, & in aſſertionem fidei, qua trinitatis unitas
à catholicis creditur à Græcis patribus dictum. Quid ſi Græcus ipſe obiiciat,nõ latino,non
Barbaro, ſed ſibi magis licere uerba ad fidem pertinentia diuulgare. Nam ſciendum eſt,
Amen & Alleluia,quod nec Latino nec Barbaro licet in ſuam linguam trãſferre, Hebræo
cunctas gentes uocabulo decantare. Non enim in Africa aut in cuncta Barbaria,ſed in Sy
ria uel Græcia,ubi & ipſa caro uoluit de uirgine naſci dominica, decuit uel oportuit uerba
fidei compendioſe firmare. Deniq; nõ Latino,non Barbaro ſtilo uenerandus ille Moyſes,
non prophetæ, non apoſtoli, non ipſi Euangeliſtæ,ſed aut Hebræo, aut Græco ſcripturas
eloquio dominicas firmauerunt, quas poſtea uiri probati ac diſertiſſimi in omnibus periti
linguis,de Hebræo primitus in Græco, de græco in Latino ſtilo ediſſerere cũ labore nimio
matũrarunt. ὁμόσιος ergo exponitur,unius ſubſtantiæ pater & filius & ſpirituſſanctus. Ne
mo ergo iam calumnietur uerbo,quia licet ſcriptum non ſit, quod habet interius uel ſonat,
oſtendit,non per aliquem alium,ſed per unam diuinitatis ſubſtãtiam,in qua filius patri lo/
Ioan. 17 quitur,dicens: Tua omnia mea ſunt,& mea tua. Iam ipſi uiderint qualiter auſi fuerint no/
mina,quæ ſcripta in lege non ſunt,uel uerba in ſymbolo continuare,nõ aliud niſi oſtendere
Quur hic nõ citatur teſtimoniũ patris ubi & ſpiritus? genitum ab ingeniti quod ſit incapabilis potẽtia, patris filium ſegregare. Deus enim pater
ſubſtãtia ſua genuit filium æqualem ſibi: docet hoc ueridicus ille ſecretorum interpres diui/
norum Ioannes. Propterea Iudæi uolebant,inquit,eum interficere, quia nõ ſolum ſoluebat
ſabbatum, ſed & patrem ſuum dicebat deum, æqualem ſe faciens deo. Conſubſtantialem
itaq; ſibi genuit filium pater, quia non accepit tanquam creatura indigens unde genuiſſet, D
tota copia quod ipſe eſt hoc genuit, perfectum genuit, quia ſine tempore eſt ipſe qui ge/
nuit & quem genuit. Si homo generat,quod eſt, deus non potuit generare quod eſt? Ac/
cepit homo ab ipſo deo,& tamen licet acceperit,hoc generat quod accepit: à nullo accipiens
pater deus quod eſt generare non potuit? Hanc æqualitatem ſubſtantiæ ὁμοσίαν ſermo
Græcus oſtendit,nihil auſterum,ſed optimum dulceq;, & hoc quod credendum eſt huma
nis cordibus introducit. Etſi enim uerbum ipſum in lege ſcriptum nõ inuenitur,quia æqua/
lis eſt patri filius,per beatum Ioannem primitus,& per Paulum poſtea comprobatur. Ioan
Deut. 17 nes enim æqualitatem dixit,Paulus formam impleuit. In duobus,inquit ſcriptura,aut tri/
Matth. 18 bus teſtibus ſtabit omne uerbum. Per duos enim ueriſſimos teſtes iam probauimus unius
ſubſtantiæ eſſe,æqualesq; patrem & filium, addamus & tertium, Thomam illum diſcipu/
lum poſt dubitationem fortius confitentem dominum & deum, quem nec reſurrexiſſe cre/
Ioan. 20 diderat crucifixum. Dominus meus,inquit, & deus meus. Approbat filius dictum, quia ſe
cognoſcit à ſua creatura iuſtiſſime deum & dominum proclamatũ,patri utiq; & ſanctoſpi/
ritui coæternum. Homuſion utiq; uerbum eſt græcum,& Chriſtus græcum eſt nomẽ. Qui
accuſat per iniuſticiam de uerbo quod non intelligit, fidem non accipiat, & de nomine no/
men. Homuſion uerbum unius eiuſdemq; ſubſtantiæ ſonat in græco,non quenquam infir/
mum, ſed patrem & filium & ſpiritumſanctum. Iam ergo nemo improbet quaſi uerbum,
ſed aperte ſeparet quiſquis & quod non poteſt, homuſion patrem & filium & ſpiritumſan/
ctum. Contra hoc pugnetur quod poſſidet,quod habet,quod docet uerbum græcum,non
contra ipſum uerbum, quod auribus retinnit ſyllabis articulatum: contra diuitias, contra
æqualitatem naturæ,quam poſſidet uerbum ipſum græcum, non contra exteriorem ueluti
corticẽ ab eo, qui ſe audere dicit,ſi prævalet repugnetur. Abſit erubeſcamus catholici in uni/
uerſo manẽtes, nos appellari propter fidem ueram unius eiuſdemq; ſubſtantiæ, à nonnul
lis

A lis uerbum græcum non intelligentibus homuſiones,qui nos appellari gaudemus de Chri/ *Homuſiones.*
ſti nomine Chriſtianos.Neque enim in parte accipiendum eſt uerbum græcum,& in parte
alia refellendum. Nemo ergo utatur Chriſti nomine ex uocabulo græco. Erubeſcat ſe dici
Chriſtianum,quia nomen eſt græcum. Non accipiatur Paulus,qui dicit Romanis ſcribẽs, *Rom. 8*
In quo clamamus abba pater,in uno nomine duabus utitur linguis.Dicit enim abba græ/ *Abba.*
co uocabulo patrem,& latine nominat identidem patrem. Contemnatur idem Apoſtolus
Paulus,& in nouiſſimis partibus ad Corinthios epiſtolæ primæ,ubi plebem arguẽs, ſimul *1. Corin. 16*
græco & Syro utitur uerbo. Si quis,inquit,non amat dominum,ſit anathema maranatha. *Maranatha.*
Anathema græco ſermone dixit condemnatus, maranatha, donec dominus redeat. Iam
ergo nemo appellet oleam quo fideles unguntur græco nomine chriſma,Homuſion reprõ
batur unam trinitatem reſonãs,eandemq; naturam. Quid eſt enim quod dixit beatiſſimus
Paulus: Si quis non amat dominum,niſi ſi quis humiliat ſe deo? Nõ ergo recte dicitur do/
minum amare, qui dei & domini unius audet ſubſtantiam ſeparare,de quo dicitur in lege:
Audi Iſraël,dominus deus tuus deus unus eſt. Non corpore utiq;,liniamentis q; corporeis *Deut.6*
extenſus, ſed una pater & filius & ſpirituſſanctus deitate perfectus. Plura quidem græco
uerbo definita reperiuntur in lege,ſed pro multis hæc pauca quæ dicta ſunt,ſapientibus cre
do ſufficere. Si æqualitas nõ eſt,nõ auderet inferior dicere ſuperiori: Omnia mea tua ſunt,
& tua mea.Nec auderet dicere: Volo ut ubi ego ſum,& iſti ſint mecum. Non,inquam,di/ *Ioan. 17*
ceret Volo, ſed diceret ſupplicans rogo. Abſurdum igitur non eſt, ut in concilijs patrum
græco uerbo patris & filij & ſpirituſſancti una ſubſtantia firmaretur, cum ſuper apoſtolos
primitus ſpirituſſancti propria largitate linguarum uarietas fundaretur. Audiuimus enim
eos,ait ſcriptura Actuum apoſtolorum, loquentes uarijs linguis magnalia dei. Magnalia *Acto.2*
utique ſunt non deorum, ſed dei,græca lingua unam ſubſtantiam credi patris & filij & ſpi/
rituſſancti. Hebraice igitur,græce & latine ſuper crucem domini à Pilato fuit cauſa eius ſcri
B pta. Si licuit ut græca lingua, uel imò permiſit ipſe dominus, ut cauſa mortis eius eſſet ſcri/
pta, cur abhorret ut ſubſtantia eius, qua deus eſt æqualis cum patre,Græco uocabulo ap/
probetur oſtenſa? Si minime licet patris & filij & ſpirituſſancti unam ſubſtantiam lingua
exeri græca,ergo nec deum laudari decet & Barbara.Sicut enim græca lingua,quod eſt ho
muſion,una dicitur uel creditur à fidelibus trinitatis omnino ſubſtantia, ſic una rogatur ut
miſereatur à cunctis latinis & barbaris unius dei natura,ut à laudibus dei unius nec ipſa lin *κύριε ἐλέ/*
gua barbara ſit ut latinis aliena. Latine enim dicitur,domine miſerere. Sola ergo hæc mi/ *ησον.*
ſericordia ab ipſo uno deo patre & filio & ſpirituſancto lingua debet hebræa uel græca, &
ipſa ad poſtremum poſtulari latina,non autem & barbara.Si enim licet dicere, non ſolum *Gotticam lin/*
Barbaris lingua ſua,ſed etiã Romanis fihoraarmẽ, quod interpretatur, domine miſerere, *guam Roma*
cur non liceret in concilijs patrum in ipſa terra Græcorum, unde ubique deſtinata eſt fides, *capta didicit.*
lingua propria homuſion confiteri, quod eſt patris & filij & ſpirituſſancti una ſubſtantia?
Nam ſubiectionem filij patri debitam ex carnis infirmitate ſuſceptam, etiam nos quia iu/
ſtum eſt ueriſſime cõfitemur,in qua eum infirmitate nõ ſolum ſubditum, ſed & ſeruum eui/
dentiſſime confitemur, ipſo dicente in prophetia ad patrem: O domine quia ego ſeruus tu *Pſal. 115*
us,ego ſeruus tuus,& filius ancillæ tuæ,id eſt Mariæ. Patet ergo in quo ſit æqualis patri fili/
us,in quo ſit non ſolum ſubditus aut inferior,ſed etiam humiliſſimus ſeruus.Ipſe,inquam,
oſtendit in quo ſit humilis,in quo ſit æqualis,unde omnipotens,unde infirmus,unde abie/
ctus,unde ſpecioſus,unde diues,unde egeſtati ſubiectus. Laurentius uir clariſſimus di/
xit: Euidẽtiſſime claruit defenſionem aſſertionis fidei ſuæ Auguſtinum uirum clariſſimum
communiſſe, multáque magis tuos autores uir clariſſime Paſcenti abſque ſcriptura temere
poſuiſſe, nec eſſe nomen fidei homuſion,ſed æqualitatem magis ipſius trinitatis. Sed ſi in/
ueniuntur in lege uerba quæ improbata ſunt, dignare uir nobiliſſime reſpondere, ut certe
nobis pares ire poſſitis.Nam proculdubio intueris à nobis præſentem uirum Auguſtinum *Sententia.*

suis assertionibus nimium transilire. Apud te enim nobilissime uir ego quãm apud deum C
perennis reatus culpas incurrere. Pascentius uir clarissimus respondit: Scripta quæ pro
posui, non sunt quidem in lege, sed debere propter honorem patris astrui recte defendun-
tur. Laurentius uir clarissimus dixit: Sic ergo & homusion quod in dubium ueniebat
te proponẽte, & si scriptum non est, res ipsa tamen quæ latet in uerbo, uera est. Credatur ho
norifice unitati, ne fiat iniuria trinitati.

Augustinus Probæ & Iulianæ nobilibus uiduis gratulatur de Demetriade, quæ uirginitatis uelum acceperat, agẽs gratias pro munusculo misso. Ep. CLXXIX

DOMINARVM honore dignissimis, merito illustribus & præstantissimis filia-
bus Probæ & Iulianæ, Augustinus in domino salutem. Implestis gaudio
cor nostrum, tanto iocundius quanto charius, tanto gratius quanto citius. Ve-
stræ nanque stirpis sanctimoniam uirginalem, quoniam quacunque innotui-
stis, ac per hoc ubique fama celeberrima prædicat, uelocissimum uolatum eius fideliore at-
que certiore litterarũ nuncio præuenistis, & prius nos fecistis exultare de cognito tam excel
lenti bono quàm dubitare de audito. Quis uerbis explicet? quis digno præconio prosequa
tur, quantum incomparabiliter glorioſius atque fructuosius habeat ex uestro sanguine fœ
minas uirgines Christus, quàm uiros consules mundus? Nam uolumina temporum, si ma
gnum atq; præclarum est nominis dignitate signare, quanto est maius atq; præclarius cor
dis & corporis integritate transcendere? Magis itaque gaudeat puella nobilis genere, nobi
lior sanctitate, quod sit per diuinum consortium præcipuam in cœlis consecutura sublimi-
tatem, quàm si esset per humanũ connubium prolem propagatura sublimem. Generosius
quippe elegit Aniciana posteritas tam illustrem familiam beare nuptias nesciendo, quàm
multiplicare pariendo, & in carne iam imitari uitam angelorum, quàm ex carne adhuc nu-
merum augere mortalium. Hæc est uberior fœcundior q; felicitas, nõ uentre graueſcere, sed D
mente grandeſcere: non lacteſcere pectore, sed corde candeſcere: non uiſceribus terram, sed
cœlum orationibus parturire. Dominarum honore dignissimæ filiæ, perfruamini in illa
quod defuit uobis, perseueret usque in finem, adhærens coniugio quod non habet finem.
Imitentur eam multæ familiæ dominam, ignobiles nobilem, fragiliter excelsæ excelsius hu-
milem, uirgines quæ sibi optant Aniciorum claritatẽ, eligant sanctitatem. Illud enim quan
talibet cupiditate quando assequentur? Hoc autem si plene cupierint, mox habebunt. Pro-
tegat uos incolumes & feliciores dextera altissimi, dominæ honore dignissimæ & præstan-
tissimæ filiæ: pignora sanctitatis uestræ, præcipue ipsam sanctitatem præcipuam debito ue
stris meritis officio dilectione domini salutamus. Velationis apophoretum gratissime ac-
cepimus.

Augustinus Honorato episcopo, distinctius explicat, quibus, quãdo, & quomodo fugiendum, imminente periculo. Epistola CLXXX

SANCTO fratri & coëpiscopo Honorato, Augustinus in domino salutẽ.
Charitati tuæ misso exemplo epistolæ, quam fratri Quoduultdeo nostro coë-
piscopo scripsi, putabá me hoc onere caruisse, quod mihi imposuisti, quærendo
cõsilium quid in his periculis, quæ tempora nostra inuenerunt, facere debeatis.
Quamuis enim epistolam illam breuiter scripserim, nihil me tamen prætermisisse arbitror,
quod & respondenti dicere, & quærenti audire sufficeret: quandoquidẽ dixi, nec eos esse pro
hibendos, qui ad loca, si possunt, munita migrare desiderãt, & ministerij nostri uincula, qui
bus nos Christi charitas alligauit, ne deseramus ecclesias quibus seruire debemus, non es-
se rumpẽda. Ista quippe uerba sunt quæ in illa epistola posui. Restat ergo, inquam, ut nos,
quorum ministerium quantulæcunque plebi dei ubi sumus manenti, ita necessarium est ut
Psalm. 30 sine hoc eam non oporteat remanere, dicamus domino: Esto nobis in deum protectorem

& in

A & in locum munitum. Sed hoc consilium tibi propterea non sufficit,ut scribis,ne contra do/
mini præceptum uel exemplum facere nitamur,ubi fugiendum esse de ciuitate in ciuitatem
monet. Recolimus enim uerba dicentis: Cum autem persequentur uos in ciuitate ista,fuge Matt.10
re in aliam. Quis autem credat ita hoc dominum fieri uoluisse,ut necessario ministerio,sine
quo uiuere nequeunt,deserantur greges quos suo sanguine comparauit? Nunquid hoc fe/
cit ipse,quando portantibus parentibus in Ægyptum paruulus fugit,qui nondum ecclesias
congregauerat,quas ab eo desertas fuisse dicamus? Nunquid quando Apostolus Paulus, 2.Cor.11
ne illum comprehenderet inimicus, per fenestram in sporta submissus est, & effugit manus
eius,deserta est quæ ibi erat ecclesia necessario ministerio,& non ab alijs fratribus ibidē con
stitutis quod oportebat impletum est? Eis quippe uolentibus hoc Apostolus fecerat,ut se/
ipsum seruaret ecclesiæ, quem proprie persecutor ille quærebat. Faciant ergo serui Christi,
ministri uerbi & sacramenti eius,quod præcepit siue permisit. Fugiant omnino de ciuitate in
ciuitatem,quando eorum quisquam specialiter à persecutoribus quæritur,ut ab alijs qui nō
ita requiruntur,non deseratur ecclesia,sed præbeant cibaria conseruis suis,quos aliter uiuere
non posse nouerunt. Cum autem omnium, id est episcoporum & clericorum est commune
periculum,hi qui alijs indigent,non deserantur ab his quibus indigent. Aut igitur ad loca
munita omnes transeant,aut qui habent remanendi necessitatem,non relinquantur ab eis,
per quos illorum est ecclesiastica supplenda necessitas,ut aut pariter uiuant,aut pariter suffe
rant, quod eos paterfamiliâs uellet perpeti. Quod si cōtigerit,ut siue alij maius,alij minus,
siue omnes æqualiter patiātur, qui eorum sint qui pro alijs patiuntur apparet,illi scilicet qui
cum se possint talibus malis eripere fugiendo,ne aliorū necessitatē desererēt,manere malue
runt. Hinc maxime probatur illa charitas,quam Ioannes apostolus commendat dicens: Si 1.Ioan.3
cut Christus animam suam pro nobis posuit, sic & nos debemus animas pro fratribus po/
nere. Nam qui fugiunt,uel suis deuincti necessitatibus fugere non possunt, si comprehensi
B patiuntur,pro seipsis nō pro fratribus utiq; patiuntur. Qui uero propterea patiuntur,quia
fratres qui eis ad Christianam salutem indigebant deserere noluerunt,sine dubio suas ani/
mas pro fratribus ponunt. Vndē illud quoniam episcopum quendam dixisse audiuimus:
Si dominus nobis imperauit fugam in eis persecutiōibus, ubi potest fructus esse martyrij,
quanto magis debemus fugere steriles passiones,quādo est barbaricus & hostilis incursus?
uerum est quidem & acceptabile, sed his quos ecclesiastici officij non tenent uincula. Nam
qui clades hostiles ideo non fugit,cum possit effugere,ne deserat ministerium Christi, sine
quo non possunt homines uel fieri uel uiuere Christiani, maiorem charitatis inuenit fru/
ctum,quam qui non propter fratres,sed propter seipsum, fugiens atque comprehensus nō
negat Christum,suscipitq; martyrium. Quid est ergo quod in epistola tua priore posuisti?
Dicis enim, Si in ecclesijs persistendum est, quid simus nobis uel populo profuturi non ui/
deo,nisi ut ante oculos nostros uiri cadant,fœminæ cōstuprentur,incendantur ecclesiæ,nos
sub tormentis deficiamus,cum de nobis quæritur quod non habemus. Potens est quidem
deus audire preces familiæ suæ, & hæc quæ formidantur auertere, nec ideo tamen propter
ista quæ incerta sunt,debet nostri officij esse certa desertio,sine quo est plebi certa pernicies,
nō in rebus uitæ huius, sed alterius incomparabiliter diligētius sollicitiusq; curandæ. Nam
si certa essent ista mala,quæ timentur ne in locis in quibus sumus,forte contingant,prius in/
de fugerent omnes,propter quos ibi manēdum est,& nos manendi necessitate liberos red/
derent. Non enim quisquam est,qui dicat ministros manere oportere,ubi iam non fuerint
quibus necesse sit ministrare. Ita quidam sancti episcopi de Hispania profugerūt,prius ple/
bibus partim fuga lapsis,partim peremptis,partim obsidione consumptis, partim captiui/
tate dispersis,Sed multo plures,illic manentibus propter quos manerent, sub eorundem pe
riculorum densitate māserunt. Et si aliqui deseruerunt plebes suas,hoc est quod dicimus fie
ri non debere. Neque enim tales docti autoritate diuina, sed humano uel errore decepti,

uel timore ſunt uicti. Cur enim ſibi putant indifferenter obtemperādum eſſe præcepto, ubi C
legunt de ciuitate in ciuitatem eſſe fugiendum, & mercenarium non exhorrent, qui uidet
lupū uenientē & fugit, & non eſt ei cura de ouibus? Cur non iſtas duas dominicas uerásq;
ſententias, unam ſcilicet ubi fuga ſinitur aut iubetur, alteram ubi arguitur atque culpatur, ſic
intelligere ſtudent, ut inter ſe reperiantur non eſſe contrariæ, ſicut non ſunt? Et hoc quomo/
do reperitur, niſi attēdatur quod iam ſuperius diſputaui, tunc de locis in quibus ſumus pre
mente perſecutione fugiendum eſſe Chriſti miniſtris, quando ibi aut plebs Chriſti non fue
rit, cui miniſtretur, aut poteſt impleri per alios neceſſarium miniſterium, quibus non eſt ea
dem cauſa fugiendi: ſicut in ſporta ſubmiſſus, quod ſupra memoraui, fugit Apoſtolus, cum
à perſecutore proprie ipſe quæreretur, alijs utiq; neceſſitatē ſimilem non habentibus, à qui/
bus illic miniſterium abſit ut deſereretur eccleſiæ, Sicut fugit ſanctus Athanaſius Alexan/
drinus epiſcopus, cum eum ſpecialiter apprehendere Conſtantius cuperet imperator, ne/
quaquam à cæteris miniſtris deſerta plebe catholica, quæ in Alexandria commanebat.
Cum autem plebs manet & miniſtri fugiunt, miniſterium q; ſubtrahitur, quid erit niſi mer/
cenariorum illa fuga damnabilis, quibus non eſt cura de ouibus? Veniet enim lupus, non
homo ſed diabolus, qui plerumq; fideles apoſtatas eſſe perſuaſit, quibus quotidianum mi/
niſterium dominici corporis defuit, & peribit infirmus in tua non ſcientia, ſed ignorātia fra/
ter, propter quem Chriſtus mortuus eſt. Quod autem ad eos attinet, qui in hac re nō fallun
tur errore, ſed formidine ſuperantur, quare nō potius cōtra ſuum timorem domino miſerā/
te atq; adiuuante fortiter dimicant, ne mala ſine comparatione grauiora, quæ multo ampli
us ſunt tremenda, contingant? Fit hoc ubi dei charitas flagrat, non mundi cupiditas fumat.
2. Cor. 11 Charitas enim dicit: Quis infirmatur & non ego infirmor? Quis ſcandalizatur, & non ego
uror? Sed charitas ex deo eſt. Oremus ergo ut ab illo detur à quo iubetur. Et per hanc ma
gis timeamus ne oues Chriſti ſpiritalis nequitiæ gladio in corde, quàm ne ferro in corpore
32. q. 5. magis trucidentur, ubi quandocunq; quocunq; mortis genere morituri ſunt. Magis timeamus ne D
ſenſu interiori corrupto, pereat caſtitas fidei, quàm ne fœminæ uiolēter cōſtuprentur in car/
1. de Ciuitate ne: quia uiolētia nō uiolatur pudicitia, ſi mente ſeruatur, quoniam nec in carne uiolatur, quá
dei c. 16 et. 18 do uolūtas patientis ſua turpiter carne nō utitur, ſed ſine cōſenſione tolerat quod alius ope
ratur. Magis timeamus ne lapides uiui extinguantur deſerētibus nobis, quàm ne lapides &
ligna terrenorū ædificiorum incendātur præſentibus nobis. Magis timeamus ne membra
corporis Chriſti deſtituta ſpiritali uictu necentur, quàm ne membra corporis noſtri oppreſ
ſa hoſtili impetu torqueantur. Nō quia iſta non ſunt uitanda cum poſſunt, ſed quia potius
ferenda ſunt, quādo uitari ſine impietate nō poſſunt: niſi forte quiſq; contenderit non eſſe
miniſtrum impium, qui tūc ſubtrahit miniſterium pietati neceſſarium, quādo magis eſt ne/
ceſſarium. An non cogitamus, cum ad iſtorum periculorū peruenitur extrema, nec eſt pote
ſtas ulla fugiēdi, quātus in eccleſia fieri ſoleat ab utroq; ſexu, atq; ab omni ætate cōcurſus,
alijs baptiſmū flagitātibus, alijs reconciliationem, alijs etiam pœnitentiæ ipſius actionem,
omnibus conſolationem & ſacramētorum confectionem & erogationē? Vbi ſi miniſtri de
ſint, quantum exitium ſequatur eos qui de iſto ſeculo uel non regenerati exeunt uel ligati?
Quantus eſt etiā luctus fidelium ſuorum, qui eos ſecum in uitæ æternæ requie nō habebūt?
Quantus deniq; gemitus omnium, & quorundā quāta blaſphemia de abſentia miniſterio
rum & miniſtrorū? Vide quid faciat malorū temporalium timor, & quanta in eo ſit acqui/
ſitio malorum æternorū. Si aūt miniſtri aſſint pro uiribus, quas eis dominus ſubminiſtrat,
omnibus ſubuenitur: alij baptizantur, alij recōciliantur, nulli dominici corporis cōmunione
fraudantur, omnes cōſolantur, ædificātur, exhortātur, ut deum rogent qui potēs eſt omnia
quæ timētur auertere, parati ad utrūq;, ut ſi nō poteſt ab eis calix iſte tranſire, fiat uoluntas
eius qui mali aliquid nō poteſt uelle. Certe iam uides quod te ſcripſeras nō uidere, quātum
boni cōſequantur populi Chriſtiani, ſi in præſentibus malis nō eis deſit præſentia miniſtro/
rum

A rum Christi: quorū uides etiā quātum obſit abſentia, dum ſua quærūt nō quæ Ieſu Chriſti, nec habent illam de qua dictum eſt, non quærit quæ ſua ſunt, nec imitantur eum qui dixit: Nō quæro quod mihi utile, ſed quod multis ut ſalui fiant. Qui etiā perſecutoris principis illius inſidias nō fugiſſet, niſi ſe aliis quibus neceſſarius erat, ſeruare uoluiſſet. Propter quod ait: Cōpellor aūt ex duobus cōcupiſcentiam habens, diſſolui & eſſe cum Chriſto multo magis optimū, manere in carne neceſſariū propter uos. Hic forte quis dicat, ideo debere dei miniſtros fugere à talibus imminētibus malis, ut ſe pro utilitate eccleſiæ temporibus tranquillioribus ſeruēt. Recte hoc fit à quibuſdam, quādo non deſunt alij per quos ſuppleatur eccleſiaſticum miniſterium, ne ab omnibus deſeratur, quod feciſſe Athanaſium ſupra diximus. Nam quantum neceſſarium fuerit eccleſiæ, quantumq; profuerit quod uir ille manſit in carne, catholica fides nouit, quæ aduerſus Arianos hæreticos ore illius & amore defenſa eſt. Sed quādo eſt cōmune periculum, magisq; timendum eſt ne quiſquam id facere credatur, non cōſulendi uolūtate, ſed timore moriendi, magisq; fugiendi obſit exemplo, quàm uiuendi proſit officio, nulla ratione faciendum eſt. Denique ſanctus Dauid ne ſe committeret periculis præliorum, & fortaſſis extingueretur, ſicut ibi dictū eſt, lucerna Iſraël, à ſuis hoc petentibus ſumpſit, non ipſe præſumpſit. Alioquin multos imitatores feciſſet ignauiæ, qui eum crederent hoc feciſſe non conſideratione utilitatis aliorum, ſed ſuæ perturbatione formidinis. Occurrit aliquanto alia quæſtio, quam contemnere non debemus. Si enim hæc utilitas negligenda non eſt, ut aliqui miniſtri propterea fugiant imminente aliqua uaſtitate, ut ſeruentur qui miniſtrent eis, quos poſt illam cladem reſiduos potuerint inuenire, quid fiet ubi omnes uidētur interituri, niſi aliqui fugiant? Quid ſi enim hactenus ſæuiat illa pernicies, ut ſolos miniſtros eccleſiæ perſequatur? Quid dicam, an relinquenda eſt à miniſtris fugientibus eccleſia, ne à morientibus miſerabilius relinquatur? Sed ſi laici non quæruntur ad mortem, poſſunt occultare quoquo modo epiſcopos & clericos ſuos, ſicut ille adiuuerit, in cuius
B poteſtate ſunt omnia, qui poteſt & non fugientem per mirabilē conſeruare potentiam. Sed ideo quærimus quid nos facere debeamus, ne in omnibus fingendo diuina miracula tentare dominum iudicemur. Non quidem talis eſt iſta tempeſtas, quando laicorum & clericorum eſt commune periculum, ſicut in naui una commune periculum eſt mercatorum atque nautarū. Verū abſit ut tanti pendēda ſit hæc nauis noſtra, ut debeāt eam nautæ, & maxime gubernator periclitantem deſerere, etiam ſi in ſcapham tranſiliendo uel etiam natando poſſit effugere. Quibus enim metuimus ne noſtra deſertione pereant, non temporalem mortē, quæ quandoq; uentura eſt, ſed æternam quæ poteſt ſi non caueatur uenire, & poteſt ſi caueatur etiam non uenire, metuimus. In cōmuni aūt periculo uitæ huius cur exiſtimamus ubicunq; fuerit hoſtilis incurſus, omnes clericos & nō etiā omnes laicos eſſe morituros, ut ſimul finiant hanc uitam, cui ſunt clerici neceſſarij? Aut cur non ſperemus ſicut laicos aliquos, ſic etiam clericos remanſuros, à quibus eis neceſſarium miniſterium ualeat exhiberi? Quanq; inter hos dei miniſtros inde ſit diſceptatio, qui eorum maneant ne fuga omnium, & qui eorum fugiāt, ne morte omniū deſeratur eccleſia. Tale quippe certamē erit inter eos, ubi utriq; ferueant charitate, & utriq; placeant charitati. Quæ diſceptatio ſi aliter non potuerit terminari, quantū mihi uidetur, qui maneant & qui fugiant ſorte legendi ſunt. Qui enim dixerint ſe potius fugere debere, aut timidi uidebuntur, quia imminens malum ſuſtinere noluerunt: aut arrogantes, quia ſe magis qui ſeruandi eſſent, neceſſarios eccleſiæ iudicarūt. Deinde fortaſſis hi qui meliores ſunt, eligant pro fratribus animas ponere, & hi ſeruabūtur fugiendo, quorū eſt minus utilis uita, quia minor conſulendi & gubernandi peritia. Qui tamen ſi pie ſapiunt, contradicent eis quos uident & uiuere potius oportere & magis mori malle quam fugere. Ideo ſicut ſcriptum eſt: Contradictiones ſedat ſortitio, & inter potentes definit. Melius enim deus in huiuſcemodi ambagibus quàm homines iudicat, ſiue dignetur ad paſſionis fructū uocare meliores & parcere infirmis, ſiue iſtos facere ad mala perferēda fortiores, Prouer. 18

& huic uitæ ſubtrahere, quorum non poteſt dei eccleſiæ tantum quantum illorum uita C
prodeſſe. Res quidem fiet minus uſitata ſi fiat iſta ſortitio. Sed ſi facta fuerit, quis eam re
prehendere audebit? Quis non eam niſi imperitus aut auidus congrua prædicatione lau/
dabit? Quod ſi nō placet facere, cuius facti non occurrit exemplum, nullius fuga faciat ut
eccleſiæ miniſterium maxime in tantis periculis neceſſarium ac debitū deſit. Nemo excipiat
perſonam ſuam, ut ſi aliqua gratia uidetur excellere, ideo ſe dicat uita & ob hoc fuga eſſe di
gniorē. Quiſquis enim hoc putat, nimium ſibi placet. Quiſquis autem etiā hoc dicit, omni/
bus diſplicet. Sunt ſanè qui arbitrantur epiſcopos & clericos non fugientes in talibus peri/
culis ſed manentes facere ut plebes decipiantur, cū ideo non fugiūt quia manere ſuos præ/
poſitos cernūt. Sed facile eſt hanc reſponſionem uel inuidiā declinare, alloquendo eaſdem
plebes atque dicendo, non uos decipiat quod de loco iſto nō fugimus. Non enim propter
nos ſed propter uos potius hic manemus, ne uobis nō miniſtremus quicquid ſaluti ueſtræ
quæ in Chriſto eſt nouimus neceſſarium. Si ergo fugere uolueritis, & nos ab iſtis quibus
tenemur uinculis ſoluiſtis. Quod tunc puto eſſe dicendum, quando uere uidetur utile eſſe
ad loca tutiora migrare. Quo audito ſi uel omnes uel aliqui dixerint, in illius poteſtate ſu/
mus, cuius iram nullus quocunq; uadit, euadit, cuius miſericordiam ubicunq; ſit poteſt in/
uenire, qui nuſquam uult ire, ſiue certis neceſſitatibus impeditus, ſiue laborare nolens, ad in/
certa ſuffugia & non ad finienda ſed ad mutanda pericula. proculdubio iſti deſerendi non
ſunt miniſterio Chriſtiano. Si autē hoc audito abire maluerint, nec illis manendum eſt qui
propter illos manebant, quia ibi iam non ſunt propter quos manere adhuc debebant. Qui
cunq; igitur iſto modo fugit ut eccleſiæ neceſſarium miniſteriū illo fugiente non deſit, facit
quod dominus præcepit ſiue permiſit. Qui autē ſic fugit, ut gregi Chriſti ea quibus ſpiritali
ter uiuit, alimenta ſubtrahantur, mercenarius ille eſt qui uidet lupū uenientem & fugit, quo/
niam nō eſt ei cura de ouibus. Hæc tibi quia me cōſuluiſti frater dilectiſſime, qua exiſtima/
ui ueritate & certa charitate reſcripſi, ſed ne meliorem ſi inueneris ſequaris ſententiam non D
præſcripſi. Melius tamen quod in his periculis faciamus, inuenire non poſſumus, quàm ora
tiones ad dominum deum noſtrū, ut miſereatur noſtri, Quod ipſum ut ſcilicet eccleſias non
deſererent, dei dono nonnulli prudētes & ſancti uiri & uelle & facere meruerūt, & inter den/
tes obtrectantium à ſui propoſiti intentione minime defecerunt.

CLXXXI.

Hoc numero ſequebat epiſtola cū inſcriptione ad Italicā, decerpta ex epiſtola 112. ad Paulinā, quod ab ocioſo ſcriba factū eſſe liquet. Nā ſi Auguſtinus bis eadē ſcribere uoluiſſet ad ambas, ad/ iecisſet aliqua propria, aut certe hoc ipſum teſtatus fuiſſet, ſe fragmentum illius epiſtolæ mittere.

Quid precemur iſtis ocioſis, qui talibus nænijs ac nugis onerant lectorem. Nec oratio nec ſen/ ſus quicquam habet Auguſtini, Sed ex hiſtoria quiſpiam confinxit hæc argumenta, Cuiuſmodi ſunt epiſtolæ Theophili ad Hieronymum, Hieronymi ad Theophilum, Senecæ ad Paulum, Pau li ad Senecam. Quanquam fortaſſe non tam ſuccenſere decet his, qui exercendi ſtili gratia tractāt hoc genus argumentorum, quàm illis, qui tam nullius naſi ſunt, ut hæc ſerio tribuant autoribus, quorum nomina præferūt. Ob antiquitatem tamen, paſſi ſumus eas reſidere, quanquam nihil ha/ bentes quur legi debeant.

EPISTOLA CLXXXII.

DOMINO ſublimi ſemper magnifico filio Bonifacio, Auguſtinus epiſcopus. Or/ net mores tuos pudicitia coniugalis, ornet ſobrietas & frugalitas, Bene enim agere & illicita non prohibere, conſenſus erroris eſt. Quædam dum de eccleſia egreditur Chriſti uir go ſacrata, ebriam Gothi Herpæ mētem & corpus incurrit. Habeat quæſo miles ſub comi/ te poſitus diſciplinam. Graue eſt enim ut quem non uincit homo, uincat libido, Aut uolu/ tetur uino, qui non uincitur ferro.

EPISTOLA CLXXXIII

DOMINO merito honorabili patri Auguſtino epiſcoporum ſummo, Bonifacius. Tuæ ſanctitatis epiſtolam admonitu me terrificanti ſuſcepi. Etenim uenerabilis papa

ſi thorus

A si chorus ille legitimus pauidos habet accessus,quo debet puniri supplicio,diuinas qui teme rat ratiões? Arguetur ergo profecto qui diuina atq; humana neglexit,& quem libido præ uenit,gladius ultor absumet: eumq; quem insobriũ in tantis angustijs fama ueridica publi cauit,carceris periturum quocunque supplicio custodia retinebit.

EPISTOLA CLXXXIIII.

EGO quos diligo arguo & castigo,nõ occidi desidero,nec carcere pleno squallore retru di,Sola sufficit admonitio. Poterit enim,si ei diuinitus concedatur,tempus pœnitentiæ condonari,qui domini templũ ausus est uiolare. Sit ergo ipse qui fecit, sui arbiter uoti. Fas enim non est ut reus episcopi suggestionibus occidatur,qui ueniæ si pœnituerit reseruatur. Nam si in Barbarorum erroribus uelimus cum decet exercere uindictã,paucos reperiemus, nec ipsos animosos ad pugnam fore.

EPISTOLA CLXXXV.

DOMINO sublimi semperq; magnifico filio Bonifacio, Augustinus episcopus. Africæ litus,ut audio,miles attigit transmarinus: sed huius meriti dux à catholica ueri tate dissentit. Quid orem sicut oportet ignoro. Ab Italia hostis est publicus nunciatus,con tra uictricia signa superbas erigẽs hastas. Pacem inter nos fieri uellem,si scirem plenius qd ignoro. Adest quidem Africæ olim paratũ in Italia bellum, sed tamen non inuideo fili cha rissime Romaniæ. Sed dico quod sentio, Non dabit diuinitate iuuante catholicus hæreti co terga. Tui cordis intentio dirigatur ad dominum, non militem timebis, nõ Gothum & Hunum.

EPISTOLA CLXXXVI

DOMINO sancto fratri Augustino episcopo, Bonifacius. Scio quod sit tua san ctitas pro mea uita solicita,& quæ aduersus me tyrannus ille ordinauerit ac disponat, antequàm tuum sacerdotium scriberet,noui. Obuiamus ad mortẽ ultro tendentibus,quos nostræ uictoriæ,ut credimus,faciet Christus addictos. Sed si erga me meosq; omnes aliud B uoluerit ordinare diuinitas,precare ut animam liberet deus, & dabitur competens aduersa rio secunda uice respõsio. In pugna enim utriusque desæuit furor,sed deus inspicit causam. Igitur ora ut dixi,& uincit una trinitas nobis.

EPISTOLA CLXXXVII.

DILECTISSIMO & spectabili uiro filio Bonifacio, Augustinus episcopus. Mi ror quomodo tam subito fidei murum aries ruperit inimici. Noui enim qua religione semper sis ecclesiam dei ueneratus. Quo instigante facere ausus es,hominem de ecclesia ra puisti. Tuus si de tuo amico forte præsumeret fugitiuus, posset proculdubio intercessoris causa ueniam promereri. Ergo si amicus intẽditur,cur deus offenditur? Sed si de potestate præsumitur,Nabuchodonosor regem intende,qui causa superbiæ in bouem est ex homine commutatus. Non ut confundam te hæc scribo,sed ut filium meum charissimum moneo. Ecclesiæ igitur illæsum reuoca, quem ut irreligiosissimus rapuisti. Oblatio uero domus tuæ à clericis ne suscipiatur indixi, Communionemq; tibi interdico, donec peracta pro ausibus uel errore à me definita tibimet pœnitentia, & tempore cõdonato, pro hoc facto corde con trito & humiliato dignum offeras sacrificium deo.

EPISTOLA CLXXXVIII.

HVMILIS saluto,quod primum est. Suscepi aũt tremẽs sanctitatis tuæ uerba uer beribus plena. Scio q; ueniæ præparatur, qui ab Augustino perfectissimo sacerdote corripitur,nec debet episcopo denegare quod uoluntas facit aut casus. Ipse enim sibi dene gat curam,qui suam medico non publicat causam. Homine ergo pñssime pater è liminibus ecclesiæ raptum tuis sanctis aspectibus iussio mea furorq; subduxit. Alieno nõ sunt ista fa cta cõsilio,dei & sanctorũ eius regimine uiuo. Illũ itaq; uirũ morte digniss̃imũ,quem ut di xi meus de ecclesiæ foribus furor abstraxit, uitæ tuis iussiõibus donamus illæsum. Agnosco culpas. Indignæ meæ lachrymæ iungãt tuis fletib9 iustis,quo possit hæc nota nigro scripta

titione

titione deleri, Eccleſiæ mihi introitus non neget. Illic ſpero ueniã ubi admiſi culpã. Oblatio C
uero domus meæ ut tua ſanctitas iuſſit, ad cœleſtis regis menſam eius manibus offeretur.

EPISTOLA CLXXXIX

DOMINO ſublimi, ſemperq; magnifico filio Bonifacio, Auguſtinus epiſcopus. Dum quodã in loco poſitus tuæ eximietatis tranſitus intuerer, placuit meis aſpectibus tuæ ſublimitatis mitis ille ac terribilis greſſus. Sed poſtq; illud leuigatũ ſacro chriſmate caput portã cum paucis ciuitati exiuit, ſubito uomunt equites domus, ciuitas fundit exercitum, ſtrepunt arma, concrepant tubæ, cunctis criſpatæ uentis ſtuppæ dependent, ferreæ tunicæ uirorum fortium membra conſtringunt, ſeſſoris & equi renibus ſetigera ueſtitur, intẽſus geritur arcus, pulchra cuncta conſpexi, nihil melius Bonifacio comite uidi. Sed poſtquàm ad palmas ut comperi tua ſublimitas uenit, ad illum breuis quidem, ſed plenum periculis maris tranſitũ quod uix aliquando naue tranſitur, præceperis matutino tẽpore tranſmeare ne noctis obſcuritas mali aliquid procuraret: Gudila eximietatis tuæ fideliſſimus ſeruus equo ipſius maris dum natat in brachio interdicti litoris tetigit oras, nec ſtatim licuit reuerti, Profecto maris enim tumor increſcens reuerſuro tranſitum denegauit. Hoc illos tuos uigilantiſſimos ſenſus latere non potuit. Iram ratio prouocauit, culpa ueniam ſuaſit ad fugam, ſed felix fuga eſt quæ currit ad uitam. Memoratus Gudila ad patronum tuum ſanctum Stephanum primum martyrem cõfugit. Ipſe mihi & imperauit ut pro eodem apud religionẽ tuam poſtulator accedam. Habeat igitur quæſo ueniam, quoniã nec turbatus undis equus caruit, nec gurges altus abſorbuit quem deus eruit & aqua ſeruauit. Valeat apud te epiſtolaris iſta rogo ſuggeſtio. Eris enim ut deprecor ab ira domini alienus, quotiens petitus à te offenſus non fuerit Auguſtinus.

EPISTOLA CXC

DOMINO beatiſſimo & uenerabili ſancto patri Auguſtino epiſcopo Bonifacius. Furens paratoq; qui obuio bello, ſanctitatis tuæ frangor imperio. Gudilam fortiſſimum ſemper quem uolo uiuere uirum metuo ne eum aliquãdo in uirtute ſua leuitas faciat interire. Poteſt quidẽ præcinctus armis quantos inimicos reperiret trucidare. Sed apud beligeros uiros uictus dicitur uictor occiſus. Nam equo uectus maris brachium quod natando perrexit luxuriæ nõ fuerat, ſed uirtutis. Arbitror enim quod nocte cogitarit aliquid hoſtibus facere, cui ſole ingreſſo finis diei cõſilia parata ſubduxit. Hoc uero dolui, quod natatione longiſſima ab equo poſſet & aquis occidi. Vt iubes ergo ſancti beati Stephani impetrata iuſſa ueſtra refero. Spondeo enim ipſi quæ tibi, quod Gudila uobis eſt iubentibus ueniæ condonatus. D

EPISTOLA CXCI

DOMINO uenerabili ſancto patri Auguſtino epiſcopo Bonifacius. Caſtinus ille priuatus ex conſule uitæ meæ ac nominis omnibus ut notum eſt perſecutor, peiores committens ac furens factiones, quaſi mearũ à me geſtarum immemor, Edatium Italia fugiens, meis ſe in Africam defenſionibus tradidit committendum. Omitto beatiſſime pater olim mihi ab eodẽ ingeſtas miſerias, oſtenſa pericula, fugiens eum nũc uſq; uiuo, thrax natus uix Scythã euaſi, duraui inuido ſub conſule miles. Sed diuina potẽtia quæ nouit plana re ſublimia, & altius eleuare proſtrata, fecit de ſuperbo quod uoluit, & hoſtẽ meũ me quieto uictoriam mihi quã nouit adduxit. Sufficit pro funere uicti tanta deiectio, adorauit Sarathan clauus, timuit ſenator barbarum caput, tremuit militem dux doloris. Dicuntur iſta pater ſancte Cothurno. Nam ueneror illuſtriſſimum conſulem & primum conſpicio ſenatorem, ſed ne cõſueta fallacia mali erga me ut ſolet aliquid moliatur, putetq; ſe ſuis fraudibus Romanis ducibus profuturum, & in eo uerſetur exitio, integrum de ſuis ſenſibus det tuæ beatitudini ſacramentum ſi nullus in eum conuertitur dolus. Ego autem per omnia quæ ſancta ſunt iuro, quoniam ſi apud eum animæ reperero puritatem, eum incolumem ac

ſublimem

A sublimem italiæ reddam,fruſtratis inimicis eius & domitis.Hoſtis autem erit ſuæ animæ ſi aliquid in eo ſiniſtræ partis inuenero.

EPISTOLA CXCII.

DOMINO inſigni meritoq; ſublimi filio Bonifacio,Auguſtinus epiſcopus. Vir illuſtriſſimus Caſtinus ſacramẽto ſe prodidit quod ſit ab omni culpa & erroribus alienus,Quẽ tibi ut dicit fœderatus illeſonia adhuc te in palatio poſitũ falſis ſuggeſtionibus cõcitabat. Sed ne totum quod tunc agebatur mittatur in medium,detur prolixitati compendium. Dauid ille opilio regnum parcendo inimicis obtinuit. Chriſtus pro Iudæis qui eum crucis patibulo confixerunt, patrem ne iraſceretur rogauit, & indignis hominibus ueniam miſericors condonauit. Credo igitur homini qui mihi fidele tradidit ſacramentum,& quærit me pollicente tua defenſione uitæ ſubſidium. Scio enim quod eius ſalutis mihi promiſſa complebis.

EPISTOLA CXCIII.

DOMINO uenerabili ſancto patri Auguſtino epiſcopo Bonifacius. Graue nobis eſt bellum inimici,mucro noſtra pectora pulſat.Deo funde preces ut ſoles, tua ſit nobis comes oratio:rauca buccina,terrifica tuba puto quod & ſydera terreat,hoſtium clamor immanis adeſt, ſed his nõ terremur.Nouimus enim iſta non hodie. Ergo uenerande Chriſti ſacerdos,pete deum ut iacula in hoſtes dirigat noſtra,ac ſeipſi trucident mutua cæde.

EPISTOLA CXCIIII.

DILECTISSIMO & ſpectabili uiro Bonifacio,Auguſtinus epiſcopus. Graui de pugna conquereris,dubites nolo, utile tibi tuiſq; dabo conſilium,arripe manibus arma,Oratio aures pulſet autoris,quia quando pugnatur,deus apertis oculis ſpectat,& partem quam inſpicit iuſtam ſibi dat palmam.

EPISTOLA CXCV.

B DOMINO uenerabili ſancto patri Auguſtino epiſcopo,Bonifacius. Manus ſuperba deo iuuãte cecidit,quæ ante paululum audax gladium erecta portabat. Multi ex aduerſis ceciderunt,de noſtris autem Chriſto iuuante nullus eſt uulneratus.Ora igitur uenerabilis papa ut talis de inimicis ultio ſæpe procedat.

EPISTOLA CXCVI

DOMINO inſigni meritóque ſublimi filio Bonifacio,Auguſtinus epiſcopus. Lecto me uacare, nobilitatem tuam latere non credo, ultimumq; diem mihi exopto uenire. Gaudeo tuæ uictoriæ. Ciuitatem quæſo ſerua Romanam,Tuos ut bonus rege comes.Nihil de uiribus proprijs præſumas,de autore gloriare uirtutum,& nullum curabis penitus inimicum.Vale.

EPISTOLA CXCVII.

NVNQVAM diuinitas preces ac lachrymas deſpicit peccatorum. Cupis ipſe quidem de hac uita ſecurus ad cœli regna migrare, Sed nobis opus es feſſis in tantis adhuc periculis conſtitutis. Itaque ora nobiſcum ut tua nobis ſalus aliquantulum temporis condonetur.

CXCVIII.

Quæ hic erat, tranſtulimus in locum epiſtolæ III. quã loco ſubmouimus eo quod haberet indoctam loquacitatem,& omnino nihil Auguſtini.

Mulier quædam inſcio marito ſuſceperat uotũ continentiæ.Poſt tamẽ maritus aſſenſus eſt & continenter cum ea uixit, non ſinens tamen ut monachæ ueſtem ſumeret. Tandem inſcio marito duobus facultates omnes ueluti pauperibus erogauit, quum haberet filium puerum ex eodem uiro.Maritus ſuſpicans eos monachos eſſe ex eorũ numero qui penetrant ac prædãtur domos alienas,reſilijt à propoſito,& cœpit mœchari.Hanc obiurgat de perperam factis,hortans,ut quantum poteſt reconcilietur uiro ſuo.

DOMINAE religiosissimæ filiæ Ediciæ, Augustinus in domino salutē. Lecti litteris reuerentiæ tuæ, & earum perlatore interrogato quæ interrogāda restabant, uehementer dolui sic te uoluisse agere cum marito, ut ædificium continentiæ, quod in eo iam construi cœperat, amissa perseuerantia in adulterij ruinam miserabiliter laberetur. Cum enim lugendus esset, si post continentiam uotam deo, iamq; actu ipso moribusq; susceptam reuerteretur ad coniugis carnem, quanto magis nūc demersus in interitum profundiorem lugendus est, qui tam abrupta dissolutione mœchatur, iratus tibi, pernicioſus sibi, tanquam in te acerbius sæuiat, si ipse pereat. Hoc autem tantum mali accidit, dum tu eius animū non qua debuisti moderatione tractasti: quia & sicar nali consortio iam ex consensu uobis nō miscebamini, in cæteris tamen rebus coniugali obsequio uiro tuo mulier seruire debuisti, præsertim cum ambo essetis mēbra corporis Christi. Et utiq; si maritum infidelem fidelis habuisses, agere te conuersatione subdita oportuit, ut eum domino lucrareris, sicut apostoli monuerunt. Omitto enim quod ipsam continentiam illo nondum uolente non secundum sanam doctrinam te suscepisse cognoui. Neque enim corporis tui debito fraudandus fuit, priusquàm ad illud bonum, quod superat pudicitiam coniugalem, tuæ uoluntati uoluntas quoque eius accederet, nisi forte non legeras, nec
1. Cor. 7 audieras, uel non attenderas Apostolum dicentem: Bonum est homini mulierem non tangere, Propter fornicationem autem unusquisq; uxorem suam habeat, & unaquæq; suum uirum habeat. Vxori uir debitum reddat, similiter autem & uxor uiro. Vxor non habet potestatem corporis sui, sed uir: similiter autem & uir non habet potestatem corporis sui, sed mulier. Nolite fraudare inuicem, nisi ex consensu ad tempus, ut uacetis orationi: & iterum ad idipsum estote, ne uos tentet Satanas propter intemperantiam uestram. Secundum
33. q. 5 secundum uerba. hæc uerba apostolica, etiam si se ipse continere uoluisset, & tu noluisses, debitum tibi reddere cogeretur, & illi deus imputaret continentiam, si non suæ, sed tuæ cedens infirmitati, ne in adulterij damnabile flagicium caderes, maritalem tibi cōcubitum non negaret: quanD tomagis te, quam magis subiectam esse decuerat, ne ipsa quoque in adulterium diabolica tentatione traheretur, in reddendo huiusmodi debito uoluntati eius obtemperare conueherat cum tibi uoluntatem continendi acceptaret deus, quia propterea non faceres, ne peri ret maritus. Sed hoc, ut dixi, merito omitto, quoniam postea tibi nolenti sibi ad reddenda coniugalia debita consentire ad eadem continentiæ pacta ipse consensit, & tecum continentissime diu uixit, suóque consensu à pacto illo, quo ei debitum carnis negabas, ipse te absoluit. Non ergo iam in tua causa ista uertitur quæstio, utrum redire debeas ad concu
33. q. 5. quod deo. bitum uiri. Quod enim deo pari consensu ambo uoueratis, perseueranter usque in finem reddere ambo debuistis: à quo proposito si lapsus est ille, tu saltem constantissime perseuera. Quod te non exhortarer, nisi quia tibi ad hoc ipse consenserat. Nam si nunquam tenuisses eius assensum, numerus te nullus defendisset annorum, sed post quantumlibet tempus me consuluisses, nihil tibi aliud responderem, nisi quod ait Apostolus: Vxor non habet potestatem corporis sui sed uir, de qua potestate sic tibi iam permiserat continentiam, ut eam tecum & ipse susciperet. Sed illud est quod minus te obseruasse contristor, quia tanto humilius & obedientius ei obsequi in domestica conuersatione debuisti, quanto ille religiosius tibi rem tam magnam etiam imitando concesserat. Non enim quia pariter temperabatis à commixtione carnali, ideo tuus maritus esse destiterat, immo uero tanto sanctius inter uos coniuges manebatis, quanto sanctiora concorditer placita seruabatis. Nihil ergo de tua ueste, nihil de tuo auro uel argento, uel quacunque pecunia, aut rebus ullis terrenis tuis sine arbitrio eius facere debuisti, ne scandalizares hominem, qui deo tecum maiora uouerat, & ab eo quod de tua carne licita potestate posset exigere, continenter abstinuerat. Denique factum est ut uinculum continentiæ, quo se dilectus innexuerat, contemptus abrumperet, & iratus tibi, non parceret sibi. Sicut enim mihi retulit perlator epistolæ tuæ, cum cognouis

A cognouisset quod omnia uel penè omnia quæ habebas nescio quibus duobus transeunti- *Monachi.*
bus monachis tanquam pauperibus eroganda donaueris,tunc ille detestans eos tecum, &
non dei seruos, sed domus alienæ penetratores & tuos captiuatores & deprædatores pu-
tans,tam sanctam sarcinam quam tecum subierat indignatus abiecit. Infirmus enim erat,
& ideo tibi quæ in communi proposito fortior uidebaris,non erat præsumptione turban-
dus:quia etiam si ad ipsas eleemosynas largius faciendas forte pigrius mouebatur, posset
& ista cõdiscere si tuis inopinatis nõ feriretur expensis,sed expectatis inuitaretur obsequijs:
ut etiam hoc quod temere sola fecisti,multo consultius dilectione concordi,multóque ordi-
natius & honestius ambo faceretis:ne blasphemarentur serui dei, si tamen hic fuerunt qui
marito absente atque nesciente, ab ignota muliere & aliena uxore tanta sumpserunt,& lau-
daretur deus in operibus uestris,quorum esset tam fida societas,ut à uobis communiter te-
neretur, non solum summa castitas,uerumetiam glorioſa paupertas.Nunc autem inconsi-
derata festinatione attende quid feceris, Vt enim de illis monachis à quibus te ipse nõ ædi-
ficatam sed spoliatam esse conqueritur,ego bene sentiam, nec homini præ ira turbatum o-
culum habenti contra dei fortasse famulos facile consentiam, nunquid tantum bonum est
quod pauperum carnem largioribus eleemosynis refecisti, quantum malum est quod uiri
tui mentem à tam bono proposito subruisti? An cuiusquam tibi uitæ temporalis salus cha-
rior esse debuerat quàm huius æterna? Nonne si ampliorem misericordiam cogitans,ideo
pauperibus res tuas erogare differres,ne scandalizatus maritus tuus deo periret, uberiores
tibi deus eleemosynas imputaret? Proinde si recolis quid acquisiueras quando lucrata fue-
ras uirum tuum,ut tecũ Christo sanctiore castitate seruiret, intellige per illas eleemosynas
tuas quibus cor eius euersum est,quanto grauiore damno percussa fueris,quàm sunt illa lu-
cra quæ cœlestia cogitabas. Si enim habet ibi magnum locum panis fractus esuriẽti,quan-
tum locum ibi credenda est habere misericordia,qua homo eripitur diabolo tanquam leo-
B ni rugienti,& quem deuoret inquirenti? Neque hoc ita dicimus ut si quisquam scandaliza-
tus fuerit de bonis operibus nostris ab eis desistendum putemus: sed alia causa alienarum,
alia necessariarum in societate aliqua personarum:alia fidelis,alia infidelis: alia parentum
erga filios, alia filiorum erga parentes, Alia postremo ea quæ in his rebus uel maxime in-
tuenda est uiri & uxoris,ubi mulierẽ coniugatam nõ licet dicere,Facio quod uolo de meo,
cum & ipsa non sit sua sed capitis sui,hoc est uiri sui. Nam sic quædam, ut commemorat
apostolus Petrus, mulieres sanctæ quæ in deum sperabant ornabant se subiectæ suis ui- *1. Petri.3*
ris, sicut Sara obsequebatur Abraæ dominum eum uocans, Cuius,inquit,factæ estis filiæ
eum ad Christianas non ad Iudæas fœminas loqueretur.Quid autem mirum si pater cõ-
munem filium nolebat huius uitæ subsistentaculis à matre nudari, ignorans quid sectatu-
rus esset, cum in ætate grandiuscula esse cœpisset, utrum monachi professionem, an eccle-
siasticum ministerium, an coniugalis necessitudinis uinculum? Quamuis enim ad melio-
ra excitandi & erudiendi sint filij sanctorum, unusquisque tamen proprium donum habet *1.Cor.7*
à deo, alius sic,alius autem sic. Nisi forte talia prospiciens & præcauens reprehendendus
est pater, cum beatus Apostolus dicat: Quisquis autem suis & maxime domesticis non *1.Timoth.5*
prouidet, fidem denegat & est infideli deterior. Cum uero de faciendis ipsis eleemosynis
loqueretur,ait, Non ut alijs refectio sit, uobis autem angustia. Pariter ergo consilium de
omnibus haberetis, pariter moderaremini quid thesaurizandum esset in cœlo,quid ad ui-
tæ huius sufficientiam uobis & uestris uestróque filio relinquendum, ne alijs esset refe-
ctio, uobis angustia. Et in his disponendis atque faciendis si quid tibi forte melius uide-
retur suggereres uiro reuerenter, eiusdemque autoritatem tanquam tui capitis sequereris
obedienter: ut omnes qui sanum sapiunt ad quos posset hoc bonum uestrum fama per-
ferre, de domus uestræ fructu ac pace gauderent, & aduersarius reuereretur nihil ha-
bens de uobis dicere praui. Porrò si de faciendis eleemosynis & in pauperes impendendis
rebus

rebus tuis, de quo bono opere & magno tam euidẽtia præcepta sunt domini, cum uiro tuo C.
fideli & tecum sanctæ continentiæ pacta seruante consilium communicare deberes, eiusdémque non spernere uoluntatem, quanto magis de habitu atque uestitu nihil tibi præter
eius arbitrium mutandum uel usurpandum fuit, unde nihil diuinitus legimus imperatum.
1. Timoth. 2 Scriptum est quidem mulieres esse debere in habitu ornato, auricp circũpositio, & intortio
crinium, & cætera huiusmodi quæ uel ad inanem pompam, uel ad illecebram fermè haberi
33. q. 5. quod deo. solent, merito reprehensa sunt. Sed est quidam pro modulo personæ habitus matronalis à
uiduali ueste distinctus, qui potest fidelibus coniugatis salua religionis obseruantia conue-
nire. Hunc te maritus si deponere noluit, ne te uelut uiduam illo uiuente iactares, puto quia
non fuerat in hac re usque ad dissensionis scandalũ perducendus, magis inobedientiæ ma-
Vestis. lo, quàm ullius abstinentiæ bono. Quid enim est absurdius, quàm mulierem de humili ue-
ste uiro superbire, cui te potius expediret obtemperare candidis moribus, quàm nigellis ue
stibus repugnare? Quia & si te indumentum monachæ delectabat, etiam hoc gratius pos-
set marito obseruato exoratóq; sumi, quàm illo inconsulto contemptóque præsumi. Quod
si omnino non sineret, quid tuo proposito deperiret? Absit ut hinc displiceres deo, quod cõ-
iuge uo nondum defuncto, non induereris sicut Anna, sed sicut Susanna. Neque enim &
ille qui tecum iam cœperat custodire tam magnum continentiæ bonum, etiam si coniugale
non uiduale uoluisset ut acciperes indumentum, ad indecentem quoque te compulisset or-
natum. Quod & si aliqua dura conditione cogereris, posses habere in superbo cultu cor hu-
mile. Nempe apud patres, Hester illa regina deum timens, deum colens, deo subdita, mari-
to regi alienigenæ non eundem secum colenti deum, tamen subiecta seruiebat: quæ cum ex-
tremo periculo, non suo tantũ sed etiam gentis suæ, quæ tunc erat populus dei, domino pro
sterneretur orando, in ipsa oratione sua dixit, ita sibi esse ornatũ regium, sicut pãnum men-
strualem: & ita orantem confestim exaudiuit, qui cordis inspector eam uerum dicere sciuit. D
Et utiq; maritum habebat multarum mulierum uirum, & deorum alienorum falsorumq;
cultorem. Tu autem si & ille in proposito quod tecũ susceperat, perduraret, nec à te offensus
in flagicium corruisset, maritum habebas non solum fidelem, & uerum deum tecum colen-
tem, sed etiam continentem: qui proculdubio propositi uestri non immemor, & si ad coniu-
galia te cogeret indumenta, ad superba tamen ornamenta nõ cogeret. Hæc tibi scripsi, quo-
niam me consulendum putasti, non ut tuum rectum institutum sermone meo frangerem,
sed quod te inordinate & incaute agente uiri tui factum dolerem. De cuius reparatiõe de-
bes uehementissime cogitare, si uere ad Christum uis pertinere. Indue itaque humilitatem
mentis, & ut te deus conseruet perseuerantem, noli maritum contemnere pereuntem. Funde
pro illo pias & assiduas orationes, sacrifica lachrymas tanquam uulnerati sanguinem cor-
dis. Et scribe ad eum satisfactionem, petens ueniam, quia in eum peccasti, quod præter eius
consilium & uoluntatem de rebus tuis feciſti, quod faciendum putasti: non ut te pœniteat
tribuisse pauperibus, sed eum boni tui operis participem & moderatorem habere noluis-
se. Promitte de cætero in adiutorio domini, si & illum suæ turpitudinis pœnituerit, & conti-
nentiam quam deseruerit repetiuerit, te illi sicut decet in omnibus seruituram, ne forte, ut ait
2. Tim. 2 Apostolus, det illi deus pœnitentiam, & resipiscat de diaboli laqueis, à quo captiuus tene-
tur secundum ipsius uoluntatem. Filium autem uestrum quoniam de legitimis eum & ho-
nestis nuptijs suscepisti, magis in patris quàm in tua esse potestate quis nesciat? Et ideo ei
negari non potest, ubicunque illum esse cognouerit, & iure popoſcerit: ac per hoc ut secun-
dum tuam uolũtatem in dei possit nutriri & erudiri sapientia, necessaria est illi etiam uestra
concordia.

Augustinus Asellico episcopo monstrat Christianos esse quidem Israëlitas & Iu-
dæos iuxta sensum spiritualem esse, tamen ab hoc uocabulo uulgo temperandum, eo
quod Christiani non solum liberi sint à Iudaicis obseruationibus, uerumetiam ab eo,
quod

quod præceptorum obseruationem non tribuũt suis uiribus ut solent Iudæi. Ep. CC.

A

DOMINO beatissimo fratri & episcopo Asellico, Augustinus in domino salutem. Litteras sanctitatis tuæ quas ad uenerabilem senem Donatianum de cauendi Iudaismi disceptatione misisti, ad me ipse dignatus est mittere, atq; ut eis responderem petendo uehementius impetrauit, quem ueritus contemnere, ut possum domino adiuuante respondeo, gratum existimans etiam charitati tuæ, q; ad te scribendo illi iubenti quem pro suis meritis ambo ueneramur, obtemperare non renui. Christianos maxime ex gentibus uenientes iudaizare non oportere, Paulus apostolus docet ubi ait, Dixi Petro coram omnibus, Si tu cum sis Iudæus gentiliter & non iudaice uiuis, quemadmodum gentes cogis iudaizare? Et secutus adiunxit, Nos natura Iudæi, & non ex gentibus peccatores, Scientes autem quoniam non iustificatur homo ex operibus legis nisi per fidem Iesu Christi, & nos in Iesu Christo credimus ut iustificemur per fidem Christi, & non ex operibus legis, quoniam ex operibus legis non iustificabitur omnis caro. Non solum autem illa opera legis quæ sunt in ueteribus sacramentis, & nunc reuelato testamento nouo non obseruantur à Christianis, sicuti est circuncisio præputij & sabbati carnalis uacatio, & à quibusdam escis abstinentia, & pecorum in sacrificijs immolatio, & neomenia & azymum, & cætera huiusmodi, uerumetiam illud quod in lege dictum est, Non concupisces, quod utiq; & Christianus nullus ambigit esse dicendum, non iustificat hominem nisi per fidem Iesu Christi, & gratiam per Iesum Christum dominum nostrũ. Idem ipse quippe dicit apostolus, Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit. Sed peccatum non cognoui nisi per legem. Nam concupiscentiam nesciebam nisi lex diceret, Non concupisces. Occasione autem accepta, peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. Sine lege enim peccatum mortuum est. Ego autem uiuebam aliquando sine lege. Adueniente autem mandato peccatum reuixit. Ego autem mortuus sum, & inuentum est mihi mandatum quod erat in uitam, hoc esse in mortem. Peccatum enim occasione accepta per mandatum fefellit me, & per illud occidit. Itaq; lex quidem sancta, & mandatum sanctum, & iustum & bonum. Quod ergo bonum est mihi factum est mors? Absit. Sed peccatum ut appareat peccatum, per bonum mihi operatum est mortẽ, ut fiat supra modum peccatum peccans per mandatum. Scimus enim quia lex spiritalis est, Ego autem carnalis sum, uenundatus sub peccato. Quod enim operor ignoro, Nõ enim quod uolo hoc ago, sed quod odi illud facio. Si autem quod nolo hoc facio, consentio legi quoniam bona est. Videmus itaq; in his apostolicis uerbis legẽ non solũ non esse peccatũ, sed etiam esse sanctam, & mãdatũ sanctũ & iustũ & bonum; quod dictum est, non cõcupisces. Sed peccatũ per bonũ fallit, & per illud occidit eos qui cum sint carnales, putant suis uiribus legem spiritalẽ se posse cõplere, & per hoc fiunt non solum peccatores, quod essent etiam si legẽ non accepissent, sed etiã præuaricatores, quod non essent nisi legem accepissent. Sic enim alio loco dicit, Vbi lex non est, nec præuaricatio. Lex ergo subintrauit, sicut alibi ipse testatur, ut abundaret delictum. Vbi autem abundauit delictum, superabundauit & gratia. Hæc est igitur utilitas legis, qa ostendit hominem sibijpsi, ut sciat infirmitatem suam, & uideat quemadmodum per prohibitionem augeatur potius carnalis concupiscentia q; sanetur. Appetuntur enim ardẽtius quæ uetantur, dum id quod spiritaliter iubetur carnalis obseruare cõpellitur. Vt aũt sit spiritalis qui legem impleat spiritalem, non fit ipsa lege, sed gratia, hoc est non imperio, sed beneficio, non iubente littera, sed adiuuante spiritu. Incipit autem homo secũdum gratiam in interiori homine renouari, ut mẽte agat quod amat, nec carni consentiat agenti quod odit, id est ut non omnino non concupiscat, sed ut post concupiscentias suas non eat. Quod quidem tam magnum est, ut si omnimodo fieret, & quãuis insint dum sumus in corpore mortis huius desideria peccati, nulli eorum tamen adhiberemus assensum, non esset unde dicemus patri nostro qui est in cœlis, Dimitte nobis debita nostra. Nec tamen ideo tales iam

Gal. 2.

Rom. 4.
Rom. 5

Rom. 7

B

essemus,quales erimus cum mortale hoc induerit immortalitatē. Tunc enim nō solum nul C
li desiderio peccati obediemus,sed nulla erunt desideria talia quibus nō obedire iubemur.
Nunc ergo ubi dicitur, Iam non ego operor illud,sed id quod in me habitat peccatum, de
concupiscentia carnis dicitur,quæ operatur in nobis motus suos etiam quando eis non obe
diemus,dum non regnat peccatum in nostro mortali corpore ad obediendum desideriis
eius,nec exhibemus membra nostra arma iniquitatis peccato:in qua iustitia nōdum cōsum
mata perseueranter proficientes, ad eius cōsummationem quādoq; ueniemus, ubi peccati
concupiscentia non cohibenda atq; frenanda, sed nulla sit. Hæc enim lex posuit dicendo,
Non concupisces,non quod hic ualeamus,sed ad quod proficiēdo tendamus. Verum hoc
fit non lege quæ hoc imperat, sed fide quæ hoc impetrat: non littera qua iubetur,sed spiri
tu quo sanatur,Non ergo meritis operantis hominis, sed largientis gratia saluatoris. Vtili
tas itaq; legis est ut hominē de sua infirmitate cōuincat,& gratiæ medicinam quæ in Chri
sto est,implorare compellat. Omnis enim qui inuocauerit nomen domini saluus erit. Quo
modo ergo inuocabunt in quem non crediderunt? Quomodo credent quem nō audierūt?
Vnde paulopost dicit,Igitur fides ex auditu,auditus autem per uerbū Christi. Quæ cum
ita sint,qui se Israelitas esse carnaliter gaudent, sed præter gratiam Christi, in lege glori
antur,hi sunt de quibus idem apostolus ait, quod ignorantes dei iusticiam & suam uolen Roma.10
tes constituere,iusticiæ dei nō sunt subiecti. Dei quippe dixit iusticiam,quæ homini ex deo
est,Suam uero,quam putant sibi sufficere ad faciēda mandata sine adiutorio & dono eius
qui legem dedit. His autem similes sunt,qui cum profiteantur se esse Christianos, ipsi gra
tiæ Christi sic aduersantur,ut se humanis uiribus diuina existiment implere mandata:ac sic
etiam ipsi ignorantes dei iusticiam,& suam uolentes constituere,iusticiæ dei non sunt subie
cti, non quidem nomine, sed tantum errore iudaizantes. Hoc genus hominum capita sibi
inuenerāt Pelagium & Cœlestium impietatis huius assertores acerrimos. Qui recēti iudicio
dei per diligentes & fideles seruos eius etiam catholica communione priuati sunt, & pro D
pter cor impœnitens adhuc in sua damnatione persistunt. Quisquis ab isto carnali & ani
mali,atq; ideo non immerito reprehensibili atq; damnabili iudaismo esse quærit alienus,
non solum ueteres illas obseruationes à se facere debet alienas,quæ iam reuelato testamen
to nouo posteaquam uenerunt ea quæ per illas significabantur esse futura,proculdubio es
se necessariæ destiterunt,ut non iudicetur in cibo & potu & in parte diei festi & neomeniæ
& sabbatorum,quod est umbra futurorum,uerumetiam illa quæ in lege ita præcepta sunt
ut ualeant ad infirmandos mores fidelium,id est ut abnegantes impietatem & seculares cu
piditates,temperanter & iuste & pie uiuamus in hoc seculo, Vnde est etiam hoc quod ex le
ge maxime commendandum elegit apostolus,Non concupisces:Et quæcunq; de deo & pro Rom.7
ximo diligendo sine ullis figuris sacramentorum præcipiuntur in lege, in quibus duobus
præceptis etiam ipse dominus Christus dicit totam legem prophetasq; pēdere, sic accipit, Matth.22.
sic amplectitur,sic obseruanda esse non dubitat, ut quicquid in eis proficit,non sibi tribuat,
sed gratiæ dei per Iesum Christum dominum nostrum. Veruntamen cum quisque isto
modo fuerit uerus germanusq; Christianus, utrum etiam Iudæus aut Israelita dicendus
sit merito quæritur. Quod quidem si non carne sed spiritu hoc esse intelligitur, non debet
ipsum nomen sibi in consuetudine sermonis imponere,sed spirituali intelligentia retinere, ne
propter ambiguitatem uocabuli quam non discernit quotidiana locutione, illud profiteri
uideatur quod est inimicum nomini Christiano. Hāc autem quæstionem, id est utrum qui
Christianus est,etiam Iudæus uel Israelita possit intelligi, idem beatus nobis aperit & dis
soluit apostolus ubi dicit,Circumcisio quidem prodest si legem custodias. Si autem præua
ricator legis sis,circūcisio tua præputium facta est. Si igitur præputium iusticias legis custo
diat,nónne præputium eius in circumcisionem reputabitur, & iudicabit quod ex natura est
præputium legem perficiens,te qui per litteram & circumcisionem præuaricator legis es? Nō
enim

A enim qui in manifesto Iudæus est,neq; quæ manifesta in carne est circũcisio, sed qui in ab/
scondito Iudæus est & circunciſione cordis,qui ſpiritu non littera,cuius laus non ex homini
bus,ſed ex deo eſt.Cum igitur audiamus apoſtolum Chriſti commendantem nobis Iudæ
um in abſcondito,non in carnis circunciſione,ſed cordis,& ſpiritu non littera,quis eſt iſte ni
ſi Chriſtianus? Sic itaq; ſumus Iudæi,nõ carnaliter ſed ſpiritaliter,quemadmodum ſumus
ſemen Abrahæ non ſecundum carnem ſicuti illi qui de ipſo nomine carnali ſuperbia glori/
antur,ſed ſecundum ſpiritum fidei quo non illi.Scimus enim nos fuiſſe promiſſos,quando
ei dixit deus,Patrem multarum gentium poſui te. Et quàm multa de hac re dicat apoſto/ Gen.17
lus,nouimus.Dicimus enim inquit,quoniam deputata eſt Abrahæ fides ad iuſticiã. Quo/ Roma. 4.
modo ergo deputata eſt? An cum in circunciſione eſſet,an cum eſſet in præputio? Non in
circũciſione,ſed in præputio,Et ſignum accepit circunciſionis ſignaculũ iuſticiæ & fidei quæ
eſt in præputio,ut ſit pater omnium credentium per præputium ut deputetur & illis ad iu/
ſticiam,ut ſit pater circunciſionis, non his ſolum qui ex circunciſione ſunt, ſed & his qui ſe/
quuntur ueſtigia quæ eſt in præputio fidei patris noſtri Abraham. Et paulo poſt, Ideo in/
quit ex fide,ut ſecundum gratiã firma ſit promiſſio omni ſemini, non ei tantum quod ex le
ge eſt,ſed & ei quod ex fide eſt Abrahã qui eſt pater omniũ noſtrum,ſicut ſcriptũ eſt,Quia Gal.3.
patrem multarum gentium poſui te. Item ad Galatas,Abraham inquit credidit deo & de
putatum eſt illi ad iuſticiam. Intelligite ergo, quoniam qui ex fide, hi ſunt filij Abraham.
Prouidens autem ſcriptura,quia ex fide iuſtificat gentes deus, prænunciauit Abrahæ, quia
benedicentur in te omnes gentes,ita ut qui ex fide ſunt benedicantur cum fideli Abraham.
Iam aliquanto poſt in eadem epiſtola,Fratres inquit ſecundum hominem dico,tamen ho/
minis confirmatum teſtamentum nemo irritum facit aut ſuperordinat.Abrahæ dictæ ſunt
promiſſiones & ſemini eius.Non dicit, & ſeminibus tauquam in multis,ſed tanquã in uno,
& ſemini tuo quod eſt Chriſtus. Item paulo poſt, Omnes enim uos inquit unum eſtis in
B Chriſto Ieſu.Si autem uos Chriſti,ergo Abrahæ ſemen eſtis ſecundum promiſſionem hæ
redes.Secundum iſtum ergo intellectum apoſtolicum inueniũtur Iudæi qui Chriſtiani nõ
ſunt,cum ex carne Abrahæ originem ducant,non eſſe filij Abrahæ.Cum enim dicit, Intelli
gite ergo quoniam qui ex fide,hi ſunt filij Abrahæ, profecto ſignificat eos qui ex fide non
ſunt,nõ eſſe filios Abrahæ,Ac per hoc niſi Iudæis eo modo ſit pater Abraham quomodõ
eſt nobis,quid eis prodeſt q; de carne eius exorti ſunt,& nomen ſine uirtute tenuerunt? Cũ
aũt ad Chriſtũ tranſeunt & incipiunt eſſe ex fide filij Abrahæ, tunc erunt Iudæi,nõ in ma/
nifeſto,ſed in abſcondito,circunciſione cordis ſpiritu non littera, quorum laus non ſit ex ho
minibus ſed ex deo, Ab hac autem fide alienati,in ramis fractis deputabũtur ex illa olea,in
cuius radice idem dicit apoſtolus inſerere oleaſtrum, id eſt gentes,quod utiq; nõ fit per car/
nem,ſed per fidem,neq; per legem ſed per gratiam,nec per litteram,ſed per ſpiritum,neque
carnis circunciſione,ſed cordis, nec in manifeſto,ſed in abſcondito, nec laude ex hominibus
ſed ex deo,ut ſit unuſquiſq; Chriſtianus ſicut non carnalis ſed ſpiritalis Abrahæ filius, ita
non carnalis ſed ſpiritalis Iudæus,nec carnalis ſed ſpiritalis Iſraelita. Nam & de iſto nomi/
ne ſic apoſtolus loquitur, Non enim omnes qui ex Iſrael hi ſunt Iſrael,neq; qui ſunt ſemen Rom.9
Abrahã omnes filij,ſed in Iſaac uocabitur tibi ſemẽ: hoc eſt nõ hi qui filij carnis hi filij dei,
ſed filij promiſſionis deputantur in ſemine.Nónne mirabilia magna ſunt iſta profundum
q; myſterium, ut multi ex Iſrael non nati,ſint Iſrael:& multi non ſint filij, cum ſint ſemen
Abrahæ? Quomodo enim nõ ſunt,quomodo ſunt, niſi quia non ſunt filij promiſſionis ad
Chriſti gratiam pertinentes, ſed filij carnis nomen inane geſtantes, ac per hoc nec illi ſunt
Iſrael ſicut ſumus nos,nec nos ſumus Iſrael ſicut ſunt illi. Nos enim ſumus ſecundum ſpiri/
talem regenerationem, illi ſecundum carnalem generationem. Intuendum eſt quippe ac
diſcernendũ,aliũ eſſe Iſrael qui propter carnẽ nomẽ accepit, aliũ uero qui propter ſpiritũ
rem quæ illo nomine ſignificatur obtinuit.Nunquam enim ex Agar ancilla Saræ nati ſunt

Iſraelitæ. Nónne Hiſmael ex illa natus eſt, & non Iſraelitarum gentẽ ſuo ſemine propaga- C
uit? De Sara nanq; uenit Iſrael per Iſaac, qui ex promiſſione natus eſt Abrahæ, Tñ cum ſe
cundũ propaginẽ carnis ſe ita res habeat, uenitur ad intellectũ ſpiritalẽ, & inueniuntur ad
Saram non pertinere carnales Iſraelitæ, qui ex illa carnis originẽ ducunt, & pertinere ad eã
potius Chriſtiani, qui non ſecundũ Hiſmael filij ſunt carnis, ſed ſecundũ Iſaac filij ſunt pro
miſſionis, nõ ad ipſius Iſaac carnale ſemen, ſed ad ſpiritale myſteriũ pertinentes. Ita quippe
Gala. 4. ad Galatas apoſtolus loquitur, Dicite mihi ſub lege eſſe uolentes, legẽ non audiſtis? Scri-
ptum eſt enim q; Abraham duos filios habũit, unũ de ancilla, & unum de libera. Sed ille q
dem qui de ancilla, ſecundũ carnẽ natus eſt, qui aũt de libera per repromiſſionẽ, quæ ſunt in
allegoria. Hæc enim ſunt duo teſtamenta. Vnum quidem à monte ſina in ſeruitutem gene
rans quod eſt Agar. Sina enim mons eſt in Arabia qui coniunctus eſt huic quæ nunc eſt
Hieruſalem, & ſeruit cũ filijs ſuis. Quæ aũt ſurſum eſt Hieruſalem libera eſt quæ eſt mater
noſtra. Scriptum eſt enim, Lætare ſterilis quæ non paris, erũpe & clama quæ non parturis,
quia multi filij deſertæ magis ẽq; eius quæ habet uirũ. Nos aũt fratres ſecundũ Iſaac pmiſſi
onis filij ſumus. Sed ſicut tunc qui ſecundũ carnẽ natus fuerat, perſequebatur eũ qui ſecun-
dũ ſpiritũ, ita & nũc. Sed quid dicit ſcriptura, Eĳce ancillam & filiũ eius, Non enim hæres e-
rit filius ancillæ cum filio liberæ, qua libertate Chriſtus nos liberauit. Ecce ſecundũ iſtã ſpiri
talẽ atq; apoſtolicã intelligentiã nos potius pertinemus ad liberã Saram, qui ex illa nullam
carnis propaginẽ trahimus. Iudæi aũt qui ex illa carnis propaginẽ trahũt, ad Agar potius
ancillã pertinere monſtrantur, de qua carnis propagationẽ non trahunt. In nepotibus etiã
Abrahæ & Saræ, id eſt filijs Iſaac & Rebeccæ, illis geminis Eſau & Iacob q poſtea uocatus
eſt Iſrael, hoc ipſum magnũ & profundum myſteriũ reperitur. De quo idem apoſtolus lo-
quens, cũ per Iſaac promiſſionis filios cõmemoraſſet ad Chriſti gratiam pertinentes, Non
Rom. 9 ſolũ aũt illa inquit, ſed & Rebecca ex uno cõcubitu habens Iſaac patris noſtri. Nondũ eñ D
natis, nec qui egerint aliquid boni aut mali, ut ſecundũ electionẽ propoſitum dei maneret,
non ex operibus, ſed ex uocante dictũ eſt ei, quia maior ſeruiet minori, ſicut ſcriptum eſt, Ia
cob dilexi, Eſau autem odio habui. Hæc certe doctrina apoſtolica atq; catholica ſatis euidẽ
ter indicat nobis, ſecundũ originem carnis ad Saram Iudæos, id eſt Iſraelitas pertinere. Se-
cundum aũt myſteriũ ſpiritus ad Saram Chriſtianos, ad Agar Iudæos. Item ſecundũ ori-
ginẽ carnis ad Eſau qui dictus eſt etiam Edom, gẽtem Idumeorũ, ad Iacob aũt qui dictus
eſt etiam Iſrael, gentẽ Iudæorũ. Porrò ſecundũ myſteriũ ſpiritus, ad Eſau Iudæos, ad Iſrael
ptinere Chriſtianos. Ita quippe impletur quod ſcriptũ eſt, Maior ſeruiet minori, id eſt pri-
or natus populus Iudæorum, poſteriori nato populo Chriſtianorum. Ecce quemadmodũ
ſumus Iſrael adoptione diuina, nõ humana cognatione gloriantes, nec in manifeſto, ſed in
occulto, nec littera ſed ſpiritu, nec carnis, ſed cordis circunciſione Iudæi. Quæ cum ita ſe ha-
beant, nec tamen debemus conſuetudinem ſermonis humani inepta loquacitate confunde
re, & in rebus diſcernẽdis frequentata uocabula perturbata ſignificatione miſcere, ut eos qui
Chriſtiani ſunt, & appellatione uſitatiſſima Chriſtiani uocãtur, inuſitato uocabulo aliquis
affectet appellari Iudæos: uel cum ſit ipſe uocetur̃q; Chriſtianus, Iſraelitæ potius nomine
delectetur, & quod in myſterio debet ſemper intelligere, parcius aũt ore ꝓferre, hoc in quo
tidiana loquendi conſuetudine magis eligat frequentare inepta inſolentia, & ſi dici poteſt
imperita ſcientia. Nunquid enim apoſtoli per quos ea didicimus iſta neſciebant, quomodo
nos potius ſumus ſemen Abrahæ ſecundum Iſaac promiſſionis hæredes, & Iudæi ſpiritu
non littera, cordis circunciſione non carnis, & non ſecundũ carnem Iſrael, ſed Iſrael dei? Scie
bant utiq; iſta multo ſapientius certiusq; ẽq; nos, & tamen in loquendi conſuetudine Iudæ-
os & Iſraelitas eos appellabant qui ſecundum carnem de Abrahæ ſtirpe tunc exiſtebant.
1. Cor. 1. Namq; ait apoſtolus, Iudæi ſigna petunt, & græci ſapientiam quærunt. Nos autem præ-
dicamus Chriſtum crucifixum, Iudæis quidem ſcandalum, gentibus autem ſtultitiam. Ipſis

aũt

A autem uocatis Iudæis & græcis, Christum dei uirtutem & dei sapientiam. Quod dixit græ
cos, hos etiam gentium nomine significauit, eo q̃ hæc lingua maxime excellit in gentibus.
Iudæos tamen ipsos uocauit quos omnes hoc nomine appellant. Nam si Christiani ipsi
sunt Iudæi, Christianis est ergo scãdalum Christus crucifixus, de quo dictum est, Iudæis q̃
dem scandalum. Quis hoc nisi insanissimus sentiat? Item dicit, Sine offensione estote Iudæ
is & græcis & ecclesiæ dei. Quomodo ista distingueret si & ecclesiã dei in quotidiana loquen
di cõsuetudine Iudæos appellare deberet? Item ait, Quos & uocauit non solum ex Iudæis, Rom.9
sed etiam ex gentibus, Quomodo uocauit ex Iudæis si potius ex nõ Iudæis uocauit ut es
sent Iudæi? Item de Israelitis, Quid ergo dicemus inquit? Quia gentes quæ non sectaban
tur iusticiam apprehenderunt iusticiam, Israel autem persequẽs legem iusticiæ, in legem iu
sticiæ non peruenit. Quare? Quia non ex fide, sed quasi ex operibus. Offenderunt enim in
lapidem offensionis. Item ad Israel aũt quid dicit? Tota die extendi manus meas ad popu Rom.11.
lum non credentem & contradicentem. Et secutus adiungit, Dico ergo: Nunquid repulit de
us plebem suam? Absit. Nam & ego Israelita sum ex semine Abrahæ de tribu beniamin.
Non repulit deus plebem suam quam præsciuit. Quomodo hic appellauit apostolus Isra
el non credentem & cõtradicentem si Christiani sunt Israel, uel quomodo se appellauit Isra
elitam? Nunquid ex eo q̃ Christianus factus erat? Non utiq;, sed ex eo q̃ secundum carnẽ
fuerat ex semine Abrahã de tribu beniamin, quod nõ sumus nos secundũ carnẽ, cuius secũ
dũ fidẽ sumus semen Abrahæ, ac per hoc & Israel. Sed aliud est qd̃ agnoscit altioris intelli
gentia sacramẽti, aliud exposcit quotidiana cõsuetudo uocabuli. Denicq; Aptius iste nescio
quis de quo scripsisti q̃ doceat Iudaizare Christianos, eo modo sicut insinuauit sanctitas
tua, Iudæum & Israelitam uocat, ut ab eis prohibeat à quibus pro temporis illius congruẽ
tia lex per sanctum famulum dei Moysen data prohibeat, & cæteras illius temporis obser
uationes iam nunc apud Christianos abolitas remotas cq̃ persuadeat, quas umbras futuro
B rum appellat apostolus, ut & prophetia in illis intelligatur, & eorum obseruatio iã euacua
ta mõstretur: unde apparet quare se iste Aptius uelit Israelitam Iudæum cq̃ uocitari, nõ spi
ritaliter, sed omnino carnaliter. Nos autem nec illis obseruationibus quæ nouo testamento
reuelato euacuatæ sunt, tenemur obstricti, & præcepta legis huic etiam tempori necessaria,
qualia sunt, Non adulterabis, non homicidium facies, non concupisces, & si quod est aliud Exodi 20
mandatum quod in hoc sermone recapitulatur, Diliges proximũ tuum tanq̃ teipsum, non Leuit.15
uiribus humanis quasi nostram constituẽtes iusticiam, sed gratia dei per Iesum Christum
dominum nostrum, in ea iusticia quæ nobis ab illo est obseruãda esse didicimus, docemus.
Nec tamen ideo nos neg amus semen Abrahæ, quibus dicit apostolus, Vos ergo Abrahæ Gal.3
semen, aut Iudæos in abscondito, de qualibus idem dicit, Non enim qui in manifesto Iudæ Rom.2
us est, neq; quæ in manifesto in carne est circuncisio, sed qui in abscondito Iudæus est, & cir
cuncisio cordis, qui spiritu non littera, cuius laus non ex hominibus, sed ex deo est, ad Israe
litas spiritales, ad eum scilicet pertinẽtes cui minori prædictũ est seruiturum esse maiorem.
Sed hæc uocabula nobis non indecenter imponimus eaq̃ mysteriorum intelligentiã conti
nemus, non uerborum insolentia uentilamus.

Nectarius augustinum rogat ut intercedat pro suis ciuibus. Epist. CCI.

DOMINO insigni & merito suscipiendo fratri Augustino episcopo, Nectarius.
Quanta sit charitas patriæ, quoniã nosti prætereo. Sola est enim quæ pa
rentũ iure uincat affectum. Cui si ullus esset consulẽdi modus aut finis bonis,
digne iam ab eius muneribus meruimus excusari. Sed quoniam crescit in dies
singulos dilectio & gratia ciuitatis, quantum cq̃ ætas fini proxima est, tantũ incolumẽ ac flo
rentem relinquere patriam cupimus, idcirco gaudeo primum q̃ apud instructum disciplí
nis omnibus uirũ mihi hic est sermo institutus. In Calamensi colonia multa sunt quæ meri
to diligamus, uel q̃ in ea geniti sumus, uel q̃ eidem magna contulisse uideamur officia.

Hæc ergo domine præstantissime & merito suscipiende non leui populi sui errato prola/ C
psa est. Quod quidem si iuris publici rigore metiamur, debet plecti seueriori censura. Sed
episcopum fas non est nisi salutem hominibus impertire, & pro statu meliore causis adesse,
& apud omnipotētem deum ueniam aliorum mereri delictis. Quamobrem quāta possum
supplicatione deposco, ut si defendenda res est, innoxius defendatur, ab innocentibus mole
stia separetur. Præsta hoc quod secundum naturam tuam peruides postulari: de damnis
facilis potest haberi taxatio, tantum supplicia deprecamur. Acceptior deo uiuas domine in
signis & merito suscipiēde frater.

In ciuitate quadam Idololatræ, contra recens Cæsaris ædictum, per occasionem sa/
crorum suorum impetum fecerāt in Christianos: trucidatis aliquot, ac spoliatis mul/
tis, quī ob tam immane facinus formidarent Cæsaris iram, Nectarius rogat Augusti
num, ut intercedat ne innocentes cum nocentibus plecterentur. Augustinus respon/
det, illic alios nocentiores, alios minus nocentes, alios nocentissimos inueniri posse,
innocentem neminem. Promittit tamen, ut resipiscentibus parcatur, & cum nocenti
bus etiam agatur mitius, sed hactenus, ne cæteri impunito exemplo ad audenda simi
lia prouocentur.

Epistola CCII.

DOMINO eximio meritoq; honorabili fratri Nectario Augustinus. Iam se/
nio frigescentibus membris, feruere animum tuum patriæ charitate nec miror sed
laudo, teq; non tantū non tenere memoriter, uerū etiam uita ac moribus demō
strare, quod nullus sit patriæ consulendi modus aut finis bonis, non inuitus immo etiam li
bens accipio. Vnde supernæ cuiusdam patriæ, in cuius sancto amore pro nostro modulo in
ter eos quibus ad illam capessendam consulimus, periclitamur atq; laboramus, talem etiā
teipsum ciuem habere uellemus: ut eius portiunculæ in hac terra peregrinanti, nullum con/
sulendi modum finemq; censeres, tanto effectus melior, quanto meliori ciuitati officia debi
ta prærogares, in eius æterna pace nullum gaudendi finem inuēturus, cuius ad tempus labo D
ribus nullum tibi finem statueres consulendi. Verum hoc donec fiat, neq; enim desperandū
est illam te patriam posse acquirere, uel iam acquirendam prudentissime cogitare, ad quā
te pater etiam qui in ista genuit antecessit, Hoc ergo donec fiat, da nobis ueniam si propter
patriam nostram quam cupimus nunquam relinquere, contristamus patriam tuam quam
cupis florentem relinquere: de cuius quidem floribus si cum tua prudentia disputemus, nō
est uerendum ne tibi difficile persuadeatur, aut uero etiam non facile occurrat quemadmo/
dum florere ciuitas debeat. Cōmemorauit poeta ille uestrarum clarissimus litterarū quos/
dam flores Italiæ: sed nos in uestra patria non tam experti sumus quibus floruit terra illa
uiris, quàm quibus arserit armis. Immo uero nō armis sed flammis, nec arserit, sed incende/
rit. Quod tantū scelus si fuerit impunitum, nulla digna correctione prauorum florentem
te patriam putas relicturum. O flores non planè fructuum, sed spinarum. Compara nunc
utrum malis florere patriam tuam pietate an impietate, correctis moribus an securis ausi/
bus: Compara ista & uide utrum in patriæ tuæ amore nos uincas, utrum eam magis ueri/
usq; cupias florere quàm nos. Intuere paululum ipsos de republica libros, unde illum affe/
ctum amantissimi ciuis ebibisti, q, nullus sit patriæ consulendi modus aut finis bonis. Intu/
ere, obsecro te, & cerne quātis ibi laudibus frugalitas & continentia prædicetur, & erga con/
iugale uinculum fides, certiq; honesti ac probi mores, quibus cū præpollet ciuitas, uere flo
rere dicenda est. Hi autem mores in ecclesijs toto orbe crescentibus, tanquam in sanctis au/
ditorijs populorum docentur atque discuntur, & maxime pietas, qua uerus & uerax cola/
tur deus: qui hæc omnia, quibus animus humanus diuinæ societati ad inhabitādam æter/
nam cœlestemque ciuitatem instruitur & aptatur, non solum iubet aggredienda, uerum
etiam donat implenda. Inde est quod deorum multorum falsorumq; simulacra, & prædi/
xit euersura, & præcepit euerti. Nihil enim homines tam insociabiles reddit uitæ peruersita/
te, q;

A te, quàm illorum deorum imitatio, quales describuntur & commendantur litteris eorum. Denique illi doctissimi uiri qui rempublicam ciuitatémque terrenam qualis eis esse debere uidebatur, magis domesticis disputationibus requirebant uel etiam describebant, q̃ publicis actionibus instituebant atque formabant, egregios atque laudabiles quos putabãt homines potius quàm deos suos imitandos proponebant erudiendæ indoli iuuentutis. Et reuera Terentianus ille adolescens qui spectans tabulam pictam in pariete, ubi pictura inerat de adulterio regis deorum, libidinem qua rapiebatur stimulis etiam tantæ autoritatis accendit, nullo modo in illud flagicium uel concupiscendo laberetur, uel perpetrando immergeretur, si Catonem maluisset imitari quàm Iouem, Sed quo pacto id faceret cum in templis adorare cogeretur Iouem potius quàm Catonem? Verum hæc ex comœdia quibus impiorum luxus & sacrilega superstitio conuinceretur proferre forsitan non debemus. Lege uel recole in eisdem libris quàm prudenter disseratur, nullo modo potuisse scriptiones & actiones recipi comœdiarum, nisi mores recipientium consonarent: ita clarissimorum uirorum in republica excellentium, & de republica disputantium autoritate firmatur, nequissimos homines fieri deorum imitatione peiores, non sanè uerorum sed falsorum atque fictorum. At enim illa omnia quæ antiquitus de uita deorum moribusque conscripta sunt, longe aliter sunt intelligenda atque interpretanda sapientibus. Ita uero in templis populis congregatis, recitari huiuscemodi salubres interpretationes heri & nudiustertius audiuimus. Quæso te siccine cæcum est humanum genus aduersus ueritatem, ut tam aperta & manifesta non sentiat? Tot locis pingitur, funditur, tunditur, sculpitur, scribitur, legitur, agitur, cantatur, saltatur Iuppiter, adulteria tanta committens, quantum erat ut suo saltem capitolio ista prohibens legeretur? Hæc mala dedecoris impietatisque plenissima si nemine prohibente in populis ferueant, adorentur in templis, rideantur in theatris, cum his uictimas immolant uastetur pecus etiam pauperum, cum hæc histriones agunt & saltant, effundantur patrimonia diuitũ, ciuitates florere dicuntur. Horum planè florũ non terra fertilis, nõ aliqua opulens uirtus, sed illa dea Flora digna mater inuenta est, cuius ludi scenici tam effusiore & licentiore turpitudine celebrantur, ut quiuis intelligat quale dæmonium sit quod placari aliter non potest, nisi illic non aues, non quadrupedes, non denique sanguis humanus, sed multo scelestius pudor humanus tanquam immolatus intereat. Hæc dixi propter quod scripsisti, Quantum tibi ætas fini proxima est, cupere te ut patriam tuam incolumem ac florentem relinquas. Tollantur iam illa omnia uana & insana, conuertantur homines ad uerum dei cultum moresque castos & pios, tunc patriam tuam florentem uidebis, non opinione stultorum, sed ueritate sapientium, cum hæc patria carnalis generationis tuæ, portio fuerit illius patriæ cui non corpore sed fide nascimur, ubi omnes sancti & fideles dei post labores uelut hyemales uitæ huius, interminata æternitate florebunt. Nobis itaq; cordi est, neque Christianam amittere mansuetudinem, neque perniciosum cæteris imitationis exemplum in illa ciuitate relinquere. Quomodo id agamus, aderit deus, si eis nõ ita grauiter indignetur. Alioquin & mansuetudo quam seruare cupimus, & disciplina qua uti moderate nitimur impediri potest, si deo aliud in occulto placet, siue iudicanti hoc tantum malum flagello acriore plectendum, siue etiam uehementius irascenti, si non correctis nec ad se conuersis ad tempus esse uoluerit impunitum. Præscribit nobis quodammodo prudentia tua de persona episcopali, & dicis patriam tuam non leui populi sui errato prolapsam. Quod quidem si iuris publici rigore metiamur, debet plecti seueriori censura. Sed episcopum inquis fas non est nisi salutem hominibus impertire, & pro statu meliore causis adesse, & apud omnipotentem deum ueniam aliorum mereri delictis. Hoc omnino seruare conamur, ut seueriore censura nemo plectatur, neque à nobis, neque ab alio ullo intercedentibus nobis: salutem hominibus cupimus impertire, quæ posita est in recte uiuendi felicitate, non in male faciendi securitate. Veniam quoq; non tantum nostris, uerũ & aliorum

B Flora

inſtamus delictis mereri, quod impetrare niſi pro correctis omnino non poſſumus. Adiun C.
gis etiam & dicis, Quanta poſſum ſupplicatiõe depoſco, ut ſi defendẽda res eſt, innoxius de
fendatur, ab innocentibus moleſtia ſeparetur. Accipe breuiter quæ commiſſa ſint, &
noxios ab innocentibus ipſe diſcerne. Contra recentiſſimas leges, Kalendis Iunijs ſexto, pa
ganorum ſacrilega ſolennitas agitata eſt, nemine prohibente, tam inſolenti auſu, ut quod
nec Iuliani temporibus factum eſt, petulantiſſima turba ſaltantium in eodem prorſus uico
ante fores tranſiret eccleſiæ. Quam rem illicitiſſimam atq; indigniſſimam clericis prohibe
re tentantibus, eccleſia lapidata eſt. Deinde poſt dies ferme octo, cum leges notiſſimas epi
ſcopus ordini replicaſſet, & dum ea quæ iuſſa ſunt uelut implere diſponunt, iterum eccleſia
lapidata eſt. Poſtridie noſtris, ad imponendũ perditis metũ, quod uidebat apud acta dice
re uolentibus publica iura negata ſunt. Eodẽq; ipſo die ne uel diuinitus terrerentur, grando
lapidationibus reddita eſt, qua tranſacta continuo tertiam lapidationẽ, & poſtremo ignes
eccleſiaſticis tectis atq; hominibus intulerunt, unum ſeruorum dei qui obeuntes occurrere
potuit occiderunt, cæteris partim ubi potuerant latitantibus, partim quò potuerant fugien
tibus, cum interea contruſus atq; coartatus quodam loco ſe occultaret epiſcopus, ubi ſe ad
mortem quærentiũ uoces audiebat ſibiq; increpantium q; eo non inuento gratis tantũ per
petraſſent ſcelus. Geſta ſunt hæc ab hora ferme decima uſq; ad noctis partem nõ minimã.
Nemo compeſcere, nemo ſubuenire tentauit illorum quorum eſſe grauis poſſet autoritas,
præter unum peregrinum, per quem & plurimi ſerui dei de manibus interficere conantium
liberati ſunt, & multa extorta prædantibus: per quem clarum factum eſt, q; facile illa uel o
mnino non fierent uel cœpta deſiſterent, ſi ciues maximeq; primates ea fieri perficiq; uetu
iſſent. Proinde in uniuerſa illa ciuitate non innocentes à nocentibus, ſed minus nocẽtes à no
cẽtioribus poteris fortaſſe diſcernere. Nam in paruo peccato illi ſunt, qui metu deterriti ma
ximeq; ne offenderent eos quos in illo oppido plurimum poſſe & inimicos eccleſiæ noue
rant, opem ferre non auſi ſunt. Scelerati autem omnes quibus & ſi non facientibus, neq; im D.
mittentibus, tamen uolentibus iſta commiſſa ſunt, ſceleratiores qui cõmiſerunt, ſceleratiſſi
mi qui immiſerunt. Sed de immiſſione ſuſpitionem putemus eſſe non ueritatem, nec ea di
ſcutiamus quæ niſi tormentis eorum per quos inquiruntur inueniri omnino nõ poſſunt.
Demus etiam ueniam timori eorum qui potius deum pro epiſcopo & ſeruis eius deprecan
dum, quàm potentes inimicos eccleſiæ offendendos eſſe putauerunt. Quid eos qui reſtant,
nulla ne cenſes diſciplina coercendos, & proponẽdum exiſtimas impunitum tam immanis
furoris exemplum? Non præterita uindicando paſcere iram noſtram ſtudemus, ſed miſeri
corditer in futurum conſulendo ſatagimus. Habent homines malè, ubi & per Chriſtianos
non ſolum manſuete, uerumetiam utiliter ſalubriterq; plectantur. Habent enim q; corpore
incolumi uiuunt, habent unde uiuunt, habent unde male uiuunt. Duo prima ſalua ſint, ut
quos pœniteat ſint, hoc optamus, hoc quãtum in nobis eſt etiam impenſa opera inſtamus.
Tertium uero ſi deus uoluerit tanq; putre noxiumq; reſecari, ualde miſericorditer puniet.
Si autem uel amplius uoluerit, uel ne hoc quidem permiſerit, altioris & profecto iuſtioris
conſilij ratio penes ipſum eſt, à nobis curam officiũq; oportet impendi, quouſq; uidere cõ
ceditur, deprecantibus eum ut animum noſtrum approbet quo cunctis uolumus eſſe con
ſultum, nihilq; fieri ſinat per nos quod & nobis & eccleſiæ ſuæ non expedire longe melius
nouit ipſe q; nos. Modo cũ apud Calamã eſſemus, ut noſtri in tam graui dolore, uel conſo
larentur afflicti, uel ſedarentur accenſi, quantum potuimus quod in tempore oportuiſſe ex
iſtimauimus cum Chriſtianis egimus. Deinde etiam ipſos paganos mali tanti caput & cau
ſam petentes ut ab eis uideremur admiſimus, ut hac occaſione admoneremus eos quid face
re deberent ſi ſaperent, non tantũ pro remouenda præſenti ſollicitudine, uerumetiã pro in
quirenda ſalute perpetua: multa à nobis audierunt, multum etiam ipſi rogauerunt, ſed ab
ſit ut tales ſerui ſimus, quos ab eis rogari delectet, à quibus noſter dominus non rogatur.

Vnde

A Vnde peruides pro uiuacitate mentis tuæ, ad hoc esse nitendum seruata mansuetudine & moderatione Christiana, ut aut cæteros deterreamus eorum imitari peruersitatem, aut cæteros optemus eorum imitari correctionem. Dãna quæ illata sunt, uel tolerantur à Christianis, uel resartiuntur per Christianos. Animarum uero lucra quibus acquirendis cum periculo etiã sanguinis inhiamus, & in loco illo quæstuosius, puenire, & alijs locis illo exẽplo nõ impediri desideramus. Dei misericordia nobis præstet de tua salute gaudere.

Augustinus presbyter Maximino episcopo Donatistæ, qui diaconum orthodoxum baptizasse dicebatur, ut aut fateatur factum aut profiteatur se orthodoxum, inuitans illum uel ad colloquium, uel ad rescribendum, ut concordia ecclesiæ sartiatur.

Epistola CCIII.

DOMINO dilectissimo & honorabili fratri Maximino, Augustinus presbyter ecclesiæ catholicæ in domino salutem. Priusq; ad rẽ ueniam quã tuæ benuolentiæ scribere uolui, tituli huius epistolæ, ne uel te uel alium quempiã moueat, rationem breuiter reddam. Domino scripsi, quia scriptũ est, Vos in liber- Gal. 5
tatem uocati estis fratres, tantum ne libertatem in occasionem carnis detis, sed per charitatẽ seruite inuicem. Cum ergo uel hoc ipso officio litterarum per charitatem tibi seruiam, non absurde te dominum uoco propter unum & uerum dominum nostrum qui nobis ista præcepit. Dilectissimo autem quod scripsi, nouit deus q; non solum te diligam, sed ita diligam ut meipsum, quandoquidem bene mihi sum conscius, bona me tibi optare quæ mihi. Honorabili uero quod addidi, non ad hoc addidi ut honorarem episcopatum tuum, mihi em̃ episcopus non es, neq; hoc cum contumelia dictum acceperis, sed ex animo quo in ore nostro debet esse, est est, non non. Neq; enim ignoras, aut quisquam hominum qui nos nouit ignorat, neq; te esse episcopum meum, neq; me presbyterum tuum. Honorabilem igitur ex ea regula te libẽter appello qua noui te esse hominem, & noui hominẽ ad imaginem dei & Gen. 1.
B similitudinem factum, & in honore positum ipso ordine & iure naturæ, si tamen intelligendo quæ intelligenda sunt serues honorem tuum. Nam ita scriptum est, Homo in honore Psal. 48.
positus non intellexit, comparatus est iumentis insensatis & similis factus est illis. Cur ergo te honorabilem inquantum homo es non appellem, cum præsertim de tua salute atq; correctione quamdiu in hac uita es desperare non audeam? Fratrem uero ut uocem, non te latet præceptum nobis esse diuinitus, ut etiam eis qui negant se fratres nostros esse dicamus, Fratres nostri estis: & hoc uehementer ualet ad causam propter quam scribere uolui fraternitati tuæ. Iam enim reddita ratione cur epistolæ talem ianuam fecerim, audi placidissime quæ sequuntur: Ego cum in ista regione consuetudinem hominum lugendam atque plangendam, qui cum Christiano nomine glorientur, Christianos rebaptizare non dubitant, quibus uerbis poteram detestarer, non defuerunt laudatores tui qui mihi dicerent te ista non facere, Fateor primo non credidi. Deinde considerans posse fieri ut animam humanam de futura uita cogitantem dei timor inuaderet, ut se ab scelere apertissimo temperaret, gratulatus credidi q; tali proposito ab ecclesia catholica nolueris esse nimis alienus. Quærebam sanè occasionem loquendi tecum, ut si fieri posset ea quæ parua remanserat inter nos dissensio tolleretur. Cum ecce ante paucos dies diaconum nostrum Mutugennensem te rebaptizasse nunciatum est. Dolui uehementer, & illius miserabilem lapsum, & tuum fraterinopinatum scelus. Noui enim quæ sit ecclesia catholica, Gentes sunt hæreditas Christi, & possessio Christi, termini terræ. Nostis & uos, Nã & si non nostis, aduertite, facillime à uolẽtibus sciri potest. Rebaptizare igitur hæreticũ hominem, qui hæc sanctitatis signa percepe-rit quæ Christiana tradidit disciplina, omnino peccatum est. Rebaptizare aũt catholicũ, immanissimũ scelus est. Tamẽ non adeo credens, quia de te mihi bene persuasum tenebã, Mutugennã ipse perrexi: & eum quidem miserum uidere nõ potui, à parentibus uero eius audiui quod uester iam etiam diaconus factus sit. Et tamen tam bene adhuc de tuo corde sen-

tio,ut eum rebaptizatum esse non credam. Quare te frater dilectissime per diuinitatem & C
humanitatem domini nostri Iesu Christi obsecro ut rescribere mihi digneris quid gestum
sit,Et sic rescribere, ut noueris me in ecclesia fratribus nostris epistolam tuam uelle recitare.
Quod ideo scripsi,ne cum id postea facerem quod me non sperares esse facturum, offende
rem charitatem tuam,& iustam de me apud cõmunes amicos querelam deponeres. Quid
ergo te impediat ad rescribendum non uideo. Si enim rebaptizas,nihil est quod homines
de tuo collegio formides,cum id te rescripseris facere quod te illi facere etiam si nolles iube/
rent. Cum autem id quantis potueris documentis faciendum esse defenderis,non solũ non
succensebunt,sed etiam prædicabunt. Si autem non rebaptizas,arripe libertatem,Christia
nam frater Maximine,Arripe quæso te, nõ cuiusquã hominis in contemplatione Christi,
aut reprehensionem uerearis,aut exhorreas potestatem,Transit honor huius seculi,transit
ambitio. In futuro Christi iudicio,nec absidæ gradatæ,nec cathedræ uelatæ, nec sanctimo/
nialium occursantium atque cantantium greges adhibebuntur ad defensionem,ubi cœpe/
rit accusare conscientia, & conscientiarum arbiter iudicare. Quæ hic honorant ibi onerant,
quæ hic releuant ibi grauant. Ista quæ pro tempore propter ecclesiæ utilitatem honori no/
stro exhibentur,defendent forte bonam conscientiam,defendere autem non poterunt ma/
lam. Quod ergo tam pio & tam religioso animo facis,si tamẽ facis, ut ecclesiæ catholicæ ba
ptismum non iteres, sed approbes potius tanquam unius uerissimæ matris, quæ omnibus
gentibus, & regenerandis sinum pandit,& regeneratis ubera infundit,tanquam unius pos/
sessionis Christi,sese usq; ad terræ terminos porrigentis,si hoc uere facis,cur non erumpis in
exultantem & liberam uocem? Cur lucernæ tuæ tam utilem splendorem premis sub mo/
dio? Cur nõ discissis atque abiectis ueteribus pellibus timidæ seruitutis,Christiana potius
indutus fiducia existis & dicis, Ego unũ baptismum noui,patris & filij & spiritussancti no/
mine consecratum atque signatum? Hanc formam ubi inuenio necesse est ut approbem:
non destruo quod dominicum agnosco,non exufflo uexillum regis mei. Vestem Christi & D
qui diuiserunt non uiolauerunt,& illi adhuc Christum non resurrecturum crediderant,sed
morientẽ uidebant. Si à persecutoribus uestis non conscissa est pẽdentis in cruce,cur à Chri
stianis destruitur sacramentũ sedentis in cœlo? Si ueteris populi tẽporibus Iudæus essem,
quando alius esse melius non possem,accepissem uticq; circumcisionem, Quod signaculum
iusticiæ fidei tantum illo tempore ualuit antequam domini euacuaretur aduentu,ut infan
tem filium Moysi angelus præfocasset, nisi mater arrepto calculo circumcidisset puerum, &
hoc sacramento imminentem perniciem depulisset. Hoc sacramentum etiam Iordanem
fluuium refrenauit, & reduxit in fontem. Hoc sacramentum ipse dominus quamuis eua/
cuauerit crucifixus, tamen natus accepit. Non enim singula illa damnata sunt, sed succe/
dentibus oportunioribus decesserunt. Nam sicut circumcisionem abstulit domini primus
aduentus, sic baptismum auferet secundus aduentus. Sicut enim nunc posteaquam uenit
libertas fidei, & remotũ est seruitutis iugum,nullus Christianus circumciditur carne:sic tunc
regnantibus iustis cum domino damnatisq; impijs nemo rebaptizabitur, sed illud quod
ista præfigurant,id est circumcisio cordis, & mundatio conscientiæ manebit in æternum. Si
ergo illo tempore Iudæus essem, & ueniret ad me Samaritanus uelletq; illo errore dereli/
Ioan.4 cto quem etiam dominus improbauit dicens: Vos adoratis quod nescitis, nos adoramus
quod scimus,quoniam salus ex Iudæis est, Vellet ergo Samaritanus quem Samaritani cir
cunciderant fieri Iudæus,uacaret certe iterationis audacia, & id quod apud hæresim factũ
erat quod præceperat deus, non repetere sed approbare cogeremur. Quod si in carne cir/
cũcisi hominis nõ inuenirem locũ ubi circumcisionem repeterem, quia unum est illud mem/
brum,multo minus inuenitur locus in uno corde ubi baptismum Christi repetatur. Ideo
qui duplicare baptismum uultis, necesse est omnino ut corda duplicata requiratis. Cla/
ma ergo recte te facere si non rebaptizas, & non solum sine trepidatione, sed etiam cum
gaudio

A gaudio mihi inde rescribe. Nulla te tuorum cõcilia frater exterreant. Si enim hoc eis displicuerit, non sunt digni qui te habeant. Si autem placuerit, credimus de misericordia domini, qui timẽtes sibi displicere, & conãtes placere nunq; deserit, q; inter uos & nos cito pax erit, ne propter honores nostros de qua sarcina periculosa ratio reddetur, miseræ plebes credentes in Christũ habeãt in domibus suis communes cibos, & mensam Christi communẽ habere non possint. Nónne ingemiscimus q; uir & uxor ut fideliter coniungãt corpora sua, iurant sibi plerunq; per Christũ, & ipsius corpus Christi diuersa cõmunione dilaniãt? Hoc tantũ scandalũ, tantus diaboli triũphus, tanta pernicies animarũ, si per tuã modestiã & prudentiã & dilectionẽ, quã debemus ei qui pro nobis suũ sanguinem fudit, ablata de medio in his regionibus fuerit, quis explicet uerbis quã tibi palmã præparet dominus, ut ad cætera membra sananda quæ per totã Africã tabefacta miserabiliter iacent, à te proficiscatur tã imitabile medicinæ documentũ? Quàm uereor quoniam cor meũ uidere non potes, ne tibi cũ insultatione potius q; cum dilectione loqui uidear. Sed certe amplius quid faciam non inuenio, nisi ut inspiciendum sermonem meum tibi offeram, animam deo. Tollamus de medio inania obiecta quæ à partibus imperitis iactari contra inuicem solent, nec tu obijcias tẽpora macariana, nec ego sæuiciam circumcellionum. Si hoc ad te non pertinet, nec illud ad me. Area dominica nondum uentilata est, sine paleis esse non potest. Nos oremus atq; agamus quantum possumus ut frumentum simus. Ego rebaptizato diacono nostro silere nõ possum. Scio enim q; mihi silentium pernicioſum sit. Non enim cogito in ecclesiasticis honoribus tempora uentosa transigere, sed cogito me principi pastorum omnium, rationẽ de commissis ouibus redditurum. Si forte nolles ut hæc tibi scriberem, oportet te frater ignoscere timori meo. Multum enim timeo ne me tacente & dissimulante, alij quoq; rebaptizentur à uobis. Decreui ergo quantum uires & facultatem dominus præbere dignatur, causam istam sic agere, ut pacificis collationibus nostris omnes qui nobis communicant no-
B uerint, ab hæresibus aut schismatibus quantũ catholica distet ecclesia, & quantũ sit cauẽda pernicies uel zizaniorum uel præciſorum de uite domini sarmentorum. Quã collationẽ me cũ si libenti animo susceperis, ut cõcordibus nobis amborũ litteræ populis recitentur, ineffabili exultabo lætitia. Si aũt id æquõ animo non accipis, quid faciã frater, nisi ut te quoq; inuito epistolas nostras populo catholico legam, quo esse possit instructior? Quod si rescribere dignatus non fueris, uel meas solas legere decreui, ut saltẽ diffidentia uestra cognita rebaptizari erubescant. Neq; id agam cũ miles præsens est, ne quis uestrum arbitretur tumultuosius me agere uoluisse q; ratio pacis desiderat, sed post abcessum militis, ut omnes qui nos audiunt intelligant, nõ hoc esse propositi mei, ut inuiti homines ad cuiusq; cõmunionẽ cogant, sed ut quietissime quærẽtibus ueritas innotescat. Cessabit à nostris partibus timor tẽporalium potestatũ, Cesset etiã à uestris partibus terror cõgregatorũ circũcellionũ. Re agamus, ratione agamus, diuinarum scripturarum autoritatibus agamus, quieti atq; tranquilli quantum possumus petamus, quæramus, pulsemus, ut accipiamus & inueniamus, & aperiatur nobis, ne forte fieri posset, ut adiuuãte domino concordes conatus & orationes nostras, tanta deformitas atq; impietas Africanarum regionum de uestris terris incipiat aboleri. Si nõ credis post discessum militũ me uelle agere, post discessum militũ tu rescribe. Si eñ ego præsente milite litteras meas legere populo uoluero, prolata epistola mea demõstrabit me fidei uiolatorẽ. Quod misericordia domini auertat à moribus atq; instituto meo, quod mihi per iugũ suum inspirare dignatus est. Episcopus meus beneuolentiæ tuæ fortasse potius litteras misisset si esset præsens, aut ego illo uel iubẽte uel permittẽte scripsissem. Sed illo absente cũ diaconi rebaptizatio recẽs esse dicitur, frigescere actionẽ ipsam dilatione non passus sum, de fraterna & uera morte acerbissimi doloris aculeis excitatus. Quẽ doloré meũ ad iuuante misericordia & prouidentia domini, pacis fortasse cõpensatio lenitura est. Deus & dominus noster tibi mentem pacatam inspirare dignetur, domine dilectissime frater.

Augusti-

Augustinus Donato presbytero Donatistæ, qui cum citaretur ad cõcilium, conatus sit sibi uim inferre, suadet ut re sobrie perpensa resipiscat, docens prauam uolũtatem recte cogi ad meliora. Epistola CCIIII

DONATO presbytero partis Donati, Augustinus episcopus ecclesiæ catholicæ. Si posses uidere dolorẽ cordis mei & sollicitudinẽ pro salute tua, fortassis misereris animæ tuæ placens deo in audiendo uerbo, non nostro sed ipsius, nec eius scripturas sic in memoria tua figeres ut contra eas cor clauderes. Displicet tibi quia traheris ad salutem, cum tam multos nostros ad perniciem traxeris. Quid enim uolumus nisi te comprehendi & præsentari & seruari ne pereas? Quod autem in corpore læsus es ipse tibi fecisti, Qui iumento tibi mox admoto uti noluisti, & te ad terram grauiter collisisti. Nam utiq; alius qui adductus est tecũ collega tuus illæsus uenit, qui talia sibi ipse nõ fecit. Sed neque hoc putas tibi fieri debuisse, quia neminem existimas cogẽdum esse ad bonum. Attende quid apostolus dixerit: Qui episcopatum desiderat bonum opus concupiscit, Et tamen tam multi ut episcopatum suscipiant tenentur inuiti, perducuntur, includuntur, custodiũtur, patiuntur tanta quæ nolũt donec eis assit uoluntas suscipiẽdi operis boni. Quanto magis uos ab errore pernicioso in quo uobis inimici estis, trahendi estis, & perducendi ad ueritatem uel cognoscẽdam uel eligendam, non solum ut honorem salubriter habeatis, sed etiam ne pessime pereatis? Dicis deum dedisse liberum arbitrium, Ideo non debere cogi hominem nec ad bonum, Quare ergo illi de quibus supradixi coguntur ad bonum? Attende ergo quod considerare non uis. Ideo uoluntas bona misericorditer impenditur, ut mala uoluntas hominis dirigatur. Nam quis nesciat nec damnari hominem nisi merito malæ uoluntatis, nec liberari nisi bonam habuerit uoluntatem? Non tamen ideo qui diliguntur, malæ suæ uoluntati impune & crudeliter permittendi sunt, sed ubi potestas datur, & à malo prohibendi, & ad bonum cogendi. Nam si uoluntas mala semper suæ permittenda est libertati, quare Israëlitæ recusantes & murmurantes tam duris flagellis à malo prohibebantur, & ad terram promissionis compellebantur? Si uoluntas mala suæ permittenda est libertati, quare Paulus non est permissus uti pessima uolũtate qua persequebatur ecclesiã, sed prostratus est ut excæcaretur, & excæcatus est ut mutaretur, mutatus ut mitteretur, missus ut qualia fecerat in errore, talia pro ueritate pateretur? Si uoluntas mala semper suæ permittenda est libertati, quare monetur pater in scripturis sanctis, filium durum non solum uerbis corripere, sed etiam latera eius tundere, ut ad bonã disciplinam coactus & domitus dirigatur? Vnde item dicit: Tu quidem percutis eum uirga, animam autẽ eius liberas à morte. Si mala uoluntas semper suæ permittenda est libertati, quare corripiuntur negligentes pastores, & dicitur eis, Errantem non reuocastis, perditam ouem nõ inquisistis? Et uos oues Christi estis characterem dominicum portatis in sacramento quod accepistis, sed erratis & peritis. Non ideo uobis displiceamus, quia reuocamus errantes, & quærimus perditos. Melius enim facimus uoluntatem domini monẽtis ut uos ad eius ouile redire cogamus, quàm consentiamus uoluntati ouiũ errantium ut perire uos permittamus. Noli ergo iam dicere quod te assidue audio dicere, Sic uolo errare, sic uolo perire. Melius enim nos hoc omnino non permittimus quantũ possumus. Modo quod te in puteũ ut morereris misisti, utiq; libera uolũtate fecisti. Sed quàm crudeles essent serui dei si huic malæ tuæ uoluntati te permitterent, & non te de illa morte liberarẽt. Quis eos nõ merito culparet? quis non impios recte iudicaret? Et tamen tu te uolens in aquam misisti ut morereris, Illi te nolentem de aqua leuauerunt ne morereris. Tu fecisti secũdum uoluntatem tuam, sed in perniciem tuam. Illi cõtra uoluntatem tuam, sed propter salutem tuam. Si ergo salus ista corporalis sic custodienda est, ut etiam in nolentibus ab eis qui eos diligunt seruetur, quanto magis illa spiritalis in cuius desertione mors æterna metuitur? Quam quam in ista morte, quã tibi tuipse inferre uoluisti, non solum ad tempus, sed etiã in æternũ morereris,

23. q. 4. displicet.

1. Timoth. 3

Eccl. 30
Prouerb. 23

A morereris,quia &ſi nõ ad ſalutẽ,non ad eccleſiæ pacẽ, non ad Chriſti corporis unitatẽ,non ad ſanctam & indiuiduam charitatem, ſed ad mala aliqua cogereris, nec ſic tibiipſe mortẽ inferre debuiſti. Conſidera ſcripturas diuinas,& diſcute quantum potes, & uide utrum hoc fecerit aliquis aliquando iuſtorum atq; fidelium, cũ ab eis tanta mala perpeſſi ſunt qui eos ad æternum interitum nõ ad uitam æternam quò tu compelleris adigebant. Audiui quod dixeris apoſtolum Paulum ſignificaſſe hoc fieri debere ubi ait, Et ſi tradidero corpus meũ ut ardeam:quia uidelicet omnia bona dicebat, quæ ſine charitate nihil proſunt, ſicut ſunt linguæ hominum & angelorum,& omnia ſacramenta, & omnis ſcientia, & omnis prophetia,& omnis fides ita ut montes transferantur, & rerum ſuarum diſtributio pauperibus ꝓpoſit:Ideo uidetur tibi etiam inter bona numeraſſe ut ſibi quiſq; inferat mortem. Sed attẽde diligẽter & agnoſce quemadmodũ dicat ſcriptura, ꝙ tradat quiſq; ſuum corpus ut ardeat. Non utiq; ut ipſe ſe in ignem mittat,quando perſequentẽ patitur inimicũ:ſed quãdo ei ꝓponitur, ut aut mali aliquid faciat,aut mali aliquid patiatur, eligat non facere mala, cẽ nõ pati mala. Atq; ita corpus ſuum tradat in poteſtatem interfectoris, ſicut tres illi uiri fecerũt qui auream ſtatuã cogebantur adorare,& niſi facerent minabatur eis ille qui cogebat,caminũ ignis ardentẽ. Idolũ adorare noluerũt, non ipſi ſe in ignẽ miſerunt, & tamen etiã de illis ſic ſcriptũ eſt,ꝙ tradiderũt corpora ſua,ut neq; ſeruirẽt neq; adorarent ullum deũ, ſed deũ ſuũ. Ecce quomodo dixit apoſtolus,Si tradidero corpus meũ ut ardeã. Quod aũt ſequitur, uide, Si charitatẽ non habeã nihil mihi prodeſt: ad iſtã charitatẽ uocaris, ab iſta charitatẽ perire non ſineris,& putas tibi aliquid prodeſſe ſi teipſe præcipites in interitũ, cum tibi nihil prodeſſet,etiã ſi alter te occideret charitatis inimicũ? Foris aũt ab eccleſia conſtitutus & ſeparatus à cõpage unitatis & uinculo charitatis,æterno ſupplicio punireris,etiam ſi pro Chriſti nomine uiuus incendereris. Hoc eſt enim quod ait apoſtolus,Etſi tradidero corpus meũ ut ardeã,charitatẽ aũt non habeã,nihil mihi prodeſt. Reuoca mihi animũ ad ſanã conſideraB tionẽ,& ſobriã cogitationẽ:attende diligenter,utrum ad errorem & impietatẽ uoceris,& patere pro ueritate quaslibet moleſtias. Si autem tu potius in errore atq; in impietate uerſaris,quò autẽ uocaris ibi eſt ueritas & pietas, quia ibi eſt Chriſtiana unitas & ſanctiſpiritus charitas,quid adhuc tibi eſſe conaris inimicus? Ideo præſtitit miſericordia dei ut & nos & epiſcopi ueſtri tam frequenti numeroſoq; conuentu carthaginem ueniremus,atq; inter nos de ipſa diſſenſione ordinatiſſime conferremus. Geſta conſcripta ſunt,noſtræ etiam ſubſcriptiones tenentur,Lege uel patere ut tibi legatur,& tunc elige quod uolueris. Audiui ꝙ dixeris poſſe te nobiſcum de ipſis geſtis aliquid agere, ſi omittamus uerba epiſcoporum ueſtrorum ubi dixerunt, Nec cauſa cauſæ,nec perſona perſonæ præiudicat. Hæc uerba uis omittamus,ubi per eos neſcientes ueritas ipſa locuta eſt. Sed tu dicturus es hic eos erraſſe,& in falſam ſententiam incautius cecidiſſe. Nos autem dicimus hoc eos uerum dixiſſe,& hoc per te ipſum facillime probamus. Si enim epiſcopi ueſtri electi ab uniuerſa parte Donati qui cauſam omnium ſuſtinerent, & ſi quid egiſſent gratum & acceptum cæteri haberẽt, tamẽ in eo qd illos temere & non recte dixiſſe arbitraris,non uis ut tibi præiudicent, Verũ ergo dixerunt,quia nec cauſa cauſæ nec perſona perſonæ præiudicat. Et ibi debes agnoſcere, quia &ſi perſona tot epiſcoporum tuorum in illis ſeptem conſtitutorum non uis ut præiudicet perſonæ Donati Mutugẽnẽſis presbyteri,quãto minus nõ debet præiudicare Cæciliani perſona,etiam ſi mali aliquid in illo eſſet inuentũ, uniuerſæ unitati Chriſti,quæ non in una uilla Mutugenna concluditur,ſed toto terrarũ orbe diffunditur. Sed ecce facimus quod uoluiſti, ſic tecũ agimus ac ſi nõ dixerint ueſtri,nec cauſa cauſæ,nec perſona perſonæ præiudicat. Tu inueni quid illic dicere debuerint cum eis obiecta eſſet cauſa & perſona Primiani, qui damnatores ſuos & damnauit cum cæteris,& damnatos ac deteſtatos in ſuo rurſus honore ſuſcepit, & baptiſmum quem mortui dederant, quia de ipſis in illa præclara ſententia dictum erat,ꝙ mortuorũ funeribus plena ſint littora,agnoſcere potius & acceptare q̃ exufflare & reſcindere

1.Cor.13

1.de Ciuit.dei ca.18 & 19

Daniel.3.

Eccl.34 scindere maluit totumq; dissoluit, Quod male intelligentes dicere soletis: Qui baptizatur C
à mortuo,& iterum tangit mortuum,quid ei prodest lauacrum eius? Si ergo non dicerent,
nec causa causæ,nec persona personæ præiudicat,rei tenerentur in causa Primiani. Cum au/
tem hoc dixerunt,immunẽ fecerũt ecclesiam catholicam,sicut nos asserebamus,à causa Cæ
ciliani. Sed cætera lege,& cætera discute. Vide utrum in ipsum Cæcilianum, de cuius perso
na præiudicare conabantur ecclesiæ,aliquid mali probare potuerint. Vide utrum non po/
tius etiam pro illa multa egerint,& pluribus lectionibus,quas contra se protulerunt & reci
tauerunt,causam eius bonam omnino firmauerint. Lege ista uel legantur tibi, Considera
omnia, retracta diligẽter & elige quid sequaris:utrum nobiscum in Christi pace, in ecclesiæ
catholicæ unitate,in fraterna charitate gaudere:an pro nefaria dissensione,pro Donati par
23.q.4 displi cet. te,pro sacrilega diuisione importunitatem nostræ circa te dilectionis diutius sustinere. At/
tendis enim & sæpe repetis sicut audio quod in Euangelio scriptum est,recessisse à domino
septuaginta discipulos, & arbitrio suæ malæ atq; impiæ discessionis fuisse permissos, cæte/
Ioan.6 risq; duodecim qui remanserant fuisse responsum,Nunquid & uos uultis ire? Et nõ atten
dis,quia tunc primum ecclesia nouello germine pullulabat,nondumq; in ea fuerat comple
Psal.71 ta illa prophetia: Et adorabunt eum omnes reges terræ,omnes gẽtes seruient illi. Quod uti/
que quanto magis impletur,tanto maiore utitur ecclesia potestate,ut nõ solum inuitet, sed
ποῖα θυσίᾳ etiam cogat ad bonum. Hoc tunc dominus significare uolebat,qui quamuis haberet ma/
gnam potestatem, prius tamen elegit commendare humilitatem. Hoc & in illa conuiuij si/
militudine satis euidenter ostendit, ubi misit ad inuitatos, & uenire noluerunt, & ait seruo:
Luc.14 Exi in plateas & uicos ciuitatis, & pauperes & debiles & cæcos & claudos introduc huc. Et
ait seruus domino:Factum est ut imperasti,& adhuc locus est. Et ait dominus seruo,Exi in
uias & sepes & compelle intrare ut impleatur domus mea. Vide nunc quemadmodum de
his qui prius uencrunt dictum est,Introduc eos,non dictum est cõpelle. Ita significata sunt
ecclesiæ primordia adhuc crescentis,ut essent uires etiam compellendi. Proinde quia opor/ D
tebat eius iam uiribus & magnitudine roborata etiam compelli homines ad conuiuiũ salu
tis æternæ,postea quàm dictum est,Factum est quod iussisti,& adhuc est locus,Exi,inquit,
in uias & sepes & compelle intrare. Quapropter si ambularetis quieti extra hoc conuiuium
sanctæ unitatis ecclesiæ,tanquam in uijs uos inueniremus,Nunc uero quia per multa & sæ/
ua quæ in nostros committitis,tanquam spinis & asperitate pleni estis,uos tanquam in se/
pibus inuenimus,& intrare compellimus. Qui compellitur,quò non uult cogitur,Sed cum
intrauerit iam uolens pascitur. Cohibe itaq; iam iniquum & impacatum animum, ut in ue
ra ecclesia Christi inuenias salutare conuiuium.

Tomi secundi,qui complectitur epistolas diui Augu
stini,& nonnullas aliorum ad ipsum,finis.

BASILEAE IN OFFICINA IO. FROBENII
ANNO M. D. XXVIII.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z.
A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X.
Omnes sunt terniones,præter a V & X quaterniones.

ALipio Epistola 67. fol.208
Anastasio ep.144 f.433
Antonio ep.126 f.412
Apringio ep.160 f.465
Armētario & Paulinæ ep.45 f.100
Asellico ep.200 f.525
Audax Aug.ep.139 f.426
Audaci ep.140 f.427
Aurelio episcopo ep.64 f.209 & ep.76 f.221 & ep.204
Aurelio papæ ep.77. f.217
Auxilio episcopo ep.75. f.220

BOnifacio episcopo ep.25.f.35
Bonifacio comiti ep.50 f.134 & 70. f.213
Bonifacius Augustino & Augustinus Bonifacio ep.185.& aliquot sequentes

CAsulano ep.86 f.245
Cælestino ep.62 f.202. & 63. f.202
Cæciliano ep.60 f.199
Circensibus ep.130 f.415
Clero & uniuersæ plebi ep.137.b. 422 & 138 f.426
Consentio ep.85 f.242 & 146 f.485
Cornelio 125 f.411
Crysino ep.83 f.241
Crispino e.172 f.497 & 173 f.499

DArdano ep.57 f.174
Deogratiæ ep.49 f.174
Deuterio episcopo. ep. 74 f.219
Dioscoro ep.56 f.163
Dioscorus Aug.ep.55. f.162
Donato proconsuli ep.127. & 128. f.414
Donato presbytero ep.204
Donatistis ep.166 f.458 et 171 f.496
Dulcitio ep.61 f.200

EDiciæ ep.199
Emerito ep.164 f.480
Esycio ep.78 & 80 f.226
Esycius Aug.ep.79 f.224
Eudoxio Abbati ep.81 f.240
Eudoxio ep.99.f.282.& 100. f.288 & 101 f.290 & 102 f.293
Euodius episcop. Aug.ep.98 f.282
Eusebio ep.168 f.492.& 169 f.494

FElici & Hilario ep.136 f.422
Felicitati & Rustico f.87
Florentinæ ep.132 f.418 (f.255
Fortunatiano ep.111
Festo ep.167 f.490

GAio ep.84. f.241
Generoso ep.165 f.483
Glorio,Eleusio,Felici Grammatico & alijs nonnullis ep.162. f.467 & 163 f.475

HElpidio ep.150 f.444.
Hieronymo ep.8 f.22 & 9 f. 24.ep.10 f.27. ep.12 f.36. ep. 17 f.42 ep.18 f.43 ep. 25 f.59 ep.26 f.59 ep. 30 f. 75
Hieronymus Alipio et Augustino ep.24 f.99
Hieronymus Aug. ep.11.f.28.ep.13 f.37 & 14 f.38.ep.17 f. 42.ep.18 f.43 ep.25 f.59.ep.26 f.59 ep.30 f. 75
Hieronymus Marcellino & Anapsychiæ ep.27 f.60
Hilario ep. 89 f.256 & 94 f.275
Hilarius Aug.ep. 88 f.255
Honorato ep. 161 f.373 & 180 f.466

IAnuario ep. 68 f.209 & 118 f.359 & 119 f.362
Innocentio pontifici ep.90 f.268 & 92 f.272 & 95 f. 276
Innocentius papa ep. 91 f.270 & 93 f. 274 & 96 f.281 & 97 f.282
Italicæ uiduæ ep.6.f.17.& 133.f.419. 181 f.522
Iulianæ Demeatriadis matri e.143 f. 429

LArgo ep.82 f.241
Leto ep.38 f.88
Licentio ep.39 f.91
Longiniano ep.20. f.53 & 22 f. 54
Longinianus Aug.ep.21. f.53

MAcedonio ep.52 f.149 54 f.155
Macedonius Aug.ep.51 f.149 & 53 f.154
Marcellino ep.5 f.11 & 7 f.19 & 158 f. 462
Marcellinus Aug. ep.4 f.10
Marciano ep.155 f.454
Madaurēsibus ep. 42 f.96
Maximus Aug.ep.45. f.98
Maximo grammatico ep. 44. f.99
Maximino ep.203 f.533
Maximo medico ep.66 f.206
Maximæ ep.141 f.428
Memorio ep.131 f.416

NEbridio ep.72 f.217 & 115 f. 356 & 116 f.357 & 117 f.358 & ep.151 Nebridius Aug. ep. 71 f.216 & 114 f.355
Nectario ep.202 f.530
Nectarius Aug.201 f.530

OLympio ep.124 f.410 & 129 f.414
Optato ep 157 f. 456
Orontio ep 123 f.410

PAmmachio ep 154 f.426
Pascentio ep 177 f 508 & 178 f 509 & 174 f 500
Pascētius comes ep.176 f.508
Paulinus Aug.ep.31 f.75 & 33 f. 79 & 58 f.184
Paulinus Alipio ep.35 f.82
Paulinus & Therasia ep.36 f. 84.
Paulino ep.32 f.77 & 59 f.190 & 106 f.308
Paulino Therasiæ ep 34 f.80 & 65 f.205
Paulinæ ep.112 f. 339
Possidio ep.73 f.219
Præsidio ep.16 f.42
Proculiano ep.147 f.440
Profuturo ep.149 f.443
Probæ ep.121 f.397 & 156 f.455
Probæ & Iulianæ ep.179 f. 514
Publicola aug. ep.153 f.450
Publicolæ ep.154 f.452
Quintiano ep. 105 f.296

REstituto diacono ep.69 f.215
Romaniano ep.115 f.355

SAnctimonialib.ep.109 f.327
Sebastiano ep.145 f.435
Seleutianæ ep.108 f.329
Seuero ep.135 f.420
Seuerus Aug.ep.37 f.87
Seuerino ep.170 f.495
Siluanus ac cæteri episcopi de concilio Zertensi ep. 152 f. 447
Sixto presbytero ep. 104 f.297 & 105 f.297

VAlentino ep.46 f. 103
Valerio ep.148 f.442
Victoriano ep.122 f. 406
Vincentio ep. 48 f.107
Vitali Cartha.ep.107 f.318
Volusiano ep.1 f.3 & 3 f.4
Volusianus Aug.ep.2 f.3

FINIS.



1820—30